



LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891

Harrington Prescott
1916

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. X.

C O M M E N T A R I U S.

VOLUMINIS SECUNDI PARS TERTIA.

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS SECUNDI

PARS TERTIA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCCI.



NESTORIS LARANDENSIS
FRAGMENTA.

I. 344.] *I.* Cod. Vat. p. 418. Edidit hos versiculos, qui majoris carminis particula esse videntur, (vide Not. poëtar. in *Nestor.*) *L. Holsten.* ad *Stephan.* v. Λάρανδα p. 188. *Jensius* nr. 146. *Reisk.* Anth. nr. 797. p. 172. Musas poëta rogat, ut ipsi modorum suorum suavitatem audiendam praebeant. — V. 1. ἐπεί-σατε vitiose *Holsten.* quod emendavit *Merrick* ad *Tryphiodor.* p. XXXI. *not.* ubi h. l. profert. — V. 3. ὅσσοι γ. ἀοιδοτόκου. Vat. Cod. et editores. *Reiskius* emendavit: ὅσσοι γ. πεδίουσιν ἀοιδοτόκου π. πηγῆς. quod haud scio an *Brunckii* lectioni praeferendum sit. Quicunque enim poëtici fontis haustum appetunt, ii omnes vestrorum carminum suavitate gaudent. Si *Brunckium* sequimur, v. 3. poëtarum circumscriptionem continet, *quibus fons Pierius fluit.* — Ceterum cum verbis ὄμβρος ἀοιδῆς comparandus *ros Cecropius,* quo Theophilae pectus madere ait *Martial.* VII. 68. et ap. *Petronium* in Anth. Lat. L. III. 118. p. 582. *sic flumine largo Plenus Pierio defundes pectore verba*; quibus similia collegit *Burmannus* T. I. p. 426. et T. II. p. 326. Metaphoricas de copioso oratore locutiones colligens *Pollux* VI. 147. has excitat: πηγάς τινας ἀφθόνους, ὄμβρος, ποταμὸς, νιφετὸς, aliasque his similes, quas exultans sophistarum ingenium excogitavit.

II. Sine auctoris nomine legitur in Vat. Cod. p. 448. *Nestori* tribuit *Planud.* p. 106. St. 156. W. Alphei ὕδωρ ἔρχεται, quod cum maris aqua non miscetur. *Moschus*

ap. *Stob.* p. 400. de eodem fluvio: ἐμβαίνει τοῖς κύμασι· τὴν δὲ θάλασσαν Κέρθεν ὑποτρέχει, καὶ μίγνυται ἄλλαισιν ὕδωρ. Arethusae hoc optat *Virgilius* Eclog. X. 4. ut, quum per Sicanos fluctus labatur, *Doris amara suam non intermisceat undam.*

III. Vat. Cod. p. 376. sq. Plan. p. 46. St. 67. W. »Huic fragmento praefiguntur in Planudea duo versus, qui in Vat. Cod. separati sunt cum hoc lemmate: ἄδηλον· εἰς δράκοντα ἐκπιόντα ποταμὸν ὅλον. Deinde sequuntur hi versus cum hoc titulo: Νέστορος εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως. Εἰς τὸν ἐν Πυθοῖ δράκοντα. Alteri duo versus leguntur T. III. p. 146. XX.« *Br.* — V. 1. ἦν om. Vat. Magnitudinem Pythonis indicans *Callimachus* H. in Del. 92. Παρνηθὸν νιφόεντα, ait, περιστέψει ἐννέα κύκλοις. — V. 2. ἐπέθηκε. ed. Nicol. Sab. γενεαι. Vat. Cod. θηρίον αἰνογένειον hunc draconem vocat poëta Cyrenaïcus l. c. — V. 3. Κηφισός. Ald. 2. 3. et Nic. Sab. Mox repone ex editis et membranis:

πᾶς δ' ἄρα Κηφισσὸς εἴσω ῥέεν.

quo longe suavius decurrunt numeri, quos *Brunckius* frustra immutavit. In Κηφισσὸς ultima vi caesurae producitur. *Claudian.* Praef. in Rufin. I. p. 17. *Python* — *Qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu Flumina, sanguineis tangeret astra jubis.* — κελαρύζειν de aquarum strepitu illustravit *Toup.* ad Suid. P. II. p. 222. ubi et nostrum locum excitavit. — V. 5. ὀλιγάλιτα. omnem enim fontem haustu siccaverat. Similia vide ap. *Bocharum* in Hieroz. T. II. Lib. V. c. 15.

IV. Cod. Vat. p. 448. Plan. p. 108. St. 158. W. Monet poëta quosdam ei obstrepentes homines, ut, quam artem quisque didicerit, eam exerceat. — V. 1. θρυλλήσαντες Vat. Cod. quod metrum non patitur. Conf. *Theocrit.* Eid. II. 142. θρυλλεῖν transitiva significatione

positum videtur, ut compositum διαθρυλλεῖν pro *obtundere.* διατεθρυλλῆσθαι τὰ ἄνω ταῖς Δημοσθένους πράξεσιν. *Lucian.* Demosth. Enc. 17. T. IX. p. 146. quae ducta sunt ex fonte *Platonis* de Republ. II. p. 358. C. — V. 3. ἢν δὲ. Vulgo. καὶ. Vat. Cod. Mihi verum videtur

ἂν δέ τις — —

Comparavit *Merrick* in Diff. de Tryphiod. p. XXXIII. *Gregorii Nazian.* Ep. XXXVI. ἱπποσύνην δεδιῶτα μὴ ᾄδειν ἐθέλει ὁ ποιητής· μή τι γένηται; μὴ καὶ τῆς ἱπποσύνης διαμάρτῃ καὶ τῆς ᾠδῆς. quae manifeste nostrum locum respiciunt, unde profecta videtur paroemia, quam laudat *Erasmus* in *Equitandi peritus ne cantet.*

CEREALII EPIGRAMMATA.

S. 345.] *I.* Cod. Vat. p. 526. Κερεαλίου inscribit nomine, cum in Plan. p. 165. St. 239. W. *Luciano* tribuatur. Historia de poëta, qui, cum in Isthmicis certaminibus superatus esset, futilem huic casui causam praetexuit. De musicis in Isthmo et Delphis celebratis certaminibus docte disputavit *Spanhem* in Epist. ad Morell. p. 475. ubi nostrum carmen non praeteriit. Totum in verborum lusu vertitur. παρίσθμια tonsillarum vocatur inflammatio, qua spiritus impeditur. *Schol. Apoll. Rhod.* L. I. 938. εἴρηται δὲ Ἰσθμοῖ παρὰ τὸ ἐν στενῷ εἶναι, ὅθεν καὶ τραχήλου τὰ παρίσθμια. Vocem illustravit *Foësius* in Oecon. Hipp. p. 295. Iis, quae *Brodaeus* congessit ad h. l., adde *Theophan. Non.* c. CXX. — V. 2. ἤμελλ' ἐκεῖ. Speraverat ille, ut videtur, fore, ut, aliis, qui certarent, poëtis non praesentibus, ἀκονιτὶ palmam reportaret; quae spes cum eum fefellisset, Delphos profectus est. — παρακτάθια. Vocabulum jocose confictum, quasi morbum, vel aliud quippiam impedimentum signi-

ficans, quod victoriae in Pythicis adverfari poffit. — V. 2. ἴχω tefte *Dorvillio* in cod. quodam legitur.

II. Vat. Cod. p. 528. Plan. p. 169. St. 246. W. Perftringit eos, qui voculis quibusdam atticis paffim adhibitis, meros fe Atticos effe exiftimabant. Vide ad *Lucillii* Ep. LXXXVII. *Ammian.* Ep. XXII. et *Crefoll.* Theatr. Rhet. III. 23. — V. 1. παράσημα. Excitavit h. l. *Heinfius* ad *Hefych.* παράσημα. τεράστια. *prodigiofa*, *obfcura*, *obfoleta* vertit *Brodaeus.* Sed funt proprie voces infigniores et ob ufum rariorem quafi nota quadam infignitae. Ducta metaphora a numis, quos, ubi adulterati effent, οἱ ἀργυραμοιβοὶ notare folebant. Vide *Harpocrat.* v. παράσημος ῥήτωρ p. 280. et *Suidam*, qui fua ex *Harpocratione* derivavit. Ab illo σήματι enim τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα παράσημα λέγεται. *Hefych.* Quodfi quis tamen etiam hoc loco fignificationem τοῦ κιβδήλου valere exiftimet, is fortaffe cogitaverit de locutionibus illis foloecifmi fpeciem referentibus, quas recentiores fophiftas magno cum ftudio fectatos effe vere confirmat *R. Bentlejus* in Refp. ad Boyl. p. 175. ad quam cacozeliam referenda funt etiam illa Mercurii ad rhetorem ap. *Lucian.* Mort. Dial. X. 10. T. II. p. 163. ἀπόθου τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπεραντολογίαν, καὶ ἀντιθέσεις — καὶ βαρβαρισμοὺς καὶ τἄλλα βάρη τῶν λόγων. — V. 2. ἐστίν. Vulgo et in Cod. Vat. Metrum carere poterat τῷ ν ἐφελκυστικῷ, nec tamen propterea delendum erat. Vide *Hermann.* ad *Ariftoph.* Nub. v. 316. p. 53. — V. 3. Nec enim, fi qui infigniora quaedam Homeri vocabula didicerit, ftatim Homerus fiet. — κάρκαρε. Vat. Cod. Cf. *Homer.* Il. α. 157. — V. 5. νῦν in quibusdam vett. edd. — πράγμασι invenit Ald. in Cod. unde venit in ed. Ald. a. 3. Sic quoque Vat. Cod. ῥήμασι tentavit *Cafaubonus* in not. mfc. quod vulgata nec melius eft nec deterius. — φράσιν. oratio a communi dicendi ufu ne abhorreat, ut auditores, quid velis, intelligant. *Huetius* apte

comparavit *Gellium* L. I. 10. *At Cajo Caesari, excellentis ingenii et prudentiae viro, in primo de Analogia libro scriptum est: Habe semper in memoria atque pectore, ut tanquam scopulum fugias inauditum atque insolens verbum.* — V. 6. ἄειγε Vat. Cod.

III. Hoc Epigramma, quod ἄδηλον est in Plan. p. 285ª. St. 413. W., in Vat. Cod. p. 260. lemma habet hoc: Ἀντιπάτρου εἰς Ἀντιπάτρου ῥήτορα θαυμαστὸν ἢ μᾶλλον ἱερέα. Quo jure igitur *Brunckius Cerealio* hoc carmen tribuerit, equidem ignoro. Antipater rhetor, aliunde non cognitus, utrum Diospolitanus esset an Atheniensis, ambigebatur. Eum utrique forte civitati adscriptum fuisse, suspicatur *Schneiderus*, quod in rhetoribus haud raro fiebat. Vide *Olearium* ad *Philostr.* Vit. Soph. I. XI. p. 495. nr. 8. II. X. p. 588. nr. 4. Nota Atheniensium in civitate donanda liberalitas efficit, ut *Antipatrum* Diospoli oriundum fuisse putem. — V. 1. ἥλικα δ' ἔπνει ἔργα. ἔργα sunt *orationes*, quas habebat Antipater. Quod eas dicitur πνεῦσαι, non debebat offendere doctissimum *Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 112. qui varia tentans sibi ipse non satisfecisse videtur. Verba, carmina, cantum, quem quis edit, ille *spirare*, πνεῖν, dicitur, sive ἀποπνεῖν. De Hesiodo *Alcaeus Messen.* Ep. XVII. ποίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν. Idem Ep. V. de Dorotheo — γοεροὺς ἔπνευσε Δαρδανίδας, Καὶ Σεμέλας ὠδῖνα κεραύνιον, ἔπνευσε δ' ἵππου Ἔργματα —. ubi verbum ἔπνευσε alterius interpretationi inservit. Epigr. ἀδεσπ. DXX. p. 260. Ἔκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος· ἔπνεε τερπνὰ Ἡδυμελιφθόγγου μοῦσα Σιμωνίδεω. Plura hujus generis in Anthologia leguntur. — V. 2. Πανελλήνων. De Graecorum ad Olympiam panegyri accipio cum *Cresollio* in Theatr. Rhet. L. III. 6. Thes. Gronov. T. X. p. 96. Nam post Gorgiam, quem in magnis illis Graecorum conventibus verba fecisse constat, (*Philostr.* Vit. Soph. I. IX. 2. p. 493.) alii quoque Sophistae eadem via ad gloriam grassabantur.

lae argumentum enarrat. — V. 3. Tempore procedente fies asper, hispidus et nobis odiosus. De *Menandri* Μισουμένῳ, in quo miles quidam Thrasonides primas partes habebat, vide *Bentlej.* in Em. in Men. Reliq. p. 33. et *Harles.* ad Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 465. Respexit hanc fabulam *Martialis* L. XIV. 214. *Pueri comoedi. Non erit in turba quisquam* μισούμενος *ista; Sed poterit quivis esse* δὶς ἐξαπατῶν. Sic scribendum, non διςεξάπατοθος. — De Γεωργῷ, qui et Γοργίας inscribitur a nomine τοῦ πρωταγωνιστοῦ, vide inprimis *Toup.* in Epist. crit. p. 35. — Τῆς Περικειρομένης argumentum explicuit *Böttigerus* l. c. p. 60. simul sensum hujus versus expediens: „τὴν περικειρομένην, sc. κόμην, crines, qui puerum in flore „aetatis ornant. Tondebantur pueri, annos pubertatis „ingressi. Item catamiti, quando nova nupta domum „mariti ingrederetur. In eo situs est aculeus epigram„matis.“ De eadem fabula nuper docte disputavit *Huschke* in Anal. crit. p. 172. sqq.

NUMENII TARSENSIS
DISTICHON.

Auctori suo hoc distichon vindicavit Vat. Cod. p. 573. In Planud. enim p. 484. St. 629. W. sine auctoris nomine prostat. Membranae depravate legunt: ἔστω μοι μέλλει et v. 2. ἀναγιγνώσκω τ. κάλλιμον. Veram Planudeae lectionem exhibuit *Brunckius*. Sensum sic reddidit *Huetius* p. 49. „Dominus meus est Cyrus. Quid ad me, „si duo haec verba, κῦρος et κύριος, una literula diffe„runt? Formosum hunc Cyrum non lego, sed video.“

GLAUCI EPIGRAMMATA.

T. 347.] I. Vat. Cod. p. 575. Edidit *Reiske* in Not. Poët. p. 203. Pueros, parvis olim muneribus contentos, jam avaros esse factos et majora appetere, conqueritur. *Tibull.* I. 4. 57. *Heu, male nunc artes miseras haec secula tractant. Jam tener adsuevit munera velle puer.* Conf. *Ovidium* I. Amor. IV. de Corinnae avaritia querentem, et *Straton.* Ep. LIV. — V. 1. ὄρτυξ. Plurimum huc facit *Aristophan.* in Avib. 706. ubi aves vim, quam in res humanas exercent, jactantes,

> Πολλοὺς δὲ καλούς, aiunt, ἀπομωμοκότας παῖδας πρὸς τέρμασιν ὥρας
> διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἡμετέραν διεμήρισαν ἄνδρες ἐρασταί,
> ὁ μὲν ὄρτυγα δούς, ὁ δὲ πορφυρίων', ὁ δὲ χῆν', ὁ δὲ Περσικὸν ὄρνιν.

Plautus in Captiv. V. 4. 5. *quasi patriciis pueris aut monedulae Aut anates aut coturnices dantur, quîcum lusitent.* Nota historia de Alcibiadis coturnice ex *Plutarch.* T. I. p. 195. E. *Dio Chrysostom.* Or. LXVI. p. 607. puerorum amantes cum gloriosis conferens: ὅταν αὐτοὶ μὲν ὄρτυγας ζητῶσιν, ἢ ἀλεκτρυόνας, ἢ ἀηδόνιον —. Delectabantur autem pueri coturnicibus propter pugnas, quas illas aves inter se committere docebant. Vide *Meursium* in Them. Att. II. 25. et quae collegit *Reimarus* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 1097. 78. *Plutarch.* T. II. p. 207. B. — Coturnices, pilam et talos, tanquam oblectamenta pueritiae, jungit *Plutarch.* T. II. p. 319. F. de Antonio et Augusto: λέγεται δὲ πολλῆς οἰκειότητος αὐτοῖς καὶ συνηθείας ὑπαρχούσης, πολλάκις σχολαζόντων εἰς παιδιὰν σφαίρας ἢ κύβων ἢ νὴ Δία θρεμμάτων ἁμίλλης [οἷον ὀρτύγων, ἀλεκτρυόνων,] ἀεὶ νικώμενον Ἀντώνιον ἀπαλλάττεσθαι — ubi verba uncis inclusa ex margine in contextum venisse suspicor. — De

ἀντραγάλοις pueris donatis vide ad *Asclepiad.* Ep. XXXI. — V. 3. κέρματα παίγνια. junctim Vat. Cod. et quaedam apogr. — V. 4. ζητεῖτ'. Non recte sensum percepit *Reiskius*, ἄλλο τι de aliis machinis, pueris a paedicoonibus admovendis, explicans. Nam illas machinas jam indicaverat *Glaucus*, λωπὰς καὶ κέρμα, *vestes et argentum*; quibus puerorum pudicitia expugnari posset. Hoc igitur voluisse videtur: Renuntietis oportet pristino puerorum amori, et aliud quaeratis venerei furoris oblectamentum atque remedium. — In apogr. Lips. ζητεῖ δ' ἄλλο τι.

II. Cod. Vat. p. 413. sq. Planud. p. 96. St. 141. Wi Panis cum Nymphis de Daphnide colloquium, quale supra habuimus inter Ep. *Diodori Zonae* VI. [a]. (Anal. T. III. p. 331.) Elegans carmen. — V. 1. Pan Daphnidis, quem deperibat, vestigia persequitur. De Panis erga pastorem illum amoribus nota sunt omnia. Vide ad *Meleagri* Ep. XXVII. T. I. P. I. p. 47. — φράσατ' ἀτρεκές. *Theocrit.* Eid. XX. 19. Ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον, οὐ καλὸς ἐμμί. — V. 2. ἐρίφους. vulgo et in Vat. Cod. Sed ἐρίφοις est in Flor. ed. et in Ald. 1. — V. 3. φλοιοῦ. Sic plane *Theocrit.* Eid. XVIII. 47. γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται. *Callimach.* in Cydippe fr. CI.: ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φέροιτε Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν. ut praeclare restituit *R. Bentlejus* hos versus, ad quos videndus *Valckenaer.* in Eleg. fragm. p. 210. sqq. — V. 5. Πάν. Sunt haec verba a Daphnide arboris cortici insculpta, quibus ille Pana rogat, ut ad Maleam sive ad montem Psophidium veniat, seque eodem venturum esse pollicetur. Μαλέαν. Non notum Maleae promontorium cum *Brodaeo* intellexerim, sed urbem Arcadiae, quam Μαλαίαν vocat *Pausan.* VIII. 27. p. 654. In talibus orthographiâ nihil incertius. Prope illam urbem montem ejusdem nominis fuisse, ex hoc loco fortasse conjicias. Ψωφίδιον. (vulgo et in Vat. Cod. Ψωφίδιον.) a Ψωφίς urbe Arcadiae, circum quam plures

ſunt montes Pani ſacri. *Pauſan.* VIII. 24. p. 465. Cf. *Stephan. Byz.* in Ψωφίς, et *Luc. Holſten.* p. 361. — V. 6. ὑπάγω. equidem porro pergam, et Daphnidis veſtigia ſequar. Utraque ſignificatio in hoc verbo jungenda eſt, quando vi neutra uſurpatur, ut ap. *Xenoph.* Anab. IV. 2. 16. p. 233. ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἄκρον, τοὺς δ' ἄλλους ἐκέλευσεν ὑπάγειν. Ibid. L. III. 4. 48. p. 210. καὶ τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ὑπάγειν παρεκελεύετο. *Ariſtoph.* Nub. 1298. ὕπαγε· τί μέλλεις; οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφόρα.

III. Cod Vat. p. 482. cum lemmate: εἰς Βάκχην. Γλαύκου Ἀθηναίου. Sic quoque in Plan. p. 297. St. 436. W. In Bacchae e marmore ſtatuam. Conf. ad *Simonid.* Ep. LXXXI. p. 255. — V. 3. In omnibus et editis et ſcriptis libris, quos equidem vidi, legitur: ὦ Σκόπα, ἁ θεοσαὴς ἐμήσατο, μήσατο τέχνα – nec, unde *Brunckii* lectio ſit ducta, novi. Hanc tamen, ſimilemve expreſſit *Grotius: O Scopa, divino reperit tua dextera caelo Prodigium inſanum, Thyada caprinecam.* In ejusmodi locis *Brunckii* taciturnitatem aegre ferimus. Caeterum hoc carmen obverſabatur fortaſſe *Calliſtrato*, cum ſcriberet in ejusdem ſtatuae deſcriptione: καὶ τῶν δημιουργῶν αἱ χεῖρες, θειοτέρων πνευμάτων ἐράνοις ληφθεῖσαι, κάτοχα καὶ μεστὰ (ſic lege pro μετὰ) μανίας προφητεύουσι τὰ ποιήματα· ὁ γὰρ δὴ Σκόπας, ὥσπερ ἔκ τινος ἐπιπνοίας κινηθείς, εἰς τὴν τοῦ ἀγάλματος δημιουργίαν τὴν θεοφορίαν ἐφῆκε. Perperam *Scholiaſtes* χιμαιροφόνον apud noſtrum pro θηροφόνον ſimpliciter poſitum eſſe autumat, cum ex *Calliſtrati* deſcriptione conſtet, Scopae Baccham χίμαιραν necatam manibus tenuiſſe.

IV. Vat. Cod. p. 482. εἰς αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ. Falſum eſt lemma, nam aliam hiſtoriam hoc diſtichon reſpicit. Plan. p. 297. St. 436. W. Satyri ſpeciem mentitus eſt Jupiter, cum deperiret Antiopam, Nyctei filiam. *Ovid.* Metam. VI. 109. *Addidit, ut Satyri celatus imagine pulcram Jupiter implerit gemino Nycteida foetu.* Vide,

qui hanc fabulam docte persequitur, *Valckenarium* in Diatr. c. VII. p. 59. sqq. Ex hoc carmine conjicias, Antiopam inter Bacchi orgia, cum discurrendo fessa procubuisset, a Jove compressam esse, quae *Heynii* est sententia in Comment. T. X. p. 82. — V. 1. ἴδοτε. Vat. Cod. Alter versus parum elegans. Nolim quidem corruptelae suspicionem movere; sed pro meo sensu haud paulo elegantius foret carmen, si legeretur:

εἰς δὲ χορείαν
θρώσκειν ἦκεν ἔρως, ὡς βρομιαζόμενον.

¶. 348.] *V.* Plan. p. 312. St. 452. W. In Philoctetem Parrhasii. Hanc celeberrimi pictoris tabulam *Plinius* cum reliquis ejus operibus non commemoravit. Ad eandem vero pertinere Ep. *Juliani* XXVII. suspicatur *Heynius* in Comm. T. X. p. 96. — V. 1. καὶ τόν. Pronum est emendare:

αὐτὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν — —

ut in Ep. ἀδεσπ. CCCIX. αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο. *Alexander Aetol.* Ep. II. αὐτάν που τὰν Κύπριν ἀπημειβόσατο Παλλάς. *Archias* Ep. XIII. αὐτὰν — Ἀπελλῆς τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε. Cf. *Julian. Aegypt.* Ep. XL. Incert. DXIV. et CV. Καὶ tamen defendi potest, si poëtam plura carmina in Parrhasii opera continua serie posuisse existimemus. — V. 3. ἔν τε γάρ. Haec expressit *Julian.* l. c.:

Δάκρυα δὲ ξηροῖσιν ὑπὸ βλεφάροισι παγέντα
ἵσταται, ἀγρύπνου σῆμα δυηπαθίης.

βλέφαρα ξηρὰ respondent τοῖς ὄμμασι ἐσκληκόσι. *Hesych.* σκλῆναι. ξηρανθῆναι. ut hanc glossam restituit *Pierson.* ad Moer. p. 50. Conf. not. ad *Asclepiad.* Ep. XIII. T. I. P. II. p. 33. — V. 4. ἐντὸς ἔνεστι πόνος. Epigr. ἀδεσπ. CCXCIV. in Philoctetae signum: καὶ ἐν χαλκῷ τὸν πόνον εἰργάσατο. — V. 5. ὦ λῷστε. *Erinna* Ep. I. λῷστε Προμαθεῦ. — τὺ μὲν σοφός. tuam quidem artem miramur. Vide not. ad *Anacr.* Ep. III. T. I. P. I. p. 198.

VI. Vat.

VI. Vat. Cod. p. 248. Γλαύκου Νικοπολ. In Plan. p. 252. St. 366. W. gentile non additur. In Erasippum naufragum. Cenotaphio inscriptum fuisse videtur ad maris litora exstructo. — V. 1. πέτρης. Vat. — ἰαρος. Diogenes ap. *Lucian.* M. Dial. XXIV. 2. T. II. p. 216. Bip. ad Mausolum: ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φῂς (μέγα φρονεῖν) καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῷ βάρει τοῦ τάφου; Id. Dial. X. 6. κατάλιπε δὲ καὶ γένος καὶ — ὅτι μέγαν τάφον ἐπὶ σοὶ ἔχωσαν — βαρύνει γὰρ καὶ ταῦτα μνημονευόμενα. ubi minima verborum transpositione sensum adjuveris: βαρύνει γὰρ ταῦτα καὶ μνημ. *talia enim vel verbis commemorata gravare videntur.* In Necyomant. §. 17. T. III. p. 22. Mausolum τοσοῦτον ἀπολαύειν, ait, τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τοσούτῳ ἄχθει ἐπικείμενος. — V. 3. τὰ δ' ὀστέα. *Homer.* Od. α. 161. ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ Κείμεν' ἐπ' ἠπείρου, ἢ εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει. — V. 4. αἰθυίαις. Similia vide ad *Leonid. Tar.* Ep. LXXIV. T. I. P. II. p. 129. *Propert.* L. III. 5. 27. de Paeto: *Sed tua nunc volucres adstant super ossa marinae, Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.*

NICARCHI EPIGRAMMATA.

Praeter ea quae hic leguntur Epigrammata Vat. Cod. *Nicarcho* tribuit Ep. *Lollii Bassi* III. p. 166. Incert. Ep. CIX. et LXXVI. b.

T. 349.] *I.* Vat. Cod. p. 93. sq. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 111. nr. 287. Et juvenes sibi placere, nec vetulas tamen se aspernari mulieres poëta declarat. — V. 1. πεῖθει. in amorem pellicit. — V. 2. ἄπτηπ' Vat. Cod. et mox ἔχει μέλι. Simyli, histrionis, nomen notum ex *Demosthen.* Or. pro Coron. p. 314. 11. ed. R. Vide *Vales.* ad *Harpocrat.* p. 316, sq. — V. 3.

ἢν μὲν et ἢν δέ. Vat. Cod. In marg. γρ. ἢ μὲν. Sic apog Guyet. et Ruhnk. exhibent. *Reiskius*, cui melior lecti non cognita erat, in priore enuntiatione ellipsin statue bat: *nam si juvencula me amplectatur, bene.* quod ho loco, si quid video, locum non habet. — V. 4. ξυνὶ Vat. Cod. — »In cod. scriptum δικάσεται, corrupte »Scriptum olim fuit λιχμάσεται. Λ in Δ mutatum, Χ mu »tatum in Κ, ut ap. Hesychium in λικμάζειν, λικμήσοντα »et omissum Μ, unde ΔΙΚΑΣΕΤΑΙ, quod nullum omnin »sensum habet. Nihil hic vidit Reiskius, nec ante eum »Salmasius, qui reponebat τιτθάσεται, θρέψει, τιθηνήσει »Verissima hac mea emendatione manifesta est carmini »obscoenitas, tamen macula eluenda erat.

»*membrum*
»*Sed rugosa viri lambet anus medii.*«

Br. Frustra hunc locum tentavit *Bernardus* in Epist. ad Reisk. p. 466. εικχάζεται suspicans, *sannis excipitur, irridetur*, quod ab hac contextu alienum est. Idem p. 484. *Abreschium* συκάζεται narrat reponere ex *Aristaeneto*. Sed quid refert, vera lectione reperta, infelices conjecturas curiose conquirere?

II. Vat. Cod. p. 94: τοῦ αὐτοῦ· πρὸς ἑταίραν Φιλουμένην παρεκλυσεις. In hoc codice subjiciuntur tria distícha, quae, propter priorum versuum depravationem, sola a Planude recepta sunt p. 481. St. 625. W. *Nicarchi* nomine apposito. *Brunckius* ea retulit inter ἀδέσποτα nr. LXXIII. ubi auctoris nomen in membranis deesse perperam dicit. Saepius in ejusmodi rebus apographa viro doctissimo fecere fucum. Jungenda igitur duo fragmenta, quorum alterum in fine, alterum initio mancum et mutilum esse apparet. Primum ponam carmen, sicut in codice legitur:

Τῆς μητρὸς μὴ ἄκουε, Φιλουμένη· ἢν γὰρ ἀπέλθω
καὶ δεῖ ἅπαξ ἔξω τὴν πόδα τῆς πόλεως,

τῶν καταπαιζόντων μὴ σχῇς λόγον· ἄλλεκεινους
  ἐμπαίξασ' ἄρξαι πλεῖον ἐμοῦ τι ποιεῖν·
πάντα λίθον κίνει· σαυτὴν τρέφε· καὶ γράφε πρός με
  εἰς ποίαν ἀκτὴν εὐφρόσυνον γέγονας.
ἀνακτῶ πειρῶ· τὸ ἐνοίκιον εἴ τι περισσὸν
  γίνηται, καὶ ἐμοὶ φρόντισον ἱμάτιον·
ἂν ἐν γαστρὶ λάβῃς, τίκτε καὶ τίκε· μὴ θορυβηθῇς·
  εὑρήσει πόθεν ἔστ' ἐλθὸν ἐς ἡλικίην.

Jam totius carminis sensum videamus et argumentum. Si memineris eorum, quae misere amantes, cum puellas, quas depereunt, relinquere coguntur, eas hortari solent et monere, ut ne aliorum illecebris se capi et corrumpi sinant, *noctes diesque ipsos ament, ipsos desiderent, somnient*, nec de ulla aliâ re cogitent, (*Terent.* Eunuch. I. 2. 112.) ne, dum ipsi patria carere cogantur, malis artibus pecuniam sibi quaerant, (idem in Heautont. II. 3. 16.) et quae alia sunt his similia; horum si quis, inquam, meminerit, facile intelliget, *Nicarchum* hoc carmine istiusmodi amantium exhortationes leniter irridere et παρῳδεῖν. Ipse enim puellae sive potius conjugi longe diversa praecipit. Quum abiero, ait, neque castae matris admonitiones cures, velim, neque eorum, qui liberiores tuos mores reprehendant, ullam rationem habeas. Victui et crumenae prospicias, et mihi quoque ut de quaestu tuo aliquid supersit, cures: reliqua ne hujus quidem faciens. — Hic mihi sensus videtur carminis; quem si recte explicavero, satis lepidum videbitur Epigramma, quod *Salmasio*, qui de duobus tantum distichis statuebat, frigidissimum videbatur. Jam singula expendamus. — V. 1. ἢν γὰρ ἀπέλθω. Moechi viri praesentiam timent; post abitum conjugem suam audacius tentaturos esse sperat. Post hoc distichon nihil tamen videtur deesse, quamvis sequentia verba non satis expedita sint. οἱ καταπαίζοντες videntur esse cognati et vicini, qui moecham, viri absentia fruentem, dicteriis

incessant. Vitiosam cod. lectionem ἀλλεκείνους *Reiski* in Misc. Lips. IX. p. 112. nr. 288. ubi quatuor prior versus edidit, in ἀλλά γ' ἐκείνους sive ἀλλ' ἐς ἐκείνους mu tandam censebat. Contextui Brunckiana lectio aptio Verba πλεῖν ἐμοῦ τι ποιεῖν certe non significant, ut *Rei kius* vertit, *incipe me magni facere*, sed potius, *incip plura lucrari, quam equidem poteram.* πλεῖον ποιεῖν simpl citer quidem est *proficere*, ita ut comparativi vis fe evanescat. Vide *Valcken.* ad Eurip. Hipp. p. 194. Sed atticae dictionis regulis horum poëtarum oratio a stringenda non est. — V. 6. εἰς ποίην ἀκτήν. pro ἐν ποίῃ positum videtur, de qua enaliage vide quos laudat *Lenne* ad *Phalar.* p. 223. ἀκταὶ autem, in quibus luxuriosi ho mines convivari solebant, pro loco luxuriae et volupta destinato positum. Vide not. ad *Philodemi* Ep. XXX. T. II. P. I. p. 241. — Lectt. membranarum εὐφρόσυν *Br.* tacite in εὐφρόσυνος mutavit: Scribe mihi, in quibu conviviis et lupanaribus diem hilariter transegeris. D coenis cogitandum, quibus meretrices et matronae, me retricum more viventes, adhiberentur. — V. 7. εὐ πρεπὲς κυρῶ. Hoc praecepto, si sincera est lectio, vi uxorem monet, ut honestam et modestam speciem pra se ferat, quae ad inflammandos adulteros plurimum confert. De Poppaea *Tacitus* Ann. XIII. 45. *modestiam praeferre et lascivia uti: rarus in publicum egressus, id que velata parte oris, ne satiaret adspectum, vel quia si decebat.* Nec tamen, fateor, satis apparet, quomodo, qua viro absente moechos ad convivia sequitur mulier, simu εὐπρεπὲς, i. e. decoram speciem gerere possit. Quar putabam aliquando corrigi debere:

εὐαγρεῖν κυρῶ.

Divites et bene nummatos amantes laqueis suis irretire co nare — quod reliquis certe in hoc carmine vitae prae ceptis consentaneum. Frequentes autem apud hujus modi scriptores metaphorae a piscatura et venatione a

meretriciis artes traductae, ut ἐγκισσηρίζειν, λελάζειν, σάγην-... de quibus nonnulla dedit *Abresch.* in Lect. Aristaen. p. 286. Ἰηρᾶν et Ἰηρεύειν, quae illustrans *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 556. laudat particulam epistolae ined. *Euphronis*: τῇ Ἀφροδίτῃ ἱκετεύομεν διδόναι τινὰ ἡμῖν ἐρωτικὴν ... *M. Argent.* Ep. X. ἀλλ' ἴυγγας αὐτὴν ἀγρεύεσθαι. Adde *Schaeffer.* et *Burm.* ad *Phaedr.* L. IV. 4. 4. et quae collegimus ad *Rhiani* Ep. VII. T. I. P. II. p. 325. — V. 7. ἄν τι. recte in editis libris. Sed verba ἄν τι – γίγνηται intra commata ponenda sunt. Si quid lucri feceris, habitationis mercedem solvas, mihique vestem provideas. Verbum φρόντιζον ad utrumque substantivum pertinet, ut bene monuit *Scholiastes.* — τὸ ἐνοίκιον *cellae pensionem* vocat *Martial.* L. III. 30. ubi vide *Heraldum* p. 68. — V. 9. πλήθει καὶ τίκει. Inepte vulgo. In membranis scriptum τίκει καὶ τίκει. Salmasio scribendum videbatur τίκε, ναὶ, τίκε. Quod dedi, ex optima emendatione est *Piersoni* Verisim. p. 89.[a] *Br.* — V. 10. πόθεν ἔστ'. unde originem traxerit. Verum patrem aliquando inveniet. *Grotius* vertit: *ad annos Veneris, unde sui veneris, inveniet.*

III. Cod. Vat. p. 94. τοῦ αὐτοῦ. (Ῥουφίνου.) Εἰς ἑταίρας ... καὶ Κερκούρων· εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα μικρῶν καραβίων, τῶν παρ' ἡμῖν σανδαλίων. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 318. *Reiske* Misc. Lips. T. IX. p. 113. nr. 289. *Ipse* restituendum carmen, quod in membranis sequitur post tria ejusdem poëtae Epigrammata, quae, quia in Planudea leguntur, in apographis omissa sunt, ita ut in his proximum locum habeat ab Epigr. *Nicarchi* II. Hinc factum, ut editores verba τοῦ αὐτοῦ ad hunc poëtam referrent. A *Dorvillio* tamen, qui ipsum Cod. inspexit, meliora *Brunckius* doceri potuisset. — De duabus meretriculis tanquam de navigiis poëta loquitur, juvenesque hortatur, ut caveant, ne iis inscensis faciant naufragium. Similia vide ad *Antiphili* Ep. I. — V. 1,

ἑταίρα. Ap. Guyet. et Ruhnk. ἑτέρα. Cod. Vat. — Suidas: Κερκούρους. νηὸς εἶδος. κέρκουροι καὶ μυοπάρωνες καὶ λέμβη, εἶδη πλοίων. Apte igitur ad allegoriam haec meretricularum nomina inventa sunt. — V. 2. ἐφορμῶσιν. Sic Cod. non, ut in quibusdam apogr. legitur, ἐφορμῶσαν. Illud verbum Dorvillius de navibus usurpari docuit, quae in anchoris stantes occasiones captant. Hinc quam apte ad meretrices nostras translatum sit, sponte apparet. Sami illae habitabant, prope portum, nautarum et mercatorum marsupiis struentes insidias. Conf. Ep. Simonidis LXIII. ex cujus Ep. LXIV. quaedam huc translata sunt. Legitur enim ap. illum: ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ ληστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης φεύγετε, Σειρήνων αἵδε γὰρ ἐχθρότεραι. — V. 4. κατάβῇ. qui in has naves descenderit. Vide Dorvill. ad Charit. p. 204. — πίεται. Similiter de Phryne Anaxilas Comicus ap. Athen. L. XIII. p. 558. C. Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω που ποιεῖ· Τόν γε ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει. et perpetuus Comicorum imitator Alciphron L. VI. p. 24. de meretrice quadam: κυμάζουσι γὰρ πρὸς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν ναυλεία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει ἡ δὲ δεδέχεται καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. Sidon. Apollin. L. IX. Ep. VI. p. 544. ut primum intelligere coepit et retractare, quantum de bonusculis avitis paternisque fumosas domesticae Charybdis abligurisset – fugit – meretricii blandimenta naufragii. καταπίνειν dicuntur praecipue belluae marinae, ut ap. Lucian. in Dial. Marin. XIV. 3. T. II. p. 122. ἐπειδὴ τὸ κῆτος ἀνήει πάνυ φοβερὸν, ὡς καταπιόμενον τὴν Ἀνδρομέδαν. et in Ver. Hist. L. I. 33. T. IV. p. 252. ἡμεῖς γὰρ ἄνθρωποι τοῖς ὅλοις ἐπιών, αὐτῷ σκάφει πρώην καταποθέντες.

IV. Cod. Vat. p. 518. In vetulam, olim formosam, nunc libidine prurientem. — V. 1. τί γὰρ αὖθις. Vat. Cod. In marg. apogr. Lennepiani, quod ex Vossiano factum est, γρ. τὸ πάροιθεν, ὅτ' ἦν νέα – quod Brunckiana lectione non deterius. Mihi in mentem venerat:

γραῖα καλὴ χαρίεσσά θ', ὅτ' ἦν νέα.

Syllabarum χαρίεσσά θ' vestigia sunt in γαροισθα, τι autem, quod praecedit, oriri potuit ex praecedente Η, cujus generis errores ubique sunt obvii, etiam in Vat. Cod. Utrumque epitheton junxit in Helenae laude *Theocrit.* XVIII. 38. ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρα. et *Meleager* Ep. XLIII. εἰς ὁ παῖς — Καὶ χαρίεις, ἵν' ἔχῃ μὴ οὐχὶ φιλεῖν πρόφασιν· Καλὸς γάρ, ναὶ Κύπριν, ὅλος καλός. Ceterum color, ut ap. eundem Ep. XXII. ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ' ἦν ποτέ· — νῦν δ' ἔτι tum amantes munera poscebat. Vide ad *Asclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21. — V. 2. nunc ipsa moechis mercedem solvere parata est. ἐλαυνομένη. petita metaphora a navibus, quae remis agitantur. *Aristoph.* Eccl. v. 38. ὁ γὰρ ἀνήρ, ὦ φιλτάτη, Σαλαμίνιος γάρ ἐστιν, ᾧ ξύνειμ' ἐγώ, Τὴν νύχθ' ὅλην ἤλαυνέ μ' ἐν τοῖς στρώμασιν. Oraculum Cinyrae datum ap. *Platonem Comicum*, *Athen.* L. X. p. 456. A. Adonis κάλλιστος μὲν ἔφυ θαυμαστότατός τε πάντων ἀνθρώπων· δύο δ' αὐτὸν δαίμον' ἔχητον· Ἡ μὲν ἐλαυνομένη λαθρίοις ἐρετμοῖς, ὁ δ' ἐλαύνων. — V. 3. τεχνῖτιν habet ap. Voss. In membr. est τεχνίτην. τεχνῖτις mulier Elephantidis et Philaenidis nequitiarum peritissima; qualem *Automedon* Ep. III. describit — ὀρχηστρίδα, τὴν ποικίλα Σχήματα ἐξ ἁπαλῶν κινυμένην ὀνύχων. — ὅταν, cum se vino nonnihil invitaverit, tum etiam magis morigera. — II. 350.] V. 5. πίνει. Similis puellae commemoratio ap. *Hedylum* Ep. III. ἡ διαπινομένη Καλλίστιον ἀνδράσιν — νήστις τρεῖς χόας ἐξέπιεν. — In fine versus membranae ἦν θέλῃς exhibent; Voss. ap. in marg. ἤν γε θελήσῃ. — V. 6. ἢν Vat. Cod. Post illa sibi non amplius temperat, quin omnia sursum deorsum vertat. Est in hac paroemiaca locutione nequitia, quam indicasse sufficit. Cf. Ep. V. 9. et *Antip. Thess.* Ep. VIII. quod *Nicarcho* rectius tribui existimo. De meretrice, quae τὰ ἄνω praebebat, accipiendum Ep. *Martialis* II. 31. vulgo nimis recte intellectum: *Saepe ego Chrestinam futui.*

Det quam bene, quaeris? Supra quod fieri nil, Mariane potest. — V. 7. κολλᾶται. In his color ductus ex *Automedonte* l. c. γλωττίζει, κνίζει, περιλαμβάνει. — V. 8. τῷ μὴ διδῷ. Vat. Cod. qui error ex glossemate videtur ortus, post μηδὲν in textum inserto. Ceterum de his omnibus lectionis varietatibus *Brunckius* ne verbum quidem monuit, licet textum in quatuor locis ex conjectura constituerit. Ceterum v. 3. et v. 8. sic ut *Br.* emendavit *Corn. de Pauw* in apogr.

V. Cod. Vat. p. 550. »Hoc et praecedens, quae »nondum fuerant edita, valde sunt in codice depravata. »Hic observanda est lepida Homeri parodia, ap. quem »Il. ο. (190.) Neptunus sic loquitur:

»Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκε Ῥείη,
»Ζεὺς καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀίδης, ἐνέροισιν ἀνάσσων·
»τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς·
»ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεί,
»παλλομένων, Ἀίδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα·
»Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι·
»γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος.«

Br. Scriptum est hoc carmen in mulierem ἐκ παντὸς ἐργαζομένην σώματος, ut *Procopius* loquitur in Histor. Arcan. §. 83. p. 34. ed. *Eichel. quae pariter sufficit una tribus*, ut *Martialis* L. IX. 33. Comparandum Ep. I. *Luciani*. — V. 4. εἷς γὰρ ἕν. partem quisque mulieris, non totam, sortito accepit. — V. 5. εὐρώεντα. Etiam hoc Homericum, sed ex alio loco, Od. χ. 512. εἰς Ἀΐδαο δόμους ἰέναι, δόμον εὐρώεντα. — V. 6. ὕστατον. Vat. Cod. — V. 7. ἀνταὶ νεκύων. *Sophocl.* Oedip. T. 177. ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ. Idem in Polyxena ap. *Stob.* Ecl. phys. T. II. p. 1008. ἀκτὰς ἀπαιωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς λιποῦσα λίμνας ἦλθον ἠχεύσης γόους. — Lectionem Cod. ἐρημαῖοι ἡγεμόνες, et vers. sequ. δινεῦνται in τύπτοντα, *Br.* tacite et audacter mutavit.

In nonnullis apogr. ἡμίονοι ἡνιμόωντες leguntur. Fortasse fuit:

καὶ ἡμίονοί τ' ἡνιμόωντες.

Posterius enim vocabulum, quamvis tautologicum, mutare non ausim. ἀνσεῦνται autem malim mutare in

δουπεῦνται

quam in τέντονται; minor enim mutatio et hujus loci tempori accommodatius verbum δουπεῖσθαι, cum gravi sonitu pulsari et feriri. quae vis verbi apparet ex Crinagorae Ep. XXVIII. οἱ δ' ἄρα δουπήθησαν ἀολλέες, vulnerati occubuerunt. — V. 9. Ζῆνα δὲ Θεὶς Κλεόβουλον. Vat. Cod. unde apparet, speciosam Br. lectionem, cum antiquae lectionis vestigiis comparatam, vix veram videri posse. In Pauwii apogr. δὲ Θὶς κλ. quae emendatio se facilitate sua commendat. Cleobulum in Jovis loco ponas; alterum Jovem puta, quippe cui superiores regiones sortito obtigerint. — οὐρανόν. Lucian. Ep. I. 4. ubi vid. not. — τὸ ψολόεν πῦρ. Ap. Homerum de fulmine usurpatum, Od. Ψ. 330. Ω. 539. ad partem obscoenam translatum est. Inprimis huc pertinet facetum Ep. inter Lusus nr. LXVIII. ubi hortorum deus, se quasdam Homeri voces didicisse existimans, Psoleon, ait, ille vocat, quod nos psoloenta vocamus: Id, quod nos culum, culeon ille vocat. ubi tamen, ne falsa et sensu cassa dicat, cum Gronovio, membranis ducentibus, legendum: Ille vocat, quod nos psolon, ψολόεντα κεραυνόν. ψωλὸς enim verpus est. — V. 11. ψιάθων. Vat. Cod. ψίαθος, storea. Vide Hesych. v. et Spanhem. ad Aristoph. Ran. 575.

VI. Vat. Cod. p. 509. Planud. p. 104. St. 154. W. Historia de muliere, quae, licet gravida non esset, intra sex dies puellam et puerum peperit. — V. 1. »Perperam in Planudea et contra Epigrammatis sensum τῇ »πρὸν γαστρὶ λαβοῦσα. Bubastis Aegyptiorum eadem est, »quae Graecorum Diana, de qua videndus Jablonski

»Panth. Aeg. L. III. 3. ubi ultimum hujus Epigr. di»stichon prolatum.« *Br*. Emendatum est vitium ex Vat. Cod. ἐν γαστρὶ λαβεῖν dicitur mulier, quae concepit. Vide *Wasten.* ad N. T. I. p. 233. Hinc natum elegans dictum *Machonis* ap. *Athen.* L. VI. p. 246. C. Ὁ δ' αὐτὸς παράσιτον ἀκούσας ὑπὸ γραίας τρεφόμενον, συγγινόμενόν τε αὐτῇ ἑκάστης ἡμέρας·

Νῦν πάντα, φησί, γίνετ'· ἡ μὲν οὐ κύει,
ἐν γαστρὶ δ' οὗτος λαμβάνει καθ' ἡμέραν.

Apud eundem in simili re scribendum videtur:

Ὁ δεῖνα, παράδοξόν γε ποιεῖ πρᾶγμά τι
ἡ γραῦς ποιεῖν σ', ἐν γαστρὶ λαμβάνειν ἀεί.

O bone, mirificam rem te facere cogit vetula illa, ut nimirum semper ventre concipias. — V. 2. ἀπ' αὐτομάτου. Vat. Cod. — V. 5. Quod si omnes mulieres eadem ratione parere didicerint, nullas in posterum Lucina partes habebit. — καταλύεται. *Philipp.* Ep. XXXIV. Ἀρτέμιδος λέλυται λοχίων χάρις. De καταλύεσθαι dedimus quaedam ad *Lucillii* Ep. X. T. II. P. II. p. 445. — V. 6. τεύξεται. Vat. Cod.

VII. Cod. Vat. p. 94. Plan. p. 481. St. 625. W. Respondet iis, qui ei temperantiam commendaverant. Quid me voluptatibus abstinere jubetis? Num me abstinentia immortalem reddet? Et si tamen moriendum est, quid refert, utrum podager an integris et valentibus membris ad inferos descendam? — V. 351.] V. 3. »Inepte in Plan. πολλοὶ γάρ μ' ἐρέθουσιν legitur, quod »ineptius a Brodaeo expositum, *complures claudicantem »me deridebant. On me tourmente pour m'empecher de »boire.* Loquitur podager, cui vini potu interdictum.« *Br.* ἐρέθουσιν non ex codice, sed ex conjectura fluxit. In membr. Vat. πολλοὶ γάρ μ' αἰροῦσιν legitur, quae quantivis pretii lectio, accentu mutato, αἴρουσιν, sine haesitatione in textum restituenda est. αἴρειν pro ἐξαίρειν posi-

rem, *efferre defunctum, ut sepeliatur.* Quid interest, si podager ad inferos abeo? πολλοὶ γὰρ αἴρουσιν ἐμέ, τότε sociis deerunt, qui me supremum iter euntem sublevent et efferant. Hanc praeclaram lectionem, quae huic epigrammati acumen suum reddit, expressit *Grotius* T. III. p. 269.:

Multi me tollent; fiam sine claudus: ob illud
Ne dulces thiasos sit mihi deserere.

Hic latinus pentameter graeco longe est elegantior, quem onerant voculae supervacaneae γὰρ ἴσως, in quibus epitheton verbi θιάσους vel aliud quid latere suspicor.

VIII. Cod. Vat. p. 412. Edidit *Jensius* nr. 149. *Reisk.* in Anth. nr. 800. p. 174. Viatoris cum Pane, ad fontem collocato, dialogus. Deus se praetereuntes prohibere ait, quominus aqua ad pedes abluendos abutantur. Sitis tamen levandae gratia omnibus inde haurire licere. — V. 2. αἰγιπόδην. Cod. Vat. et *Reisk.* ut ap. *Silentiar.* Ep. XLVII. 3. Revocanda haec lectio. — V. 3. προθέεις. *Jens.* — V. 4. κοίλαις κάλπιν. *Jens.* vitiose; unde *Reiskius* infelici conjectura κοίλᾳ κάλπι γελῶν. — V. 5. νίπτρα. Vat. et κρυστάλλινα. „Legitima est hujus „versus scriptura, ποτιφέρειν, προςφέρειν tmesis est. Temere „hoc interpolavit Reiskius.“ *Br.* φέρειν omiserat *Jensius.* — V. 7. ὁ οἶμνον. Cod. Vat. quod *Salm* et *Reisk.* emendaverunt. — V. 8. νόμιος. *Jens.* contra cod. fidem. — V. 9. „Depravatum est πίνεο et contra Epigrammatis sensum. Potu enim aquae non interdicit Pan, sed „vetat, ne pedum lotione contaminetur fons: metro „etiam repugnat; prima enim in πίνω longa est. *Salmasius* reponebat φέρης e praecedenti: ποσὶ δὲ μή ποτε „νίπτρα φέρειν. Melius, meo judicio, Reiskius ἦν δὲ ποιῇς. „quod reponendum suadeo. πάθος. morbum cinaedicum; „Glossae: *morbosus.* παθικός. Catull. Carm. LVII. *morbosi pariter, gemelli utrique.* Vertendum itaque erat:

»Panth. Aeg. L. III. 3. ubi ultimum hujus Epigr. di»stichon prolatum.« *Br*. Emendatum est vitium ex Vat. Cod. ἐν γαστρὶ λαβεῖν dicitur mulier, quae concepit. Vide *Wetsten.* ad N. T. I. p. 233. Hinc natum elegans dictum *Machonis* ap. *Athen.* L. VI. p. 246. C. Ὁ δ' αὐτὸς παράσιτον ἀκούσας ὑπὸ γραίας τρεφόμενον, συγγινόμενόν τε αὐτῇ ἑκάστης ἡμέρας·

Νῦν πάντα, φησί, γίνετ'· ἡ μὲν οὐ κύει,
ἐν γαστρὶ δ' οὗτος λαμβάνει καθ' ἡμέραν.

Apud eundem in simili re scribendum videtur:

Ὁ δεῖνα, παράδοξόν γε ποιεῖ πρᾶγμά τι
ἡ γραῦς ποιεῖν σ', ἐν γαστρὶ λαμβάνειν ἀεί.

O bone, mirificam rem te facere cogit vetula illa, ut nimirum semper ventre concipias. — V. 2. ἀπ' αὐτομάτου. Vat. Cod. — V. 5. Quod si omnes mulieres eadem ratione parere didicerint, nullas in posterum Lucina partes habebit. — καταλύεται. *Philipp.* Ep. XXXIV. Ἀρτέμιδος λέλυται λοχίων χάρις. De καταλύεσθαι dedimus quaedam ad *Lucillii* Ep. X. T. II. P. II. p. 445. — V. 6. τεύξεται. Vat. Cod.

VII. Cod. Vat. p. 94. Plan. p. 481. St. 625. W. Respondet iis, qui ei temperantiam commendaverant. Quid me voluptatibus abstinere jubetis? Num me abstinentia immortalem reddet? Et si tamen moriendum est, quid refert, utrum podager an integris et valentibus membris ad inferos descendam? — T. 351.] V. 3. »Inepte in Plan. πολλοὶ γάρ μ' ἐρέθουσιν legitur, quod »ineptius a Brodaeo expositum, *complures claudicantem* »*me deridebant. On me tourmente pour m'empecher de* »*boire.* Loquitur podager, cui vini potu interdictum.« *Br.* ἐρέθουσιν non ex codice, sed ex conjectura fluxit. In membr. Vat. πολλοὶ γάρ μ' αἰροῦσιν legitur, quae quantivis pretii lectio, accentu mutato, αἴρουσιν, sine haesitatione in textum restituenda est. αἴρειν pro ἐξαίρειν posi-

tum, *efferre defunctam, ut sepeliatur.* Quid interest, si podager ad inferos abeo? πολλοὶ γάρ αἴρουσιν ἐμέ, τότε sc. non deerunt, qui me supremum iter euntem sublevent et efferant. Hanc praeclaram lectionem, quae huic epigrammati acumen suum reddit, expressit *Grotius* T. III. p. 269.:

Multi me tollent; fiam sine claudus: ob illud
Ne dulces thiasos sit mihi deserere.

Hic latinus pentameter graeco longe est elegantior, quem onerant voculae supervacaneae γὰρ ἴσως, in quibus epitheton verbi θιάσους vel aliud quid latere suspicor.

VIII. Cod. Vat. p. 412. Edidit *Jensius* nr. 149. *Reisk.* in Anth. nr. 800. p. 174. Viatoris cum Pane, ad fontem collocato, dialogus. Deus se praetereuntes prohibere ait, quominus aqua ad pedes abluendos abutantur. Sitis tamen levandae gratia omnibus inde haurire licere. — V. 2. αἰγιπόδην. Cod. Vat. et *Reisk.* ut ap. *Silentiar.* Ep. XLVII. 3. Revocanda haec lectio. — V. 3. πρόθιμε. *Jens.* — V. 4. κοίλαι κάλπιν. *Jens.* vitiose; unde *Reiskius* infelici conjectura κοίλα κάλπι γελῶν. — V. 5. πέπτρα. Vat. et κρυστάλλινα. „Legitima est hujus „versus scriptura, ποτιφέρειν, προςφέρειν tmesis est. Temere „hoc interpolavit Reiskius." *Br.* φέρειν omiserat *Jensius.* — V. 7. ὦ σέμνον. Cod. Vat. quod *Salm.* et *Reisk.* emendaverunt. — V. 8. νόμιος. *Jens.* contra cod. fidem. — V. 9. „Depravatum est πίνης et contra Epigramma„tis sensum. Potu enim aquae non interdicit Pan, sed „vetat, ne pedum lotione contaminetur fons: metro „etiam repugnat; prima enim in πίνω longa est. *Sal„masius* reponebat φέρης e praecedenti: ποσσὶ δὲ μή ποτε „πέπτρα φέρειν. Melius, meo judicio, Reiskius ἦν δὲ ποιῇς. „quod reponendum suadeo. πάθος. morbum cinaedicum. „Glossae: *morbosus.* παθικός. Catull. Carm. LVII. *mor„bosi pariter, gemelli utrique.* Vertendum itaque erat:

Sidon. l. c. λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης. λιμηρὸν ἔρωτα dixit *Theocrit.* Eid. X. 57. — V. 6. νέων vulgo. νέον emendavit *Salmas.* in not. ined. ex Vat. Cod. — Notandum est τήκειν ἄνθος pro *perdere, corrumpere.* Eodem sensu, sed haud paulo rectius *Theocrit.* Eid. II. 83. τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο. *Lucian.* Dial. Mort. XXVIII. 2. T. II. p. 231. οἱ μασθοὶ κατετάκησαν. — ¶. 352.] V. 9. δεκάτην ἀπὸ λήμματος. partem quaestus meretricii. — ἐργασίην. Vide not. ad *Philippi* Ep. XXVIII. 1. — Sensus esse videtur: Ut nunc accepisti pristini victus mei instrumenta, ita nunc mihi ex nova, quam amplexus sum, vita quaestum praebeas et procures.

XI. Vat. Cod. p. 455. Plan. p. 57. St. 81. W. Scriptum est carmen in simulacrum Minervae pomum manu tenentis. Venus loquitur. — V. 2. τοὐμὸν ἁρπάξασα δῶρον. Vat. Cod. ubi fortasse antiqua lectio latet, quam *Planudes* immutavit, ut metro succurreret. — V. 3. τὸ πάρ. Vat. — V. 4. ἐδογμάτισεν. Vat. Cod. — V. 5. δόρυ καὶ σάκος. tu hasta et clypeo superbias. Venus, malo accepto, ap. *Coluthum* v. 174. Οὐ σακέων βασίλεια, καὶ εἰ πυρὸς ἐστὶ τιθήνη, Οὔ σοι Ἄρης ἐπάρηξε, καὶ εἰ δορὶ μαίνεται Ἄρης. *Callim.* in Lav. Pall. 44. Minerva ἵππων καὶ σακέων ἁδομένα πατάγῳ. — V. 6. ἀρκεῖ τῷ μήλῳ. Bellum Trojanum nos de hoc pomo gessisse sufficiat; alterum ne excitetur, pomum redde.

XII. Vat. Cod. p. 518. *Nicarcho* hoc carmen restituit, quod in Plan. p. 136. St. 197. W. ἄδηλον est. In Niconoën, quae, quamvis vetula, quaerebat adhuc, cui nuberet. — V. 1. νικονόη. Vat. Cod. — V. 2. ἴδεν. Vat. Cod. Similiter in vetula ridenda lusit *Martial.* X. 39. *Consule te Bruto quid juras, Lesbia, natam? Mentiris; nata es, Lesbia, rege Numa. Sic quoque mentiris: namque, ut tua secula narrant, Ficta Prometheo diceris esse luto.* In Lusib. nr. XII. *Quaedam serior Hectoris*

parente, Cumaeae soror, ut puto, Sibyllae, Aequalis tibi, quam domum revertens Theseus reperit in rogo jacentem. et nr. LV. *Quae forsan potuisset esse nutrix Tithoni, Priamique Nestorisque, Illis ni pueris anus fuisset.* De sene quodam capulari *Philonides* dixerat comicus: νυνὶ δὲ Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερος. ap. *Polluc.* L. III. 18. Similia, si opus foret, plura possent excitari. — V. 3. ταῦτα. Illud sub Deucalione diluvium et Niconoës florem, qui in eandem aetatem incidit. — V. 4. τάφον. Apte haec cl. *Mitscherlich* admovit *Horat.* III. Carm. XV. 4. *Maturo propior desine funeri Inter ludere virgines.*

XIII. Vat. Cod. p. 520. Plan. p. 127. St. 183. W. Charmus quidam in Arcadia cum quinque aliis cursu certans, a sex cursoribus superatus est. Nam cum amicus quidam ejus in stadium descendisset, ut eum cohortaretur et excitaret, pone hunc quoque egregius ille stadiodromus relictus est. — V. 1. Κάδμος in Ed. Flor. et Ald. 1. Χάρμος reliquae et Cod. Vat. — V. 2. ἐν Ἀρκαδίᾳ. Tegeae fortasse, sive ad montem Lyceum. De certaminibus gymnicis in utroque loco celebratis vide ad *Simonid.* Ep. LXXV. 8. 9. — V. 2. ἐξέπεσε. De histrionibus praesertim hoc vocabulum usurpatur et de fabulis tragicis comicisve, quae exploduntur; deinde omninode iis, qui sperata frustrantur laude. — V. 3. εἷς φίλος. Hunc amicum in arenam descendisse putabat *Brodaeus*, ut se a Charmo pateretur vinci; parum recte. Eum acclamando tardissimum hominem excitare et extimulare voluisse, dubitare noli. Hanc ob causam θάρσει acclamat; ut illi ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 92. in descriptione pugnae Pollucis: ἥρωες κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον. — Nec ad cursum paratus erat ille, qui ἐν ἱματίῳ venerat; stadiodromi enim nudi currebant. *Pausan.* I. 44. p. 106.

XIV. Cod. Vat. p. 530. Plan. p. 132. St. 190. W. Callidum vatis Olympici responsum. Sunt quaedam La-

cillii Epigrammata (XLIII. XLIV.) in Olympum vatem, similis argumenti. Idem an fuerit, fictumve nomen, non constat. — V. 1. πλεύσοι. Vulgo. — V. 3. In edit. pr. et Ascens. κενεὴν inepte legitur, quod quamvis ab *Aldo* emendatum, tamen in *Stephani* edit. rediit. — ¶. 353.] V. 5. ἥξεις. Color idem, ut in Ep. *Lucillii* XLIV.

XV. *Vat. Cod. p. 539. sq. Planud. p. 134. St. 193. W. in titulo: εἰς βαλανεῖον ψυχρόν. Idem lemma in Vatic. membrana legitur, sed falsum videtur. *Joseph. Scaliger* in not. msc. adscripsit: Εἰς βραδεῖς. idemque existimabat *Huetius* p. 14. et *Opsopoeus*. Ab ultimo disticho, si quid video, totius carminis explicatio pendet. — V. 2. Δύστρος. ὁ Μάρτιος μὴν παρὰ Μακεδόσιν. *Suid.* Cf. *Interpp. Hesych.* T. I. p. 1052. 10. — ἐπ' Ἀντιφ. Antiphilo Archonte. — V. 4. ἄλλον. Vat. Cod. — V. 5. Post ὥρας excidit ἡμῖν in ed. Brunckiana et Lipsiensi, quod serius animadverti. — Quod ille scripsit, se insequente anno rediturum esse, id satis indicat, ipsius hominis tarditatem rideri, non balnei vitium. In seqq. verbis res etiam manifestior. Onesimus in balneo desidens balneatores jusserat, proximo anno ahenum de igne demere et aquam ad lavandum parare. Sic enim haec accipienda sunt. εἰς τότε. *anno abhinc.* Sic dicitur εἰς αὔριον, εἰς τὸν παρόντα χρόνον, ἐς καὶ et similia. — πυρίαν καθαιρεῖν autem quid aliud esse possit, quam ahenum, aqua calefacta, de igne demere, ut aqua in lacum effundatur scilicet? Quo sensu *Grotius* haec acceperit, non satis apparet ex ejus versione: *Scripsit saepe, brevi rediturus spero: ministri Illo namque ignem tempore deminuent.* Hic verba *illo tempore* non habent, quo referantur.

XVI. Vat. Cod. p. 523. Plan. p. 158. St. 230. W. Macilentorum quorundam de macilentiae praemio certamen enarratur. Similia in eodem Planudeae titulo leguntur. — V. 2. λεπτ' ἐπίλεπτ. Ed. Flor. et Ald. pr. — V. 4. δυόδω. Ed. pr. Flor.

XVII.

XVII. Vat. Cod. p. 563. τοῦ αὐτοῦ. i. e. Λεωνιδου, cujus Ep. praecessit. In Plan. p. 186. St. 272. W. ἄδηλον est. Receptum est in Florileg. *Stobaei* T. X. p. 126. 23. Gesn. 73. Grot. Mulis comparantur avari, quod divitiis suis non magis fruantur, quam jumenta auri argentique, quod gestant, oneribus. — V. 1. ψηφίζων praebuit Vat. Cod. pro vulgato ψηφίζει. — V. 2. βίον ἡμιόνων. Similia collegimus ad *Cratetis* fr. VI. 6. Tom. I. P. I. p. 382.

XVIII. Cod. Vat. p. 531. Νικάρχου. Eidem tribuitur in Lect. Aldi et Ald. 2. 3. Nicol. Sabiens. In Flor. pr. autem, et ap. *Stob.* T. X. p. 126. 52. Gesn. 73. Grot. *Nicandro* inscribitur, ad quem refertur etiam in Cod. *Nicandri* Gottingensi. In avarum, qui, quod resti parceret, a suspendii consilio abstinuit. — V. 1. Ασίναρχος vulgo. Δίναρχος ὁ φείδων Vat. Cod. — ¶. 354.] V. 3. ὀψώνης dicuntur, qui non frugalitatis causa, sed pecuniae amore parvo obsonant et se difficiles in emendo praebent, secundum *Casaubonum* ad *Athen.* L. VI. 3. p. 402. — V. 4. ἴσος. Vat. Cod. — V. 6. ἐς γ' ἀ. Plan. Stob. — ἔθανεν. Vat. Cod.

XIX. Cod. Vat. p. 532. Νικάρχου. Etiam hoc Epigramma in Ed. pr. Flor. et Ald. Νικάνδρου inscriptum est, ut etiam in Cod. Nicandri Gotting. *Platoni Antipatrove* tribuendum esse, indicat margo *Stob.* Tit. X. p. 127. 9. In *Stobaeo* Grot. p. 75. *Incerti* appictum. — Phidon moribundus non obitum, sed impensas in loculum factas deplorat. — V. 3. ταῦτ' αὐτῷ. Plan. Stob. et Cod. Nicandri. τοῦτ' αὐτῷ. Vat. Cod. Tacite hanc lectionem immutavit clariss. editor. — V. 4. τέκνων. Nic. Cod. Poëtae sententia optime expressa in versione *Grotii*, qui *Brodaeum* sequitur: *solari quaeritis umbram? Unum ex uxorum plebe superjacite.* — Frigidum, pro meo sensu, hujus carminis acumen.

XX. Vat. Cod. p. 562. Plan. p. 168. St. 245. W. Peculiare caput *ventris crepitu* Planudes fecit, in quod hoc carmen referret. — V. 1. et v. 3. ἀποκτείνει. Plan. — V. 2. τραυλὸν μέλος. *Theocrit.* Ep. IV. 12. μέλπουσαι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα. — V. 4. καὶ σώζει. vitiose Vat. Cod. Idem πάλιν.

XXI. Vat. Cod. p. 509. *Nicarcho* hoc Epigramma vindicavit, quod ἄδηλον est in Plan. p. 179. St. 262. W: *Scholiastes Luciani* esse existimabat. In Stephanum quendam, qui aucta re familiari etiam nomen auxit atque produxit; sed frustra. — V. 1. Laudat hoc distichon *Petitus* in LL. Att. p. 260. ut probet, manumissos nomen suum nonnunquam mutasse, nonnunquam syllaba adjecta auxisse. At h. l. de manumisso an agatur, dubitari potest. Certe verba καὶ παῖς ἅμα non minus apte ad aetatem Stephani referas: dum puer erat et pauper, Stephanus appellabatur. At nihil omnino his verbis confici potest, quae depravata esse infra docebimus. Nomen autem produxisse, qui conditionem mutarent, apparet ex *Demosthene* pro Corona T. I. p. 270. 24. ed. R. de Aeschinis genere et natalibus agente: χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην ἅμ' Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονε· καὶ δύο συλλαβὰς προςθεὶς τὸν πατέρα, ἀντὶ Τρόμητος, ἐποίησεν Ἀτρόμητον· τὴν δὲ μητέρα, σεμνῶς πάνυ, Γλαυκοθέαν ὠνόμασεν, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην. Huc spectat *Lucian.* in Somn. §. 29. T. VI. p. 335. παρὰ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ δισυλλάβου τετρασύλλαβος ἤδη, πλουτήσας, εἶναι ἀξιοῖ. quae referuntur ad §. 14. p. 311. χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων. ὁ δὲ ἀγανακτήσας, Εἴπατε, ἔφη, τῷ πτωχῷ μὴ κατασμικρύνειν μου τοὔνομα· οὐ γὰρ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. Haec non effugerunt *Brodaei* diligentiam. Nec solum producere nomina, sed etiam ignobiliora in splendidiora mutare solebant: de qua re vide *Lucian.* in Tim. §. 22. T. I. p. 92. et quae ibi collegit T. *Hemsterhusius* p. 379. sqq. Adde *Mercerum* ad *Aristaen.* I. Ep. 14. p. 241. — Initio Ed. pr.

... quod ex Lectt. Ald. emendatum est. — προκόψας. ... aetate provectior et copiis instructior. προκόπτειν de ... tempore usurpatum illustravit *Alberti* in Obss. ad Epist. ... Rom. XIII. 12. de incrementis et progressu aliarum ... Graev. ad *Luciani* Soloecist. T. IX. p. 474. — V. 4. Ἱπποκρατιππιάδας. Vulgo. Brunckiana lectio ex Vat. Cod. fluxit. Delectabantur Athenienses inprimis nominibus ab ἵππος derivatis, quibus opulentiores equorum ... studium significabant. Nota res ex *Aristophan.* Neb. v. 63. sqq. nec praetermissa a Schol. ad h. l. ... τὸν ἱπποτροφοῦντα καὶ ἱπποτρόφον δηλοῖ, ὅπερ τῶν πλουσίων ... — V. 5. Διονυσιοπηγανόδωρος. Poëtam non solum longitudine, verum etiam significatione hujus nominis risum lectorum captasse, dubitari vix potest; difficilius fuerit poëtae acumen assequi, quod *Brodaeum* certe et *Salisfeldt* fugit. Cur enim, quaeso, magnifico Διονυσίου nomini, quod addita terminatione δωρος etiam graviore ... aures ferit, addidit ignobile πήγανον? nisi forte poëta hac ipsa compositione ineptum hominis ingenium significare voluit. Sed vel sic causam requiras, cur hoc potissimum vocabulum elegerit. — V. 6. ἀγορανόμιον *Brodaeus* forum interpretatur, eumque sequitur *Grotius*. Sed quis unquam forum sic appellavit? ἀγορανόμοι magistratus erant, boni ordinis in foro arbitri annonaeque curam gerentes; horum munus ἀγορανομία. Utrumque vocabulum ap. veteres ubique obvium; ἀγορανόμιον nusquam. Ut autem τὸ θεσμοθέσιον locus est, ubi thesmothetae conveniunt, sic ἀγορανόμιον eum locum significare videtur, in quo aediles congregabantur, quos tabulas habuisse verisimile est, quibus perscripta haberent nomina eorum, qui merces, frumentum, olera adveherent et in foro venalia haberent. Quod si Stephanum in ... hominum numero fuisse constaret, ratio reddi posset, cur in ἀγορανομίῳ, i. e. in aedilium tabulis sive apud aediles, etiam post nomen crebro mutatum, sem-

per tamen Στέφανος vocari dicatur. At pristinam Stephani conditionem *Nicarchus* ne verbo quidem indicavit, sive potius frustra indicavit, si genuina est in v. 1. scriptura:

ἦν Στέφανος πτωχὸς καὶ παῖς ἅμα.

quam equidem depravatam esse quovis pignore contenderim. Scribe minima mutatione:

ἦν Στέφανος πτωχὸς ΚΗΠΕΥΣ Θ' ἅμα.

et pauper et olitor. Forma κηπεὺς pro κηπουρὸς ap. *Pollucem* notata L. VII. 110. et 140. servata est etiam in Ep. *Leonidae Tar.* nuper edito a cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 204. αἰὲν ὁ κηπεὺς Κάπων ἐκ τούτων ὥρια δωροφορεῖ. Hac emendatione admissa, omnia jam expedita, quae ante difficultatibus laborabant. Primum ipsum Στεφάνου nomen ad pristinam hominis conditionem significandam facit; deinde intelligitur, cur *Nicarchus* ei ridiculum illud Διονυσιοπηγανοδώρου nomen tribuerit, πήγανον, *rutam*, quam ille olim in foro vendere solebant, nobilioribus immiscens nominibus.

XXII. Cod. Vat. p. 507. Planud. p. 179. St. 261. W. Conqueritur poëta, de vino in convivio, quod Mercurii festo agebatur, effuso et perdito. — V. 3. οἶνος. Respicitur locus *Homeri* Il. φ. 295. Conf. *Alc. Messen.* Ep. XV. T. I. p. 490.

¶. 355.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 564. sq. *Nicarcho* vindicavit carmen, quod ἄδηλον est in Plan. p. 142. St. 207. W. — V. 1. Omisso nomine Plan. τοῦ γρυποῦ ῥιπτῆρος. Niconis nomen, quod membranae praebent, de homine ingentis nasi occurrit ap. *Lucill.* Ep. XX. p. 312. — V. 5. βουνός. collis. Vide *Valcken.* de hoc vocabulo disputantem ad *Herodot.* IV. p. 351. 41.

XXIV. Cod. Vat. p. 539. Νικάρχου. In Plan. p. 193. St. 208. W. hoc quoque ἄδηλον. In Theodorum oris gra-

violentia laborantem, ita ut difficile esset, os ejus a culo discernere. Conf. Ep. *Antip. Thess.* VIII. quod membranae a nonnullis Nostro tribui indicant. *Catull.* XCVII.:

Non, ita me Dii ament, quidquam referre putavi,
Utrumne os an culum olfacerem Aemilio.
Nil immundius hoc, nihiloque immundius illud,
Verum etiam culus mundior et melior. etc.

Anthol. Lat. V. 205. quod optime emendavit cl. *Nodell* in Notis critic. sic:

Quid tu cunque moves os, culum porrigis ultro:
Nam torpes foetore gravi, si forte loquaris.

— V. 2. καλὸν ἦν. decori esset physicis, si hoc tam subtile discrimen dignoscere possent. — V. 3. ποιὸν est in utrisque Aldin. et ap. Nic. Sab. pro ποιὰς, quod est in reliquis et in Cod. Vat. — V. 4. „Voces κάμμυγα πορδοπέσω absunt a codicibus omnibus et duabus primariis editionibus: addidit eas Aldus in secunda. Valde corruptum est in Planudea ultimum distichon.“ *Br.* Aldi interpolatio ob duas caussas minime ferenda est; primum, quod a poëtae mente aliena est; non enim agrestis et sordidus homo describitur, qui inter loquendum etiam pedat, sed oris foetore laborans; deinde, quod tertium distichon, si Vat. Cod. fides, cum praecedentibus ne jungendum quidem. In membranis enim non solum separatur, lemmate apposito τοῦ αὐτοῦ, sed etiam nomen hominis diversum introducitur. Hac caussa, procul dubio, commotus *Salmasius* haec sic corrigenda putabat in not. inedit.:

νῦν δὲ λαλοῦντός σου ᾠόμην σε βδέειν.

quae vitiose descripta esse videri possent, nisi idem vertisset: *nunc cum loquereris et flatum loquendo faceres, ex ea parte te illum emisisse putabam.* Facile ad eundem sensum emendare possis:

νῦν δὲ λαλοῦντός σου, βδεῖν σ' ἐνόμιζον ἐγώ.

Set ejusmodi hariolationibus nihil incertius. — V. 5.

Hoc distichon a superioribus disjungendum putabat *Huetius* p. 15. ejusque suspicionem confirmavit Cod. Vat. in quo legitur: πότερον χαμαὶ Διδύμους ηβδημενέχει γὰρ πνεῦμα καὶ κάτω καὶ ἄνω. Vulgo habebatur: πότερον ἔχαεν Θεόδωρος Ἢ βδέε· ἔχει γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω. Nihil his corruptius et inficetius. *Salmasius* tentabat in not. mss. ἢ βδέεν· ὃς γὰρ ἔχει κτλ. Elegantior est *Brunckii* emendatio, sed nimis abhorret a vulgatae ductibus et falsa de hujus distichi cum superioribus nexu nititur opinione. Longe diversam viam instituisse videtur *Grotius*, qui vertit:

Discere non valeo, quid venerit inde vel inde:
Vipera namque infra sibilat atque supra.

unde vir doctus in Ephemerid. Jenens. an. 1796. nr. 366. p. 469. suspicatur, *Grotium* legisse:

ἢ βδέε· ἔχις γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Speciosa conjectura; an vera, non dixerim. Haud facile enim quisquam veterum voce ἔχις figurato hoc sensu usus est. Praeëunte *Brunckio*, quam minime recedens a lectione Vatic. cod., totum hoc Epigramma sic lego:

Οὐ δύναμαι γνῶναι, πότερον χαίνει Διόδωρος,
ἢ βδεῖ· ἴσον γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

XXV. Cod. Vat. p. 520. τοῦ αὐτοῦ (*Nicarchi*) εἰς φαρέθμον. In caput εἰς δυσώδεις retulit etiam Planud. p. 143. St. 207. W. Acumen carminis est in duplici significatione verbi φιλεῖν. Praeivit nostro *Antip. Thess.* Ep. VII. πρὸς Διός, εἴ με φιλεῖς, Πάμφιλος, μή με φίλει. quod tamen in fellatorem scriptum et nostro longe argutius est. — εἴ με φιλεῖς, μισεῖς με. Fluxit hic verborum lusus ex dicto *Theophrasti*, quod servavit *Plutarch.* in Vit. Caton. Min. T. I. p. 777. B. μεμψάμενος δὲ μετρίως, οὐ μετρίας τυχεῖν ἐπανορθώσεως, ὅτι κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὥς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι πολλάκις. quod

expressit *Aristaenet.* L. I. 22. p. 54. αἴτιον δὲ ἦν τὸ βούλεσθαι φιλεῖν μονοῦν. — Pro μονοῖς σὺ *Jos. Scaliger* in not. msc. emendabat φωνοῖς με. — V. 2. μοῖρ'ς. Ed. pr. Flor. Ald. et Asc.

XXVI. Hoc Epigramma et quatuor sequentia continua serie leguntur in Vat. Cod. p. 524. eodemque ordine, quo leguntur in Plan. p. 148. St. 215. W. Ordinem ducit Ep. XXVII. quod junctum est Epigrammati *Stratonis* XCIX. Deinde se excipiunt hoc ordine: XXVI. XXVIII. XXIX. XXX. omnes cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. Ne *Stratonem* auctorem putes, vetat omissio lemmatis in Ep. XXVII. et multo magis, quod p. 552. et Ep. XXVII. et XXVI. iterum leguntur sub Καλλικτῆρος nomine. Huic igitur et reliqua tribuenda sunt. *Brunckius* Planudis auctoritatem sequutus est, qui haec omnia sub *Nicarchi* nomine edidit. — Scriptum est hoc Epigramma in medicum, qui aegrotanti mulieri vix manus admoverat, cum subita morte exstincta est. Facetum est carmen propter parodiam veteris Ep. inter ἀδέσπ. CCCXII, de quo agemus ad Ep. ἀδέσπ. CVI. quod et ipsum cum nostro comparandum est. — V. 1. Ἰητρός. sic Vat. loco sec. ὁ ἰατρός. loco pr. — V. 3. στεφανοῦτο ὁ σοφός. Non defuncti solum, sed loculi quoque coronabantur et cippi. Electra *Sophoclis* v. 893. ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον, Ὁρῶ — περιστεφῆ κύκλῳ Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός. Conf. *Aeschyli* Choëph. v. 93. sq. — V. 4. „τὸν „φανόν. sic plerique codd. in quibusdam superscripta „altera lectio τάφον. Bis legitur in membranis hoc car„men: uno loco φανόν, altero τάφον habet. Illud verum „est, et a librariis non intelligentibus mutatum. Signi„ficat *ferale epulum*. Vide *Kirchmann.* de funer. Rom. „p. 523.“ *Br.* *Salmasius* in not. msc. ad h. l. notavit haec: *Quis sit usus φανοῦ in funeribus, jam pridem viri docti annotarunt, et nos alibi plura dicturi sumus. Posset tamen vulgata lectio confirmari ex sequentibus.* Facit huc

Festus in *Faba* p. 286. 13. *Fabam nec tangere nec nominare flamini Diali licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et lemuralibus jacitur larvis, et parentalibus adhibetur sacrificiis.* cum quibus conf. *Gellium* X. 15.

XXVII. Vide ad Ep. praeced. Mulier illa, in quam Ep. XXVI. conscriptum est, dubitationem de morte, qua perierit, tollere fingitur. Expressum carmen ex *Hedyli* Ep. V. T. I. p. 484. Ἄγις Ἀριστογόρην οὔτ' ἤλασεν, οὔτ' ἔθιγ' αὐτοῦ· Ἀλλ' ἔσον εἰς ἦλθε, πῦρ' ἔγρ' Ἀριστογόρης. — Initio carminis *Brunckius* mallet: οὔ μ' ἤλασε Φείδων, οὐδ' ἥψατο.

¶. 356.] *XXVIII.* Vide ad Ep. XXVI. Historia de medico, qui, gibbosum rectum facturus, eum lapidibus impositis oppressit. Parum facetum carmen. — V. 2. scribendum cum *Jos. Scaligero* τετραπόδας τε. — V. 4. τέθνηκεν. vulgo et in Vat. Cod.

XXIX. Vide ad Ep. XXVI. Excusatio chirurgi cujusdam, quod aegrotum occidisset. Ἀκεστορίδης, quod *Opsopoeus* de *medico* accipiebat, nomen proprium est, aegroti. Hujus nominis exempla vid. ap. *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Pallad. v. 34. p. 645.

XXX. Vide ad Ep. XXVI. In Alexidem, medicum, qui omnes aegrotos, quibus manum admovisset, ad inferos misit. — V. 2. ἴδεν, *visitavit*. Ut enim ἰδεῖν saepe pro *congredi*, *colloqui* ponitur, (vide *Ducker.* in *Thucyd.* IV. 125. T. II. p. 472. *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 276. ed. Bip.) sic inprimis de medico, qui aegrotum interrogat, venam explorat etc. — Pro ἐνέχρισε πάλιν *Casaubonus* tentavit in not. msc. ἐνέχρισεν ἅμα. (sic enim eum scripsisse autumo, non ἐνέχρισεν ἅμα.) Si quid mutandum sit, scripserim potius:

πέντ' ἐνέχρισε πάλιν.

quinque nuper inunxit. quam voculae πάλιν significationem illustravit *Valck.* ad Eurip. Hippol. p. 281. Sed

αὖτε pro *item*, *pariter* passim occurrit ap. *Xenophontem* et alios. Hoc modo accipias, an pro *posthac*, *deinde*, parum interest. — V. 3. μία νύξ. Parodiae haec speciem habent. *Horat.* I. Carm. XXVIII. 15. *Sed omnes una manet nox, Et calcanda semel via leti.* — V. 4. γίγνεν. Vat. Cod.

XXXI. Vat. Cod. p. 525. Νικάρχου. Plan. p. 149. St. 216. W. In Zopyrum medicum, qui, ut alter Mercurius, animas mortalium ad Orcum deducebat. Haec *Br.* melius, quam antea factum erat, inter personas distribuit. Zopyrum medicum *Brodaeus* eruit ex *Plutarch.* Qu. conv. T. II. p. 653. et *Celso* L. V. 23. qui antidotum describit a Zopyro Ptolemaeo regi paratum. — V. 2. ἐστέρησεν. Vat. Cod. Ed. pr. Flor. Ald. 1. 2. 3. et ed. Nicol. Sab. ἐστέρισε primum in Ascens. reperitur. — V. 4. εἴ τ' ἐπίσω. Sensus esse videtur, Zopyrum totam Aegyptum tumulis implevisse. Horum nonnullos, in conspectu positos, nominatim designat, plurimos alios, longo ordine exstructos, usque ad Paraetonium, digito indicasse contentus. — Παραιτόνιον, urbs et portus Marmaricae, etiam Ammonia appellabatur, in occidentalibus Aegypti finibus. Et Παραιτόνιον scribitur et Παραιτώνιον. Vide *Fabric.* ad *Dion. Cass.* T. I. p. 639. §. 57. — V. 5. Zopyrum sibi poëta sub Mercurii ψυχοπομποῦ fingit habitu. κηρύκιον h. l. est virga illa, qua *nigrum* compellebat Mercurius *gregem*, secundum *Horatium* I. Od. XXIV. 18. Cf. I. Od. X. 18. ῥάβδον vocat *Homer.* Od. ω. init. Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο Ἀνδρῶν μνηστήρων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶ Καλὴν, χρυσείην, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει. Hinc *Lucian.* D. D. VII. 4. T. II. p. 25. Bip. Mercurium puerum describens: ὑπόπτερος δ' ἐστί· καὶ ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. Haec virga antiquitus nihil a caduceo diversa fuit. Vid. *Ilgen* ad *Homeri* Hymn. in Merc. v. 528.

p. 475. *Böttiger in den Vasengem.* I. 2. p. 96. sqq. — Pro ἴχων Vat. Cod. ἴχω. vitiose.

XXXII. Vat. Cod. p. 533. Νικάρχου. *Lucillio* tribuit Planud. p. 151. St. 219. W. In antiquis autem edd. Flor. pr. Ald. 1. 2. 3. Ascens. et Nicol. Sabiens. Λεωνίδου inscribitur, simul cum Ep. VI. *Leonid. Alex.* quod in membranis proximum a nostro disticho locum occupat. — In Demophilum, canterem pessimum. νυκτικόραξ. *noctuam* esse ait *Isidor.* in Origin. XII. 7. cum quo etiam alii conspirant, quos laudat *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. II. p. 430. Sed qualem avem proprie significaverint veteres non constare, monuit *Camus Notes sur Aristote* p. 250. Absonus ejus et tristis cantus, ut bubonum, noctuarum, aliarumque hujus generis avium, pessimi ominis esse putabatur. Vide *Intrpp. Virgilii* Aen. IV. 462. *Solaque culminibus ferali carmine bubo Saepe queri et longas in fletum ducere voces.* Quod *ferale carmen* appellat *Virgilius* et alii post eum, nostro est θανατηφόρον μέλος. — ὅτ' ἂν et mox καὶ αὐτός. Vat. Cod.

¶. 357.] XXXIII. Vat. Cod. p. 541. Plan. p. 154. St. 225. W. Protulit hoc Epigr., quo ridicula de surdis duobus, coram judice surdo litigantibus, historia narratur, *Bandini* in Catal. Bibl. Laurent. T. II. p. 297. Eleganter imitatus est *Hagedornius* noster in Fabul. II. ubi laudat Epigr. *Pelissonii dans le Récueil de Poësies diverses par La Fontaine* T. II. p. 331. — V. 2. „τούτων „τῶν δύο κωφ. Plan. In Vat. membr. deest τῶν, quod a „Planude additum videtur. Salmasii emendatio est, „quam recepi." *Br.* Mira tmesis vocis ἀμφότεροι, cujus velim exemplum dedisset cl. editor. τούτων δύο more Homerico, pro δυοῖν. Vide *Eustath.* ad Il. κ. p. 802. et *Hesych.* in δύο. Cod. Bandini: τούτων δὲ ἀμφότεροι. — V. 3. αὐτῷ. Cod. Band. — τὸ ἐνοίκιον. Vide ad Ep. VI. — V. 4. ὁ δ' ἔφη alter se totam noctem molam agitasse dixit.

Quia ἐλαύν ambigua significatione gaudet, ut Latinorum *permolere*, (vid. ad Epigr. ἀδέσπ. XVI.) *Brodaeus* nequitiam subesse putabat. Vereor, ut recte. — Vitiose Cod. Bund. ἴσῃ οὕτω ἐλαύν.

XXXIV. Cod. Vat. p. 540. Plan. p. 161. St. 233. W. Protulit hoc carmen, ubi de *miliario* disputavit, *Laz. Beyfius* de Vasculis in Thes. Gronov. T. IX. p. 691. *Athen.* L. III. p. 98. D. σοφιστὴς, εἰ τὸ μιλιάριον καλούμενον ὑπὸ Ῥωμαίων, τὸ εἰς θερμοῦ ὕδατος κατεργασίαν κατασκευαζόμενον, ἰπνολέβητα ὀνομάζοντες. Conf. *Casaubon.* p. 193. 57. His vasis carbones fuisse subjectos, apparet ex *Luciani* Lexiph. §. 8. T. V. p. 187. Bip. ὁ μέντοι ἰπνολέβης, ὑπερεπαφλάζων, ἐς κεφαλὴν ἡμῖν ἀνέτρεψε τοὺς ἄνθρακας. ubi *Schol.* ἰπνολέβης. τὸ ἐν συνηθείᾳ μιλιάριον. Erant in eo *fistulae, per declive circumdatae, ut saepe eundem ignem ambiens aqua per tantum flueret spatii, quantum efficiendo calori sat esset;* quae *Senecae* verba sunt in Quaest. natur. L. III. 24. Delineatam miliarii imaginem exhibuit *Baccius* de Conviv. veter. L. III. 6. — V. 3. μὴ φόβει, μὴ κάμνε· μάτην. Vulgo post Steph. In Vat. Cod. et antiq. edd. verbis transpositis: μὴ κάμνε, μὴ φόβει · μάτην — metro vitiato. Nam μάτην priorem corripit. Quare *Jos. Scal.* in not. msc. τί inseruit, κάμνε etiam in κάμε mutato. Hoc auctori suo merito reliquit cl. editor, in cujus lectione nihil est, quod lectorem morari queat. Nec tamen *Stephani* lectio temere repudianda est. — V. 4. βαύκαλιν. vasis genus, cujus usus miliarii usui plane est contrarius. Inserviebat enim refrigerando vino, haud aliter ac ὁ ψυκτήρ, de quo videndus *Athen.* L. XI. p. 503. C. D. et *T. H.* ad *Polluc.* X. 74. Latini *gillonem* vocabant τὴν βαύκαλιν, sive potius *gelonem*, quem e terra plerumque factum esse, apparet ex *Cassian.* Instit. L. IV. 16. *Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit.* Hanc ob caussam *testa* vocatur in Epigr. latino ap. *Pithoeum* L. IV. p. 159.:

Gillo vomit gelidum vastis singultibus amnem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laricem curamus claudere testa,
Ut mersa imbrigenis unda nivescat aquis.

Conf. *Burmann.* in Anth. Lat. T. II. p. 370. Ceterum simile est acumen in Ep. *Martialis* L. II. 78. *Aestivo serves ubi piscem tempore, quaeris? In thermis serva, Caeciliane, tuis.*

XXXV. Cod. Vat. p. 551. *Nicarcho* tribuit hoc carmen, cui *Lucillii* nomen inscriptum est in Plan. p. 161. St. 235. W. „Duo priora tantum leguntur disticha in „Planudea. Altera totidem e Vat. membr. addidi, sic „a me emendata; nam horum aliquantum depravata „scriptura." *Br.* Posteriores quatuor versus Planudem propter obscuritatem omisisse, censebat *Salmas.* in not. msc. Excusat se poëta Demetrio, quod ad coenam vocatus insequente demum die venerit; miram scalarum altitudinem praetexens. — V. 1. ἐκλήθην χθές. Vat. — V. 3. πεποίηκα. Parum feliciter *Brodaeus* πεπόνηκα conjicit, non memor elegantis locutionis, ποιεῖν χρόνον, *tempus terere.* *Aristides* T. I. p. 115. de Briseïde: χρόνον τινὰ ποιησάσης παρ' Ἀγαμέμνονι. *Demosthen.* de Fals. Leg. T. I. p. 392. 18. ed. R. οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα, οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα. Vide *Casaubon.* ad Acta Apost. XV. 33. Illam *Brodaei* lectionem recepit *Stephanus,* relicta ea, quam veteres edd. habent, πεποίηκα; cum ipse tamen significationem verbi ποιεῖν, *agere, commorari,* optime explicaverit in Thesaur. Gr. L. T. III. p. 426. F. G. — V. 4. κλίμακι. Vat. Cod. — V. 5. Nunc quidem astra attingis; nec olim mori poteris; quis enim hinc ad inferos descendere queat? — Vat. Cod. hunc versum sic exhibet: ἥψω τῶν ἄστρων ζῶν ἤνικα τὸν Γανυμήδην. Scribendum videtur: ἥψω τῶν ἄστρων, *attigisti astra.* — V. 6. Vat. Cod. τῇδ' αὐτὸν, φαίνετ', ἔχειν ἀνάγη. Verbi φαίνεται sic interpositi exempla desidero;

et *Brunckius* quoque desiderabat, qui οἴμαι ex conjectura posuit. Elegans lectio, et quam veram esse velis. — V. 7. ποτ' ἀφίξεται. Vat. Cod. unde scribendum puto:

ἔνθεν τίς δ' Ἀΐδην ποτ' ἀφίξεται;

In fine versus membr. οὐκ ἀφυήσει. quod egregie emendavit cl. editor. οὐκ ἀφυὴς εἶ eodem sensu dictum, ut μάλ' εὐφυὴς ἄνθρωπος ap. *Alexin* in *Athen.* L. IV. p. 164. D. *Nae callidus homo es!* — V. 8. πῶ ἴοι. Vat. Cod. — πῶς ἴοι ἀθάνατος. Sic Pheres in altercatione cum Admeto ap. *Euripid.* Alc. 702. σοφῶς δ' ἐφεύρες, ὥστε μὴ θανεῖν ποτε.

XXXVI. Cod. Vat. p. 522. Νικάρχου. In Plan. p. 159. St. 231. W. ἄδηλον est. De turdis macilentis agitur, quos poëta primum cum avibus Stymphalidibus comparat: Minus illae, ait, Arcadas infestarunt, quam hi turdi, inanimes licet, me cruciant. ξηροῖς ὀστερίοις. nihil nisi arida ossa praebentes. — V. 3. Ἅρπυιαι. propter foedum adspectum et macilentiam; perpetua enim fame laborabant Harpyiae. — δραχμῆς. decem una drachma emti. — V. 4. λειμώνων νυκτερίδες. quasi novum vespertilionum genus, non in aedibus, sed in campis et pratis versantium. *Brodaeus* in λειμώνων ad λιμὸν respici existimabat; quod mihi secus videtur. — Pro ἐτύμως Cod. Vat. ἑτοίμως.

T. 358.] *XXXVII.* Vat. Cod. p. 551. Νικάρχου. In Plan. p. 166. St. 241. W. *Antipatro Thessalonicensi* tribuitur. In navigium Philonis, Servatoris nomine frustra ornatum. — V. 2. οὐδὲ Ζεύς. Ad Jovis σωτῆρος cognomen respicitur. — V. 4. ἔπλεον. qui hoc navigium conscenderunt, ubi a litore solvissent, nulla mora ad Proserpinam deferebantur. Hic sensus carminis, quem nec *Brodaeus* nec *Grotius* perspectum habuit. ἔπλεον in prima enuntiatione, cum παρὰ γῆν conjunctum, non nimis urgeri debet; intelligendum certe de iis, qui *in navigio sedentes* prope litus morantur, anchora nondum soluta. — Περ-

εὐφήνην ex Ascens. recepit *Stephanus*. Antiquiores edd. et Vat. Cod. Φερσεφόνην exhibent. Compar. *Antiphili* Ep. XLIII. οὐπω χεῖλος ἔμυσε καὶ ἦν ἴσος Ἀΐδι πόντος, quibus simile ῥοὴς πόντιος ap. *Aeschyl.* Agam. 660.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 229. Εἰς Τηλεφάνην τὸν αὐλητήν. Νικάρχου. In Plan. p. 220. St. 320. W. ἄδηλον est. — Ut Orpheus cithara, Nestor suaviloquente sapientia, Homerus poëtica facultate, sic Telephanes tibicinandi arte floruit. Ejus monimentum commemorat *Pausan.* I. 44. p. 107. ἰοῦσι δὲ ἐκ Μεγάρων ἐς Κόρινθον, ἄλλοι τέ εἰσι τάφοι, καὶ αὐλητοῦ Σαμίου Τηλεφάνους· ποιῆσαι δὲ τὸν τάφον Κλεοπάτραν τὴν Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου λέγουσι. Quem Samium dicit *Pausanias*, Megarensem vocat *Plutarch.* de Mus. T. II. p. 1138. A. sine dubio quod Megaris habitaverat. *Demosthenes* eum laudat in Orat. c. Midiam T. I. p. 520. 9. καὶ εἰ μὴ Τηλεφάνης, ὁ αὐλητής, ἀνδρῶν βέλτιστος περὶ ἐμὲ τότε ἐγένετο κ. τ. λ. Bis Epigr. nostrum excitavit, de Telephane agens, doctissimus *Leopardus* Em. L. IX. 21. et XII. 9. De eodem disputavit *Burette Mémoires de l'Acad. des Inscr.* T. XIX. p. 464. — V. 2. σοφίης Vat. Cod. — V. 3. τεκτοσύνῃ δ' ἐπέων. *artificiosa carminum compositione.* Artifices hymnorum cum fabris comparans *Pindar.* Pyth. III. 200. ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ ἅρμοσαν, γινώσκομεν. et Nem. III. 7. μελιγαρύων τέκτονες κώμων νεανίαι. Hunc fortasse imitatus *Cratinus* dixit in Eumenidibus τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων, quae ridet *Aristophan.* Eqq. 527. et *Euripid.* in Androm. v. 477. τεκτόνοιν ὕμνοιιν ἐργάταιν δυοῖν. Verbum τεκταίνειν, etiam a fabrili arte ad multa alia translatum, attingemus ad *Agathiae* Ep. XXXIV. 2.

APOLLONII GRAMMATICI DISTICHON.

In Planud. p. 95. St. 140. W. ἄδηλον est. *Brodaei* conjecturam, qui hoc distichon *Apollonio Rhodio*, cujus in *Callimachum* inimicitiae satis notae sunt, tribuendum censebat, confirmavit Vat. Cod. p. 543. Ἀπολλωνίου γραμματικοῦ inscribens. *Apollonius* poëta passim Grammaticus vocatur ap. veteres. Vide in *Historia poet. Anth.* v. — Invehitur poëta in *Αἴτια Callimachi*, quod carmen, reconditis et obscuris refertum fabulis, ob molestam doctrinam cum in rebus tum in verbis parum jucundum fuisse videtur. Nec solus *Apollonius* odio habebat *Callimachum* ejusque opera, sed etiam alii, ut Severianus ille, de quo vid. *Suidas* et *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 825. ed. Harl. — παίγνιον non, ut vulgo, *delicias*, sed rem ridiculam, irrisione excipiendam, *ludibrium*, significare apparet. Hanc significationem paucis indicavit *Stephan.* Thes. Gr. L. T. III. p. 20. G. Homines diis ludibrio esse affirmans *Plato* de LL. V. p. 803. ἄνθρωπος, ait, τοῦ θεοῦ παίγνιον μεμηχανημένον. quae ad *Plauti* verba in Captiv. Prolog. 23. *Enimvero Di nos homines quasi pilas habent* — comparavit *Sallierius* ad *Moer.* p. 5. Multa alia de fortuna παιζούσῃ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα (*Lucian.* Nigrin. 20.) ad *Horatii Fortunam — Ludum insolentem ludere pertinacem* collegit *Mitscherl.* III. Carm. XXIX. 50. T. II. p. 291. Nove eos, qui alios ludibrio habent, κακὰ παίγνια vocavit *Theocrit.* Eid. XV. 50. cives Alexandriae — *dolis aptissimae telluris*, *Propert.* III. El. IX. 33. — describens, ἐξ ἀπάτας κεκροτημένοι ἄνδρες, Ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια. quae *Toupius* in Epist. ad Wartonum attigit. — ὁ ξύλινος νοῦς. Auctor Carminis in Anth. Lat. T. I. p. 611. CLXVII. in malum poëtam, *Daedalus*, ait, *Solus ligna dolans fortibus asciis*, *Et duri resecans*

robore pectoris, Vatem te poterat reddere ligneum. *Truncum* et *stipitem* stolidi ingenii hominem Latini passim dicunt. Cf. *Terent.* Heauton. V. 1. 4. Hinc sensu privati ξύλινοι, ξύλον; unde intelligendus versus de Mercurio ad preces surdo in Ep. ἀδεσπ. CCCCLXX. Ἑρμείη ξυλίνῳ τις ἐπεύχετο, καὶ ξύλον ἦεν. et *Straton.* Ep. XIV. καὶ ξύλον αἰσθάνεται. — V. 2. αἴτιος. Reum et supplicio dignum interpretatur *Stephanus*, secundum *Eustathium*, qui Homericum usum illustrat ad Il. α. p. 53. 5. Il. γ. p. 301. 52. nostrum locum autem excitat ad Od. α. p. 63. 21. ἰστέον δέ, ὅτι αἴτιον φασὶ παρ' Ὁμήρῳ, τὸ τὴν αἰτίαν τοῦ γινομένου ἔχειν. οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ ἐπὶ ὑπευθύνων τὴν λέξιν τιθέασιν, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας τό, αἴτιος ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου, ἤγουν ὑπεύθυνος καὶ κολάσεως ἄξιος. Hac autem observatione cave abutaris ad defendendam lectionem in *Themist.* Or. I. p. 13. B. ἀλλ' ὁ μὲν αἴτιος καὶ ἀπάνθρωπος τύραννος ὑπερβάλλει μὲν τῶν στρατευμάτων ταῖς κολάσεσιν. ubi ἄγριος legendum. — Καλλίμαχος, pro vulgato Καλλιμάχου, quod membranae tuentur et *Eustathius*, *Brunckius* recepit ex conjectura *Bentleji* ad Fragm. Callim. p. 416.

STRATONIS EPIGRAMMATA.

I. 359.] I. Vat. Cod. p. 569. Edidit *Majus* in Obss. sacr. T. IV. p. 1. *Schneider.* in Peric. crit. p. 69. sq. qui in primis consulendus. — A Jove, paederasta, non a Musis, virginibus, Musam puerilem auspicari se ait. — Facete initium carminis Aratei παρῳδεῖ, quod obversabatur etiam *Ovidio* in Metam. X. 148. *Ab Jove, Musa parens, cedunt Jovis omnia regno, Carmina nostra move.* Idem amantium artes traditurus I. A. A. 25. *Non ego, Phoebe, datas a te mihi mentiar artes: — Nec mihi sunt visae Clio Cliusque sorores Servanti pecudes vallibus, Ascra,*

Astra, tuis. Usus opus movet hoc –. in quibus similis color est. Similior etiam in Lusibus nr. II. 4.:

Nec Musas tamen, ut solent poëtae,
Ad non virgineum locum vocavi.
Nam sensus mihi corque defuisset,
Castas, Pieridum chorum, sorores
Auso ducere mentulam ad Priapi.

Lucian. de Domo §. 4. T. VIII. p. 94. Bip. Socratem reprehendens, quod in illo cum Phaedro dialogo καὶ τὰς Μούσας ἐκάλει, καὶ ἐπίστευεν ἥξειν αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐρημίαν, συμπεριληψομένας τῶν περὶ τοῦ ἔρωτος λόγων· καὶ οὐκ ᾐσχύνετο γέρων ἄνθρωπος παρακαλῶν παρθένους, συνεσομένας τὰ παιδεραστικά. Haec ejusmodi sunt, ut ex *Stratone* expressa videantur. — V. 1. 2. laudat *Valck.* in Diatr. p. 287. — καθὼς εἴρηκεν Vat. Cod. et sic schedae Lacroz. Tryll. et Majus; nec aliter *Menagius*, qui v. 1. excitavit ad *Diogen. Laërt.* p. 179. et *Palladas*, qui *Stratonem* ante oculos habuisse videtur Ep. CXIII. τὴν Κίρκην οὔ φημι, καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος. — ἔκρινεν legitur in apogr. Ruhnk. et *Lennepii*, qui sic dedit ad *Coluthum* p. 2. Jam vide, quid statuendum sit de nota cl. editoris: »ἔκρινεν. ita in vet. »cod. Alia apographa ex inutili emendatione εἴρηκεν, »sicque laudat Menagius ad Laërt. p. 179. Prima in »Ἄρεως hic etiam correpta, de quo egi supra p. 151. »(ad Antip. Thess. Ep. XV.)«

II. Vat. Cod. p. 569. Edidit *Reisk.* in Notit. Poët. p. 262. *Ruhnk.* ad *Rufin.* p. 260. et *Klotz.* in Mus. puer. p. 47. Amorem cum Gratiis et Baccho junctum carminum suorum argumentum fore poëta significat; nihil sibi negotii esse cum illis fabulis, quas cyclici poëtae ad nauseam usque repetiverint. Ductus videtur color ex Odario *Anacreontis* I. sive ex *Callimacho*, quem simila dedisse suspicamur ex fragm. Elegiarum ap. *Etymol. M.* v. ...

μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

et similis loci comparatione ap. *Propertium* II. 1. 39. *Sed neque Phlegraeos Jovis Enceladique tumultus Intonet angusto pectore Callimachus; Nec mea conveniunt duro praecordia versu.* Conf. *Valckenar.* in Elegiaca Callim. p. 285. Eundem fortasse respexit *Ovidius* in Remed. Am. 381. *Callimachi numeris non est dicendus Achilles: Cydippe non est oris, Homere, tui.* Cum nostro autem maxime conspirat Epigr. Antholog. Lat. L. III. 192. p. 632. egregie emendatum a *Ruhnkenio*, qui nec *Stratonis* carmen comparare neglexit:

Non deerit, Priamum qui defleat, Hectora narret.
Ludere, Musa, juvat; Musa severa vale.

— V. 1. δέλτοισιν ἐμαῖς Vat. Cod. et plurima apogr. δέλτοις ἐν ἐμαῖς exhibent Sched. Tryll. — Πρίαμ. παρὰ βωμοῖς. Vetus poëta ap. *Ciceron.* Tusc. Disp. III. 19. 45. *Haec omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Jovis aram sanguine turpari.* De Priamo ad Jovis ἑρκείου aram occiso vide *Heynium* Exc. XI. ad Aeneid. II. p. 312. et quae ipsi congessimus olim ad *Tzetzae* Posthomer. v. 732. p. 171. — V. 3. „ἀηδόνας. Mythographorum et „poëtarum alii Procnen, alii Philomelam in lusciniam „mutant. Ideo videtur utrasque Strato conjunxisse; „quod si cui non placeat, scribere poterit ἀηδόνα, aut „ad vitandum hiatum: μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, μηδ' ἐν πετά„λοισιν ἀηδώ. Aut μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, καὶ ἀηδοῦν ἐν πετά„λοισι." *Br.* Vana sunt haec corrigendi conamina. More a poëtis recepto *Strato* pluralem pro singulari posuit. Videtur autem respexisse *Homer.* Od. τ. 518.:

ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηῒς ἀηδών,
καλὸν ἀείδησιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν·
ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν,
παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον.

Itys ille in hac fabula, quam insigni cum diversitate nominant veteres, modo Ἴτυς, modo Ἴτυλος vocatur. Vide Voigt. ad Anton. Lib. c. XI. p. 70. et 76. — V. 6. Lampsacenum deum cantaturus poëta in Lusibus ap. Anth. Lat. T. II. p. 478. Carminis incomti lusus lecture procaces, Conveniens Latio pone supercilium. Similiter in Ep., quod totum comparandum, L. III. Ep. CXCIII. p. 634. Esse tibi videor demens, quod carmina ludis Scribere, patricio digna supercilio. Apte hoc de levioris argumenti carminibus dicitur, cum contra gravitas et tragicae dignitatis carmen ὀφρυόεσσα ἀοιδὴ appelletur ap. Antip. Thess. Ep. LVII. cum quo comparanda sunt, quae idem de Antimachi versu praedicat Ep. XXIV. στίχον – ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων. Vide not. T. II. P. I. p. 305. et 335.

III. Vat. Cod. p. 569. Integrum carmen primus edidit Pierson. in Verisim. p. 170. et post eum Toup. Em. in Suid. P. III. p. 382. Puerorum vascula in classes describuntur. — V. 1. 2. laudat Alberti ad Hesych. v. προσθέματα. — Tentaverat Reiskius in marg. Apogr. τὰ πρόσθεμα τ'. frustra. Sinceritatem lectionis membr. arguit Etym. M. πρόσθεμα καὶ προσθέματα ἐπὶ τῶν αἰδοίων. et Glossae: πρόσθεμα. αἰδοῖον. Penis. natura. Idem est πρόσθεμα et πρόσθημα, monente Toupio, qui laudat Xenoph. Mem. III. 10. 13. οὐ φορήματι, ἀλλὰ προσθήματι ἐοίκασι. non gestaminis, sed appendicis loco esse videntur. Τὰ προσθέματα, ea quae ventri adhaerent, convertit S. Hieronymus T. III. p. 48. — V. 3. πάλλον. sic recte Salmas. Agitur hic de schemate primulae aetatis. ἀπαλὸν sequenti aetati a septennis circiter pueri itidem conveniret." Br. Mire hic locus exercuit criticos. In Vat. Cod. est τὴν ἔτι μ. γ. ἀμυγδάλου λάλον ὀνόμαζε. Quaedam apogr. τὸν exhibent. In marg. ap. Lips. ἀμυγδάλου mire conjicitur, eandemque lectionem reperio in Lennep. libro. λάλον. ap. Ruhnk. ubi in marg. βάλλον tentatur, hac interpretatione addita:

λάλλου i. e. pueri, unde λαλλώ, virgo. item λαλίς. λάλιος. puer. unde λαλιοχεῖν. τῷ παιδὶ συνεῖναι. Ἀροχεύειν. Hesych. ἀκμὴν λάλλου. pueri cuspidem. i. e. pipinnam. Lallus *est naenia nutricum matrumque, quae cantatur ad conciliandum somnum pueris.* Haec *Salmasii* esse, dubitare noli. Idem tamen et ἀλάλου emendavit, quod schedae Lacroz. habent. Huic emendationi quae opposuit *Pierson*, *Brunckius* non removit, nec docuit, ἄλαλον esse *infantem* s. *puerum*, *qui per aetatem nondum fari possit*, cum vulgo *mutum* significare soleat. Neutrum poëtae mentem vidisse pronuntiat *Toupius*, et omnino rescribendum esse ἀκμὴν ἀμνοῦ, quod ipse interpretatur *impuberem*, qui μνοῦν sive *florem aetatulae* nondum attigerit. Interpretatio emendatione pejor. Mihi *Piersoni* lectio ἀταλοῦ reliquis praeferenda videtur, ita tamen, ut forma rariore admissa scribatur:

τὴν ἔτι μὲν γὰρ ἄθικτον ἀκμὴν ἀμαλοῦ —

ἀμαλός. ἁπαλός ἀσθενής. *Hesych.* ἄρν' ἀμαλὴν dixit *Homer.* Il. χ. 310. et ἀμαλῆσι σκυλάκεσσι in Od. υ. 14. Haec uncialibus scripta ΑΚΜΗΝΑΜΑΛΟΥ proxime abesse a lectione cod. ΑΚΜΗΝΑΛΑΛΟΥ, in oculos incurrit. — V. 4. „κωνωπὴν φῦσαν scriptum in cod. Recte Salmasius reposuit „κοκκωτήν. At scribendum φυσᾶν. κοκκωτὴν, φυσᾶν ἄρτι „καταρχομένην, *spirare*, i. e. *moveri incipientem.* κόκκοι pro „coleis infra occurrent Ep. LXIV. hinc κοκκωτή. Graeco „huic vocabulo simile habemus in vernacula lingua. „Matres enim et nutrices puerulorum κορίσκον *la cocotte* „vocant. Emendabat vir doctissimus κόγχον, τὴν φυσᾶν — „quod ingeniosum est, et a vero non absimile; sed a „codicis scriptura longius abscedit.“ *Br.* φυσᾶν jam in apogr. Lips. reperitur. Similiter infra Ep. LVIII. ἀνέπνευσε dixit. — V. 5. δ' om. ap. Lips. — λέγε, quod abest a membranis, in plurimis apogr. reperitur. — σαλευομένην. *Clemens Alex.* Paed. L. II. 2. p. 178. ed. Ox. τὰ μόρια ὀρέξει διοιδοῦντα, καὶ κατακοιμίσει τὸν ἐρεθισμὸν τῆς ἤδη σαλευο-

μεν· ἐπιθυμίας. — σαῦρον. *Strato* Ep. XLIX. LXXXI. Vide *Automedont*. Ep. III.ª. p. 208.

T. 360.] *IV.* Vat. Cod. p. 569. Edidit *Menag*. ad *Laert*. p. 101. Quae puerorum aetas in amore praeferenda sit, docetur. — V. 2. δωδεκέτους. Vat. Cod. — V. 3. ἔχειν pro νέμειν conjicitur in marg. apogr. Ruhnk. Sed idem significat verbum νέμειν, quod cum antiquitus ita usurparetur, ut *regendi*, *administrandi*, *colendi* causa aliquid *habere* significaret, deinde pro *habere* simpliciter adhiberi coepit. Ap. *Pindar*. Nem. VI. 27. ἴχνεσιν ἐν προγόνων τεὸν πόδα νέμων, nihil aliud est, quam ἔχων. Nec aliter ἄρας νέμειν pro ἔχειν ap. *Sophocl*. Trach. 57. quibus similia collegit *Abresch* ad Aeschyl. T. II. p. 46. — ἤδης Ἐρώτων. ipse puer. ut puella ap. *Julian*. *Aegypt*. Ep. LVI. εὐθαλέων Χαρίτων ἄνθος Ἀναστασίη. — V. 4. ἁρπάμενος. Vat. Cod. Quaedam apogr. ἁπτόμενος. — V. 5. πεντεκαιδέκατον. pro ἐξκαιπεντέκατον. ἐπιδέκατος idem quod δέκατος. Vide Suid. h. v. Sedecim annorum pueri diis reservati; at sequens aetas soli deorum patri." *Br*. ἐπιδέκατον τὸ δέκατον, καὶ ἐπίπεμπτον τὸ πέμπτον λέγειν εἰώθασι. *Suidas*. — V. 7. ἔχοι. Apogr. Lennep. — V. 8. ἀντ' εἰπ. Qui septemdecim annis majores sibi expetunt pueros, jam mutuae voluptatis opus videntur quaerere. Hic sensus est hemistichii facete a poëta ex *Homero* translati. Eodem sensu *Lucian*. in Amor. §. 26. Tom. V. p. 286. εἰ δ' εἴκοσιν ἐτῶν ἀποπειρῴη παῖδά τις, αὐτὸς ἔμοιγε δοκεῖ τυχχάνειν, ἀμφίβολον Ἀφροδίτην μεταδιώκων. Cave autem cum *Reiskio* τοὺς ἀπαμειβομένους corrigas. In ejusmodi parodiis verba sic passim poni solent, nulla syntaxeos ratione habita. Similiter, sed in alium finem, Homericis verbis usus est *Martialis* L. I. Ep. XLVI. *Edita ne brevibus pereat mihi charta libellis*, *Dicatur* potius τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.

V. Vat. Cod. p. 569. Edidit *Wolfius* ex apogr. Uffenbach. prava interpunctione deformatum in Fragm.

„mutando Epigrammatis acumen, cujus pars inest in „hoc vocabulo, hebetarunt. Hoc voluit auctor carminis, „σφιγκτὴρ οὐκ ἔστι παρὰ τῷ παρθενικῷ αἰδοίῳ, *laxa virginum* „*claustra*. et ne a sensu horum verborum aberres, „addidit ψυχροῦνται δ' ὄπιθεν πᾶσαι. Deinde inutilem „existimo mutationem τοῦ πορνικὸς in παιδικὸς, quam a „V. D. in marg. ap. Guyet. propositam adoptavit *Brun-* „*ckius*. πορνικὸς h. l. lascivum significat, qui ad libidinem „provocat. *Menagius* adscripsit margini apogr. Guyet. „haec verba: Mentula deest, cui innitatur manus pae- „diconis; clavum navis vocant Itali paedicones, il te- „mone (timone).“ — φίλημα ἁπλοῦν. φιλήματα γνήσια appellat *Aristaen*. L. II. 7. p. 83. quae mox ἀψευδῆ interpretatur. Vide *Abresch*. in Lect. p. 222. Paederasta ap. *Achillem Tat*. L. II. p. 98. καὶ γὰρ ἁπλοῦστεροι παῖδες γυναικῶν, καὶ τὸ κάλλος αὐτοῖς δριμύτερον εἰς ἡδονήν. — V. 4. φυσικὴ — εὔπνοιη. Similiter *Rufin*. Ep. XIV. ubi se a puerorum amore ad muliebrem transiisse ait: ἀντὶ δ' ἐμοὶ παίδων ἁβδόλου χροὸς ἤρεσε γύψου χρίσματα, καὶ φύκους ἄνθος ἐπεισόδιον. Mulierum pulchritudinem elevans ille ap. *Lucian*. in Amor. § 41. T. VI. p. 304. κἄπειτ' ἂν αὐτῶν ὅλον τὸ σῶμα νέθης εὐμορφίας ἐξαπατῶντι κάλλει διαμαγευθῇ, τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχρίστοις φύκεσιν, ἵνα τὴν ὑπέρλευκον αὐτῶν καὶ πίονα χροιὰν τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ. et §. 38. p. 301. τίς γὰρ ἂν εὖ φρονῶν ἀνέχεσθαι δύναιτο ἐξ ἑωθινοῦ γυναικὸς ὡραϊζομένης ἐπικτήτοις σοφίσμασιν; ἧς ὁ μὲν ἀληθὴς χαρακτὴρ ἄμορφος, ἀλλότριοι δὲ κόσμοι τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολοῦσιν. *Achilles Tat*. L. II. p. 104. γυναιξὶ μὲν γὰρ πάντα ἐπίπλαστα, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ σχήματα, κἂν εἶναι δόξῃ καλή, τῶν ἀλειμμάτων ἡ πολυπράγμων μηχανή· — τὸ δὲ κάλλος τὸ παιδικὸν οὐκ ἀρδεύεται μύρων ὀσφραῖς, οὐδὲ δολεραῖς καὶ ἀλλοτρίαις ὀσμαῖς. Hominum amores cum bestiarum concubitu comparans *Plutarchus* T. II. p. 493. F. ἦλθεν εἰς τὸ αὐτὸ τῷ ἄῤῥενι τὸ θῆλυ χειρόηθές τε καὶ τιθασόν, ἰδίᾳ (fort. ἰδίᾳ) μὲν ὀσμῇ χρωτός, ἰδίῳ τε κόσμῳ σώματος ἀγαλλό-

— V. 5. Vehementer friget, quod *Stratoni* tribuerunt Viri docti, qui Cod. Vat. lectionem πορνικὸς in [illegible] mutarunt. λόγος πορνικὸς sunt *verba juvantia*, quae ingenuae puellae proferre nolint. *Martial.* VI. 23. *Tu licet et manibus blandis et vocibus instes, Contra te facies imperiosa tua est.* Idem L. XI. 105. ad uxorem: *Nec motu dignaris opus, nec voce juvare Nec digitis: tanquam tura merumque pares.* Cf. *Juvenal.* VI. 196. — In fine versus οὐδ' ἄκακ . . . Vat. Cod. et sic apogr. Lips. Lacunam *Salmasius* implevisse videtur. ἀκέραιον βλέμμα. obtutum ingenui et minime mali animi testem. Ep. ἀδεσπ. IX. ἀλλ' οὔ με καλῶν πόθος, ἀλλ' ἀκέραιον Σύντροφον αἰσχύνῃ βλέμμα κατηφιάσας. *Philostratus* Epist. XXXIX. p. 930. τὸ ἀκέραιον καὶ ἄκακον καὶ ἀνεπιβούλευτον μόνον ἴδιον τῶν αὐτὸ ἀσκούντων τὸ κάλλος. τὸ ἀβλαβὲς καὶ ἀκέραιον junxit *Plato* in Polit. I. p. 416. A. Alia vide ap. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 18. — διδασκομένη. *Tu licet edifcas totam, referasque Corinthon, Non tamen omnino Laelia Thaïs eris.* *Martial.* X. 68. — χερειοτέρα non est in membranis, sed κακειοτέρα, quae forma nec usu, nec analogia defenditur; κακωτέρα autem, quod ap. poëtas passim occurrit, metrum h. l. respuit. Aliud tamen latere suspicor quam χερειοτέρα, fortasse:

ἐστὶν ἀχρειοτέρα.

si quis eam moneat et docere velit, etiam minus commodam se praebet. — V. 7. ὄπισθεν. Vat. Cod.

VII. Cod. Vat. p. 570. Edidit *Klotz.* in Straton. Carm. p. 48. *Wasse* in Miscell. Obss. IV. p. 369. *Warton* ad *Theocrit.* T. II. p. 47. et *Schneider.* in Peric. crit. p. 32. Ultimi distichi partem excitavit *Spanhem.* ad Callim. p. 581. Dialogus cum puero formoso, coronas vendente. — V. 1. κόρυμβον. Vat. Cod. non κορύμβους, ut *Wasse* dedit. Puer ille hederam floribus intertexebat. — V. 2. στεφανοπλόκια. Apogr. Lips. Wart. Wass. στεφανηπλόκιον est locus in foro,

ubi coronae vendebantur ad ſacrificiorum et convivio-rum uſum. *Ariſtoph.* Thesm. v. 455. *Strabo* L. VI. p. 394. A. ἐκ δὲ τούτου· ταῖς γυναιξὶν ἐν ἔθει γεγονέναι ἀνθολογεῖν τε καὶ στεφανηπλοκεῖν, ὥστε ταῖς ἑορταῖς αἰσχρὸν εἶναι στεφάνους ὠνητοὺς φέρειν. — §. 361.] V. 4. „Duplex „ſenſus eſt vocis στέφανος, quod probe intellexit hic „adoleſcentulus, ideo rubore ſuffuſus eſt.“ *Br.* Nequitiam in his latentem non perſpexit Vir doctus, qui hoc Epigr. in graecorum poëmatum collectionem, puerorum uſibus deſtinatam, recepit. *Pollux* L. II. 210. de inteſtinis: ὁ δὲ δακτύλιος ἐντέρου μὲν τέλος, ὁδὸς δὲ τῶν ἐκ κοιλίας περιττῶν — ὃν οἱ μὲν σφιγκτῆρα, οἱ δὲ στεφάνην καλοῦσι. — V. 5. καλύκων δ' ἐρυθαίνετο. Vat. Cod. recte. Non debebat omitti, quae ſententiae jungendae neceſſaria eſt (*Schneider.* l. c. p. 33.), particula δέ, quam graeci ſic nonnunquam poſt plura vocabula ponere ſolent. Vide *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. I. p. 392. et in Lectt. Ariſtaen. p. 252. — Quaedam apogr. ἐρυθραίνετο. — κατακύψας, i. e. κάτω κύψας, ut Ep. XVIII. *Terram intuens modeſte.* (*Terent.* Eunuch. III. 5. 33.) Ruborem et oculos in terram dejectos, modeſtiae teſtes, (vide *Burm.* ad *Propert.* p. 6.) junxit *Lucian.* Dial. Mar. XV. 4. T. II. p. 127. τὴν Εὐρώπην — ἐρυθριῶσαν καὶ κάτω ὁρῶσαν. *Muſaeus* v. 160. παρθενικὴ δ' ἄφθογγος ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπήν, αἰδοῖ ἐρυθριόωσαν ὑποκλέπτουσα παρειήν. ubi ſimilia collegit cl. *Heinrich.* p. 98. plura *Abreſch.* in Lectt. Ariſtaen. L. I. p. 100. κατακύψας ἐς τὴν γῆν dixit *Lucian.* Icarom. §. 15. T. VII. p. 22. — V. 8. κεῖνον ἐπευξάμενος. vota diis faciens, ut me illius pueri amore beare velint. ἐπεύχεσθαι pro ſimplici εὔχεσθαι poni, docuit *Schneiderus* l. c. p. 34. Male et *Spanhemius* et *Wartonus* haec verba acceperunt.

VIII. Cod. Vat. p. 570. Diodoro puero promittit, ſe eum, licet uxorem duxerit, non relicturum eſſe. Simile quid puellae pollicetur *Rufin.* Ep. XXXIV. — φιλέουσι τέκτορες, ut ὁρμῆς ἔρωτος. Vide ad *Oneſt.* Ep. I.

IX. Cod. Vat. p. 570. Poëta se delicias suas etiam ultra puerilis amoris annos amaturum esse promittit. — V. 1. καὶ hic locum non habet. Absolute sententiam suam proponit poëta, neminem alloquitur; alias v. 4. non dixisset τούτου. Scribendum credo: οὐδ' εἰ καὶ τριγέροντος." Br. In marg. apogr. Lennep. notatur lectio κἂν et κἂν σοι. In membr. Vat. εἰ καὶ σοι habetur. — "In Buherii et Goyeti apographis male scriptum ἐπισκιρτήσω: recte membranae ἐπισκιρτήσειν, quod reponendum, sensu omnino jubente. Vide Asclepiad. I. Antip. Thess. XXI. Rufin. XXXI." Br. — V. 2. ἕλικες, flavi et delicati cincinni in temporibus nascentes, qui etiam ἴουλοι appellantur ap. *Theocr*. XV. 85. πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων. Vide ad *Asclepiad*. Ep. I. T. I. P. II. p. 21. sq. *Apollonid*. Ep. VIII. ἤδη παρηΐδων πρῶτον θέρος ἄρτι τεούτῳ Κείρεο, καὶ γενύων ἠϊθέους ἕλικας. — ξανθοφυὴς pro ξανθός, ut saepenumero adjectiva composita simplicium loco ita ponuntur, ut alterius partis nulla in interpretatione habeatur ratio. *Wakefieldius* tamen in Silv. crit. T. II. p. 144. ξανθοφαεῖς mallet, et initio carminis Εἰ καί τοι —.

X. Vat. Cod. p. 570. Edidit *Klotz*. p. 49. Conqueritur poëta, quod se, cum formoso puero cubantem, vires destituerint. — V. 1. οὐκ ἐδυνήθην. Ep. LV. τί πειράζεις τὸν λίθον; οὐ δύναται. *Terentius* Eunuch. IV. 3. 24. *At pol ego amatores audieram esse mulierum eos maximos, sed nihil potesse.* quae ad *Alciphronis* ἀδύνατος ὤν comparavit *Bergler*. L. I. XXVIII. p. 116. *Maximianus* Eleg. II. 55. *Si modo non possum, quondam potuisse memento.* Idem El. VI. 153. in ludicra confabulatione cum mentula: *cum posse perit, mens tamen una manet.* Alia vide collecta a cl. *Mitscherlich*. ad *Horat*. Epod. XII. 15. T. II. p. 583. — V. 2. πῶς εἴπω; admirationis cum indignatione mixtae significationem habet. Similiter formulae τίς δεινῶς; πῶς οἴει; et aliae hujus generis orationis ani-

mandae causa interponi solent, docente *Valcken*. ad Hippol. v. 446. p. 215. Nihil igitur opus, cum *Zeunio* in Anim. in Anacr. p. 144. ὅπως εἴπω scribas. Quod vero idem interrogandi signum delet, probari potest secundum observationem *T. H.* ad *Lucian*. T. I. p. 475. Cf. *Brunck*. ad *Aristoph*. Plut. 742. p. 265. — Mox *Zeunius* ἀλλ' ἐμὰ mutavit in ἄρ' ἐμέ, ut ejusdem particulae repetitio vitaretur. — παρεσχομένου. Ap. Lips. παρεσχομένου alia quaedam. Sed παρασχομένου habet Vat. Cod. Epigr. XLII. καὶ παρέχοντα χόδην. *Philodem*. Ep. X. παρέχουσα πάντα. — V. 3. ἔχητε. Ap. Lips. ὑπὸ π. *Klotz*. — V. 4. βάλλετ' ἐπὶ *Klotz*. Et sic ap. Ruhnk. Revocanda lectio membranarum:

ῥίψατ', ἐπεὶ λίην Ἀστυάναξ γέγονα.

λίην priorem h. l. producit, ut ap. *Homer*. Il. ά. 553. et passim. Quare minime cum *Zeunio* δὲ post ἐπεὶ inserendum est. — „Ἀστυάναξ. ὁ στύειν μὴ δυνάμενος. Huc „respexit Eustathius ad Homer. pluribus locis p. 656. „extrema: εἰ καί τις παλαιὸς παίζων κωμικώτερον, ἑτέρῳ „λόγῳ Ἀστυάνακτα ἑαυτὸν ἔφη που, ὡς μὴ στύοντα, τουτέστι „μὴ πεφυκότα ἐντείνειν τὸ αἰδοῖον κατὰ ἔρωτα. iterum p. 862. „ἐν δὲ τοῖς καὶ κωμικὴ λέξις, ὁ νάθουργος, ἤγουν ὁ ναθὴν ἔχων „τὴν οὐρὰν ἐν τῷ συγγίνεσθαι. οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ κατ' ἄνδρας „αἰδοῖον. ὁ δὲ τοιοῦτος ἀνὴρ καὶ ἄστυτος ἐλέγετο„ καθὰ καὶ „οἶκος ἄστυτος, ὁ μὴ ἔχων ἄνδρα, ὃς ἂν ἔχοι λέγειν τό· στύομαι „τρειέμβολον, (Aristoph. Av. 1256.) ἀλλὰ μᾶλλον τό· „Ἀστυάναξ γέγονα.“ *Br*. Acumen hujus dicti aperuit *Reisk*. Miscell. Lips. IX. p. 127. ad Ep. *M. Argentarii* V. Cf. Ep. *Frontonis* I. p. 346. Ex *Eustathio*, quem non nominat, profecit *Hadr. Junius* in Animadverss. L. IV. 13. In Astyanactis nomine diverso modo lusit *Martial*. VIII. 6.:

Miratus fueris cum prisca toreumata multum,
In Priami cyathis Astyanacta bibis.

ubi aetatis tantum ratio habetur: vinum recens ex antiquis poculis bibis.

XI. Cod. Vat. p. 570. Prius distichon laudat *Salmas.* in Plin. p. 740. G. Integrum edidit Ruhnk. Ep. crit. p. 6. „Lepidum et venustum Epigramma, cujus acu„men in duplici usu verbi τρίβειν, quod medicis pro„prium, de quo videndus Salmasius in Plin. p. 740. et „altera significatione praetextatum est. αἰδοῖον τρίβειν, „*masturbari.* Planum et perspicuum carmen, in quo ta„men viros doctissimos nihil vidisse compertum ha„beo." *Br.* Eundem conf. ad *Aristoph.* Ran. 123. T. I. p. 155. — V. 1. ἰητρεύς. Medicos vocat, qui libidinis, qua exstimulabantur, (hinc ὀνείρωττες) remedium sibi ipsi parabant. In postremo versu molestum mihi videtur καὶ post ἐγώ. Conditionem exspectaveris a poëta propositam, quae ἀλλὰ sive εἰ requireret:

εἰ θεραπεύσειτέ με.

T. 362.] XII Vat. Cod. p. 572. sq. ubi legitur post Ep. *Statyllii Flacci* II. T. II. p. 262. cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. Huic igitur restituendum est. Expressum hoc Ep. cum sequ., quod etiam *Statyllii* est, ex *Tullii Laureae* Ep. I. p. 102. ubi vide not. — Secundi versus, qui intercidit, sensus esse debuit: *Promiseram tibi, o Phoebe, gallum gallinaceum.* — V. 3. αὐτῷ. Vat. Cod. αὐτῷ recte emendatum est. Non mihi, et amori meo, sed sibi servatus est. Idem poëta in Ep. II. supra laudato, ἦλθε δέ μοι Πολέμων λάσιος γένυν· οὐ μά σε, Φοῖβε, ἦλθεν ἐμοί. — In fine versus οὐκ ἔτ' ἀφῆκα Vat. Cod. ἀφῆκας habet ap. *Gualmini.* ἀφῆκεν in ap. Lennep. reperi. Hac emendatione sensus efficitur idoneus; ad elegantiam tamen aliquid in hoc disticho desiderari videtur. — V. 5. ἴσως χαρμονικός Vat. Cod. βιάσαι. apogr. Lips. et Lennep. Verissimum est σκιάσαι. *Euripid.* Phoeniss. v. 63. ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται. Iphig. Taur. v. 1151. πλοκάμους

περιβαλλομένα γένυσιν ἐσκίαζον. et *Philostr.* Ep. LIX. cujus verba vide ad Ep. XVI, 5. — Si ipse sibi barbam optavit puer, idem tibi sacrificet, cum ea optaverit, quae meis votis prorsus contraria sint.

XIII. Vat. Cod. p. 572. τοῦ αὐτοῦ. (*Statyllii Flacci.*) Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 27. — V. 3. ὃν δέμοχαι. Vat. Cod. quod *Salmas.* inter describendum emendasse videtur. — φθονεροῖς γενείοις. Lusus in Priap. nr. III. 4. *cum tegit obsessas invida barba genas*, quam lectionem a quibusdam temere impugnatam hic locus egregie tuetur. — φρίσσοντα. *asperam barbam* vocat *Tibull.* I. IX. 32. *faciem hispidam Horat.* IV. Carm. X. 3. — V. 4. οὐ τοιούτου. Vat. Cod. — V. 5. Acumen est in ambigua verbi τίλλεσθαι significatione, quod primum de avibus usurpatur, quae pennis nudantur, deinde de hominibus, qui sibi pilos patiuntur evelli. Vide *Casaub.* ad *Pers.* Sat. IV. 35. *Vossium* ad *Catull.* p. 41. Mulieres παρατετιλμένας commemorat *Aristoph.* Ran. 519. ubi vid. Schol. Quum autem ad elegantiam mollium hominum pertineret, ne pilos in corpore haberent, mulieres erant in balneis, quae pilos evellerent, quas παρατιλτρίας appellabant. De his vide *Olearium* ad *Philostr.* Vit. Apoll. IV. 27. p. 167. nr. 8. Emendandus *Lucian.* adv. Indoct. §. 23. Tom. VIII. p. 23. Bip. ad cinaedum verba faciens: Εἰπὲ γοῦν μοι καὶ τόδε, εἰ Βάσσος, ὁ ὑμέτερος ἐκεῖνος σοφιστής, καὶ Βάταλος ὁ αὐλητής, ἢ ὁ κίναιδος Ἡμιθέων ὁ Συβαρίτης, ὃς τοὺς θαυμαστοὺς ὑμῖν νόμους συνέγραψεν, ὡς χρὴ μαίνεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι, καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα κ. τ. λ. Verbum μαίνεσθαι ab hoc loco alienissimum; nec cum erudito Gallo μιαίνεσθαι, sed λεαίνεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι legendum videtur. Similiter in Cynico §. 14. T. IX. p. 209. molliores homines describens: καὶ λεαίνοντες καὶ ψιλούμενοι πᾶν τοῦ σώματος μέρος, καὶ μηδὲ τῶν ἀποῤῥήτων οὐδέν, ᾗ πέφυκεν, ἔχειν ἐῶντες. τὸ γένειον λεῖον ποιεῖν καὶ ψιλὸν dixit *Julian.* in Misopog. p. 339. A. et p. 346. A.

ὄψις ἐπιβλεπομένους, οὔτι τῆς γνάθους μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν τι εἴπῃ, λείπεται τῶν γυναικῶν ὅπως φαίνονται. — V. 6. ἢ ... Klotz.

XIV. Cod. Vat. p. 570. Puerum Graphicum conspectum esse puta, quod ligneum scamnum nates ei momorderit. Tunc poëta: Quomodo me igitur affectum putas, cum vel lignum pulchri sensum habeat? — V. 1. ...' Cod. Vat. et ap. Lips. — „Γραφικὸς [in membr. est Γραφικοῦ] nomen est proprium. *Graphicus* in Inscr. ap. Gruterum." *Br.* — V. 2. καὶ ξύλον. Vide ad Epigr. *Apollonii* p. 358.

XV. Cod. Vat. p. 571. Edidit *Klotz* in Strat. p. 55. Puerum rogat, ne amorem celet, sed osculum ipsi ultro impertiat. — V. 1. κρύπτης. Vat. Cod. et Sched. Lacroz. — ... *Solus ille Deus, etiam absque curis nostris, lacerare cor nostrum valet.*" *Br.* Malim sic interpretari: non opus est, te me dissimulatione excruciare, cum ... solus Amor pectus meum satis angat et urat. Frustra *Reiskius* οὗτος ὁ δαίμων tentabat. *Tibull.* L. I. 8. 7. *Desine dissimulare: deus crudelius urit, Quos videt invitos succubuisse sibi.* — λακτίζειν. grave vocabulum. Alias ..., ..., νύττειν de eadem re usurpatur, de quibus verbis vide quae dedit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 558. — V. 4. χαρίτων. Vat. Cod. Apographa autem, quae vidi, χάριτα exhibent.

XVI. Vat. Cod. p. 572. Morae impatiens poëta sibi apertum amorem contingere optat. Expressit *Paul. Silent.* Ep. XXXI. — V. 1. κλέψομεν. *quousque tandem clandestina rapiamus oscula?* Id, quod taedii plenum videbatur *Stratoni*, sibi expetebat *Paulus*: κλέψαμεν, ..., τὰ φιλήματα, τὴν τ' ἐρατεινὴν καὶ παριδήριτον Κύπριδος ἐργασίην. Ἡδὺ λαθεῖν. — τὰ λαθραῖα i. e. λάθρα. de qua elegantia vide quae monuit *Valcken.* ad *Theocrit.* Eid. III. 4. p. 68. *Ovid.* I. Amor. IV. 18. *Me specta nutus-*

que meos vultumque loquacem: Excipe furtivas et refer ipse notas. — V. 2. ὄμμασι est Cod. Vat. lectio, non νεύμασι, ut apogr. quaedam exhibent. — ὄμμασι φειδομένοις. Hinc fortasse *Agathias* Ep. IV. 4. ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῳ. — ¶. 363.] V. 3. ἀτέλεστα λαλήσομεν. *quousque inutiles conferemus sermones, qui exitu carent, moramque ex mora nectemus?* — V. 4. ζευγνύντες. Vat. Cod. Apogr. Lips. ζεύξαντες. — V. 5. Iisdem argumentis ad delicias suas utitur *Philostrat.* Epist. LIX. p. 943. ὡς δέδοικά γε – μὴ μέλλοντός σου καὶ βραδύνοντος τὰ γένεια ἐπέλθῃ καὶ τὴν τοῦ προσώπου συσκιάσωσι χάριν, ὥσπερ εἴωθε τὸν ἥλιον κρύπτειν ἡ νεφῶν συνδρομή. — V. 6. τὰς φθονεράς. τρίχας scil. Cf. XIII. 3. — „λόγους. ita vetus codex: sed scribendum λόγοις. θῶμεν ἐπ' ἔργα λόγοις. i. e. ἐπιθῶμεν ἔργα „λόγοις. Sic etiam emendatum est in optimo apographo, „quod habeo, Musae Stratonis." *Br.* λόγοις legitur in Vat. Cod.

XVII. Cod. Vat. p. 596. „Edidit ad fr. Sapphûs „Wolfius p. 146. e pravo Cod. cujus corruptelae, quae „tamen facili opera sanari poterant, pravam versionem „peperere." *Br.* Geminum germanum est, et procul dubio ex eodem fonte derivatum, unde *Strato* duxit suum, Epigramma *Martialis* L. IX. 26.:

Dantem vina tuum quoties adspeximus Hyllum,
Lumine nos, Afer, turbidiore notas.
Quod, rogo, quod scelus est, mollem spectare ministrum?
Adspicimus solem, sidera, templa, Deos.
Avertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgo
Porrigat, atque oculos oraque nostra tegam?
Trux erat Alcidas, sed Hylam spectare licebat:
Ludere Mercurio cum Ganymede licet.
Si non vis teneros spectet conviva ministros,
Phineas invites, Afer, et Oedipodas.

— V. 1. ἑταίρους. Vat. Cod. et sic *Wolf.* quod mutari non

[illegible] debebat. Sic enim loquuntur Graeci, ζηλοτυπεῖν τινά, [illegible] *esse in aliquem, invidere amicui.* *Lucian.* Tim. §. 14. T. I. p. 85. κατεγέλας αὐτῶν — αὐτοὺς ζηλοτυ[illegible]. Idem Dial. Meretr. XII. T. VIII. p. 256. ἰδοῦ [illegible] ὁ μοιχός, ὃν ἐζηλοτύπεις. — V. 2. „Ε θηλυπρεπ[illegible] pronior erat emendatio θηλυπρεπεῖς, quam θηλυμ[illegible]" *Br.* Illud *Wolfius* invenerat in Cod. Uffenb. — V. 3. [illegible]. *Theocrit.* Eid. III. 39. καί τί μ' ἔτι[illegible], ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί. *Philostr.* Epist. XIX. p. 921. [illegible] συγκείμενος ἐξ ἀέρος — ἀλλ' ἐξ ἀδάμαντος, [illegible], καὶ Στυγός. *Themist.* Orat. II. p. 26. C. τίνα [illegible] καὶ ἀδάμαντος στερεώτερον μαλάξειέ τε καὶ ὑπο[illegible]. — ἀπειρής οἴνῳ. quem vinum non ad amorem incendat? *Veneris hortator et armiger Liber.* *Apuleji.* Metam. L. II. p. 27. Similia hujus generis colleg[it] doctissimus *Boettiger* ad Terent. Eunuch. IV. 5. 4 et 6. — V. 4. περίεργα βλέπει. Vide ad *Philodem.* Ep. VI. 1. T. II. P. I. p. 215. — V. 5. Ita vivos affectos esse par est. Tu autem, si magis libet, ad inferos abeas, ubi nec convivia, nec Venus floret, ibique Tiresiam et Tantalum ad coenam *voca.* (ἴλαε. ut *Philipp.* Ep. III. 5.) — Tristem ap. inferos vitam poëtae ita passim designant, ut Venerem et convivia ab ea abesse dicant. Vide cl. *Mitscherl.* ad *Horat.* L. I. Carm. IV. 19. T. I. p. 70. 71. — [illegible] quaedam apogr. — ἦν δ' ἐθέλῃς. *Wolf.* — V. 7. [illegible] marg. apogr. Lennep. vitiose. — Cum Tantalo amantes, quibus adspectu tantum frui licet, comparari solent. *Paul. Silent.* Ep. III. 6. XXXIII. 1. — ἐς πόθον, ap. Lips.

XVIII. Vat. Cod. p. 596. Pilos puero succrevisse poëta suspicatur inde, quod veste usque ad talos demissa oculisque dejectis incedat. — V. 1. στυγνός. ad tetricum pueri vultum referendum. — κατασκέπασι vitiose ap. Guyet. et Ruhnk. — πέζης. Vat. Cod. — μέχρι πε[δός]. usque ad talos, propria verbi πέζα significatione,

cum vulgo ad aedificia, montes, vestes translatum pro fundamento, radicibus, orâ accipiatur. Honestam matronam sic describit *Horat.* I. Serm. II. 28. *quarum subsuta talos tegat instita veste.* In viris pallium usque ad pedes defluens rusticae negligentiae notam habere videbatur, quod docte monuit *Boettiger* ad *Terentii* Eunuch. IV. 6. 31. — V. 2. ἐπ' ἰγνύης. supra poplites sublatum. Alte praecinctus esse solebat puer meritorius, qui amantium oculos in se convertere studebat, dum in juvenili flore conspicuus esset. In characterismo τοῦ ἀγροίκου *Theophrast.* c. IV. p. 33. ed. Fisch. καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι. Cf. *Aristoph.* Nub. 971. sqq. — V. 3. κάτω κύψας. pudore suffusus. Vide ad Ep. VII. 5. — V. 4. „ἤλυθον. αἱ τρίχες, ἃς πολλάκις σοὶ ἔλεγον. Nihil hic vident, „qui aliter interpretantur.“ *Br.* In apogr. Guy. et Ruhnk. tentatur ἤλυθον ὡς σ. *veni coenatum tecum.* Nihil ineptius. In his verbis, cum sanna pronuntiandis, τρίχες omitti poterat, non minus ac Ep. XVI. ἀλλὰ πρὶν ἐλθεῖν τὰς φθονεράς.

XIX. Cod. Vat. p. 596. Primum distichon protulit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 218. Integrum *Pierson.* in Praef. ad Moer. p. XIV. sine lectionis varietate et *Klotz* ad *Tyrt.* p. 115. Moerin puerum osculatus poëta tam se beatum esse redditum significat, ut etiam dubitet, vigilantine an somnianti hoc sibi contigerit. Similiter puella ap. *Aristaen.* L. II. 14. p. 94. ἆρα ἐγρήγορα ἢ πλανᾷσί με τῶν ὀνειράτων εἰκόνες; ὑπὸ τοῦ σφόδρα γὰρ ἐπιθυμεῖν λαμβάνει με τις ἀπιστία. ubi similia quaedam collegit *Abresch.* p. 259. — V. 1. καθ' ἣν ὑγιαίνομεν ὥραν. Male haec intellexit Vir D. qui margini ap. Guyet. adscripsit haec: *cum corpus curamus, valemus, vivimus, coenamus.* nec *Klotzius*, qui ad desiderium amantis expletum referebat. ὥρη enim, καθ' ἣν ὑγιαίνομεν, circumscriptio est τῆς ὥρης ἑσπερίης, et ejusdem rei repetitio. Ut enim Latini

mane *salvere*, vesperi *valere* jubebant amicos, sic Graecos χαίρειν et ὑγιαίνειν eadem ratione distinxisse constat, cum aliunde, tum ex observatione *Thomae M*. p. 909. (ἰστέον δέ, ὅτι ὡς αἱ τῶν παλαιῶν προςρήσεις, αἱ μὲν ἑωθιναί, χαῖρε, αἱ δὲ ἑσπεριναί, ὑγίαινε.) qui laudat testem idoneum *Lucian*. T. I. p. 724. Plura vide a *Reimaro* congesta ad *Dion. Cass*. LXIX. 18. p. 1166. Videtur tamen poëta hac periphrasi usus esse, ut simul ad gaudia, quae nox allatura erat, respiceret. — V. 2. εἴτε σαφῶς, εἴτ' ὄναρ. pro vulgari εἴτε ὕπαρ, εἴτ' ὄναρ. de quibus formulis vide *Valckenaer*. l. c. — V. 5. An me etiam osculatus sit, considero. Nam si hoc mihi vere, non per somnium contigit, non video, quomodo, immortalis factus, adhuc in terris morer. ἀποθεωθείς. *Sosipater* sive potius *Dioscorides* Ep. II. T. I. p. 504. Δωρίδα τὴν ῥοδόπυγον ὑπὲρ λεχέων (haec depravata sunt) διατείνας Ἄνθεσιν ἐν χλωροῖς ἀθάνατος γέγονα. *Propertius* laetitia elatus ob noctem a Cynthia ipsi concessam L. II. 12. 39. *Si dabit haec multas, fiam immortalis in illis. Nocte una quivis vel Deus esse potest*. L. II. 11. 9. *immortalis ero, si altera talis erit*. Pamphilus ap. *Terent*. in Andr. V. 5. 3. votorum compos: *Ego Deorum vitam eapropter sempiternam esse arbitror, Quod voluptates eorum propriae sunt: nam mi immortalitas Parta'st, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit*. Similiter in re diversa coquus *Philemonis* ap. *Athen*. L. VII. p. 289. A. ἅπαντες ἐγένοντ' ὦ θεοί, Ἀθανασίαν εὕρημα. et Atreus ap. *Senec. Trag*. in Thyeste v. 885. *Aequalis astris gradior, et cunctos super Altum superbo vertice attingens polum*. — *Dimitto superos: summa votorum attigi*. — Ceterum *Zeunius* in Anim. ad Anacr. p. 92. verbum ἀποθεωθείς in Klotziana officina recens procusum esse pronuntians, corrigit κατὰ τὸν θεῖον sive κατὰ θεῖον δή —. Nihil vidi ineptius.

T. 364.] XX. Vat. Cod. p. 596. Prius distichon exhibuit *Warton* ad *Theocrit*. T. II. p. 321. Theudis

„scriptum δυσέκπιστος.“ *Br.* — πέπότηται ἤδη. Animum ingenti gaudio elatum significat. Similia sunt μετεωρίζεσθαι, ἀνακουφίζεσθαι, quae conjungit Scholiastes ad *Aristoph.* Nub. v. 318. τοῦτ' ἄρ' ἀκούσασ' αὐτῶν τὸ φθέγμ' ἡ ψυχή μου πεπότηται Καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ. Medea ap. *Apollon. Rhod.* L. III. 724. τῇ δ' ἔνδοθεν ἐπέπτατο χάρματι θυμός. — V. 4. στέξει. Vat. Cod. στέξαι, continere laetitiam, ne effluat. Illustre est dictum *Platonis* in Gorgia p. 336. E. τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν ἀνοήτων, ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. quae multorum imitatione celebrata sunt, quos laudat *Wetsten.* ad N. T. II. p. 135. Huc facit *Themist.* Or. XXVI. p. 312. D. καὶ ἀποφαίνονται ἀφώνους εἶναι, στέγειν ἅττα ἂν εἰδῶσιν ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ μὴ ἐξαγγέλλειν, μηδὲ κοινωνεῖν, ὥσπερ οἱ τὰ χρήματα θησαυρίζοντες. — V. 5. κεῖνος δὲ π. Vat. Cod. quod *Salmasius* mutavit in γε. — Haec autem sunt illa, quae animo continere non valet: κεῖνός γε πέπεισται. *precibus meis cessit; persuasi, ut morem gereret.* Inepte *Klotzius:* Ignosce mihi Jupiter; ille puer etiam mihi ignovit. — V. 6. ἀγνώστου. Euripidea sententia in Medea v. 542. Εἴη δέ μοι γε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις, Μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος, Εἰ μὴ 'πίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι. quae Lucianeis admovit *M. Solanus* in Nigrin. §. 23. T. I. p. 47. ed. Bip.

XXII. Cod. Vat. p. 596. Edidit *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 175. Puerum formosum rogat, ne flabello ventum faciat. — V. 1. μέγα δή τι. Vide ad *Callimach.* Ep. XII. 5. T. II. P. I. p. 265. — λεπτὸν λίνον. *Warton.* de vanno accipit, e panno linteo forte confecta, remittens ad *Paciaudium* de Umbellae gestat. p. 43. sq. Flabellum videtur describi, sive ῥιπίς, quo *faciles* arcessebant *ventos*, ut *Ovidius* loquitur III. Amor. II. 37. Cf. *Mitscherlich.* ad *Horat.* III. Carm. XX. 13. T. II. p. 204. Eodem instrumento utebantur et ad refrigerandum vultum, et ad ignem excitandum, unde πυριτρόφος ῥιπὶς ap.

Philipp. Ep. XIII. et *Eubul.* ap. *Athen.* L. VI. p. 228. F. ... ἤγειρε φύλακας Ἡφαίστου κύνας. Hinc acumen poëtae. — V. 3. ἐμόν. Vat. Cod. et omnia quae vidi apogr. — Duplici igne uror; altero amoris, altero, quem pocula accenderunt, (*Achill. Tat.* L. II. 3. p. 50. Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοί, ψυχὴν κατασχόντες ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρί, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων.) isque tua ventilatione magis inflammatur. Puer igitur ille putandus est inter epulas poëtae cum flabello adstitisse. — V. 4. „Concinnior esset versus scribendo: σῇ τε περὶ ῥιπῇ." *Br.* Hoc parvi momenti. Sed vide, an περὶ τῆς ῥιπῆς scribendum sit, propter sive *per ventilationem tuam*. *Salmasius* in apogr. Guy. παρὰ σῆς ῥιπῆς tentavit.

XXIII. Vat. Cod. p. 597. Edidit *I. Pierson* in Verisim. p. 96. Non tres, sed plurimas Gratias in Theocle conspici, nec eas mites esse et placidas, sed crudeles et hominum pectora infestantes. — V. 2. τρισσαί γ'. marg. apogr. Guyet. et Ruhnk. male. — V. 3. περισκιρτῶσι. Proxime accedit *Aristaenet.* L. I. Ep. X. p. 22. τοῖς ὄμμασι Χάριτας οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς. *Alciphron* L. III. Ep. I. p. 274. αὐταῖς ταῖς παρειαῖς εἴποις ἐνορχεῖσθαι τὰς Χάριτας τὸν Ὀρχομενὸν ἀπολιπούσας. ap. quem L. III. Ep. LXV. p. 438. eleganter correxit *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 9. καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῷ τὰς Ὥρας αὐτὰς ἐνορχουμένας ἔχει, καὶ τὴν Πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴποις ἄν. *Lucian.* in Imagin. §. 9. T. VI. p. 11. ἡ χάρις, μᾶλλον δὲ ἅπασαι ἅμα ὁπόσαι Χάριτες, καὶ ὁπόσοι Ἔρωτες περιχορεύοντες. *Libanius* in Ἐκφρασ. T. IV. p. 1070. 23. ed. *Reisk.* ἐπ' ἐκεῖνο τὸ πρόσωπον περιεχόρευον Χάριτες καὶ μεταρσίους τοὺς πόδας ἐκούφιζον, ἵνα μὴ τοῦ κάλλους παρασχαλῶντο. Anthol. Latin. T. I. p. 546. *illic et Venus et leves Amores, Atque ipsa in medio sedet Venustas.* Hunc locum cum aliis similibus ad *Horatii Cupidinem in virentis et Doctae psallere Chiae Pulchris excubantem*

genis L. IV. Carm. XIII. 6. comparat *Mitscherlich* T. II. p. 441. nec nostri immemor, quem excitavit etiam cl. *Heinrich* ad *Musaeum* v. 63.:

Πολλαὶ δ' ἐκ μελέων Χάριτες ῥέον· οἱ δὲ παλαιοὶ
τρεῖς Χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι· εἷς δέ τις Ἡροῦς
ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τέθηλε.

— V. 4. Sic, ut Br. dedit, hic versus legitur in membranis. Quaedam apogr. τοξοβόλαι exhibent, alia post ψυχέων inserunt θ', quae est *Salmasii* conjectura in marg. apogr. Guyet.

XXIV. Vat. Cod. p. 597. Ad puerum olim severum, nunc amanti aequiorem. — V. 1. τὰ περισσά. pro περισσῶς, μάτην. ut in Ep. inter ἀδέσπ. DCLII. τί περισσὰ θρηνεῖς, τί μάτην ὀδύρεαι; — ἔρωτος ἀπέσβη πυρσός. *Paul. Silent.* Ep. XVIII. ἐσβέσθη φλογεροῖο πυρὸς μένος. Conf. Ep. ἀδέσπ. XVII. — V. 2. ὅτ'. cum te inprimis jam amare desierim. — ¶. 365.] V. 2. τὰ δύσμαχα. nondum animo meo saevitiae tuae memoria effluxit. — πλήν. Quum poëta praecedentia dissimulanter dixisset, ut puerum vicissim excruciaret, jam, quasi ejus amplexibus emollitus, spem veniae facit. — Poenitentia, quamvis sera, locum tamen inveniat. ὀψὲ μέν, ἀλλά. Hanc formulam, cui saepe ὅμως additur, exemplis illustravit *Wyttenb.* in Bibl. crit. T. III, 2, p. 40.

XXV. Cod. Vat. p. 597. Ad puerum de osculis minime suavibus et lascivis, sed, ut simulacri, frigidis. — V. 1. „In membranis: τίς χάρις, Η. φιλήμασιν, εἴ με λ. ηχ. ἢ φιλέοις. Minori mutatione Salmasius emendabat μοὺ φιλέοις. Quo scripsi et interpunxi modo, eodem remanente sensu, concisus magis et vividior est sermo." *Br.* In membr. χείλεσι μὴ φιλέοις habetur. *Gilbertus Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 56. *Salmasii* emendationem magis probat, et praeterea ἀντιπιαζόμενος corrigendum existimat. Mihi vulgata unice placet. — λάβροις

χείλεσι totis labiis, et crebro repetitis ictibus. *Hesych.* λάβρως· πολὺς, σφοδρός. Hoc fortasse restituendum *Luciano* in Amor. §. 3. T. II. p. 411. ubi Charicles ad Veneris simulacrum accurrit, et λιπαροῖς τοῖς χείλεσιν, ἐφ' ὅσον ἦν ἀνυστὸν, ἐκτείνων τὸν αὐχένα κατεφίλει. Malim λάβροις. στόμα λάβρον est ap. *Oppian.* Hal. L. II. 202. — V. 3. ἐπ' ἄκρως, χείλεσι φιλεῖς scil. In his ἐπὶ abundare videtur, cujus abundantiae exempla passim occurrunt. Hoc quidem malim, quam eum *Wakefieldio* ἐπάκροις scribere. Rufin. Ep. XXX. Εὐρώπης τὸ φίλημα — ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσι, ἀλλ' ἐρείσασα τὸ στόμα (h. e. ἀντιβιαζομένη), τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει. Osculorum diversa genera similiter descripsit *Ephippus* Comicus ap. *Athen.* L. VIII. p. 363. C. D. qui locus iterum, sed vehementer depravatus, occurrit L. XIII. p. 571. E. F. sub *Euschemi* nomine, hominis aliunde non noti, et ex Comicorum catalogo expungendi. Laudantur commodi meretricis mores:

> Ἔπειτά γ' εἰσιόντ' ἐὰν λυπούμενος
> τύχῃ τις ἡμῶν, ἐκολάκευσεν ἡδέως·
> ἐφίλησεν, οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα,
> ὥσπερ πολέμιος, ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις
> χαυνοῦσ' ὁμοίως, ᾖσε, παρεμυθήσατο,
> ἐποίησέ θ' ἱλαρὸν εὐθέως, ἀφεῖλε πᾶν
> αὐτοῦ τὸ λυποῦν, κἀπέδειξεν ἵλεων.

In his verbis, si κἀφεῖλε pro ἀφεῖλε scripseris, nihil offensioni erit, praeter vocabulum πολέμιος, (in altero loco πολέμιον legitur) in quo aliud quid latet. — V. 4. πλάσμα τὸ κ. Vat. Cod. quod verum videtur. *Illud, quod nosti, signum.* Pictor puellam, quam in tabula pinxerat, perdite amans ap. *Aristaen.* L. II. Ep. X. p. 88. χείλη μὲν, ait, φαίνει ὡραῖα, ἀλλ' οὐκ ἀποδίδωσι τὸν καρπὸν τοῦ φιλήματος. Dixerat enim paulo ante: ἀποτυχὼν δὲ τοῦ λόγου, πεφίληκα τὸ στόμα. *Martial.* L. XI, 61. 7. *At Chione non sentit opus, nec vocibus ullis Adjuvat; absentem*

marmoreamque putes. Ibid. Ep. CII. 3. *Est ita, si taceas, et si tam muta recumbas, Quam silet in cera vultus, et in tabula.*

XXVI. Cod. Vat. p. 597. Quomodo Menedemi, pueri nimium facilis, amplexus petendus sit, docet. — V. 1. ἀλλ'. Modo nutu ei, quid velis, significaveris, statim aperte respondebit: Agedum, praecede, et, quo velis, ducas. Verbo πρόχγε sic usus est *Philodemus* Ep. III. 8. — V. 3. φθάνει. Similis color est ap. *Juvenalem* Sat. XIII. 107. in descriptione improbi, ad perjurium parati: *Tunc te sacra ad delubra vocantem Praecedit, trahere imo ultro ac vexare paratus.* Ceterum in *Stratonis* verbis parodia *Homeri* est, quod *Brunckius* monuit, Il. φ. 257.:

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
ἀμφυτὰ καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύει,
χερσὶ μάκελλαν ἔχων, ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα βάλλων·
τοῦ μέν τε προρέοντος, ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι
ὀχλεῦνται, τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα.

Haec obversabantur *Aristaeneto* L. I. 17. p. 44. ὁ γὰρ Ἔρως, ὡς ὕδωρ ἀνὰ τοὺς κήπους ἀμαρεῦον, ἄγει με πολυτρόπως. Fortasse etiam L. I. 3. p. 10. Ab ἀμάρη derivatum verbum ἀμαρεύειν, de iis, qui facile obsequium praestant. *Hesych.* ἀμαρεῖν. ἀκολουθεῖν. πείθεσθαι. ὁμαρτεῖν. — V. 4. οὐκ ἀμ. margo apogr. Guyet. quod vulgatae praeferendum videtur.

XXVII. Vat. Cod. p. 597. Primus edidit *Pierson.* in Verisim. p. 168. et ex eo *van Eldick* in Specim. Suspic. p. 31. — V. 1. περιπορφυρεοσήμους. pueri praetextati, nobiliores itaque, qui fastu amantes deterrent. — V. 2. »Scriptum in Cod. πρόσαφειδήμεθα. quod bene a Salmasio emendatum est, οὐ προσαφικόμεθα, ad quos

succedere non possumus." Br. — ὥσπερ σῦκα. Dictum hoc ex ῥήσει Diogeni tributae ap. Stobaeum Tit. XC. p. 506. 1. τοὺς δὲ πολλοὺς τῶν πλουσίων ὁμοίους τοῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν καὶ ἀποκρήμνων φυομένοις δένδροις καὶ ἀμπέλοις. τὸν τε γὰρ τούτων καρπὸν ἀνθρώπους μὴ λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ παραπλήσια τούτων ζῶα καταναλίσκειν· ἐκείνους τε τὸν πλοῦτον εἰς μὲν τὰ ἀναγκαῖα τῶν πραγμάτων οὐ κατατίθεσθαι, κόλαξι δὲ καὶ πόρναις καὶ ταῖς αἰσχροτάταις ἡδοναῖς καὶ κενοτάταις δόξαις χορηγεῖν. Minus plene eadem, tanquam Cratetis, proferuntur Tit. XV. p. 152. 42. ubi κόρακες καὶ ἰκτῖνοι junguntur: κόρακες καὶ γόητες in eodem dicto, ap. Diogen. Laert. VI. 60. κόρακες καὶ κολοιοί, ap. Galenum in Adh. ad Liter. Studia c. VI. unde apparet, passim veteres hac ῥήσει usos esse. Primum ejus vestigium est ap. Archilochum fr. XLV. ap. Athen. XIII. p. 594. D. συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας, εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη. Haec a posterioribus in sensum paulo diversum detorta sunt.

XXVIII. Cod. Vat. p. 597. Edidit Klotz ad Tyrt. p. 99. Postremum distichon Warton. ad Theocrit. T. II. p. 264. Puerum superbum monet, ne formae et aetati nimis confidat. — V. 1. Notanda forma ὀφρύα pro ὀφρύν. Cf. Ep. LV. et Bianor. Ep. II. ubi ἰχθύα in Cod. Vat. legitur. — Quousque illud supercilium, illum fastum servabis. — V. 2. μηδὲ τὸ χαίρειν. ne salutantem quidem vicissim salutas. Ex Philodem. Ep. IV. οὐδ' ὑγίαινε λέγεις. Nostrum fortasse expressit Rufin. Ep. XXII. ὑψοῦται Ῥοδόπη τῷ κάλλεϊ· κὢν ποτε χαῖρε εἴπω, ταῖς σοβαραῖς ὀφρύσιν ἠσπάσατο. Conf. ejusdem Ep. XXXVIII. — V. 4. ὀρχεῖσθαι πυῤῥίχην. num te semper juventutis robore et flore conspicuum fore putas? ἡ πυῤῥίχη enim juvenum exercitatio. Athen. L. XIV. p. 630. D. πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυῤῥίχη· ἐνόπλιοι γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται· τάχους δὲ δεῖ τῷ πολέμῳ εἰς τὸ διώκειν. Spartae pueri inde a quinto aetatis anno πυῤῥιχίζειν docebantur. Ibid. p. 631. A.

Ad *Aristophan.* Ran. 153. ubi ἡ Κινησίου πυῤῥίχη commemoratur, *Scholiastes* haec habet: ὅτι ἐν ταῖς χοροῖς πολλῇ κινήσει ἐχρήσαντο. et mox: ὁ Κινησίας ἐπραγματεύσατο κατὰ τῶν Κωμικῶν, ὡς εἶεν ἀχορήγητοι· ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα ὀκνηρὸς καὶ κατεσκελετευκώς. Hanc saltationem nemo disertius descripsit *Platone* de LL. VII. p. 815. A. B. — V. 6. ποτὶ σπάνις. Sic recte Salmasius. perperam Cod. πῖς. " *Br.* In marg. ap. Guyet. εἰ σπάνις. *Mimnerm.* fr. III. τὸ πρὶν ἐὼν κάλλιστος, ἐπὴν παραμείψεται ὥρη, Οὐδὲ πατὴρ παισὶ τίμιος, οὔτε φίλος.

¶. 366.] *XXIX.* Vat. Cod. p. 597. Ad Dionysium, ludimagistrum et paediconem. Spurcum carmen, sed festivum. — V. 1. Puer traditus erat Dionysio in literarum elementis erudiendus; at hic eo ad libidinem abutitur. Artis grammaticae vocabula ad rem longe diversam transferuntur a *Stratone.* Similiter lusit Auctor Epigr. quod edidit *Huschke* in Anal. crit. p. 243. — μετεκβῆναι. Sic Vat. Cod. In quibusdam apogr. μετεκβαίνειν legitur. Quomodo, quaeso, puerum legere docebis, cum nec a tenuiore intentione (tono) ad graviorem recte transire possis. In voce enim formanda per gradus eundum est, ita ut ad eum semper sonum, qui proximus est, transitus fiat. Hoc non cantoribus tantum, sed etiam grammaticis, qui puerorum os et vocem formabant, observandum erat. In proximis poëta miratur Dionysium, quod ex ima chorda, cujus acutissimus sonus, ad eam, quae gravissimum reddat, aberraverit. Hujus loci duplex sensus esse potest. Aut significare voluit paediconem subito arrigentem, μεταβαίνοντα igitur ab ἰσχνοτάτῃ τάσει ad ὀγκοτάτην' (τάσις autem et soni est intentio et mentulae:) aut binos pueros habebat ille, tenellae aetatis alterum, alterum jam provectiorem. Huic interpretationi favet v. 5. ἀμφοτέρους κρούων. Alteri autem v. 1. vocabulum παῖδα, singulari numero positum, majorem conciliat speciem. Verum enimvero si sincera est primi versus

lectio, παῖδε non de certo quodam puero accipiendum, sed indefinite positum videri debet, pro παῖδας, quod desideramus. Quare alteram interpretationem magis probo. Si autem binos pueros a Grammatico illo subagitatos indicare voluit, quanto expeditior esset sensus, si scripsisset:

τοὺς ἀναγινώσκειν, Διόκλεις, τὼ παῖδε διδάξεις — — —

Dioclis nomen, tanquam foedissimi paederastae, recurrit infra Ep. XLVI. 1. — Caeterum verissima est lectio cod. ἠπιστάτην, pro quo in ap. Lips. ὀξυτάτην perperam legitur. — V. 5. Verum non invideo tibi; incumbe ad tua studia, et in utraque chorda oberrans, invidos plorare jube. Ut autem vulgo οἰμώζειν dicunt Graeci, quibus mala optant, et ut Latini interdum adversarios suos se irrumaturos esse et paedicaturos minantur, sic noster pro solemni phrasi ponit nequiorem, λάμβδα καὶ ἄλφα λέγειν, quibus verbis simul ad artem hominis et ad nequitiam respicitur. De sensu horum verborum audiamus Brunckium: „Irrumatorem et paediconem innuit. De „significatione vocis λάμβδα vide Toup. ad Suidam P. III. „p. 421. Hi autem, scil. paedicones, ἀλφησταὶ dicti, cujus „nominis rationem declarat Athen. p. 281. F.“ Facit huc inprimis Aristoph. Eccl. 915. δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους. Ausonius Epigr. CXX. Cui ipse linguam cum dedit suam λάβδα est. Quod de schemate venereo interpretatur Toupius ad linctores referendum; λάβδα autem veteres pro λάμβδα dicebant. Vide Interpp. Pollac. L. IV. 133. — ἄλφα. Lusus grammaticus, quo ad ἀλφηστὴς respicitur. Est autem ἀλφηστὴς piscis genus, de quo Athenaeus l. c. φασὶ δὲ αὐτοὺς ἁλίσκεσθαι σύνδυο καὶ φαίνεσθαι τὸν ἕτερον ἐπὶ τοῦ ἑτέρου κατ' οὐρὰν ἑπόμενον· ἀπὸ τοῦ οὖν κατὰ τὴν πυγὴν θατέρῳ τὸν ἕτερον ἀκολουθεῖν, τῶν ἀρχαίων τινὲς τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς οὕτω καλοῦσιν. Conf. Eustath. ad Il. p. 1226. 44. et p. 1307. 29.

XXX. Cod. Vat. p. 597. Edidit *Klotzius* in Musa Strat. p. 49. Cf. *Schneider*. Peric. crit. p. 35. — V. 2. Sensus perspicuus: Si te injuria a me affectum putas, eo quod te amo, poenas sumas, quaeso, eandem mihi injuriam inferendo. Vir D. in marg. apogr. Tryll. tentabat: καὶ σὺ φιλῶν με λάβε. quod non displicebat *Schneidero*, qui tamen ipse plura ἀντιστροφῆς exempla attulit. Mihi perspicuitas tamen postulare videtur, ut verbis transpositis scribatur:

τὴν αὐτὴν κόλασιν καὶ σὺ λαβών με φίλει.

XXXI. Cod. Vat. p. 598. Edidit *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 262. In puerum rosis coronatum. — ὄμματα ἔχειν. Ut Aristoteles, cur pulcritudine gauderent homines, interrogatus, τυφλοῦ τὸ ἐρώτημα εἶναι respondit, (ap. *Diogen. Laërt.* V. 20.) sic qui pulcritudinem ita spectant, ut ejus sensum habeant, ὄμματα ἔχειν dicuntur. *Ovidius* III. Amor. III. 41. *Quid queror et toti facio convicia coelo? Di quoque habent oculos; Di quoque pectus habent.* Idem Epist. XVII. 99. *Quam multos credas juvenes optare, quod optas, Qui sapiant? Oculos an Paris unus habes?* Contra *Rufin.* Ep. XXVII. de viro, qui formosam mulierem verberibus male affecerat: ψυχὴν λιθίνην εἶχε καὶ οὐκ ἔβλεπε. — Quod patrem pulchri filii venustate delectari fingit *Strato*, id sine flagitii suspicione fieri potuit; sed quid illos patres existimas, quos *Themistius* descripsit, Orat. XXII. p. 272. ἐγὼ δὲ ὁρῶ καὶ τοὺς πατέρας, ὅτι ἡνίκα ἂν σφόδρα ἀσπάζωνται τὰ παιδάρια, τύπτειν αὐτὰ καὶ δάκνειν ἐξ ἀπλήστου πάθους περιάγονται. Ad haec si memineris eorum, quae de amantium furore passim narrant, qui — *inspirant pressantes dentibus ora*, (*Lucret.* IV. 1101. καὶ ἔδακνε μεταξὺ καταφιλοῦσα. *Lucian.* T. VIII. p. 217.) nunquam dubitabis, *Themistium* non de *patribus*, sed de *paederastis* cogitasse, et scribendum esse adeo: ἐγὼ δὲ ὁρῶ καὶ τοὺς παιδεραστὰς

nic.... Conf. *Paul. Silent.* Ep. VII. εἶδον ἐγὼ παθέοντας, ἐν ἀπλήστοισι δὲ λύσσης Δηρὸν ἐν ἀλλήλοις χείλεα πηξάμενα. Sic enim pro ἀπλήτοιο legendum existimo.

XXXII. Vat. Cod. p. 598. Sejuncta haec disticha leguntur in apogr. Lips. non item in membranis. Prius distichon protulit *Warton* ad *Theocr.* II. p. 262. Alterum *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 104. — V. 1. Restituendum ex Vat. Cod.:

ὄλβιος ὁ γράψας σε, καὶ — —

ut etiam *Warton* dedit, qui mox male κηρὸν exhibuit. Felicem poëta praedicat ceram, quae et ipsa se a pueri pulchritudine superari sit passa. ἐπιστάμενος. Pulchri sensu imbutam fingit ceram. — V. 3. θριπός. Sic Vat. Cod. non τρωός, ut ap. Lips. Sunt θρίπες vermiculi, lignum comedentes, unde σφραγίδια θριπήδεστατα, de quibus vide *Salmas.* in Plin. p. 654. sq. *Intrpp. Pollucis* L. VI. 38. et inprimis *Valckenarium* l. c. — „σύρμα θριπός, σύρμα σπηλάδος, θρὶψ, τερηδών. Sic σύρμα ὄφιος, ὄφις. Tractu enim incedunt haec animalia." *Br.* ex marg. ap. Guyet. Idem σύρμα et συρμός. De posteriore vocabulo diximus ad *Leonid. Alex.* Ep. XII. Tom. II. P. II. p. 93.

XXXIII. Vat. Cod. p. 598. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 100. Ad puerum barba subito subnascente foedatum. Similis coloris est Epigr. *Martial.* L. IV. 7.:

Cur here quod dederas, hodie, puer Hyle, negasti?
Durus tam subito, qui modo mitis eras?
Sed jam caussaris barbamque, annosque, pilosque:
O nox, quam longa es, quae facis una senem!
Quid nos derides? here qui puer, Hyle, fuisti,
Dic nobis, hodie qua ratione vir es?

— V. 1. οὐδ' ὄναρ. Vat. Cod. quae verissima lectio. Est enim fortiter negandi formula, οὐδ' ὄναρ, de qua diximus ad *Callimach.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 272. — Ne mi-

nimum quidem hujus barbae vestigium venerat, i. e. apparebat. Fortasse tamen distinctione mutata et leni mutatione adjuvanda oratio:

οὐκ ἐχθὲς παῖς ἦσθα; ναί, οὐδ' ὄναρ οὗτος ὁ πώγων
ἤλυθε — —

— V. 2. πῶς ἀνέβη. In hoc versu haereo. τὸ δαιμόνιον idem est, quod δαίμων, *fortuna*. *Eurip.* Phoen. 355. τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε Δώμασιν Οἰδιπόδα. In Bacch. v. 892. ἰσχὺν ἔχει τὸ δαιμόνιον. *Xenophon* Hist. Gr. VI. p. 594. ἤδη τὸ δαιμόνιον αὐτὸν ἦγε. Hinc apparet, sensum esse debere: unde et quomodo hoc tibi accidit? Sed ἀναβαίνειν *aggrediendi* sensu vix occurrit, et desideratur pronomen. Quare vide, an Strato scripserit:

πῶς σ' ἄρ' ἔβη τοῦτο τὸ δαιμόνιον;

βαίνειν cum quarto casu accedere, aggredi, prehendere aliquem passim significat. *Schol. Aristoph.* Nub. v. 30. verba, ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με, per κατέλαβε interpretatur. Impugnandi sensu *Euripid.* Phoen. 1550. ὁ σὸς ἀλάστωρ — ἐπὶ παῖδας ἔβα σούς. et Hippol. v. 1371. καὶ νῦν ὀδύνα μ', ὀδύνα βαίνει. — V. 4. Τρωΐλος. Troïlus, minimus natu filiorum Priami, cum patre suo compositus, ad juvenilis aetatis florem significandum inservit. *Callimach.* ap. *Ciceron.* Tusc. Qu. I. 39. *Multo saepius lacrymasse Priamum quam Troïlum.* Vide, quae olim notavimus ad *Tzetzae* Posthomer. v. 383. p. 131. Similiter Priamus cum Astyanacte componitur ap. *Martial.* VIII. 6. quem laudavimus ad Ep. X. 4.

¶. 367.] *XXXIV.* Cod. Vat. p. 598. Edidit *Wasse* ad *Thucyd.* p. 7. et *Musgrave* in Exercitt. in Euripid. p. 30. Simplicem et inornatam puerorum pulchritudinem laudat prae muliebri elegantia. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 751. A. — V. 1. κίκιννοι. cincinni artificiose compositi. Poëta in Anthol. Lat. L. III. nr. CXCIX. p. 636.

Sem-

Semper munditias, semper, Basilissa, decores,
Semper compositas arte decente comas,
Et comtos semper cultus, unguentaque semper,
Omnia sollicita comta videre manu,
Non amo: neglectim mihi se quae comit amica,
Haec et inornata simplicitate valet.

Contra φύσεως ἔργα laudat in Laïde *Aristaen.* L. I. 1. p. 3. ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη, ὑακίνθῳ ἄνθει, καθ᾽ Ὅμηρον, ἐμφερής. Phaedra ad Hippol. ap. *Ovid.* IV. 77. *Te tuus iste rigor positique sine arte capilli, Et levis egregio pulvis in ore decet.* Talem sine arte capillum in Bathyllo suo pingi cupit *Anacreon* Od. XXIX. 6. ἕλικας δ᾽ ἐλευθέρους μοι πλοκάμων, ἄτακτα συνθείς. — V. 3. ῥύπος ὁ ψαφαρίτης. sordes in gymnasiis corporibus adhaerentes. Talem sibi puerum fingit *Philostrat.* Icon. I. 4. p. 768. γράφει μειράκιον, οὐ λευκόν, οὐδ᾽ ἐκ τρυφῆς, ἀλλ᾽ εὔψυχον καὶ παλαίστρας πλέων, οἷον τὸ τῶν μελιχρῶν ἄνθος. Spartae propter athletica studia ῥυπῶντα πλόκαμον tribuit *Himerius* Eclog. XXXI. 8. Lucian. de Gymnas. §. 29. T. VII. p. 190. colorem in gymnasiis contractum laudans, τὸν ῥύπον ἀποσμῇ, ait, καὶ στιλπνότερον ποιεῖ τὸν ἄνδρα. — V. 4. *Br.* exhibuit scripturam Codicis. In apogr. Lips. χροιὴ λιπ. in apogr. Lennep. et ap. Wass. σαρκὶ μελαινομένη legitur. λιπαινομένη verum videtur. Intelligo colorem corporis oleo palaestrico uncti et splendentis adeo; qualem Delphidem suum describit Simaetha ap. *Theocrit.* Eid. II. 79. στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον, ἢ τὺ Σελάνα, Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπόντι. — σαρκὶ sincerum non videtur, nec fortasse μελαίνω. Nihil tamen exputo, quod satis commode substitui possit. Alii videant. — V. 5. ἀκαλλώπιστος est mox γοητής. Vat. Cod. γοητὶς emendavit *Salmasius.* — ἔργον Παφίης est muliebris amor, quem paederastae non curant. — Forma mangonum artibus interpolata ad muliebrem Venerem pertinet, non ad eam, quam nos exercemus.

XXXV. Vat. Cod. p. 598. Nemo, quod sciam, ante *Brunckium* integrum edidit. V. 5. et 6. laudat *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 264. Artemidoro, comoedo, crudeli in amantem puero, ut aliquando ab amasio eadem saevitia tractetur, optat. Similia puellae imprecatur *Asclepiades* Ep. XVIII. ubi vide not. T. I. P. II. p. 37. — V. 1. „Neglecta Salmasii emendatione, servari potuisset „Cod. lectio, quam reponendam censeo: Οὐδὲ Σμυρναίαις „Νεμέσεις ὅτι σοί τι λέγουσιν, Ἀρτεμίδωρε, νοεῖς· μηδέν —. οὐδὲ „νοεῖς, Ἀ. ὅτι Σ. Ν. σοί τι λέγουσιν; hoc autem est: Μ. Τ. „Τ. Μ." *Br.* In Analectis ad *Salmasii* mentem editum: οὔ σοι Σμ. Ν. εὖ σοί γε λ. Ἀ. νόει· μηδέν —. quod nihili est; nec magis tamen membranarum scriptura integra et sincera videri potest. Quis enim tam perplexam et contortam verborum structuram tulerit? Leni mutatione corrigendum suspicor:

Οὐ σύ γε, Σμυρναίαις Νεμέσεις ὅ, τι σῖγα λέγουσιν,
Ἀρτεμίδωρε, νοεῖς; — —

Nonne, o Artemidore, audis, quae Nemeses Smyrnaeae tacentes docent: Ne quid supra modum? ΣΙΓΑ a ΣΟΙΓΕ tam prope abest, et sensum tam bonum facit, ut me in hoc saltem verbo verum vidisse censeam. Hoc autem oxymoron, σῖγα λέγειν sive λαλεῖν, Epigrammatariorum usu frequentatum. *Meleager* Ep. XXIII. καὶ σιγῶν ὄμμασι τερπνὰ λαλεῖ. Idem Ep. XIII. σιγῶν Ἡράκλειτος ἐν ὄμμασι τοῦτ' ἔπος αὐδᾷ. *Claudian.* de Mallii Theodos. Cons. 90. *Quidquid Democritus risit, dixitque tacendo Pythagoras.* Verbis diversis, sed eodem sensu, et proxime ad nostrum locum *Aeschyl.* in Pers. 815. Θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ Ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν, Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν. De homine de pristino honore, quo superbe fuerat usus, dejecto *Jo. Chrysost.* T. III. p. 383. E. σιγῶν ἐντεῦθεν ἀφίησι φωνήν, ἅπασι παραινῶν, μὴ ποιῆτε τοιαῦτα, ἵνα μὴ πάθητε τοιαῦτα. in quibus illi obversatus videtur locus *Demosthen.* Orat.

Olynth. α. p. 9. 11. ed. R. Recte autem Nemesis tacens docere dicitur mortales, ne superbiant, cum tantum adspectu suo superbiae poenas in animum revocet. De cultu Νεμέσεως ap. Smyrnaeos vide *Pausan.* I. 33. p. 82. et quae collegit *H. Valesius* ad *Ammian.* L. XIV. c. II. p. 59. et in Emendatt. L. II. 17. p. 69. ibique *Burmannum*. His adde *Liebium* in Gotha Numar. p. 283. — V. 3. ὄντως pro οὕτως margo ap. Guyet. ὑπέρογκα. qualia Adrasteae iram inflammant. οὐδὲ πρέποντα κωμῳδῷ. ex Romanorum sententia, ap. quos comoedi notam habebant. — V. 4. πάνθ' ὑποκρῖν. omnia, quasi in scena versareris, i. e. ficta et simulata, nihil verum et sincerum. — V. 5. Horum aliquando memineris, ubi ipse amore incensus, similem in amasio animum offendes. *Theocrit.* Eid. XXIII. 33. Ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος, ὁπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις, Ἀνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἁλμυρὰ κλαύσεις. *Propert.* L. III. 23. 35. *Exclusa inque vicem fastus patiere superbos: Et quae fecisti, facta queveris anus.* — Eum ab amati pueri limine aliquando exclusum iri, significant verba, κωμῳδήσεις τὴν ἀποκλειομένην. qui titulus est comoediae *Posidippi* ap. *Athen.* L. VII. p. 301. C. et *Polluc.* X. 98. ubi si *T. H.* nostrum Epigr. cognosset, vidisset τὴν ἀποκλειομένην non esse τὴν κατάκλειστον, ut ipse suspicabatur, sed mulierem ex aedibus, a marito fortasse, (cf. *Rufin.* Ep. XXVII. sq.) exclusam. Est igitur in his verbis elegans accommodatio, ut in Ep. *Frontonis* II. et *Agathiae* XIV.

XXXVI. Vat. Cod. p. 598. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 338. medium distichon *Salmas.* ad *Solin.* p. 32. D. Agrippam, puerum, Jovis ministerio et amoribus ipso Ganymede digniorem esse. Cf. *Meleagr.* Ep. XL. Εἰ Ζεὺς κεῖνος ἔτ' ἐστίν, ὁ καὶ Γανυμήδεος ἁκμὴν Ἀρπάξας. — V. 2. „Scribendum ἥρπαζε, amoto importuno isto ν ἐφελκυστικῷ." *Br.* In membr. est ἥρπαζεν. — V. 3. „Non offendor Codicis scriptura ἡμῶν. Sic infra LIV.

»παῖδν μου παιδίον ηὔφανκε. neque in schedis, quas e Biblio»theca Buheriana habeo, reperio id a Salmasio mutatum »fuisse in ἡμῶν. Quod autem sic in Plinianis p. 23. le»gatur, id aut auctoris memoriae lapsu, aut typothetae »vitio factum.« *Br.* — V. 4. »διακονίας in optimo Mu»sae Straton. apogr. et sic esse in membranis credo.« *Br.* In membr. est διηκονίας, ut *Salm.* et *Dorvill.* dederunt. De ionica et attica forma hujus vocabuli quaedam monens *Br.* ad *Aristoph.* Plut. v. 1170. T. I. p. 289. hunc versum iterum protulit. — V. 5. ἂν ἐκαθ. Vat. Cod. ἐκαθερήσας. Ap. Lips. — Mox quaedam apogr, teste *Dorvillio*, λέξεις; apogr. Guyet. et Ruhnk. ψέξης exhibent. — De Phaone suo Sappho ap. *Ovid.* Epist. XV. 87.:

Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam:
Et faceres, sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat, quae conspicit omnia, Phoebe,
Jussus erit somnos continuare Phaon.
Hunc Venus in coelum curru vexisset eburno,
Sed videt et Marti posse placere suo.

XXXVII. Vat. Cod. p. 598. Edidit *Wolf.* in Fr. Sapph. p. 241. De Milesio puero inter omnes pulcritudine conspicuo, sed cito aufugientis aetatis non satis memore. — V. 1. ἄνθεσιν. De magna rerum copia similiter *Pindar.* Pyth. Θ. 82. οἶσθα — ὅσσα χθὼν ἠρινὰ φύλλ' ἀναπέμπει, χὠπόσαι 'Εν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ψάμαθοι κύμασιν ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται. — φιλοζέφυροι λειμῶνες. *Catull.* LXIV. 281. *Nam quotcunque ferunt campi, quos Thessala magnis Montibus ora creat, quos propter fluminis undas Aura parit flores tepidi foecunda Favoni.* Cf. *Ovid.* II. A. A. 517. — χνοάουσι. apogr. Lips. λειμῶσιν ἡδύ τε καὶ ἁπαλὸν χλοάζουσιν. *Himer.* Or. III. 6. p. 437. — V. 2. »Quod in quibusdam exemplaribus legitur ἦρος ἐν »ἀγκ. id ex inutili Salmasii emendatione est.« *Br.* —

V. 3. εὐγενέτας. Vat. Cod. εὐγενίας ex ap. Buheriano sumsit Br. Revocanda forma ποιητικωτέρα, quam membranae praestant. — V. 4. κεκρῶν. Schedae Tryll. — Χαρίτων πλέγματα. Fere sic *Theocrit.* Eid. VII. 43. οὕνεκεν ἐστὶ Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος. Quaecunque venusta, jucunda, grata sunt, Gratiarum manibus et contactibus illam venustatem debere existimantur. Vide ad *Meleagr.* L. 10. *Rhian.* Ep. II. — T. 368.] V. 5. Color, ut ap. *Meleagr.* Ep. XXXV. *Philostrat.* Epist. L. p. 938. ad delicias, ἂν δὲ ἐπὶ λειμῶνα (ἔλθῃς), αὐτῶν τῶν ἀνθῶν ἐξάρχεις. — V. 7. Ut flores solis aestu cadunt, sic puerorum pulcritudo pilis et barba perit. *Propert.* L. IV. 5. 57. *Dum vernat sanguis, dum rugis integer annus, Utere, ne quid cras libet ab ore dies. Vidi ego odorati victura rosaria Paesti Sub matutino cocta jacere Noto.* *Macedon.* Ep. XVI. 7. ὡς δὲ ῥόδον θαλέθεσκες ἐν εἴαρι· νῦν δ' ἀπεμάρανθης, Γήραος αὐχμηρῷ καρφομένη θέρεϊ. *Tibull.* I. El. IV. 28. *transiit aetas Quam cito! non segnis stat remeatque dies. Quam cito purpureos deperdit terra colores! Quam cito formosas populus alba comas!*

XXXVIII. Vat. Cod. p. 599. Multi ediderunt. *Spanhem.* ad *Juliani* Caesar. p. 51. *Alberti* ad *Hesych.* T. II. p. 1249. *Majus* in Obss. sacr. T. IV. p. 65. junctim cum sequente. *Wetsten.* ad Nov. Test. T. II. p. 751. *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 13. *Schneider.* Per. crit. p. 74. — V. 1. ὀφθαλμοῖς. Ap. Lips. et mox ἀκτῖνες. — στοθῆρες. ἀποβολαὶ πυρός. *Hesych.* Cf. *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 100. De oculis fulgentibus sic loquitur *Hesiodus* 'Ασπ. 'Ηρακλ. v. 72. πῦρ δ' ὡς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο, τίς κεν ἐκείνῳ Ἔτλη θνητὸς ἐὼν κατεναντίον ὁρμηθῆναι. *Heliodor.* VII. 321. ἐνατενίσας τε καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς Χαρικλείας, ὥσπερ ὑπ' ἀκτῖνος ἐκ νεφῶν διαπτάσης καταυγασθείς. ut hunc locum ex cod. restituit *Dorville* ad *Charit.* p. 362. ubi similia reperias. Homerica excitavit *Wetstenius* l. c. — V. 2. πυρσοβόλους. Cod. Vat. πυροβόλους

plurima apogr. *Faces jacularis ocellis*, Anth. Lat. T p. 657. — V. 3. σε. *Alberti*. — ἀντωπός. *Meleag.* XXXIV. σοὶ καλὸς οὐκ ἐφάνη Θήρων, ἀλλ' ἀντίος ἔστης, Διὸς στήξας πῦρ τὸ κεραυνοβόλον. — V, 4. ἀστράπτεις. *Meleag.* Ep. XXXVIII. — ὄμμασιν ἀμφοτέροις. *Callim.* Ep. III. τὸν καλόν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

XXXIX. Vat. Cod. p. 599. Edidit *Wetsten.* ad T. I. p. 428. et *Toup.* Animadv. in Theocr. p. 214. V. 1. καιρὸν γνῶθι. Dictum Pittaci, ad multas res a se ribus accommodatum. Vide *Gataker.* Adverf. Misc. 6. p. 299. Cum toto hoc carmine comparandus *Ovid* L. III. A. A. 65. fqq. — V. 3. Sic h. v. legitur in mem *Salmasius* in marg. ap. Guyet. emendandum censeb καὶ σίκυος κήποισιν ἐπ' εὐύδροισιν. uti *Majus* dedit. et sc dae Tryll. habent. Nihil mutandum. ἄνδηρα sunt ar lae in hortis, (ἄνδηρα. μέρος τοῦ κήπου, ὥσπερ ἡ πρασιά. Sa ἄνδηρα καὶ πρασιὰς junxit *Nicander* Ther. v. 575.) pr sertim in locis humidioribus, ubi cucumeres bene p veniunt. Apposite *Etymol. M.* ἄνδηρα. τὰ χείλη τοῦ πο μοῦ· — παρὰ τὸ ἄνω εἶναι τῶν διερῶν, ἤγουν τῶν διύγρων. S haec occupavit cl. *Schneider.* in Peric. crit. p. 75. hoc carmen edidit. — πρῶτος. dum varior est. Co Epigr. *Philodem.* XXIX. τὸ σπάνιον γὰρ τίμιον, ut *Pl* dixit in Euthyd. p. 304. B. — In fine verf. *Br.* Anal. δρασθεὶς dedit; in Lectt. membranatum scriptura δραθεὶς revocavit. Sic Ep. XI. φωραθέντες, non φωρασθέντ — πεπαινόμενος. qui apud prosaicos *pepones*, five composi voce σικυοπέπονες vocantur, monente *Bodaeo a Stap.* *Theophr.* VII. p. 781.

XL. Vat. Cod. p. 599. Edidit *Klotz.* in Lectt. V nusin. p. 255. Omnes poëta formosos pueros, non unu aut alterum eorum amare se affirmat; alium enim al virtute praestare. *Ovid.* II. Amor. IV. 9. *Non est cer meos quae forma irritet amores, Centum sunt causae,* ci

go semper amem. *Aristaen.* L. I. Ep. XVIII. p. 46. ἐπὶ τῆς τροφάσεως τοῦ: ἐν ἡλικίᾳ ποθεῖς. — V. 1. προστάσσω. Vat. Cod. Emendatum in apogr. Guy. et Ruhnk.

XLI. Vat. Cod. p. 599. Poëtam tibi finge in convivio mero madentem. — V. 1. ἀόρταθῶν. *Postquam surrexi, neque pes neque mens satis suum officium facit.* *Terent.* Eunuch. IV. 5. 3. *Lucret.* L. III. 477. *Consequitur gravitas membrorum, praepediuntur Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens, Nant oculi.* *Xenoph.* Laced. Rep. c. 5. p. 21. τὰς οὐκ ἀναγκαίας πόσεις, αἳ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας. — V. 3. ὡς λ. Vat. Cod. νύκτα; ἰσχύεται. *Je vois double.* *Horat.* II. Sat. I. 25. „*Accessit fervor capiti, numerusque lucernis.*" *Br.* Puellam monet *Ovid.* III. A. A. 763. ut tantum bibat — *quâ patiens caput est, animusque pedesque Constent; nec quae sunt singula bina vide.* *Juvenal.* VI. 304. *cum jam vertigine tectum Ambulat, et geminis exsurgit mensa lucernis.* *Nicander* Alexiph. v. 28. τὰ δὲ διπλόα δέρκεται ὄσσοις, Οἷα χαλικρήτῳ νύχιος δεδαμασμένος οἴνῳ. — V. 4. πολλάκις. Vat. Cod. — V. 5. Non in pincernam tantum animo feror, sed jam in ὑδροχόον oculos conjicere audeo. Ad ὑδροχόον *Salmasius* notavit in ap. Guy.: *in aquarium, signum coeleste.* Recte; intelligitur enim pulcherrimus deorum pincerna, Ganymedes, qui *inter sidera collocatus, Aquarii nomine* appellatus est, ut *Servius* ad Aen. I. 32. et *Clem. Alex.* Hom. V. 17. Ζεὺς τὸν ἀετὸν συνεργήσαντα ἐπὶ Γανυμήδους ἁρπαγῇ, καὶ αὐτὸν τὸν Γανυμήδην ἐν ὑδροχόου τιμῇ ἔταξε. Vide *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 258. ed. Bip. Jam igitur poëta, cui vinum audaciam facit, mortalibus gaudiis non contentus, Jovis delicias mente appetit.

T. 369.] XLII. Vat. Cod. p. 599. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 455. Sibi puerum nec nimis severum et repugnantem, nec nimis facilem et paratum optat. Cf. *Martial.* L. IV. Ep. XLII. — V. 1. τὰ post μοῦ inse-

runt Sched. Tryll. et v. seq. στυναρήν. — V. 3. εὐθὺ θέλοντα. *Pinguis Amor, nimiumque patens, in taedia nobis Vertitur, et stomacho dulcis ut esca nocet.* Ovid. II. Amor. XIX. 25. — ¦ παρέχοντα χέδην. *Philodem.* Ep. X. 3. *Largam se praestare omnibus modis* dixit *Martial.* XII. 66. — V. 5. 6. Sic plane Epigr. quod protulit *Salmas.* ad Script. H. Aug. T. I. p. 187. Anthol. Lat. III. 261. p. 685.:

Qualem, Flacce, velim, quaeris, nolimve puellam.
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud, quod medium est atque inter utrumque probatur:
Nec volo quod satiet, nec volo quod cruciet.

quod paucis mutatis etiam inter *Ausonii* Epigrammata legitur. Anth. Lat. III. 225. p. 656. *Nolo, quod cupio, statim tenere: Nec victoria mî placet parata.* Ejusmodi quid in puero laudat Priapus *Tibulli* I. El. IV. 53. *Tunc tibi mitis erit; rapias tum cara licebit Oscula; pugnabit, sed tamen apta dabit.* et ille ap. *Aristaenet.* L. I. Ep. XII. p. 31. τὰ τερπνὰ τῆς Ἀφροδίτης ἀπόῤῥητα· λεκτέον δὲ μόνον, ὡς ἀντιλέγει τοσοῦτον, ὅσον ἐν τῷ βραδύνειν ἐρεθίζειν. *Timocles Comicus* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. F. 571. A. in versibus sic leviter emendandis:

Ὅσον μεταξὺ μετὰ κορίσκης ἢ μετὰ
χαμαιτύπης τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι! βαβαί,
ἡ στιφρότης, τὸ χρῶμα, τὸ πνεῦμα, δαίμονες,
τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἕτοιμα, δεῖν δ' ἔτι
ἀγωνιάσαι καὶ ῥαπισθῆναί τε καὶ
πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσὶ ἡδύ γε.

— V. 6. τὸν καὶ μή. *Auson.* Ep. XXXVIII. *Callida sed mediae Veneris mihi venditet artem Femina, quae jungat, quod volo, nolo vocet.*

XLIII. Vat. Cod. p. 599. Edidit *G. Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 65. *Klotz* in Strat. p. 50. Cf. *Schneideri* Peric. crit. p. 36. Noctem Cleonicus poëtae pro-

niferat. Qui cum datam fefelliffet fidem, poëta fe jurejurando obftricturus eft, fe puerum nunquam in pofterum in domum fuam recepturum effe. Sed ftatim fe ab illo confilio revocat et puerum excufat, et eum proximo die venturum effe fperat. — V. 2. poft μελάθροις fignum interrogationis poni juffit *Koebler* in Notis ad haec Epigr. poft Obff. in S. C. p. 42. quod non neceffe, judice *Schneidero*, qui etiam jurisjurandi formulam οὐ μὰ τὸν...., non appofito dei nomine, illuftrat, poft *T. H.* ad *Ariftoph.* Plut. p. 120. et *G. Koenium* l. c. Adde *Brunck.* ad *Arift.* Ran. v. 1374. p. 215. — εἶτα continuandae orationi infervit, nec indignantis eft, ut *Klotzius* arbitrabatur, nec cum *Koeblero* in εἴθε mutandum eft. — V. 4. „οὐ παρὰ „Sic *Callimach.* Ep. XIII. οὐ παρὰ τὰς εἴκοσι μεμφόμεθα. In „his locutionibus παρὰ fignificat propter. Gallice: *je ne „mourrai pas pour attendre un jour.*“ *Br.* Idem jam monuerat *Schneiderus* l. c. et *Salmaf.* in marg. apogr. Guy. *non per hodiernum diem perimus. i. e. per unum diem pour un jour, nous n'en mourons pas.* Hunc praepofitionis ufum illuftrans, verfum *Stratonis* excitavit *Wakefield.* in Sylv. crit. T. IV. p. 147.

XLIV. Cod. Vat. p. 599. Edidit *Wolf.* in Fragm. Poëtr. gr. p. 104. Poëta, cum Smyrnae literas a puero accepiffet, quibus illum Sardibus fore certior erat factus, fe, Amore ducente, Sardes properaffe narrat. — V. 1. ἤγαγεν δέ με δι'. Vat. Cod. ἱερῶν. fched. Tryll. — In his Stratoni praeiviffe veteres Lyricos, fufpicari licet ex loco *Juliani* in Epift. ad Eugen. philofoph. XVIII. p. 386. B. εἰ δέ μοι θέμις ἦν, κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιόν, εὐχῇ τὴν τῶν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δήπου πρὸς Ὄλυμπον, οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ' εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὀρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην, ἵνα σε τὸ μέλημα τοὐμόν, ὥς φησιν ἡ Σαπφώ, περιπτύξωμαι. Noftrum expreffit *Paul. Silent.* Ep. XXXVI. — V. 3. ἴδραμεν ἄν μου Vat. Cod. et fic ap. Lipf. in cujus marg. μοι legitur. Schedae

Tryll. ἢ μου. Nostrum est ex emendatione *Salmasii.* – Formam Σάρδιας, alibi vix obviam, attigit *Wasse,* qui hoc distichon laudat ad *Thucyd.* I. p. 159. Bip. — V. 4 ὕστερον εἰ ζητεῖς. Vat. Cod. quod *Salm.* inter describendum videtur emendasse.

XLV. Vat. Cod. p. 600. „Sic cod. hoc disticho „exhibet:

„οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖς με· φιλῶ δ' ἐγὼ οὐκ ἐθέλοντα,
„εὔκολος ἣν φεύγω, δύσκολος ἣν ἐπάγω.

„Nullo aut pessimo sensu. Salmasii emendationem re„cepi. φιλεῖς με καίτοι οὐκ ἐθέλων χαρίζεσθαι· ἐγὼ δὲ φιλ„ῶ σε, εἰ καὶ οὐκ ἐθέλοντα χαρίζεσθαι. Significat hic ἐπάγ „*persequor,* unde ἐπακτῆρες, οἱ κυνηγοί." *Br.* Sensus est debet, ut in *Theocrit.* Eid. VI. 17. καὶ φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει. quod ad Nicaeam ἀκκιζομένην transtulit *Nonnus* in Dion. XVI. p. 297. *Quod sequitur fugio, quod fugit usque sequor. Ovid.* II. Amor. XIX. 36 quae fortasse derivata sunt ex fonte *Sapphûs,* cujus haec leguntur ap. *Dion. Hal.* T. II. p. 47. καὶ γὰρ εἰ φεύγει ταχέως διώξει· αἰ δὲ μὴ φιλῇ, ταχέως φιλήσει, κωὐκὶ ἐθέλοις. *Salmasii* emendatio mihi quidem vera non videtur prioris certe versiculi mutatio supervacanea. Puer amabat poëtam, cum ipsum nolle videret; cum hic vellet puer nolebat. Pro ἐπάγω fortasse legendum προάγω προάγων dicitur amator, cum amasium secum ducit. Vide ad Ep. XXVI. 2. Etiam *pelliciendi* vi gaudet verbum προάγειν, quod attigit *Valcken.* ad Hippol. p. 222. D. E et *Dorville* ad *Charit.* p. 187.

XLVI. Vat. Cod. p. 600. Edidit *Dorville* ad *Charit.* p. 505. Vertit *Reisk.* in Misc. Lips. T. IX. p. 95. De formosi pueri cum foedo paedicone consuetudine. — V. 1. χρύσεα. Jam licet paroemia illa uti: χρύσεα χαλκείων cujus usus in inaequali bonorum permutatione. *Martial* IX. Ep. XCVI. *Tam stupidus nunquam nec tu, puto, Glauce*

fuisti, χάλκεα *donanti* χρύσεα *qui dederas. Strato* fortasse procecit a *Platone* in Convivio p. 218. D. E. T. X. p. 264. Bip. ubi Alcibiades Socratem sic loquentem facit: ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνεύεις τῷ ὄντι οὐ φαῦλος εἶναι, εἴπερ ἀληθῆ τυγχάνει ὄντα ἃ λέγεις περὶ ἐμοῦ, καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δύναμις, δι' ἧς ἂν σὺ γένοιο ἀμείνων, ἀμήχανόν τι κάλλος ὁρῴης ἂν ἐν ἐμοί, καὶ τῆς παρὰ σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον. εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς, καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους, οὐκ ὀλίγῳ μου πλεονεκτεῖν διανοῇ, ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἀλήθειαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς, καὶ τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς. Multi eadem paroemia usi sunt, quorum nonnullos laudat *Erasm*. Chil. I. 2. 1. alios *Abresch*. ad *Aristaen*. p. 56. — χρύσειον. Vat. Cod. — δὸς λάβε παίζειν ex paediconum est facetiis, ut τὸν δ' ἀνταμείβομαι Ep. IV. Sic Priapus ap. *Philippum* Ep. LVI. ἔστι νόμος σου, Δὸς, λάβε. Lusum quendam iisdem vocabulis significat *Antiphil*. in Lect. p. 172. (Ep. XLIV. T. II. p. 166. ed. Lips.) Unde apparet, inutilem esse conjecturam *Salmasii*, qui prava horum versuum distinctione inductus legendum putabat in marg. Guyet. δὸς, λάβ' ἑταῖρε. addita interpretatione: ὑμεῖς Σωσιάδης ὁ καλὸς καὶ Διοκλῆς ὁ λασὸς νῦν εἴπατε, δὸς, λάβε, ὦ ἑταῖρε. — V. 3. κάλυκας. *Suidas*: ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις. ἐπὶ τῶν ἀνόμοια συμβαλλόντων. Similia de rerum inaequalium compositione vide ad *Asclepiad*. Ep. VII. T. I. P. II. p. 26. — μύκαισιν. Vat. Cod. — V. 4. „Dorvillius γαλακτοπαγεῖ dedit, ut „in cod. scriptum est, manifesta menda, quam eluit Sal„masius. At quod illic v. 5. legitur διδούς, quod con„structionem turbat, e codice non est, in quo recte scri„ptum, sensu sic requirente, δίδως.“ *Br*. In apogr. Goth. γαλακτοπαγῆ, quod etiam in membr. esse puto. γαλαθηνοὶ ἄρνες *Theocrit*. XVIII. 41. — ¶. 370.] V. 5. ἀλλόγωνι. *Homer*. Il. ζ. 234. ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς. — κομίζει. ap. Lips.

XLVII. Vat. Cod. p. 600. *Klotz* in Musa Strat. p. 56. Cf. *Schneider.* in Peric. crit. p. 49. Versum 1. laudat *Warton.* ad Theocr. T. II. p. 75. De puero tenello, nondum suspiciose observato nec sub custodia habito. — V. 1. ἀπαλὸς ὅλως. Vat. Cod. sed literis superscriptis error emendatus. — οὐκ ὀλίγως. Haec, ni fallor, obversabantur *Rufin.* Ep. XVIII. γείτονα παρθένον εἶχον Ἀμυμώνην, Ἀφροδίτη, Ἣ μου τὴν ψυχὴν ἔφλεγεν οὐκ ὀλίγον. — V. 2. πρὸς (πρὸ sched. Tryll.) τὸ θέλειν. *Aristaen.* L. I. Ep. XVI. p. 42. προσεγέλασεν ἡδύ, καὶ ἦν σφόδρα βουλομένης τὸ βλέμμα. De verbo θέλειν in re venerea proprio dedi quaedam ad *Antip. Sidon.* Ep. IX. T. II. P. I. p. 21. — οὐκ ἀμύητα. ita ut eum his orgiis initiatum esse suspiceris. Vide ad Ep. LIII. 1. — V. 3. πλεῦν. πλέον. ap. atticos πλεῖν. de quo *Koen.* ad *Gregor.* p. 60. — Mox ἀφυλάκτοις Cod. Vat. In marg. ap. Guy. tentatur: νῦν δ' ἀφύλακτος ὄμφαξ, ἦν δ' —. In contextu autem et in apogr. Lennep. ἀφύλακτοι. Puerum cum vineto comparat, quod, dum immaturae sunt uvae, non custoditur. De paederasta, interdiu amoribus suis virtutis praetexente speciem, *Plutarch.* T. II. p. 752. A. εἶτα νύκτωρ καὶ καθ' ἡσυχίαν Γλυκεῖ' ὀπώρα, φύλακος ἐκλελοιπότος. *Aristaenet.* L. II. 5. p. 80. πολεμεῖ παιδισκάριον ἄωρον Ἀφροδίτῃ, ἔτι θαλαμευόμενον, ἔτι φρουρουμένην, καὶ μόλις ὑπὸ φύλαξιν ἔσθ' ὅπῃ προκύπτουσαν τῆς οἰκίας. — ὄμφαξ saepe de aetate immatura. Vide *Schneider.* l. c. et nos ad *Onest.* Ep. I. T. II. p. 289.

XLVIII. Cod. Vat. p. 600. „Initium hujus carminis deest, quod si exstaret, intelligeretur forte, quid „in primo qui nunc legitur versu poëta voluerit. Corrupta videntur verba ἦν τούτῳ φανῇς. Salmasius reponebat ἦν που τι φρονέῃς, quod licet vero non absimile, „ob mox sequens φρονέεις genuinum non credo. Dialogus est inter ludimagistrum et discipulos: voces e palaestra ductae, sed ad alterius luctae significationem „translatae.“ *Br.* Similem vide lusum in Ep. *Lucillii* IV.

et ap. *Lucian.* in Afino §. 9. T. VI. p. 140. — V. 1. ἐν τοῖς φρονίμοις. margo ap. Lipf. — Partem hujus difti-chi protulit *Alberti* ad *Hefych.* T. II. p. 1055. πρῶσον. ὦθισμ. Inter exercitationes palaeftricas erat etiam τὰ ὠθεῖν et οἱ ὠθισμοί. *Lucian.* in Gymn. §. 24. T.VII. p. 183. palaeftrae utilitates recenfens, καταπίπτειν ἐπὶ κεφαλῆς μανθάνουσιν, ait, καὶ ἀνίστασθαι εὐμαρῶς, καὶ ὠθισμούς, καὶ περιπλοκάς, καὶ λυγισμούς, καὶ ἄγχεσθαι δύνασθαι κ. τ. λ. — Verbum πρῶσαι autem inter technica vocabula gymnafii fuiffe apparet, cum ex h. l., tum ex *Luciano* in Afin. §. 10. T. VI. p. 141. ubi meretrix in genua procumbens, ἄγε δὴ σὺ ὁ παλαιστής, ait, ἔχε τὰ μέσα, ὥστε τινάξας ἐξόπιν (f. τὰς ἰξύας), ἐπίπρωσον, καὶ βάθυνον· ψιλὸν ὁρᾷς αὐτῷ παρακείμενον, τούτῳ χρῆσαι. qui locus inprimis huc facit, et fimul comparatione cum verbis poëtae noftri ab importunis quorundam conjecturis defenditur. Hujus generis conjectura ap. noftrum quoque occupavit ap. Lipf. ubi τρώσας legitur. — V. 3. Pueri funt verba, qui fe talibus adhuc imparem fatetur. Diophantus paedotribae nomen eft. — παίδων ἡ πάλη. Lucta puerorum alia. Ambigua verba et ad rem nequam deflexa. Refpicitur autem puerorum lucta, quae Ol. XXXVII. primum Olympiae exhibita eft. *Paufan.* VI. 8. p. 394. — V. 5. Paedotribae verba, quorum tamen nexus cum fuperioribus non omnino apparet. »Scr. ὀχλοῦ. In cod. ὄχλου. »Salmafio prave emendanti aufcultare non debueram. »Eft imperativus paffivi ὀχλοῦ. κινοῦ. ceve.« *Br.* *Salmafius* ἔχλει ab ὀχλέω tentabat. — ἐμβάλλοντος. verbum nequam. Puella ap. *Lucianum* l. c. τεῖνε ἄνω τὰ σκέλη — καὶ παρεισελθὼν βάλε, καὶ τρώσας (l. πρώσας) νύσσε ἤδη πανταχοῦ, ἕως πονέσῃ, καὶ ἡ ὀσφὺς ἰσχυέτω. et p. 141. εἶτα ἀνακλάσας ἔμβαλλε καὶ σύνεχε. Eadem nequitia partem obfcoenam ἔμβολον appellavit *Ariftoph.* in Thefmoph. fecund. ap. *Athen.* I. p. 29. A. οὐδ' ἄλλον, ὅστις ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον. quem refpicit *Hefych.* v. ἔμβολον. — τὸ αἰδοῖον.

XLIX. Cod. Vat. p. 600. Edidit *Pierson.* in Verisim. p. 93. comparans *Rufini* Ep. II. — V. 1. ταῦρον. Vide Ep. III. 5. — V. 2. ἔμβασις. solium. *descensionem* appellat *Plin.* H. N. XX. 17. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 847. B. — τὴν ἀναδυομένην. *alludere videtur ad* τὴν ἀναδυομένην Ἀφροδίτην, monente *Salmas.* in marg. ap. Guy. et Ruhnk. — V. 3. Haec si cum tribus illis deabus in certamen descendisset, abstulisset victoriae praemium. — ταύτης. Vat. Cod. et mox τόν' ἄν. Posterius verum est et reponendum. — V. 4. τὰς τρεῖς ἂν ταύτῃ προκατέκρινε θεάς. Vat. Cod. In sched. Lacroz. οὐ ταύτῃ. Piers. οὐ ταύτης. Nostra lectio *Salmasii* debetur ingenio. Sed haud paulo vividius scripsisset *Strato*:

ταῖς τρισὶν ἂν ταύτην προκατέκρινε θεαῖς.

Ne metro verearis in verbo προκατέκρινε, vide *Hermann.* de Metr. p. 70.

L. Vat. Cod. p. 600. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 348. *Majus* in Bibl. Uff. Catal. p. 578. Primum distichon protulit *Salmas.* ad *Solin.* p. 278. Tertium *Valckenar.* in *Koppiersii* Obss. p. 150. et inde *Burmann.* ad *Propert.* p. 499. — Librum quendam, fortasse carminum suorum volumen, poëta alloquitur, eumque felicem praedicat, quod in puerorum manus venturus sit. Deinde eundem rogat, ut puerorum animos auctori suo conciliet. — V. 1. Εὐτυχές, οὐ φθονέω, βιβλίδιον. Apte comparavit *Dorvillius* Ovidianum: *Parve, nec invideo, sine me liber ibis in urbem;* sed idem Latina ex graeco *Stratonis* archetypo expressa esse frustra existimat. Solemnis fuisse videtur formula in laudandis aliorum bonis adhibita, οὐ φθονέω, οὐδεὶς φθόνος, *sine invidia*, et sim. ne scilicet fraudi esset laudatio illis, qui felices praedicabantur. Vide de veterum circa βασκανίαν superstitione, *Spanhem.* ad *Callim.* p. 148. et *Abresch.* ad *Aeschyl* T. I. p. 272. — Sic *Ovidius* iterum II. Heroid. 79. *Illa, nec*

invideo, fruitur meliore marito. — ἦ ῥα σ' ἀναγνοὺς. *Primus haec scribens, Felix, i, litera, dixi: Jam tibi formosam porriget illa manum. Forsitan admotis dominae tangere labellis.* *Ovid.* XVIII. Heroid. 15. — V. 2. „In „cod. scriptum ἀναθλίβει, quod ob sequentia verba in „futuro posita mutandum erat." *Br.* πρὸς τὰ γένεια. In evolvendis chartarum voluminibus partem nondum evolutam mento subjiciebant, primorem vero partem subinde explicantes ambabus tenebant manibus simulque legebant, eam interim, quae nondum erat explicita, sub mento convolutam tenentes; quae verba sunt *Salmasii* l. c. p. 278. E. F. prolata etiam a *Schwarzio* de Ornam. Libr. p. 94. qui ad eundem legendi morem refert *Martial.* L. IV. p. 87. — V. 3. κατὰ μηρῶν δροσερῶν. *convolutum te tenebit ad femora delicatissima.* Quae tenera sunt, δροσερὰ vocantur, *rori simillima.* Vide ad *Philodemi* Epigr. Lectt. p. 144. (Ed. Lips. XXXII. Anim. T. II. P. I. p. 245.) ἦπαρ δρόσῳ προσεοικὸς dixit *Alciphr.* I. 20. p. 75. — V. 5. ὑποκόλπιον. Ad librum suum *Martialis* L. III. 5. *Est illi conjux, quae te manibusque sinuque Excipiet, vel si pulverulentus eas.* — Mox παρὰ δίφροις, i. e. παραβληθὲν δίφροις, corrigit et ap. *Koppiersium* l. c. et in posthumis ad Callimachea Annotatt. p. 6. *Valckenarius*, comparans *Propertium* L. III. 2. 19. *Ut tuus in scamno jactetur saepe libellus, Quem legat expectans sola puella virum.* — V. 6. κεῖνα. illam partem, quam verbulo designasse sufficit. In nequitiis enim pronomina nude posita ad res obscoenas significandas faciunt. Sic κεῖνα de libidinosis amplexibus Auctor Ep. inter ἀδέσπ. LVI. ὕπνῳ ἔχω κεῖνα χαριζόμενον. Partem virilem significavit *Aristoph.* Acharn. 1149. ἀνατρίβειν γε τὸ δεῖνα. de quo loco vide *Br.* ad Lysistr. v. 921. p. 60. Eundem usum illustrans *D. Heraldus* ad *Martial.* IX. 69. p. 184. res diversas non satis accurate distinxit. — ¶. 371.] V. 7. ἐν ἠρεμίῃ., *otiose sedentem.* (dum solus amantem expectat, ut est

ap. *Propertium.*) *Chion* Epist. II. ἀπεμνημοσύνη γὰρ ἦν κα ἠρεμία. plura vide ap. *Dorvill.* l. c. — προςλαλήσεις. De suis chartis *Propertius* L. III. 22. 5. *Illae jam sine me norunt placare puellam, Et quaedam sine me verba diserta loqui.* Loquentem librum fingit etiam *Ovid.* Trist. I. 1. 22. *Horat.* I. Epist. XX. 21. et alii plures.

LI. Cod. Vat. p. 600. sq. Integrum primus edidit *Klotz* in Musa Strat. p. 55. Alterum distichon protulit *Salmasius* in Scr. Hist. Aug. p. 146. *Alberti* ad *Hesych.* in προυνικοί. *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 75. Conf. *Schneider.* Peric. crit. p. 47. sq. Lascivum sibi puerum optat. *Martial.* IV. Ep. XLII. 9. de puero, quem velit: *Saepeque nolentem cogat, nolitque volentem, Liberior domino saepe sit ille suo.* — V. 1. στυγνὸς – κατηφής. tristis et ignavus. Ep. XVIII. στυγνὸς δή τι, Μένιππε, κατεσκέπασαι μέχρι πτέρνης. Ep. LIV. τί πάλιν δεδακρυμμένον ἢ τί κατηφές, παιδίον. Utrumque junxit *Philostr.* Epist. LIV. p. 941. τίς ἡ κατήφεια αὕτη; τίς ἡ νύξ; τί τὸ στυγνὸν σκότος τοῦτο; — V. 2. μηδ' εἴης. Vat. Cod. μὴ δείσης. quaedam apogr. εἴης emendatum in apogr. Lips. — παιδίον ἐξ ἀγέλης. quem *Callimachus* περίφοιτον ἐρώμενον vocat, *omnibus vulgantem corpus*, Epigr. I. *Schneiderus* malit sic intelligere: ne sis ῥαίδης, i. e. εὐήθης, ut explicat h. v. ex *Menandro* sumtum *Eustath.* ad Od p. 962. *Jo. Philoponus:* ἀγέλαιος. ὁ ἀμαθής. ἀγελαῖος. ὁ ἀπὸ τῆς ἀγέλης. — V. 3. »Scribendum προύνεικα. contractum enim est ex προένεικα. »Vide Hesychii interpp. ad προυνικοί. In Cod. scriptum »φιλήματα, quod ob sequens in pentametro φίλημα non »male a Salmasio mutatum videtur, licet λαλήματα nihil »fere aliud sit, quam λόγος, quod etiam infra recur»rit.« *Br.* πορνικὰ φιλήματα. Vat. Cod. idque exhibet ap. Lips. in cujus marg. πορνικὰ κεῖνα tentatur. Hujus conjecturae, minime ineptae, auctor hunc versum sic concepisse videtur:

ἔστω πορνικὰ κεῖνα φιλήματα — —

Alii

Alii πρώτυμα et πρόνιμα. In marg. ap. Guyet. et Ruhnk. πρωινά, i. e. *praecursoria*. Ibidem λαλήματα legitur. Sed in Comm. ad Scr. H. Aug. l. c. προύνικα φιλήματα edidit *Salmasius*. De προύνικος sive προύνεικος, utrumque enim scribitur, locupletius se aliquando acturum esse, promittens *Hemsterhusius* ad *Pollux*. IX. 96. p. 1082. fidem datam, quantum scio, non exsolvit. Multa de hoc vocabulo collegit *Schneiderus* l. c. *Hesych*. προύνικον. ὀξύν. εὐκίνητον. et προύνικοι — δρομεῖς, ταχεῖς, ὀξεῖς, εὐκίνητοι. γοργοί, μισθωτοί. Byzantinorum esse vocem tradidit *Pollux* p. 782. — πρὸ ἔργων. In ap. Lips. προτέρων. Mihi vera videtur conjectura V. D. in marg. apogr. Lennep.

πρὸς ἔργῳ

i. e. *in concubitu*, *inter amplexus*. Hoc enim est ἔργον. De Venere et Marte *Lucian*. D. D. XVII. 1. T. II. p. 49. ἐπεὶ δὲ ἀνέβησαν τοῦ λέχους καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν. ubi vide *Hemsterh*. — παίγνια. λόγος. Varias meritorii pueri nequitias recenset. Cf. ad Ep. VI. 5. — πληκτισμός, ut multa hujus generis, ex palaestra petitum. *Lucian*. de Gymn. §. 11. T. VII. p. 162. παιομένους γε καὶ διαπληκτιζομένους ἀνθρώπους καὶ πρὸς τὴν γῆν ἀραττομένους. — Ceterum color, ut ap. *Petron*. Anth. Lat. T. I. p. 656. *Dicta*, *sales*, *lusus*, *sermonis gratia*, *risus Vincunt naturae candidioris opus*.

LII. Vat. Cod. p. 601. „Ex hoc et gemello altero „XCV. transtulit Ausonius Ep. CXIX. Nam, ut vere „monuit Salmasius ad Histor. Aug. p. 53. omnia sua „Burdigalensis noster e graecis de verbo ad verbum ex„pressit, vel de latinis veteribus adumbravit. Alterum „quod in Planudea extat p. 188. monachus aut dor„miens, aut nihil omnino intelligens, in florilegium „suum recepit.“ *Br*. — V. 3. μέσος γὰρ ὤν. Vat. Cod. ἐγώ. Sched. Lacroz.

LIII. Vat. Cod. p. 601. Vitiis inquinatum edidit *Klotz* in Mus. Strat. p. 56. unde eum in sensu carminis

perspiciendo caecutiisse, mirari noli. Conf. *Schneider* Per. crit. p. 51. — V. 1. Εἰ μέν. Si rudis esses eorum, quae te rogo. ἀμύητα. *in amore rudis, Propert.* II. 25. 82. *Sum rudis ad Veneris furtum*, Paridi Helena scribit ap. *Ovid.* XVII. Epist. 141. Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 697. Noster Ep. XLVII. περὶ τὸ θέλειν οὐκ ἀμύητα γελᾷ. *Aristaenet.* L. I. Epist. XIV. p. 36. ἠράσθητε δέ με ῥᾳδίως ἐξαπατῆν, ὡς ἐρωτικῶν ἀγύμναστον παῖδα· καὶ παντελῶς ἀμύητον Ἀφροδίτης. Cf. L. II. Ep. V. p. 80. et L. II. Ep. VII. p. 87. *Achilles Tat.* L. V. 15. p. 212. μυηθῶμεν οὖν, ὦ φίλτατε, τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια. Id. L. V. 26. p. 237. οὐκ αἰσχύνομαι τὰ τοῦ ἔρωτος ἐξαγορεύουσα μυστήρια· πρὸς ἄνδρα καλῶ μεμυημένον. Quaedam hujus generis attigit *Lennep.* ad *Coluth.* II. 1. p. 80. Ad sensum totius distichi facit *Philostrat.* Epist. XLIII. p. 933. εἰ εὐφρονεῖς, διὰ τί ἐμοὶ μόνῳ; εἰ χαρίζῃ, διὰ τί μὴ κἀμοί; — ὑπὲρ οὗ σ' ἔτι πεῖθω. Persuadendi conatum h. v. significat, praesertim in re amatoria. Vide *Villoison.* ad *Longum* p. 144. — V. 2. ὀρθῶς αἰδεῖσαι. sic Vat. Cod. Praeclare hoc emendavit *Salmasius* in marg. Guy. et Ruhnk. — δείσαις firmat *Martial.* L. XI. Ep. 79. *Paedicare semel cupido dabit illa marito, Dum metuit teli vulnera prima novi.* Lusus in Priap. nr. III. *Quod virgo prima cupido dat nocte marito, Dum timet alterius vulnus inepta loci.* — V. 3. τεχνίτην. postquam te dominus hujus artis mysteriis imbuit, cur dare recusas — *quod tu Des licet assidue, nil tamen inde perit*, ut idem ille dixit in Lusibus. — In ap. Voss. δεσποτικῇ κοίτῃ. — τεχνίτην. Etiam in his nequitiis τέχνη quaedam locum habebat. Hinc de puella *Philodem.* Ep. XXI. ὦ κακοτεχνοτάτου κινήματος. *Automed.* Ep. III. κακότεχνα σχήματα. *Nicarch.* Ep. IV. 3. εὑρήσεις τεχνῖτιν. — V. 5. 6. Plane sic hi versus leguntur in membr. optimo sensu. ὅς referendum ad δεσπότης, quod vocabulum in δεσποτικῇ κοίτῃ latet. Comparationem poëta instituit inter amorem herilem et eum, quo ipse pue-

... amplexurus sit. — ἐπὶ τὸ χρέος. Apogr. quaedam ἐπὶ ... Tanquam ad debitum solvendum, ita te dominus ... ἀπολύσας. ἀπολύσαι dicitur creditor debitorem, quem pecunia soluta dimittit. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 219. — λέγων. apogr. quaedam. unde *Herelius* in Anim. crit. miscell. λέγων correxit. — V. 7. Quanto melior tua ... erit conditio! Non enim cum domino, sed cum ... ex aequo ludes, mecum confabulaberis, et omnia ..., nihil jussus facies. In his *Br.* iterum optimi Cod. fidem secutus est. Apographa in diversa abeunt. ... v. 7. ex Cod. Leidensi protulit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 107. laudat emendationem *Jos. Scaligeri:* ἀλλ' ἦν δ' ... τρυφῆς, παίσεις ... — quam etiam in marg. ap. Lennep. reperio. Nihil melius quam membranarum lectio.

LIV. Vat. Cod. p. 601. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 75. ... in Cur. poster. ad Theocr. p. 10. De puero, non ... ludicris contento, sed mercedem poscente. In eodem argumento versatur *Glaucus* Ep. I. ubi vide ... — V. 1. Tristem et lacrymantem alloquitur. — V. 2. »Scr. εἰπόν. imperativus est, ut infra LX. μή σ' ... Sic codex. [μὴ δ' ὀδύναι potius.] Sed mendose. ... scribendum μηδ' ὀδυνῶ. *Dic aperte, ne doleas, quid* ...« *Br.* Apogr. Lips. μὴ δ' ὀδυνᾶ. *Klotz.* ὀδύνα. *Brunckii* emendationem occupavit *Salmas.* in marg. ap. Guy. et ... — ἁπλῶς εἰπόν. *Aristaen.* L. II. 7. p. 83. ἔφη πρὸς ... ἁπλῶς, μηδὲν ποικίλλουσα. — V. 3. χεῖρα. Vat. κοίλην. ... L. II. 4. 13. *Nil prosunt elegi, nil carminis auctor Apollo; Illa cava pretium flagitat usque manu.* ubi Ill. *Heynius* comparat *Sueton.* in Vesp. c. 23. — ¶. 372.] V. 5. ... Vide Hesychii Interpp. ad κοπτά· μελίπηκτα. »Male in cod. scriptum φιλίης.« *Br.* Non tibi jam mel... placentae satis placent, nec sesama, nec nuces, qui... antea delectabaris scilicet. κοπτοπλακοῦντος confectionem describit *Athen.* L. XIV. p. 647. F. cum quo conf. Interpp. *Pollux.* VI. 81. Inter bellaria κοπτὰς et σησάμας

junctim mentionem facit *Clearchus Solensis* ap. eund. p. 649. A. In marg. ap. Guyet. et Ruhnk. κοττὶς γε φίλης tentatur. *Klotz* dedit, ex sua, sed prava emendatione: κοττὶς πλακοῦς φίλος. — V. 6. „καρύων. „dexteritas nucum acervos nucibus petendi et dejiciendi.“ *Br.* post *Salmasium.* εὐστοχίη etiam *divinandi felicitatem* significare potest, qualis regnat in illo ludo, quem ἀρτιασμὸν vocant. *Pollux* IX. 101. τὸ δὲ ἀρτιάζειν ἐν ἀστραγάλων πλήθει κεκρυμμένων ὑπὸ ταῖν χεροῖν, μαντείαν εἶχε τῶν ἀρτίων ἢ καὶ περιττῶν. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ κυάμοις καὶ καρύοις καὶ ἀμυγδάλαις. *Ovidius* in Nuce v. 73. utrique interpretationi favet:

Has puer aut certo rectas dilaminat ictu,
Aut pronus digito bisve semelve petit.
Quatuor in nucibus, non amplius, alea tota est,
Cum sibi suppositis additur una tribus.
Per tabulae clivum labi jubet alter, et optat,
Tangat ut e multis quamlibet una suam.
Est etiam, par sit numerus qui dicat an impar:
Ut divinatas auferat augur opes.

Vide *Meursium* de Ludis Gr. c. VI. — V. 7. ὡς ὁ διδάξας. Sic fere *Tibullus*, ubi in eodem argumento versatur, L. I. 4. 59. *At tibi qui Venerem docuisti vendere primus, Quisquis es, infelix urgeat ossa lapis.* In re diversa *Propert.* L. II. 14. 31. *Illi sub terris fiant mala multa puellae, Quae mentita suas vertit inepta comas. Ovid.* L. Amor. X. 11. *Cur sim mutatus, quaeris? quia munera poscis. Haec te non patitur causa placere mihi.* — In fine apogr. Lips. ἠφάνισεν. ut infra Ep. LXII. τὸν πηλὸν τοῦ Διὸς ἠφάνισας. *Philipp.* Epigr. III. τὴν ἀκμὴν ὡς ῥόδον ἠφάνισας. Nostra forma utitur *Rufin.* Ep. XXXVIII. νῦν με προσπαίζεις, ὅτε τὰς τρίχας ἠφάνικάς σου.

LV. Cod. Vat. p. 601. Ad puerum parieti applicantem femora. — V. 1. τὴν ἰσφύα. Notanda forma, ut

ὑγρὰ Ep. XXVIII. 1. Hyacinthus, puer, τὴν ὥραν τῶν ὀστῶν ἐπιφαίνει ap. *Philostr.* Imag. I. 24. p. 799. si recte emendavimus pro ὀστῶν. Ap. *Lucian.* in Asin. §. 6. T. VI. p. 136. latinus interpres verba, ἡ δὲ ὀσφὺς ὑμῶν ὑγρὰς ἐπικεῖται, non recte accepit, in quibus ἡ ὀσφὺς puellae sunt femora, et ἡμῶν aut per pleonasmum est addendum, aut emendandum: ἡ δὲ ὀσφύς, νὴ Δί', ὑγρῶς ἐπικεῖται. Alii aliter. — V. 2. Hoc loco et Ep. XLVIII. 5. ἔγε. Ap. Lips. τί πειράζεις τὸν λίθον. Vide *Ruhnk.* ad Tim. p. 210. De formoso puero *Philostr.* Epist. L. p. 938. καὶ καθέζεσθαι (δοκεῖς), ait, πείθων τοὺς λίθους. — οὐ δύναται. Vide ad Ep. X. 1.

LVI. Vat. Cod. p. 601. — Paederasta ad puerum. ὡς μοι. Cf. ad Ep. XLVI. — βάλε pro λάβε frustra tentavit *Salmas.* in marg. ap. Guyet. — τὴν χάριν. amplexus tuos gratis mihi imperti. — ὡς βασιλεύς. Regium enim est donare. Anaxilaus, Rhegii tyrannus, rogatus, τί τῆς τυραννίδος μακαριώτατον, ἔφη, τὸ μηδέποτε εὐεργετοῦντα νικᾶσθαι. *Stob.* T. XLVI. p. 326. 42. διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν βασιλικώτερον. *Themist.* Or. VIII. p. 118. C.

LVII. Vat. Cod. p. 601. Edidit *Klotz* in Mus. Strat. p. 50. et iterum ad *Tyrt.* p. 28. Similia comparavit *Schneider.* in Peric. crit. p. 37. — *Philostr.* Epist. LIX. p. 943. μέλλοντες ἐγηράσαμεν· — πρὶν οὖν σοῦ τὸ ἔαρ ἀπελθεῖν, καὶ χειμῶνα ἐπιστῆναι, δὸς αὐτό, πρὸς ἔρωτος. Idem Epist. XXXIII. p. 929. ἔστιν ἔαρ καὶ κάλλους καὶ ῥόδων. *Apulejus* in Anth. Lat. T. I. p. 659. *Tu mibi da contra pro verno flore tuum ver.* — V. 2. Κύρι βούλευσαι. Sic Cod. Vat. Sed scribendum videtur:

Κῦρι, βεβούλευσαι — —

Cyrus enim iste appellatur, non κύριος, Ep. LV. et XLVIII. — καλλάμης. Vide Anim. ad *Asclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 22.

LVIII. Vat. Cod. p. 601. In obscoenam sui partem poëta invehitur, quae, puero omnia praebente,

officium negaverat. Similem apostrophen vide ap. *Ovidium* III. Amor. VII. 67. *Petronium* c. 132. *Maximian.* Eleg. V. 83. sqq. et inprimis *Scythin.* Ep. II. ubi vide Not. T. II. P. I. p. 276. — V. 1. ἢ εὔτονος. Vat. Cod. καὶ emendatum in ap. Lennep. Sic plane *Ovidius* l. c. *Nostra tamen jacuere, velut praemortua, membra Turpiter, hesterna languidiora rosa. Quae nunc ecce! rigent intempestiva, valentque: Nunc opus exposcunt, militiamque suam.* — V. 2. ὅλον. Vat. Cod. ὅλως apogr. Lennep. — ἀνέπνευς. Cf. Ep. III. 4.

LIX. Vat. Cod. p. 601. sq. Duo priora disticha protulit *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 237. Integrum *Klotz* ad *Tyrt.* p. 82. Ad puerum tenellum in bellum proficiscentem. Felicem poëta praedicat Achillem, cui hic puer alter Patroclus futurus sit. — V. 1. στρατιῆς. Vat. Cod. στρατιὴν emendavit *Salmas.* in marg. Guyet. et Ruhnk. Sed revocanda Codicis lectio. Nam ἐπί, motum ad locum significans, cum tribus casibus promiscue construitur; quod docuit *Brunck.* ad *Aeschyli* Prometh. v. 663. ad *Apollon. Rhod.* IV. 580. et ad *Aristoph.* Thesm. v. 69. p. 88. — πᾶς ἁ. *Wart.* vitiose. — V. 2. οὗτος ὁρῶ. Vat. Cod. Optima est *Salmasii* emendatio ὅρα. *Vide, quid agas, consilium muta.* — αὗτος et ὦ οὗτος, vulgaris, ap. Atticos praesertim, compellandi ratio, quam accurate explicuit *Lennep.* ad *Phalar.* p. 94. Cf. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 280. — V. 4. κρύψαι. *Et texit galea barbara molle caput,* Hippolyte ap. *Propert.* L. IV. 3. 44. — V. 5. 6. Patroclum Achilli in deliciis fuisse, communis erat seriorum temporum opinio. De puerorum amore *Sext. Empir,* Hypot. Pyrrh. III. 24. p. 176. καὶ τὴν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον διάπυρον φιλίαν εἰς τοῦτο ἀνάγουσι τινες. ubi vide *Fabric.* Adi et *Solan.* ad *Luciani* Amor. §. 54. T. VI. p. 319. et *Drelincourt* in Achill. Homer. p. 115. Eodem respexit *Theocrit.* Eid. XXIX. 34. —

Patrocli nomen in ap. Lipſ. forte cum κλιθεὶς permutatum, infelicem *Klotzii* conjecturam peperit.

§. 373.] *LX.* Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz* ad *Tyrt.* p. 98. Ad puerum arridentem amico, ſed nunquam ad ejus preces reſpondentem. — V. 2. ταῦτα. Vat. Cod. et *Klotz.* πᾶσι φίλε. *Klotz.* πᾶσι φίλοις. Ap. Lipſ. In membranis eſt πασι φιλ, accentu aut nullo, aut obſcure appicto. Nomen pueri h. l. recte eſſe poſitum, dubitare noli. — In fine *Klotz.* verba minus integra putans, γελᾷς ſuſpicatur. Interrogandi ſigno poſito omnis difficultas tollitur.

LXI. Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz* in Muſ. Strat. p. 51. Conf. *Schneider.* Peric. crit. p. 39. Ad grammaticos, mercedem pro pueris erudiendis poſcentes. Se et gratis, aut mercede etiam inſuper appenſa, illorum ſe magiſtrum fore profitetur. — καὶ μισθούς. Vat. Cod. recte. In ap. Lipſ. et Lennep. τοὺς μ. quod minime ferendum. Initio periodi καὶ magna cum gravitate poſitum, admirationem et indignationem ſignificat. — V. 3. τι λαλῆσαι. ap. Ruhnk. in contextu. — V. 4. χρυσῶν. Vat. Cod. χρυσίων. Ap. Lipſ. — V. 5. φιλεῖται Sched. Tryll. In marg. φιλείτω. quae eſt membr. lectio. φιλῆσαι nescio quis tentavit ap. *Klotz.* — Si quis formoſos habet pueros, mihi eos tradat, et me beneficio obſtringet et quodcunque voluerit mercedis loco a me accipiet. In h. l. verſ. μηδὲν ap. quaedam. — In fine verſus ap. Lipſ. interrogandi nota perperam ponitur. τί θέλει eſt pro ὅ τι θέλει. de quo vide notata ad *Callimachi* Ep. I. 2. Tom. I. P. II. p. 252.

LXII. Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz* in Muſ. Strat. p. 51. Conf. *Schneider.* Per. Cr. p. 39. In apogr. Lipſ. et in Sched. Tryll. junctim legitur cum Ep. LXIII. Poëta mythum de Prometheo feſtive interpretatur. Poenas illi a Jove irrogatas eſſe, quod luto, unde ho-

mines fingebat, pilos et barbam admiscuerit. — V. 2. ἠφάνικας. *corrupisti*. ut Ep. LIV. 4. οἷόν μου παιδίον ἠφάνικεν. *Hesych.* ἀφανίζειν. σήπειν. ἀπολλύειν. Cf. *Thom. Mag.* p. 130. sq. et *Alberti* Obss. ad Matth. VI. 19. 20. — V. 5. εἶτα δέ. *Klotz.* — V. 6. ἐκ Διός. *Klotz.* et Sched. Tryll. καὶ *Schneiderus* restituit ex ap. Lips.

LXIII. Vat. Cod. p. 602. Edidit *Klotz.* in Mus. Str. p. 52. (cf. *Schneider.* Per. cr. p. 40.) qui hoc carmen compositum putat in tabulam pictam, Ganymedis raptum exhibentem. Ejusmodi imagines ii certe ante oculos habebant, qui primi in hoc argumento luserunt; Noster autem expressit *Meleagr.* Ep. XL. ubi vide not. — V. 1. ὅλον *Klotz* male cum παῖδα conjunxit. — V. 2. διφυεῖς πτέρυγας. *Meleag.* Ep. XLII. διφυῆ ταρσὸν ἀνὰ πτερύγων. *Posidipp.* Ep. XIII. Occasioni ταρσοὺς διφυεῖς, i. e. διεσσοὺς tribuit. — V. 3. στῆχε. Vat. Cod. et in fine μηδὲ θείῃ. (sic) quod certa emendatione correxit *Salmas.* — V. 4. καλλίνικον. quaedam apogr. — V. 5. γαμψώνυχε. *Klotz.* — ταρσὸς h. l. pro pedibus ponitur, ut ap. *Anacreont.* Od. VIII. 4. ubi vide *Fischerum* p. 38. — Similia timet auctor Ep. ἀδεσπ. VI. αἰετέ, τὸν χαρίεντα — πῶς ἔφερες; μή που κνίσμαθ' ὄνυξιν ἔχῃ. *Martial.* L. I. Ep. VII. *Aetherias aquila puerum portante per auras, Illaesum timidis unguibus haesit onus.* — ἀλγήσει. *Klotz.* ἀλγήσῃ Cod. et sic hunc versum laudat *J. Fr. Gronov.* in Lect. Plautin. ad Rudent. II. 1. 21.

T. 374.] *LXIV.* Vat. Cod. p. 602. Primum distichon *Salmas.* protulit ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 800. Duo posteriora ad T. I. p. 520. et hinc *G. Cuperus* in Obss. crit. I. 22. p. 91. Integrum *Ruhnk.* Epist. crit. p. 66. *Toup.* in Addend. ad Theocr. p. 392. Conf. *Schneider.* Per. crit. p. 78. Historia de paedotriba, puerum in alia, quam ipsi mandatum esset, palaestra exerc

[illegible] — V. 1. λεῖον ut Ep. XI. — V. 2. τὶς τὸ γόνυ κάμψας. (male ap. Lips. κάμψαι.) idem quod κατακλῖναι Ep. XLVIII. εἰς τὸ γόνυ κάμπτεσθαι *ingeniculare* vocat *Aelius Lamprid.* in Vita Heliogabali c. 5. p. 800. *Agebat praeterea domi fabulam Paridis, ipse Veneris personam subiens, ita ut subito vestes ad pedes defluerent, nudusque una manu ad mammam, altera pudendis adhibita, ingeniculans, posterioribus eminentibus in subactorem rejectis et oppositis. Juvenal.* X. 224. *quod discipulos inclinet Hamillus.* Facete Palaestra ap. *Lucian.* in Lucio c. 10. νῦν ἤδη, δείξεις, εἴπερ νέος εἶ καὶ εὔτονος παλαιστὴς, καὶ εἰ ἐπίστασαι ποιεῖν τὰ ἀπὸ γονατίου· καὶ πεσοῦσα ἐπὶ τοῦ λέχους εἰς γόνυ, ἄγε δὴ σὺ, ὁ παλαιστής, ἔχεις τὰ μέσα κ. τ. λ. et *Aristoph.* in Pace v. 894.:

Ἔπειτ' ἀγῶνά γ' εὐθὺς ἐξέσται ποιεῖν
ταύτην ἔχουσιν αὔριον καλὸν πάνυ,
ἐπὶ γῆς παλαίειν, τετραποδηδὸν ἑστάναι,
καὶ παγκράτιόν γ' ὑπαλειψαμένοις νεανικῶς
παίειν, ὀρύττειν, πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ πέει.

In verbo παιδοτριβεῖν similiter lusit *Automed.* Ep. I. qui paedotribam a pulcris pueris circumdatum conspicatus, ἐγὼ παίζων δὲ πρὸς αὐτὸν φημί· Σὺ καὶ νύκτωρ, φίλτατε, παιδοτριβεῖς; — V. 3. χειρὶ et κόκκους. Vat. Cod. Cf. ad Ep. VI. 8. *Addaeus* in Ep. nuper edito a cl. *Huschkio* in Anal. crit. p. 260.:

Ἤν τινα καλὸν ἴδῃς, εὐθὺς τὸ πρῆγμα κροτείσθω·
βάζ' ἃ φρονεῖς, ὀρχῶν δράσσεο χερσὶν ὅλαις.

non sic, sed ὀρχέων scripsisse videtur, nisi forte ἔργων malis, quod etiam sensum haberet aptissimum, secundum ea, quae diximus ad Ep. LI. 3. — V. 5. [illegible] δὲ [illegible] male in Cod. scriptum ὅς: ὅς, i. e. οὗτος, ὁ παιδοτρίβης. reposuerat jam Salmasius." *Br.* ὅς non est in membranis, sed in vitiosis apographis. — Domino pueri superveniente, paedotriba nihil se turpe admisisse simulans,

puerum reclinavit, pedes ejus pedibus subvinciens et collum manibus stringens. Sic enim solent palaestritae. *Lucian.* in Gymn. §. 1. T. VII. p. 155. οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι, ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν, οἱ δὲ ἄγχουσι καὶ λυγίζουσι. — τέλος δὲ ἤδη περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη κατὰ τὴν γαστέρα, τὸν πῆχυν ὑποβαλὼν τῷ λαιμῷ, ἄγχει ἄθλιον. Cf. c. 31. p. 191. *Philostrat.* II. Imag. 6. p. 819. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε, — καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίνεσθαι χρή, οἷον (f. τὸν) πίπτοντα· δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης εἰς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν. De ὑπτιασμῷ vide praeterea *Salmas.* ad *Solin.* p. 205. De reliquis *Cuperum* l. c. *T. H.* ad *Lucian.* D. D. T. II. p. 267. ed. Bip. et *Reimar.* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 1182. — „In cod. minus bene ἐμπλέξας. [et „χερί.] at v. 7. recte habet ἀπάλαιστρος." *Br.* Fallitur cl. editor; codex ἀπάλαιστος habet. ἀπάλαιστρον *Meleagro* Ep. XCVII. restituit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 473. — V. 8. „φησὶ in cod. scriptum et servavit Toupius. At in „eleganti hoc carmine ferendum non erat, quum prae„cessisset προσέειπε. Vitium sensit *Ruhnkenius*, et ideo „mutanti illud προσέειπε in πρὸς ἀλείπτην assentitur. At „hoc a codicis scriptura longius recedit, et quum per se „satis intelligatur, aliptem esse, quem sic increpat pueri „herus, frigidiusculum est πρὸς ἀλείπτην. Veram lectio„nem, unica mutata litera, restitui, scribendo φημί. „*Finissez, je vous le dis, vous allez m'étouffer cet enfant.* „Ut in vernacula lingua *je vous dis*, sic graecis φημὶ vim „in asseverationibus addit. Denique πνίγζεις codicis „lectio est, et vera, quam docte tuetur Toupius, qua „mutata periret carminis acumen." *Br.* πνιγίζεις ap. Lips. idque amplexus erat *Ruhnken.* in prima Epist. crit. editione, postea, meliora edoctus, in *Brunckii* et membranarum lectione acquievit. Quid verum esset, dudum ante *Toupium* viderat *Schneiderus*, qui tamen φησὶ tuetur, quod pedestres quoque scriptores voculas εἶπε, ἔφη, et similia pleonastice intrudere soleant. Multa hujus

generis loca ex latinis scriptoribus collegit Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 20. Vir Doct. in Obss. Misc. Nov. T. X. p. 14. — πυγίζειν praetextatum est verbum et de utraque palaestra usitatum. Aristoph. Nub. v. 1379. κᾆτ' ἐμ' ἔκλα με, κἀπέτριβε, κᾆπνιγε, κἀπέτριβεν. quae omnia sunt ambigue dicta. Anaxilas ap. Athen. L. XIII. p. 558. C. de Nanno meretrice, οὐ δὲ' ἀποπνίξασ' ἑταίρους τὸν τρίτον Συρφέτην Ἔτι λαβεῖν; Eodem sensu dicitur ἄγχειν ap. Anacreont. L. II. Od. 21. juvenis puellam vino somnoque gravem, μὴ λέγοιτε πεῖθων Τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει. ubi vide Fischerum p. 198. Jam vide, annon in hoc carmine omnia optime cohaereant. Salmasius tamen in marg. ap. Guyet. haec notavit: Inconcinnum hoc Epigramma e distichis constans, male invicem sibi cohaerentibus. Quae quid velint, non exputo.

LXV. Cod. Vat. p. 603. Formosum quendam puerum poëtae obviam factum esse puta. — V. 1. τερπνός. Ap. Lips. — V. 4. ὀπισθόμενον. quaedam apogr. Veteris cujusdam poëtae parodiam haec verba redolent. Plurima deorum simulacra in templis ita collocata erant, ut tergum videri non posset. Quare tanquam rem memorabilem in Veneris Cnidiae templo contra factum fuisse notavit Lucian. in Amor. §. 13. T. V. p. 270. ἔστι δ' ἀμφίθυρος αὐτῆς ὁ νεώς, καὶ τοῖς θέλουσι τὴν θεὸν ἰδεῖν ἀκριβῶς καὶ κατὰ νῶτον, ἵνα μηδὲν αὐτῆς ἀθαύμαστον ᾖ. δι' εὐμαρείας οὖν ἐστι τῇ ἑτέρᾳ πύλῃ παρελθοῦσι, τὴν ὄπισθεν εὐμορφίαν διαθρῆσαι.

LXVI. Vat. Cod. p. 603. De juventute et amore, levi utroque et fugitivo, ad puerum. — V. 1. ἀταρπιτόν. In bene auspicata via congressi sumus, i. e. mutuo nunc amore fruimur; jam vide, ut etiam constans sit et firmus amor. Hunc sensum redditurus poëta non bene junxit ἀταρπιτὸν et μονίμην. Ad v. 1. haec notavit Salmas. in marg. ap. Guyet.: ὡς. ἀφ' ἧς πρώτης· an ἀπὸ πρώτης

»ἐλλειπτικῶς pro ἀπὸ πρώτης ἀρχῆς. *Talis autem ordo erit:* »νῦν φράζεο, ἀπὸ πρώτης ἀρχῆς, ἀπ' αὐτῆς ἀρχομένης, πῶς στέ»*places*. *Et sic lectio* ἦν ἀπὸ πρ. *maneat*.« — Verba ἀπὸ πρώτης per *inprimis* equidem reddiderim. — V. 4. »καίρια. ἀβέβαια. πρόσκαιρα. *temporaria*. Male in cod. »scriptum κύρια.« *Br.* — V. 5. μενεῖ. ap. Lips. — εἰ δ' ἀφύλακτα μίμνοιτον. *quae si non custodita et observata manent.* Haec mihi sincera non videntur. Verbum requiro τῷ ἁρμοσθέντα oppositum, ut v. c. ἀποζευχθέντα, vel aliud, quod eandem vim habeat. Quare vide, an scribendum sit:

εἰ δ' ἄφιλ' αὐτὰ
μίμνοιτον ἀλλήλων, ᾤχετ' ἀναπτάμενα.

alterum ab altero sejunctum celerrime avolat. Eadem constructione ἄφιλα πάντων dixit *Euripid.* in Troad. v. 287. in Sophistae characterismo: ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα τιθέμενος πάντων. *quae olim amicitia juncta erant, ea sejungit ab omnibus.* — Iis, quae de juventute alata laudavimus ad *Simonid.* fr. II. Tom. I. P. I. p. 203., adde *Theocrit.* Eid. XXIX. 28. νεότατά γ' ἔχειν παλινάγρετον Οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίας φορεῖ· Κἄμμες βραδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.

LXVII. Vat. Cod. p. 603. In apogr. Guyeti hoc Epigr. junctum legitur versibus 5 – 8. Ep. LXXVII. quod variis conjecturis locum dedit, quas commemorare supervacaneum sit. Ineptum carmen, cujus sensum aperuit *Brunckius:* »Ammonius, ὄρρος λέγεται ὁ περὶ τοὺς »γλουτοὺς τόπος, ὃν τινες ταῦραν λέγουσιν. hic podicem »notat, unde intelligitur, quid sit κύων, qui deinde »aenigmatice vocatur Ἡρακλῆος ἄλοχος. Scilicet Herculis »conjux fuit Ἥβη, quod nomen appellative *pubem* signi»ficat; hic autem *penem*. ὑγρανθεῖσα Δαμάτηρ est ἡ πεπεμμένη τροφή, retrimentum in ima alvo.« *Br.* — Simili ratione in Ἡρακλεῖος nomine lusit *M. Argentarius* T. II.

p. 529. (Ed. Lipſ. p. 245.) ἧ σοι τοὔνομα τερπνὸν ἀφ' Ἡρακλέος ἔχρισεν, Μάχλε, φιλεῖν ἥβην κίκρηται ἠϊθέων; ubi vide not. In vocabulis ταῦρος et κύων reſpicitur ſimul ad aſtra hujus nominis. Hinc φλογόεις κύων. καύματ' ὀπωρινοῖο κυνὸς dixit Auctor Ep. ἀδεσπ. CCLX. Cf. *Huſchke* in Anal. crit. p. 232. ſq. *Flagrantis atrox hora Caniculae. Horat.* III. Carm. XIII. 9. — V. 3. καρποδόχου μητέρος. Vat. Cod. Noſtrum eſt in ſched. Tryll. et Lacroz. In prioribus etiam ὑπαντιάσῃ. Ad ſenſum inprimis facit *Juvenal.* XI. 43. *An facile et pronum eſt agere intra viſcera penem Legitimum, atque illic heſternae occurrere coenae.*

I. 375.] *LXVIII.* Cod. Vat. p. 603. Poëta puero, quem deperibat, peregre profecto, noctium, quas ſine eo transigebat, ſolitudinem conqueritur. — V. 1. μυδαλέοντα. Vat. Cod. *Aeſchyl.* Perſ. 537. διαμυδαλέοις δάκρυσι κόλπους τέγγουσα. *Paul. Silent.* Ep. XXXVII. ὀφθαλμοὶ — κρυεροῖς δάκρυσι μυδαλέοι. — Pro ὄμματα ap. Lipſ. vitioſe ἄμματα. — πεφυρμένος hinc fortaſſe ſumſit *Rufin.* Ep. XXV. in loco huic noſtro ſimillimo: οὐκ ἔτι βαστάζω, μὰ τὰ σ' ὄμματα, τὴν φιλέρημον Καὶ τὴν μουνολεχῆ σεῖο διαζυγίην. Ἀλλ' αἰεὶ δακρύοισι πεφυρμένος .... Similiter *Apollon. Rhod.* L. III. 673. δάκρυσιν ὄσσε πεφυρμένα. *Tibull.* L. I. VIII. 53. *Vel miſer abſenti moeſtas quam ſaepe querelas Conjicit et lacrymis omnia plena madent.* — V. 2. ἄγρυπνον. Vat. Cod. ἐμπαίω de conatu accipiendum, animum, curis et triſtitia excruciatum (ἀδημονίῃ ἄγρυπνον), tranquillum reddendi. — τῆς ἀδημονίας τὸ βάρος ἐπικουφίζειν dixiſſe videtur in ſimili re *Ariſtaen.* I. Ep. XVI. p. 41. monente *Ruhnkenio* ad Callim. fr. LXVII. p. 441. quamquam alii aliter. — V. 3. ἥ με κατουν ἰδάμασεν. Vat. Cod. cui corruptiſſimae lectioni elegantiſſimam ſubſtituit cl. editor, et in qua nihil deſideres, niſi majorem cum membran. ſcriptura ſimilitudinem. Sic enim librarios aberraſſe, ut κατουν et πόθος confunderent, nemo facile cre-

diderit. Amplectenda igitur elegans conjectura *Huschkii* in Anal. crit. p. 163.:

ἄγρυπνον ἀμπαύω θυμὸν ἀδημονίῃ,
ἥ με χατοῦντ' ἐδάμασσεν ἀποζευχθέντος ἑταίρου.

Comparat cl. auctor *Homer.* Odyss. β. 249. de Penelope: οὔ κεν οἱ κεχάροιτο γυνή, μάλα περ χατέουσα, ἐλθόντ'. *Apollon. Rhod.* L. I. 887. τὰ δέ οἱ ῥέε δάκρυα χήτει ἰόντος. *Propert.* L. IV. El. III. 27. *Diceris et macie vultum tenuasse: sed opto E desiderio sit color ille meo.* — V. 4. »εἰς ἰδίην »ἔφερον. alterum apogr. ἔφεσον. in quibus nullus omnino »sensus.« *Br.* Membranae legunt:

μοῦνον ἐπεί με λιπὼν εἰσιδίην ἔφεσον.

Lectionem ἔφεσον depravatam esse vix putaverim, praesertim propter imitationem *Rufini* Ep. XXV. in quo carmine μεγάλης νηὸς Ἀρτέμιδος, i. e. Ephesus, commemoratur. Vitium igitur haerere videtur in εἰσιδίην, quod utinam attigisset perspicacissimus *Huschkius.* Mihi in mentem venit scribere:

μοῦνον ἐπεί με λιπὼν ἦλθε σύδην Ἔφεσον.

postquam me solum relinquens Ephesum contendit. Omissa nimirum syllaba ἦλθ', ex reliquiis utriusque vocabuli facile εἰσιδίην oriri potuit. ἦλθε σύδην, ut ille ap. *Menandrum* — ἐνθένδε πῶς γ' Ἐλευθερῶν Ἀπῆλθεν εὐθὺς ὡς ταχύ. ut emendavit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 90. σύδην αἰροῦντας φυγὴν dixit *Aeschyl.* Pers. 480. ἦλθεν autem h. l. positum pro ἀπῆλθεν, ut saepe. Vide quae collegit *Arnzenius* in Epist. crit. de quibusdam Pindari locis p. 31. Quod si cui non satis placuerit, is per me legat:

ἔσσυτο εἰς Ἔφεσον.

quod tamen longius abest a Vat. Cod. vestigiis. — V. 5. Revocanda membr. lectio Θεόδωρος, quae non consulto mutata est. Cf. Ep. LXXXVI.

LXIX. Vat. Cod. p. 603. Edidit *Klotz* in Mus. Strat. p. 57. »Hujus distichi sententia opposita est sen-

sententiae superioris carminis LXV. Br. Fortasse hoc distichon superiori illi Epigrammati primitus annexum erat, sic fere:

Τερπνὸν ὅλως τὸ πρόσωπον ἐμοὶ προσιόντος ἀπαρχεῖ·
οὐκέτι δ' ἐξόπιθεν καὶ παριόντα βλέπω.
οὕτω γὰρ καὶ ἄγαλμα θεοῦ καὶ νηὸν ὁρῶμεν
ἄντιον, οὐ πάντως καὶ τὸν ὀπισθόδομον.
ἦν δ' αὖ καὶ παριδεῖν ἐθέλω καλὸν ἀντιάσαντα,
βαιὸν ὅσον παραβὰς αὖθι μεταστρέφομαι.

Judicent alii. — V. 1. παριδεῖν, i. e. παριόντα ἰδεῖν. Si quem puerum praetereuntem videre cupio. — ἄν τι σύν. Vat. Cod.

LXX. Vat. Cod. p. 603. Edidit *Pierson*. in Praef. ad Moer. XIV. De justo tempore puerilis amoris. — V. 1. Neque nimis tenera aetate sit puer, quem amare velis, neque exoletus. ἠλιτόμηνον. πρόωρον. ὠμόν. οὐκ ἐν τῷ ἱκνοῦντι μηνὶ τεχθέντα. *Hesych*. Vide *Homer*. Il. τ. 118. Hoc loco is est, qui nondum justum annorum implevit numerum. Talis puer dicitur ἁμαρτεῖν εἰς καιρόν, quasi peccare in ipsam illam aetatulam, quae nondum *aequare amores* valet, ut loquitur *Virgil*. Aen. V. 474. — ὥρης, a puero ad tempus translatum epitheton de eo, qui sensum amoris nondum habet. Sic hunc locum interpretari malim, quam ἁμαρτεῖν de pudicitia violata, quo sensu ap. recentiores passim occurrit. Vide *Elsnerum* Obss. sacr. ad Joann. Ev. VIII. 11. — V. 2. τῷ πείθοντι φίλῳ. amatori pueri. πείθειν sic fere Ep. LIII. εἰ μὲν ἔφυς ἀπόρως ἄμμιν ὑπὲρ οὗ σ' ἔτι πείθω. et ap. *Philostrat*. Ep. L. p. 938. quem locum adscripsimus Ep. LV. — V. 2. φίλ. Vat. Cod. — V. 3. Turpius etiam est, si quis annis pubertatis exactis (ὁ παρήλιξ) se amanti morigerum praebet. — Ante παιδικὰ Cod. Vat. καὶ inserit. — V. 5. τὸ μὲν οὐκέτι, ad exoleti aetatem, τὸ δ' οὔπω, ad immaturam referri debet.

LXXI. Vat. Cod. p. 603. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 197. unde sumserunt *van Eldick* in Susp. p. 30. et *Toup* in Animadv. ad Schol. Theocr. p. 215. Ad Alexin puerum, deflorescente pulcritudine, superbiae, quam olim in amantes exercuerat, Nemesi poenas pendentem. Conf. *Rufin.* Ep. XXXII. — V. 1. ὡς ἀγαθή. quandoquidem amantium injurias ulciscitur. — ὑπὸ κόλπον πτύομεν. *veniam a deis spei alicujus audacioris petimus in sinum spuendo.* *Plin.* Hist. Nat. XXVIII. 4. *Lucian.* T. III. p. 259. ed. *Reiz.* ὑπερμαζᾷς γε καὶ ἐς τὸν κόλπον οὐ πτύεις; *Callimachus* ap. *Schol Theocr.* Id. VI. 39. (fr. CCXXXV.) Δαῖμον τί κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες. ubi non accedo sententiae *Bentleji*, Καλλ. δ. αἰτίων· τρὶς κολπ. corrigentis. Lege potius:

Δαίμων, τῷ κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.

Vide de hoc more *Casaub.* in Lect. Theocr. c. VIII. *D. Herald.* ad *Martial.* VI. 29. p. 124. et quae de vi salivae in avertendis malis collegit *Wetsten.* ad N. T. T. I. p. 902. sq. Quaedam huc pertinentia notavimus ad *Mesomed.* Hymn. in Nemes. v. 12. — V. 2. ὑστερόπουν. Vat. Cod. quod in pluribus est apogr. *Salmas.* emendasse videtur. ὑστερόπουν optime de dea, quae superbos et injustos a tergo insequitur. πάντως ὕστερον ἦλθε Δίκη. *Gregor. Nazianz.* Orat. XIX. p. 302. D. οὐχ ὑστερήμερος ἀπήντησεν ἡ ἀντίδοσις, οὐδ' ὀπισθόπους ἡ Δίκη, τοῦτο δὲ ποιητικόν. Ipso vocabulo ὑστερόπους, sed sensu nonnihil diverso, utitur *Aristoph.* Lysistr. 326. μῶν ὑστερόπους βοηθῶ. *Schol.* μὴ ὕστερος τοῦ καιροῦ ἦλθον εἰς τὸ βοηθῆσαι. Vide inprimis *Wyttenbach.* de S. N. V. p. 17. et *Mitscherlich.* ad *Horat.* III. Carm. II. 29. p. 31. — V. 4. τὸ φθονερὸν κάλλος. pulchritudinem, quae longum sui usum mortalibus invidet. — V. 5. ἐλήλυθε. Vat. Cod. et sic *Dorvill.* ἀπῆλθε. *Toup.* — »Dorvillius lectionem cod. servavit τρηχάλεντες, in qua explicanda nugatur; Toupius τρηχάλεντος reponit. ἡ τρηχάλεντος δαίμων est ipsa Nemesis,

quae

„quae supra nominata; vox τριχάλεπτος composita est ex „τρὶς et χαλεπτός, idem quod χαλεπός, a χαλέπτω, τριχά- „λεπτος, τριχάλεπος et παγχάλεπος, valde molesta. Est qui „idem in hac voce παρήχησις, et τὴν τρίχα innuit, in quo „argutiola est; sed vox ipsa τριχάλεπτος aliter explicari „nec potest nec debet." Br. Contra Toupium, qui suum τριχάλεπτος ita commendare conatur, ut pro λεπτόθριξ positum contendat, disputavit Schneiderus in Per. crit. p. 82. sq. Est autem in illo vocabulo studiose quaesita amphibolia, et respicitur simul ad τρίχα et λεπτός, ut in illis lusibus fieri solet, quos calembours Franco-Galli vocant. Nam ob id ipsum molesta (τριχάλεπτος) est Nemesis, quod puerorum genas pilis et barba foedat. Conf. inprimis Automed. Ep. II. T. II. p. 207. ibique notas. — Van Eldick suspicabatur ἡ πρὶν ἄελπτος δαίμων, ex Horatio IV. Od. X. 2. Insperata tuae quum veniet pluma superbiae. — οἱ θέραπες. De hac forma vide ad Leonid. Tar. Ep. XXXVII. Anim. T. I. P. II. p. 97. Adde Ion. Chii Fr. II. T. I. p. 161. — Servi et ministri pulchrorum amantes, notante Dorvillio. Juvenis ad puellam ap. Aristaen. L. II. 2. p. 75. δοῦλόν με θέλεις ἔχειν; ὡς ἐπαίνοντ' ἔχε. — ἐρωτικὸς σοι διατελέσω θεράπων. — In παρερχόμεθα est contemtus significatio. Rufin. l. c. de vetula: ὡς δὲ τάφον νῦν σε παρερχόμεθα. Cf. Mitscherlich. ad Horat. T. II. p. 442.

T. 376.] LXXII. Vat. Cod. p. 604. Felicem praedicat Eucliden quendam, quod, patre defuncto, non amplius impediatur, quominus amori indulgeat; dum ipse, sub patris nimium vivacis imperio, clandestinis furtis contentus esse debeat. — V. 3. εὔφρονα νεκρόν. Vat. Cod. quod minime contemnendum. Hoc enim ipso ille bonum erga filium animum (τὸν εὔφρονα θυμὸν) demonstraverat, quod moreretur. Ut noster εὔφρονα νεκρόν, sic Xenoph. Ephes. L. II. 1. p. 31. φανοῦμαι νεκρὸς εὔφρων. — παίζειν de venerea voluptate dixerat Sardanapa-

lus ap. *Arrian.* Exped. Alex. II. 5. 5. ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε (quae transscripsit *Suid.* T. III. p. 287.), sive secundum *Plutarch.* T. II. p. 336. C. ἔσθιε, πῖνε, ἀφροδισίαζε. Novissimo vocabulo etiam lascivius substituit *Apollodor.* ap. *Schol. Arist.* Av. 1022. ὄχευε. — V. 4. πατρὸς θανάτου. Cod. Vat. De impio filiorum in patres animo *Juvenal.* XIV. 250. *Jam nunc obstas et vota moraris: Jam torquet juvenem longa et cervina senectus.*

LXXIII. Vat. Cod. p. 604. *Stratoni* vindicat. In Planud. p. 472. St. 613. W. *Meleagro* tribuitur. De pulchritudinis brevitate. *Burmannus* hoc carmen comparavit cum Ep. Anth. Lat. L. IV. 152. p. 108. *Ac veluti formosa rosa, cum tempore prodit, Arescit certe tempore deinde suo: Sic tu coepisti primo formosa videri Tempore, sed subito desinis esse mea.* Theocritea Eid. XXIII. 28. καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει· Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι καὶ ταχὺ γηρᾷ — Καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικὸν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ — quae his nostris simillima sunt, ad *Tibullum* L. I. IV. 27. excitavit cl. *Heynius.* *Plinius* H. N. XXI. 1. *Natura flores odoresque in diem gignit, magna, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreant, citissime marcescere.* — V. 1. εἰ κάλλει καυχᾷ. Hinc, ut videtur, *Rufinus* Ep. XV. ταῦτα δὲ στεψαμένη, λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα. Ἀνθεῖς καὶ λήγεις καὶ σὺ καὶ ὁ στέφανος. ubi vide not. — γίγνωσκ' ὅτι. Vat. Cod. — V. 2. ἐρρίφη. Vat. Cod. — V. 4. ταῦτα δ' ὁ μὴ φθ. Vat. Cod. ὁμοῦ et ἐξεμάραν' ὁ χρ. Plan. Legendum, praeeuntibus membranis:

ταῦτα δ' ὁμῇ φθονέων ἐξεμάρανε χρόνος.

Vide *Bentlej.* ad Fr. Callim. nr. CCXCIII. et *Albertum* ad *Hesych.* v. ὁμῆ. — χρόνος φθονέων. *fugit invida aetas.* *Horat.* I. Carm. XI. 7.

LXXIV. Vat. Cod. p. 604. Etiam hoc distichon sub *Meleagri* nomine legitur in Plan. p. 472. St. 613. W.

— μετάδος. ut *Plato* Ep. V. τῆς σῆς παρθενίης μετάδος. Ep. ... LXXVIII. ζῶντί μοι, εἴ τι γ' ἔχεις, μετάδος. — V. 2. τί πλέῃ. *Ovidius* L. III. A. A. 88. *Gaudia nec cupidis vestra negate viris. Ut jam decipiant, quid perditis? omnia constant. Mille licet sumant, deperit inde nihil.*

LXXV. Vat. Cod. p. 604. In Eunuchum, qui, pulchros pueros alens, nec ipse eorum fructum habebat, nec aliis, ut haberent, permittebat. — V. 2. βλάβην. foede illorum pudicitia abutitur, solidae ac robustae voluptati impar. *Scelus illud ingens* significare videtur, quod in Pontico vituperat *Martial.* L. IX. 42. et L. XI. 23. — V. 3. »Suspecta mihi vox ῥόδα. An rosa in praesepi? »Notum est proverbium. Scribendum forte: ὄντως ὡς ὁ »κύων φάτνῃ ἐστί.« *Br.* Equidem potius φάτνῃ a librario inculcatum putaverim, cui notissima erat paroemia, κύων ἐπὶ φάτνῃ, ἐπὶ τῶν μήτε χρωμένων, μήτε ἄλλους χρῆσθαι ἐώντων. *Suidas.* Idem sensus subjectus esse potuit alii proverbio de cane rosas custodiente, rem ipsi inutilissimam. Viderint alii: mihi, quid scribendum sit, non succurrit.

LXXVI. Vat. Cod. p. 604. Ad puerum, de ejus perfidia. — V. 1. μισοπόνηρε. qui te pravos homines odio habere frustra simulas. χαῖρε. cum ironia dictum, sicuti χαίρειν ἐᾶν sive φράζειν Graeci dicunt ea, quae omittunt et negligunt. Parum adeo diversum vocabulum ab illo, quod in simili re usurpat *Meleager* Ep. LXIII. ἔῤῥε κακὸν κοίτης θηρίον, ἔῤῥε τάχος. — βάναυσε. Corpus vulgantem sic compellat *Automedon* Ep. II. ubi vide not. — V. 3. μηκέτι. Ex *Meleagro* expressa videntur l. c. τί θεούς; εἰ γάρ με λάνθας "Εγνων· μηκέτι νῦν ὄμνυε, πάντ' ἔμαθον. — V. 4. τὸ πόσον. Sic recte membr. πόθον. Ap. Lips. *Philodem.* Ep. III. πόσου παρέχῃ; Similiter *Ovidius* II. Amor. VIII. 25. *Quod si stulta negas, index anteacta fatebor; Et veniam culpae proditor ipse meae. Quoque loco tecum*

fuerim, quotiesque, Cypassi, Narrabo dominae, quotque, quibusque modis.

¶. 377.] *LXXVII.* Cod. Vat. p. 605. Duo priora disticha protulit *Ruhnken.* in Auctar. Emend. ad Hesych. p. 242. Secundum *Alberti* ad v. ἐπιπείρει I. p. 1375. Duo posteriora absunt h. l. ab ap. Lips. et junguntur Epigr. ἀδεσπ. IX. cum quo ea edidit *Schneider.* Per. crit. p. 92. Alius error in aliis apogr. de quo audiamus *Brunckium* in Praef. p. VIII. „Guieti festinatione et in„considerantia factum est, ut, quum duo simul vertisset „folia, primo disticho Epigrammatis Stratonis LXVII. „duo ultima disticha subjunxerit epigrammatis ejusdem „poëtae LXXVII. unde multis lectum carmen ἀσύστατον, „quod profecto qui voluerunt interpretari, ludibrium „debent, et quae media interjacent carmina XII. praeter „illorum alterius finem, alterius initium omiserit.“ — V. 1. ἀλλήλοις παρέχουσιν. Ad flagitiosam hanc rem significandam verbum excogitarunt graeci ἀλληλίζειν. ἀλλήλους περαίνειν. ut interpr. Lex. Msc. Sangerm. Quid sit περαίνειν, apparet ex *Schol. Theocr.* Eid. IV. 58. μόλλει. ἐλαύνει. ὠθεῖ. περαίνει. *Suidas:* πέραίνειν. τὸ συνουσιάζειν. *Demetrius* ap. *Stob.* T. VI. p. 98. 6. ἡ τοῦ γείτονος ἀρέσκει σοὶ γυνή; πέραινε. Vide inprimis *Sopingium* ad *Hesych.* v. κέραινον. Nec tamen haec significatio obtrudenda *Stratoni* in voc. ἀντιπεραινόμενοι, quod *Albertus* fecisse videtur. Contextus potius flagitare videtur, ut haec sic explicemus: iidem se vicissim inscendunt, et concubitum perficiunt, modo agentes, modo patientes. — V. 6. ἴστατον ὁ πρ. Vat. Cod. ἀντίον *Br.* tacite in contextum recepit. Si scripturae discrepantiam consideres, vix vera videtur emendatio. Caeterum nec hoc distichon, nec quae proxime sequuntur, satis integra puto. — V. 8. κνήθειν. Hujus paroemiae vestigium ap. *Suidam* in τὰ ξέοντα ἀντιξύειν. ἐπὶ τῶν βλαπτόντων τινὰς ἢ καὶ θεραπευόντων

ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὄνων, καθ' ὅσον ἐκεῖνοι ὑπ' ἀλλήλων κνήθονται καὶ ἀντικνήθουσι.

LXXVIII. Vat. Cod. p. 605. Anth. Plan. p. 486. St. 630. W. »Hoc distichon, quod in Planudea legitur, »melius omisisset plane monachus; at ut salvo pudore »servaret, ita corrupit, ut in eo nec metrum nec sen»sus sit. In membr. etiam v. 1. perperam δώσω, pro »quo, flagitante metro, reposui δέξο.« *Br.* Multa quidem in Anthologia peccavit monachus, nec tantum tamen, quantum ii arbitrantur, qui de Anthologia Cephalae ex interpolatis apographis existimant. In hoc quidem carmine v. 1. Palatinae membranae sic exhibent: Πέντ' αἰτεῖς δέκα δώσω· καὶ εἴκοσι δ' ἄντια ἕξεις. Planudes autem sic: Πέντ' αἰτεῖς· δέκα δώσω· καὶ εἴκοσι δ' αὖτια ἕξεις. Ubi hic, quaeso, tanta est depravatio, quantam nos *Brunckii* verba suspicari sinunt? In v. 2. autem emendavit etiam corruptum χρυσαῦς in χρυσές. — Ceterum me nec in Brunckiana lect. quid sit ἄντια ἕξεις, intelligere fateor. Fortasse nequitia subest, quam non perspicio. — Quod ad media verba attinet, ea forte transponenda sunt sic:

Πέντ' αἰτεῖς, δώσω δέκα κ' εἴκοσι.

LXXIX. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Alberti* ad *Hesych.* T. I. p. 1092. Poëta se annis ad Veneris palaestram inutilem reddi conqueritur. Conf. *Philodemi* Ep. XII. — V. 1. πολιαὶ αἱ ἐπὶ κρ. Vat. Cod. *Br.* dedit correctionem in marg. ap. Guy. propositam. Mihi articulus valde videtur inficetus. Nec eum necessarium putavit *Theocrit.* Eid. XIV. 68. ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει Λευκαίνων ὁ χρόνος. Quare membranarum ductu scripserim:

ἤδη μοι πολιοῦνται ἐπὶ κροτάφοισιν ἔθειραι.

Verbum πολιόω *Stephanus* laudat ex *Aristotel.* H. Anim. L. III. πολιοῦνται αἱ κρόταφοι. *Philodem.* Ep. XIV. ἤδη καὶ

λευκαί με κατακοπτείροντες ἔθειραι. — V. 2. μηροῖς. Sche Tryll. vitiose. — ὀρθόν. *Jam – tibi, Maevi, Incipit et m dios mejere verpa pedes. Truditur et digitis pannucea me tula lassis, Nec levat exstinctum sollicitata caput. Marti* L. XI. 47.

LXXX. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Klotz.* in Mu Strat. p. 53. distinctione depravatum, quam emendav *Loesner.* in Actis erudit. ann. 1768. p. 150. — V. 1 πεπόνηκας. Vat. Cod. Contra *Herelium* βέβληκας emendan tem *Loesnerus* disputat. Amans amoris laqueis irretitu cum delphino comparatur Ep. ἀδεσπ. XXXI. quod lauda *Schneider.* Per. crit. p. 44. simul cum loco *Aristaenet* L. I. Ep. XVII. p. 44. ubi juvenis, post multas machi nas puellae admotas, συχνότερον οὖν, inquit, τὸ δέλεα αὐτῇ προσαπτέον· χρὴ αὖθις τὸ ἄγκιστρον καταπίῃ, πάλιν ἀνακ λιθέον. ubi quaedam hujus generis notavit *Abresch* p. 110. Largiori manu nobis has elegantias affudi *T. H.* ad *Lucian.* Mort. Dial. VIII. T. II. p. 440. e *Wyttenb.* ad *Plut.* de S. N. V. p. 52. Adde *Plautum* ir Trucul. I. Act. I. Sc. 14. sqq. — V. 2. μή σε φύγῃ Lenta manu adducendus est hamus, ne piscis aufugiat Alia imagine in eadem re usus *Meleag.* Ep. LIX. τὴν περὶ τεγχομένην ψυχὴν ἂν πολλάκι καίῃς, Φεύξετ', Ἔρως· καὐτὴ σχέτλι', ἔχει πτέρυγας.

LXXXI. Bis legitur in membranis Vat. p. 510. et 605. Edidit *Wolf.* ad *Sapph.* Fragm. p. 22. De mentula ad puerum. Nihil hic *Wolfium* vidisse, ex inficeta ejus ver sione apparet. — τὴν σαύραν. Vide ad Ep. III. 5. et Ep XLIX. 1. Primo loco Vat. Cod. habet: πρώην τὴν σαύραν Ἀγάθων ῥοδοδάκτυλον εἶχεν, Νῦν δ' αὐτὴν ἡ. κ. ῥ. ἔχει. Alterc loco sic, ut *Br.* dedit, nisi quod nomen pueri in ἄνιμ de pravatum est. Ἄλκιμ' est ex emend. *Salmasii.* — In ῥοδοδάκτυλον simul respicitur notissimum illud Aurorae epitheton, et pueri δάκτυλος, quo verpam designabant Vide *Brunck.* ad *Aristoph.* Nub. 649.

T. 378.] *LXXXII.* Vat. Cod. p. 605. Vetus paederastа et podager optat, se in harpaginem converti. — V. 1. ἀπάλαμνα. Vat. Cod. — V. 2. πόσι. Vat. Cod. — Ad κρεάγραν *Salmasius* haec notavit: *fort.* χήραγρον. *ut scilicet lautius viveret publicum stipendium utriusque nominis accipiens; sed ἐπέχει.* Hoc si voluisset poëta, eum καὶ χήραγρον scripturum fuisse, puto. Deinde ἐκτρέφομαι pro verbo simplici, et hoc pro εἶναι videtur positum; nisi forte στρεβλοῦμαι scripsit ille, sive ἐκφέρομαι. Hoc quidem probabile est. Optare enim videtur poëta, ut, dum efferatur, ipsi contingat, quod multis in fabulosa historia contigisse dicitur, ut, τοῦ νεκροῦ ἀφανισθέντος, nova quaedam species appareret. (Cf. *Antonin. Lib.* fab. I. et XXXIII.) Sed quid sit, quod κρεάγραν mutari velit, non perspicio. Instrumentum esse τὴν κρεάγραν ad carnes ex olla eximendas, satis constat; deinde instrumentum τιμωρητικόν. ut *Aristoph.* Eqq. v. 769. τῇ κρεάγρᾳ τῶν ἐντέρων ἑλκοίμην εἰς Κεραμεικόν. Cf. Plut. v. 957. Idem est λύκος, ut apparet ex *Polluc.* X. 31. Sic autem et praedicones appellabantur. Vide ad Ep. LXXXIX. Hinc fortasse tenuis lux ad obscurissimum locum accidit, qua alii ad eum illustrandum utantur. Quae enim sola se mihi offert hujus aenigmatis explicatio, ea contortior est, quam ut eam cum lectoribus communicare ausim. Haec igitur acutioribus expedienda relinquo.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Klotz.* Mus. Strat. p. 53. et *Goens* in Animadv. ad Porphyr. p. 107. Conf. Ep. V. — V. 2. ὅλος. Vat. Cod.

LXXXIV. Vat. Cod. p. 605. Puerili amore homines bestiis praestare docet. — V. 1. τῶν ἀλόγων. Hoc argumento *Agathias* utitur contra paederastas Ep. I. 4. Daphnis contra Gnathonem ap. *Longum* L. IV. p. 109. Vill. muliebris amoris defensor ap. *Lucian.* Amor. §. 22. T. V. p. 281. sq. Contra ap. eundem §. 36. p. 298.

puerorum amator sic, ut noster, argutatur: *τί δὴ παράδοξον, εἰ ζῶα τῆς φύσεως κατάκριτα, μηδὲν ἂν λογισμοὶ παρέχονται, παρὰ τῆς προνοίας λαβεῖν ἠτυχηκότα, προσαφήρηνται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς ἄῤῥενας ἐπιθυμίας; οὐκ ὀρθῶς λέγοντες, οὐδὲ γὰρ φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἐρῶσιν ἄρκτοι, τὸ γὰρ ἐκ φιλίας καλὸν οὐκ ἴσασιν· ἀνθρώποις δὲ ἡ μετ' ἐπιστήμης φρόνησις — βεβαιοτάτους ἐρώτων ἐνέμισε τοὺς ἄῤῥενας.* — V. 2. *ταῦτ'*. Sched. Tryll. male. — V. 3. *ὅσοι.* qui mulierum amore tenentur, bestiis nihil praestant.

LXXXV. Vat. Cod. p. 605. Edidit *Reisk.* in Not. ad Anthol. Ceph. p. 171. A binis fratribus amatus, dubius poëta haeret, utri se potissimum in servitium dedat. — V. 1. *ζεῦγος.* De sororibus *Cercidas* ap. *Athen.* L. XII. p. 554. D. *ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις.* *Lucian.* Amor. §. 11. T. V. p. 268. *τὸ ἐρωτικὸν ζεῦγος ἑκατέρωθεν ἐξαψάμενος. ζεῦγος φίλιον* *Eurip.* Herc. Fur. 1403. Hoc cum cognato *ξυνωρὶς* explicavit *P. Wesseling.* in Obss. crit. I. 27. p. 115. sq. *Valcken.* ad Phoen. p. 116. — V. 3. *ἀποστίζει.* Vat. Cod. — *τοῦ μέν.* Alterius praesentia me oblectat; alterius absentia desiderium mihi movet. *τὸ λειπόμενον* de absentis desiderio interpretatur etiam *Salmas.* in marg. Guy.

LXXXVI. Cod. Vat. p. 605. Primus edidit *Leichius* in Not. ad Carm. Sepulcr. p. 5. unde repetivit *Toup.* in Cur. nov. p. 255. A puero Theodoro eadem sibi officia praestari cupit poëta, quae Meriones olim Idomeneo praestiterit. — V. 1. *ἐπὶ Τροίῃ.* Vat. Cod. quod etiam ferri potest. Vide ad Ep. LIX. 1. — *ἀπό.* membr. *ἐπί.* ap. Lips. — V. 3. *περιδέξιον.* ad utrumque ministerium aptum. Cf. *Interpp. Homer.* Il. φ. 163. — V. 4. *ἀλλὰ* Leich. bis. — V. 5. *πέλειμαι νῦν ἀργυπετούμενον καὶ διὰ μυρόνων.* Vat. Cod. „Salmasius reponebat *βινόμενη*, quod hu„jus loci non est, uti ex super. LXXXIV. patet. Quod „vidi, debeo cl. Reiskio, et verum esse credo: *ἀμειβόμενη*

»ssum est a poëta vocabulum, quo alludit ad significationem verbi διαμηρίζειν. Chorus Avium ap. Aristoph. »[v. 705.]

»πολλοὺς δὲ καλοὺς ἀπομωμοκότας παῖδας πρὸς τέρμασιν ὥρας,
»διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἡμετέραν, διεμήρισαν ἄνδρες ἐρασταί.

»Melior videtur ea scriptura, quod in ea integrum no»men Μηρίονην, e quo petivit acumen poëta, servatum »est. Cl. Toup legit: νῦν δ' ἄγε πίνωμεν, καὶ διαμηρίσομεν; »quae scriptura lusum in verbis, quem sectatus est poë»ta, non adeo manifestum exhibet." Br. Schneiderus in Peric. crit. p. 91. legendum proponit: νῦν δ' ἄγε βινῶμεν καὶ κατὰ Μηριόνην. i. e. ὥσπερ Μηριόνης. Sed βινεῖν muliebri amori proprium est. Mihi in his emendationibus deesse videtur vocabulum, quod opponatur τῷ πανήμερος. Quare vide, an in syllabis νῦν δέ γε lateat νύκτα sive νυκτὶ δὲ. Reliqua nondum satis expedio. Caeterum in Merionis nomine eadem ratione lusit Antip. Sid. Ep. III. et Rufinus Ep. III.

LXXXVII. Vat. Cod. p. 605. Verba initio Ep. sic accipienda: τίς δύναται γνῶναι, εἰ ὁ ἐρώμενος παρακμάζει. Quomodo is, qui cum amato puero omne tempus exigit, animadvertat, eum deflorescere? Nam qui heri placuit, quomodo non idem et hodie placeat? et si hodie, cur non et proximo die? — T. 379.] V. 4. τί παθών. Nota formula, cujus discrimen a simili, τί μαθών, subtiliter enucleavit *Wolf.* ad *Demosth.* Leptin. p. 348. sq.

LXXXVIII. Vat. Cod. p. 606. Edidit *Schneider* in Notis ad Anacr. ex *Abr. Gronovii* Annot. ad *Aelian.* H. A. p. 1003. *van Goens* ad *Porphyr.* de Antr. Nymph. p. 105. *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 45. Cf. *Schneid.* in Per. cr. p. 44. — Ad apem, quae in pueri ore consederat. Expressum ex *Meleagr.* Ep. CVIII. — V. 2. ... *Wart.* βομβεῦσαι μέλισσαι dixit *Meleag.* Ep. CXI. 14. et *Bianor* Ep. XV. 2. uterque fortasse ex *Phileta.*

Cf. *Antig. Caryst.* c. XXII. ibique *Beckm.* — In fin. verf. ἐλθόντα quaedam Apogr. — V. 2. ὑαλέην. levem, fplendidam faciem. ὑαλέον. λαμπρόν. πρᾶον. *Hefych. Rufin.* Ep. XXXV. ὄμματα μὲν χρύσεια καὶ ὑαλόεσσα παρειά. et in verff. ineditis, qui pertinent ad ejusdem Ep. III. τῆς δὲ Ῥοδοκλείης ὑάλῳ ἴσος. Leves pueri παρειάς, ἁπαλὰς appellat et διαυγεῖς *Philoftrus.* Epift. XLIII. p. 942. Ambitiofiore verborum ornatu *Lucian.* Amor. §. 26. T. V. p. 287. τὸ δ' ἄλλο σῶμα, μηδ' ἐκπρεπὲς τριχὸς αὐταῖς ὑποφυομένης, ἠλέκτρου, φασίν, ἢ Σιδωνίας ὑάλου διαφεγγέστερον ἐπαστράπτει. — V. 3. ἀνθολογοῦσι. Ap. Lipf. — V. 4. Idem ἐφάψεσθαι. — In Sched. Tryll. ἀκαιροτάτου. quod eruditis viris negotium fecit. *Hevelius* vidit ἀκηροτάτου fcribendum effe. *Philoftr.* Epift. XXXVI. p. 939. ἀκηράτου χρωτός. cutis pura, fine ullis maculis. Jungitur ἀκήρατος et ἄχραντος. Vide *Toup.* ad *Longin.* p. 295. — V. 5. σίμβλοις. Vat. Cod. quod emendavit *Salmafius.* — μελιτωδὰς *Schneiderus* interpretatur active (ut βοτρυόεντας ἀμπέλους in Ep. *Theocr.* IV.) de favo, unde mel profluit. — V. 6. ἔχων. quaedam ap. vitiofe.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 606. Edidit *Klotz* in Lect. Venuf. p. 400. Tres priores verfus *Warton* ad *Theocr.* II. p. 143. Poëta formofo puero munera promiferat, jurejurando addito. Nunc dubitat, quid ei potiffimum donet. — V. 1. ἐπίκωμος l. μεταδόρπιον. Vat. Cod. *Hefych.* ἐπίκωμος. ὁ ἐπὶ ἐρῶν τῷ φίλῳ ἢ ἀπὸ οἴνου ᾄδων. *Alciphr.* L. I. 37. p. 164. καὶ μέχρι μὲν τῶν 'Αδωνίων καὶ ἐπίκωμός ποτε πρὸς ἡμᾶς καὶ κατακεκλιμένος ἐφοίτα. *Bud.* in Comm. L. Gr. p. 1523. 10. laudat praeterea *Plutarch.* in Symp. VII. Sap. T. II. p. 148. A. καίπερ ἄχαρις καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἥκων. Haec ad tuendam codicis lectionem fufficiant. — Deinde junge νυκτερινὴν μεταδόρπιον ὥρην. noctu post coenam. Sic ἐπιδόρπιος ὥρη ap. *Nonnum*, quem *Stephanus* laudat, eodem fenfu. Eleganter quidem de perfonis μεταδόρπιος dicitur, quod *Br.* in hunc locum invehere cona-

batur; sed non omnia ad eandem elegantiae regulam exigenda sunt. — V. 2. εὗρον membr. non εἶδον, ut est in ap. Lips. — Pro λύκος *Loesner*. ap. *Schneiderum* Per. crit. p. 91. mallet λύκου; perperam. Se ipsum λύκου voce designat, ut paederastam. *Plato* in Phaedr. p. 241. D. ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσιν, ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί. Iisdem fere verbis usus *Aristaenet*. L. II. 21. p. 104. addit: καὶ λυκοφιλία τούτων ὁ πόθος. *Lucillius* Ep. V. de Cratippo quodam paederasta et cinaedo, λύκος εἶναι Πᾶσι λέγων, ἀφανὴς ἐξαπίνης ἔριφος. — V. 3. Ἀρωποδόκου. *Wart*. — V. 4. ἐξεφίλουν, ut is ap. *Petron*. c. LXXXVI. *Ut tertia nox licentiam dedit, consurrexi ad aurem male dormientis: Dii, inquam, immortales! si ego huic dormienti abstulero coitum plenum et optabilem, pro hac felicitate cras puero asturconem Macedonicum optimum donabo.* — V. 5. δ' omitt. ap. Lips. — V. 6. „Ultima sic melius distinguentur: οὔτ' ἀπάτης „πηγὴ ἄξιος, Ἑσπερίης οὔτ' ἐπιορκοσύνης. Fuit tempus, quo „apud Graecos, Asiaticos praesertim, Romana perfidia „in proverbium abire potuit, eodem modo, quo perfi„dia Punica ap. Romanos.“ *Br*. Distinctionem mutavit cl. editor ad mentem *Salmasii* in marg. Guyet.

XC. Vat. Cod. p. 606. Ad puerum Diphilum. Dum Veneris operi nondum maturus eras, osculis et, quae plenam voluptatem antecedunt, contentus eram. Nunc te majora posco, quae dare potes, in posterum non poteris. In omnibus enim rebus temporis et aetatis habenda est ratio. Cf. Ep. LXX. et XXXIX. — Primus hoc Ep. edidit *Schneider*. in Per. crit. p. 89. — πεῖρα. Sic honeste *Philo Jud*. p. 638. F. ἢ ἑτέρου πεῖραν ἀνδρὸς λαβοῦσα. Plenius *Heliodor*. VII. p. 342. πεῖραν ἔχω σου μᾶλλον τῶν Ἀφροδίτης. — εἴχομεν in ἤγομεν mutandum censebat *Salmasius*, sine causa idonea, nec expedito sensu. — Mox τις Vat. Cod. quod ap. Lips. in εἷς mutavit, rectius *Schneider*. ἧς. — ἀκμήν i. e. ἔτι. Vid. *Pierson*. ad *Moer*. p. 79. — V. 3. ὄπισθεν. Vat. Cod. — τὰ ὄπισθεν.

Aelius Gall. Ep. I. τῷ μὲν ὑπὲρ κεδῶν, τῷ δ' ὑπὸ, τῷ δ' ὄπισθεν. Noster Ep. VI. 7. ψυχρεῦνται δ' ὄπισθεν πᾶσαι. — καὶ παρεόντων. Recte sic cod. participium praesentis, sed addito ὕστερον, intelligitur, poëtam de futuro loqui. Salmasius emendabat παρεσόντων, quod minime necessarium, et ne graecum quidem est. Futurum ἔσω in usu non est, dixisset παρεσομένων, si per metrum licuisset." *Br.* Praeclare monuit *Schneiderus*, tertium versum huc traductum esse ex Odyss. λ. 66. ubi Elpenoris umbra Ulyssem rogat, ut ipsi exequias domi faciat: νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι, οὐ παρεόντων, Πρός τ' ἀλόχου. i. e. τῶν καταλελειμμένων οἴκοι. *Schol.*

XCI. Vat. Cod. p. 606. Edidit *Warton.* ad *Theocr.* II. p. 39. Comissabundus poëta clausae amasii januae incendium minatur. — V. 1. λαμπάδι. Similiter Delphis ap. *Theocrit.* Eid. II. 127. εἰ δ' ἄλλᾳ μ' ὠθεῖτε καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ, Πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας. *Ovid.* I. Amor. VI. 57. *Aut ego jam ferro ignique paratior ipse Quem face sustineo, tecta superba petam. Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent.* Poëta ap. *Nonium* in *Turbam: Nemo unquam vidit, ebrium ire interdiu, neque turbam facere, neque fores excurere.* — V. 2. συμφλέξας. Crudelius quidem hoc, nec tamen propterea sollicitanda lectio. In Ap. Lips. et ap. Warton. συμπλέξας. — V. 3. 'Αρμανόν. Ap. Lips. De forma 'Αδμανός vide ad *Philippi* Ep. LVIII. T. II. P. II. p. 188. — V. 4. In verbo πωλήσω non haesisse cl. editorem miror. *Vendendi* significatio locum non habet; *versari* autem *alicubi* non est πωλεῖν, sed πωλεῖσθαι. Docte et acute *Salmasius* in marg. ap. Guy. et Ruhnk. φωλήσω. *apertis januis insidias faciam.* Finge tibi illum post januam in angulo (ἐν φωλεῷ) latentem, sicuti puellam ap. *Tibull.* L. I. IX. 43. *Saepe insperanti venit tibi munere nostro Et latuit clausas post adoperta fores.* — Oblique perstringit

lascivos Italorum mores, apud quos pueri amantes familias admittant.

T. 380.] XCII. Vat. Cod. p. 606. Ebrii poëtae esse videtur, qui unum ex comissantibus rogat, ut ipsi manum porrigat et titubantis dirigat gressum. Pergit autem ad puerum, cui, nisi forte cum patre cubet, poenas minatur. Qualem poenam cogitet, ex contextu facile suspicari licet. — V. 1. πινόεις. Vat. Cod. Nostrum *Salmasio* debetur. — V. 2. χλεύην ἔσχε. me ludibrio habuit. *Aeschrion* T. I. p. 189. χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην. — V. 3. ἀκαίρως. In marg. ap. Ruhnk. ἄκηλος notatur. Sincera est lectio membr.

XCIII. Vat. Cod. p. 606. sq. Edidit *Klotz*. in Mus. Strat. p. 54. In puerorum gregem, quos poëta cum Amoribus, ex templo forte procedentibus, comparat. — V. 1. ἐκ ποίου ναοῦ. quandoquidem Amores in deorum sunt contubernio. — V. 2. καταστίλβειν. Vat. Cod. — Amor ap. *Moschum* Eid. I. 7. χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος. *Longus* L. II. p. 33. ed. *Moll.* λευκὸς ὥσπερ γάλα, καὶ ξανθὸς ὡς πῦρ, στιλπνὸς ὡς ἄρτι λελουμένος. Formosus puer ap. *Diodor*. Ep. T. II. p. 306. κῆν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος. — ἐμανερὰ βλέπω. tanta pulchritudo oculorum mihi perstringit aciem. — V. 4. οὐ πέλεται ex *Salmasii* est correctione, sed infelici, pro οὐ δύναται. Quanto melius *Klotzius*, cui hoc saltem in loco diva Critica favit,

οὐ δύνατ' εἶναι
ἄνθρωπος τούτων κύριος, οὐ δύναται.

quo et vitium tollitur, et orationis gravitas insigniter augetur. — V. 5. ἢ δ'. quaedam apogr. πολλου. Vat. Cod. — V. 6. μόνος — ὅς δὲ πόσους. Vat. Cod. μόνος. Ap. Lips. μόνον. Sch. Tryll. quae *Salmasii* conjecturas exhibere solent. — Deinde ὃν δὲ πόσος Lips. ὅς σε πόσους. Tryll. — Si quis mortalis horum puerorum dominus

δυστρώγλων δὲ πέσημα. Λαστανρων μελέτω παιδέσιν αἰγοβάταις.

XCVIII. Vat. Cod. p. 607. Se non haec ſolum, ſed multa alia puerilis amoris carmina ſcripſiſſe teſtatur. Hoc carmen in fine totius operis a *Stratone* collecti poſitum fuiſſe videtur, ut etiam in Vat. Cod. ultimum locum in Muſa Stratonis occupat. — V. 1. παίγνια. carmina minora, ut *luſus* ap. Latinos. — V. 3. Hujus loci ſenſus non plane expeditus. Quomodo *Strato* aliis paederaſtis alia ſcribebat? Num illi *Stratonis* ingenio utebantur, ut ap. nos poëtae patellarii pro parva mercede aliis carmina ſcribunt? Vix puto. An ſcripſit noſter:

ἄλλα δ' ἐγὼν ἄλλοισιν ἀεί, φίλε, παισὶ χαράσσω.

Hoc ſenſum haberet commodum; ſed nihil definio. — V. 4. τις μοι τ' ἐνέδωκε. Vat. Cod. Emendatior lectio debetur *Salmaſio*.

XCIX. Vat. Cod. p. 524. Plan. p. 148. St. 215. W. In Capitonem, ocularium, a quo Chryſes quidam inunctus multo minus vidit, quam antea. Lepidum carmen. *Schneiderus* Artemidorum Capitonem perſtringi cenſet in Per. crit. p. 130. Vide Prolegg. noſtra p. XLVIII. ſq. — V. 1. ἐνίχρισεν. ſic Vat. Cod. ἐνέχρισεν. Plan. quod reponendum puto. — V. 2. μακρόν. Vat. Cod. et Plan. ubi *Opſopoeus* obſervat, in quibusdam exemplaribus μακρῶν, in aliis μικρὸν legi. Prius dictum, ut *longus annus*, *magna talenta*, et ſimil. ad augendam rem, non ad genus quoddam rei ſignificandum. — V. 5. διπλέθρων. Vat. Cod. — V. 10. οὐκέτι μήποτ' ἴδῃ. „Sic libri omnes: at bene graecum non videtur. Scribendum cenſeo: οὐκέτ' ἂν οὔποτ' ἴδοι." *Br.*

NICO-

NICOMEDIS SMYRNAEI
ANASTREPHONTA.

Ne lectores frustra quaerendo fatigarentur, inscriptionem horum carminum non mutavi, quamvis falsissimam. Septem enim haec disticha ἀντιστρέφοντα, quae continua serie leguntur in Vat. Cod. p. 201. et in Plan. L. VI. c. 4. non sunt *Nicomedis Smyrnaei*, sed Νικοδήμου Ἡρακλεώτου, ut diserte apud utrumque scribitur. Ep. VIII. an *Nicodemi* sit, dubitabant veteres. Lemma enim in Vat. p. 365. Νικοδήμου, οἱ δὲ Βάσσου; et sic voluit Plan. L. I. c. 39. p. 59. ubi tamen prono errore Νικομήδους, οἱ δὲ Βάσσου, scribitur. Hinc *Brunckii* error. — Longe diversi hominis, *Nicomedis Smyrnaei* medici, sunt Ep. IX. X. et XI.

I. 382.] *I.* Plan. p. 416. St. 551. W. — V. 1. εἵματ. vestimenta, quae Ulysses a Phaeacibus dono acceperat. Vide Odyss. N. 10.

II. Ibid. — V. 2. diverso ordine ἔγραψεν Ὀφελίων et in Vat. Cod. et in Plan. quod cur a cl. editore mutatum sit, non exputo. Ophelionis pictoris nomen nonnisi ex duobus his distichis cognitum habebat *Iunius*. — ἐπ' ἀλκῇ. quod ei *periclitanti auxilium tulissem*, interpretatur *Brodaeus*. Hoc verum videtur. Disertiorem rei explicationem metri lex et artificium non patiebatur. De sinceritate lectionis dubitabat *Heynius* in Comment. Soc. Reg. X. p. 89. — φίλον Βρομίοιο. quia in Bacchi comitatu erat. Nonn. Dionys. L. XIV. p. 390. In artis operibus saepissime Panes Bacchi ministris junguntur. Vide *Heynii antiquar. Aufs.* II. p. 71. not. *f.* — Ἀρκάδα. Mercurii, qui apud Arcades inprimis colebatur.

III. Ibid. Non ἄκρητε vulgo, sed divisim ἄλλ' ἄκρητε legitur. Ineptum quidem epitheton ἄκρητε, quod Vat. Cod.

praestat, sed non sollicitandum. Aërope, Atrei conjux, a Thyeste in adulterium pellecta, sive violata, Tragoediarum pars fuisse videtur, unde h. l. Ἀερόπης δάκρυα. Cf. *Apollodor*. L. III. 2. 1. *Meziriac*. ad Ovid. Epist. T. II. p. 250. sq. „Obscurum est, quid artifex sibi in „arte licere putaverit, cum in eodem Epigr. coena „Thyestea commemoretur, et ipsa in ea tabula exhi-„bita, una cum poena, Atrei fuga scilicet, et Pelopiae „incestu.“ *Heyne* Comm. Soc. reg. T. X. p. 111. Diversas ejusdem pictoris tabulas indicare videtur, ut in proximo diversas Praxitelis statuas. De poena crudelitatis, quam Atreus dedit, vide *Hyginum* Fab. LXXXVIII. — In fine v. 2. *Br*. iterum transposuit verba ἔγραφεν Ὠφελίων.

T. 383.] *IV*. Ibid. Pan, Nymphae et Danaë Praxitelis ex marmore junctim memorantur in Ep. ἀδεσπ. CCCXV. Non vere Pana, sed Satyrum significari, ex utre, quem ibi gestasse dicitur, colligit *Heynius* in Comm. T. X. p. 89. not. *u*. Satyros plures elaboravit Praxiteles, quos commemorat *Heyne antiqu. Aufs.* II. p. 63. sq. — V. 2. Πανὶ μὲ. Planud. et Vat. Cod. Hic etiam Παντελιανῆς.

V. Ibid. In imaginem videtur scriptum, quae nuptiarum pompam exhibebat; sponsam nempe ex paterna domo traductam, juvenes Veneri sacra facientes. — ἐκ θαλάμων. *Homer*. Il. σ. 492. ἐν τῇ μέν ῥα γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε. Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὕπο λαμπομενάων, Ἠγίνεον κατὰ ἄστυ.

VI. Ibid. Hoc quoque disticho ad *Homeri* locum, modo laudatum, respicitur. Ex Veneris manibus puellam sponsus accipit. Conf. *Pindar*. Pyth. Θ. 16. — V. 1. κλθαλάμων ὑπὸ δαιτὸς Vat. Cod. — εὐρυχόρων solemni errore edd. veteres.

VII. Ibid. Ἀσκανίη urbs in Bithynia, de qua vid. ad *Diodor*. Ep. XIV. Propter Bacchi cultum illustris fuisse

videtur regia, siquidem Silenus ille, quem commemorat *Alexander Aetolus* fragm. ap. *Strabon.* L. XII. p. 849. B. et L. XIV. p. 999. D. is est, quem Bacchicae fabulae illustraverunt.

VIII. Vat. Cod. p. 365. Νικοδήμου, οἱ δὲ Βάσσου. Plan. p. 59. St. 85. W. Νικομήδους, οἱ δὲ Βάσσου. — Pro σώστρ Msc. Gudian. bis σώζετο.

T. 384.] *IX - XI.* „Inscriptiones istae primum vulgatae sunt ab Octavio Falconerio in Inscriptionibus athleticis Rom. 1668. [Gronov. Thes. VIII. p. 2342.] alterum a Sponio in Miscell. erud. antiqu. p. 131. unde eas repetiit Fabric. Bibl. gr. T. XIII. p. 348. quorum ridiculum errorem correxit Gorius Inscr. antiq. T. I. p. 271." *Br.* Leguntur eaedem in *Donii* Inscript. Cl. I. p. 25. sq. et in *Muratorii* Thesaur. CMLXVI. Superscripta sunt primo horum Epigrammatum haec verba: Τῷ σωτῆρι Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ χαριστήρια Νικομήδης ὁ ἰατρός. Dedicat Nicomedes imaginem Aesculapii pueri, a Boëtho sculptore factam. De Boëtho disputabimus in *Catalogo Poëtar. Anthol.* v. *Nicomedes.* — V. 1. παιδὸς θείου. divini pueri. Sub pueri specie Aesculapius colebatur ap. Arcadas, ut tradit *Pausanias* L. VIII. 25. p. 651. — Παιῶνος κούρου. Patrem Aesculapii interpretes significari existimant; equidem *Aesculapii pueri* interpretari malim. Nam Παιὰν ipse est Ἀσκληπιός, ap. *Orpheum* Hymn. LXVI. ἰητὴρ πάντων, Ἀσκληπιέ, δέσποτα Παιάν — et in aliis locis, quae notavimus in Exercitt. critic. T. II. p. 53. — ἀκαρτιτόκον junctim dederunt plures, inter quos *Falconerius* poëtam propterea barbariei incusat. Videbatur deus, qualis paulo ante a matre editus erat. — V. 3. Laudatur Boëthi sculptoris artificium, qui illam statuam etiam posteris spectandam elaboraverat. — ἐμήσατο. *Glaucus* Ep. III. σᾶς χειρὸς θεοποιὸς ἐμήσατο τέχνα θαῦμα μυριοφόνον. — Falcon. et Spon.

Σεισβοῆθε, pro sculptoris nomine illud habentes. — V. 5. ζωάγρια τεόσων, tanquam pretium pro vita servata solutum; idem quod σῶστρα in Inscriptione. — χειρῶν δεῖγμα παλαιγ. monimentum priscae artis: Ambiguum, utrum haec ita dicta sint in laudem Boëthi, ut ejus opus cum antiquissimorum sculptorum operibus comparetur iisque exaequetur, an revera antiqui cujusdam Boëthi ἄγαλμα significetur. Alteri huic interpretationi, in quam fere magis inclinat animos, non obstat, quod poëta v. 3. ipsum Boëthum alloquitur.

X. Hoc Epigramma eidem lapidi insculptum ac superius cum titulo: Τῷ βασιλεῖ Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ χαριστήρια Νικομήδης Σμυρναῖος ἰατρός. Scriptum in eandem Aesculapii imaginem. — V. 1. Boëthus imaginem tuam, Aesculapi, felici manu expressit talem, qualem te Ilithyae in lucem protulerunt. ἐκ Φλεγύου. Homeri Hymn. XV. Ἰητῆρα νόσων, Ἀσκληπιόν, ἄρχομ' ἀείδειν, Υἱὸν Ἀπόλλωνος, τὸν ἐγείνατο δῖα Κορωνὶς Δωτίῳ ἐν πεδίῳ, κούρη Φλεγύου βασιλῆος. Conf. Pausan. L. II. p. 171. et Pindar. Pyth. III. 10. sqq. — ἐκειρευκόμην. Marmor. Nostrum Salvinio debetur. — V. 3. Verba paulo intricatiora sic ordinanda sunt: τοῖον σεῖο ἄγαλμα, Ἀσκληπιέ, Βοηθὸς ἔτευξεν πραπίδων ἀγαθῆς χειρός. Mire et insolenter dictum πραπίδες χειρὸς, peritae manus mens, quae scil. haud secus ac mente praedita statuam illam elaboraverat. Similis insolentiae locutio est ap. Philostratum I. Imag. X. p. 778. καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ τείνει τὸν νοῦν εἰς τὴν πηκτίδα. — V. 5. Hanc imaginem tuus, Aesculapi, minister in hoc templo posuit. — νηῷ ἐν τῷδε. Aesculapii delubrum a Diocletiano in Thermis Trajani exstructum fuisse docet Famianus Nardinus Antiqu. Romae L. III. c. 10. In hoc templo Falconerius Aesculapii hanc statuam a Nicomede dedicatam esse suspicatur propter locum, in quo hae inscriptiones sunt erutae. — V. 7. σὸς θεράπων. Nicomedes medicus. — ἄλιγη . . δέσν. Marmor. parvum ex voto

munus, qualia mortales immortalibus tribuere solent. — ..., consiliorum et omnino beneficiorum.

Epitaphium in Nicomeden edidit *Gorius* in Thesauro T. III. p. 127. *Murator.* p. CMLXVII. In lapide subscripta sunt haec: Εὐψυχῶ Νικομήδης. ὅστις οὐκ ἤμην, ... ἐγενόμην, οὐκ εἰμί, καὶ οὐ λυποῦμαι. ζήσας ἔτη ΜΔ καὶ ἡμέρας ΚΓ. Haec verba aenigmatice dicta, V. Doct. *Chardon de la Rochette dans le Magaz. Encycl.* An. IV. 1. p. 239. sic interpretatur: *Le courage de Nicomède est ferme: du néant je passai à l'être, et je retourne au néant sans en être affligé, après avoir vecu 44 ans et 23 jours.* Haec interpretatio quomodo conciliari possit cum verbis ... ἐγενόμην, me non satis intelligere fateor.

AMMIANI

EPIGRAMMATA.

Praeter Epigrammata, quae hic sub *Ammiani* nomine leguntur, Vat. Cod. eidem tribuit Ep. inter ἀδέσπ. XLII.

T. 385.] *I.* Vat. Cod. p. 529. Planud. p. 170. St. 248. W. Dedicationem pilei ab Athenagora rhetore Mercurio factam cavillatur poëta. Prius distichon pro inscriptione donarii habendum esse, bene vidit *Brodaeus.* — V. 1. Ἀρκαδικὸν πῖλον. qualem Mercurius, Arcadum deus, gestare solebat. πῖλος Ἀρκαδικὸς ἢ Λακωνικὸς est ap. *Dion. Chrys.* Or. XXXV. p. 433. A. *Hesych.* Ἀρκάς κυνῆ. Ἀρκαδικὸς πῖλος. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ. Vide *Toup.* Epist. crit. p. 42. et inprimis *Valcken.* ad *Theocrit.* Adon. p. 345. *Dorvillius* ad *Charit.* p. 4., hoc carmine laudato, monuit, vanissimum rhetorum et sophistarum genus deorum apparitiones solitos esse fingere, unde declamandi occasionem arriperent, et hoc vel illud dedica-

rent, non sine sui jactatione. Exemplum ejusmodi dedicationis servavit *Phrynichus:* Κατ' ὄναρ Πολέμων ὁ Ἰωνικὸς σοφιστὴς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος εἰκόνα χαλκῆν ἐν Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Περγάμῳ τῇ Μυσίᾳ ἀναθεὶς, ἐπέγραψεν ἐπίγραμμα τοιόνδε· Δημοσθένη Παιανιέα Πολέμων κατ' ὄναρ. ubi *Phrynichus* temere reprehendit formulam κατ' ὄναρ, *somnii monitu, ex somnii praecepto*; quam illustrarunt *Alberti* Obss. phil. p. 1. sq. et *Abresch.* in Lectt. Aristaen. p. 300. sq. Illo *Phrynichi* loco nihil ad nostrum carmen magis est appositum. Ut Polemo Demosthenem, sic Athenagoras Mercurium se per quietem vidisse gloriatur. Quum autem scripsisset, se ponere pileum κατ' ἐνύπνιον, *somnio illo commotum; Ammianus* illum irridens, jungit ὕπαρ κατ' ἐνύπνιον, quasi ille se non studio et arte, sed somnii visu rhetorem evasisse dixerit. Ambiguam verborum structuram feliciter, ut fere omnia, imitatus est *Grotius:*

Arcadi Mercurio petasum dedit Arcada munus,
Vovit ut in somnis rhetor Athenagoras.

Jam in sequentibus *Ammiani* mens esse videtur haec: Si Athenagoras se per somnium rhetorem evasisse dicit, donum procul dubio ferendum est deo, quo favente illi tam praeclarum artis ἑρμαῖον contigit; sin contra ὕπαρ, videns et vigilans, non Mercurii afflatu, sed ingenio et meditationibus, rhetor evasit, idque nobis persuadere conatur, satis erat posuisse: θῆκεν Ἀθηναγόρας, *rhetoris* praedicatione penitus omissa. Ceterum de hoc Athenagora nihil aliunde constat; quare *Dorvillius, Ammiani* censuram ex odio natam atque iniquam esse, temere pronuntiat. Pilei certe dedicationem a vano et arroganti homine fieri potuisse, nemo dubitabit. Quare *Ammiano* fides habenda est, dum certiora doceamur. Athenagoras ille, quem Syracusanorum demagogum fuisse constat ex *Thucyd.* VI. 35., cum nostro nihil praeter nomen commune habet. — V. 2. *Jos. Scaliger* in

not. msc. ῥήτωρ in δῶρον mutandum censebat; in quo aut non perspicio acutissimi viri mentem, aut eum, vocabulis transpositis, voluisse censeo:

Ἀρκαδικὸν πῖλον κατ' ἐνύπνιον Ἀρκάδι ῥήτωρ
Ἑρμείῃ δῶρον θῆκεν Ἀθηναγόρας.

in quo ambiguitas structurae, quam *Ammianus* ridet, etiam magis sentitur.

II. Vat. Cod. p. 528. sq. Ἀμμιάνου, non Ἀββιάνου, ut est in Plan. p. 170. St. 247. W. In Flaccum, rhetorem, soloecismorum ditissimum. In eundem, vt videtur, est Ep. *Lucillii* LXXXVI. Eum tum temporis, cum *Ammianus* hos versiculos scriberet, inter in Cyprum susceptorum fuisse, suspicari licet; nisi poëta hoc tantum finxerit, quia Cyprii barbare loquebantur. Ad vicinitatem Ciliciae, ubi Soloe, Soloecismorum patria, respici putabat *Huetius* p. 18. — V. 2. »πεντάκι διακοσίους. Sic codd. omnes, et editiones duae primariae, »recte. διηκοσίους τετραχύλλαβον est, facta synizesi voca»lium ια. Sic Αἰγυπτίας, Αἰγυπτίης, ubi, licet aliter sen»tiat Clarkius, υ positione longum esse credo, et ulti»mas vocales in unam syllabam coalescere. Il. β. 811. »vera, meo judicio, scriptura est: ἔστι δέ τις προπάροιθε »πτόλιος αἰπεῖα κολώνη. Homero, cui prae aliis placuit Io»nica dialectus, Atticum πόλεως male obtrudunt. In »Dionysii Periegesi v. 118. scribendum ex optimis codd. »Ἰσσοῦ ἄχρι πόλιος, Κιλίκων χώρην παραμείβων. Ubi vulgatae »editiones plane inconcinne habent Ἰσσοῦ ἄχρις πόλιος, »quo ingratius auribus nihil accidere potest. Sic in »Empedoclis fragmento, quod habet Anthologia (ed. »Wechel. p. 169.) quodque consulto omisi, e codd. »scribendum v. 2. ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος, ἀγαθῶν μελεδήμο»νες ἔργων. Quod enim in Vat. scriptum πόλης e prava »pronuntiatione ortum, quae η et i confundebat: Jani »Lascaris cod. recte πόλιος habet. Sed de hoc satis.« Br.

fimax ap. *Athen.* XIII. p. 597. verf. 28. Homerum ἥδιστον δαίμονα μουσοπόλων vocat; quod ne conjectura tentes, vetat *Columella* Praef. L. I. 30. *Nec parens eloquentiae, Deus ille Maeonius* — imitatus fortaffe *Ciceron.* IV. ad Attic. 15. *Deus ille noster Plato.* — Deinde vero δαίμων pro genio quodam, five larva ex inferis emiffa, ponitur. *Manes* enim *fepulti* δαίμονες vocantur, quare Mors δαιμόνων κοίρανος ap. *Euripid.* Alceft. v. 1140. Cf. *Dorvillium* ad *Charit.* p. 108. et 178. Multa autem illa tempora de daemonibus *atris*, miferos mortales infeftantibus, fomniabant. *Paufan.* L. VI. 7. p. 468. de Daemone ap. Temeffenfes: χρόαν δὲ δεινῶς μέλας καὶ τὸ εἶδος ἅπαν ἐς τὰ μάλιστα φοβερός. *Lucian.* T. III. p. 57. ed. R. ὁ δαίμων αὐχμηρὸς καὶ κομήτης καὶ μελάντερος τοῦ ζόφου. *Palladas* Ep. XL. 6. ἡ δὲ τάλαινα φρικτῶν δαιμονίων ἐμπαγέλων ἕνεκα.

℣. 386.] *VI.* Cod. Vat. p. 538. In Plan. p. 138. St. 189. W. fine auctoris nomine proftat. Schol. in marg. ed. Wechel. Εἰσί τινες οἱ ὑπ᾽ ἀργίας τὸν δάκτυλον ἢ τὸν κάλαμον λείχουσιν· ὁ δέ φησι, οὐκ ἀπεχθάνομαί σοι ἀργῷ ὄντι, ἀλλ᾽ ὅτι οὐ μόνον τὸν κάλαμον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο λείχεις. Tecte rem infamem fignificat auctor Scholii, qui hoc diftichon rectius accepit, quam *Jof. Scaliger* de Em. Tempor. p. 480. qui de poëta agi putabat ad aram Lugdunenfem victo et carmina fua lingua delere juffo. Cf. ad *Lucillii* Ep. LXXVIII. Senfus carminis noftri magis apparebit, comparato Ep. ἀδεσπ. LXXIV. et LXXV. — V. 2. ποιῇς. Ed. pr. et tres Aldinae.

VII. Vat. Cod. p. 522. *Ammiano* vindicat; in Plan. p. 157. St. 229. W. etiam hoc ἄδηλον. De obfcuro quodam oppido, quod fibi metropolios nomen temere arrogabat. — πόλις. cum gravitate dictum, ut ap. *Procopium Gazaeum* Orat. edita in *Villoifoni* Anecd. T. II. p. 45. ἡ πόλις τὸν εὐεργέτην, δι᾽ οὗ νῦν ἀρχαῖα γαυροῖ λαμπρὰ καὶ πόλιν εἶναι. *in urbium numero haberi.*

VIII. Vat. Cod. p. 538. Plan. p. 167. St. 243. W. Ad Marcum quendam, cruce dignum. Initio distichi et ap. Planud. et in Vat. Cod. Μαςταύρων legitur, quod Brodaeus ad Marci patriam, Maftauram, referebat. Idem Λαςταύρων legendum conjecit, quod Br. in textum recipere non dubitavit. Hoc si verum, Marcus ut cinaedus traducitur. λάςταυροι. πόρνοι. Vide Valcken. ad Ammon. p. 41. et Intrpp. Hesychii v. Λάςταυροι. Emendationis necessitatem non video. — Utram vocem praetuleris, ad reliqua nihil intererit. Demtis enim, ex Ammiani praecepto, duabus literis, σταύρων relinquetur. Habes hic primum exemplum ejusmodi lusus, quem recentiores Logogriphum appellare solent. Hujus generis plura in seqq. occurrunt.

IX. Vat. Cod. p. 538. Plan. ibid. „Nominis Μάρκος demta prima litera, superest ἄρκος, idem quod ἄρκτος." Br. Marcum igitur dignum censet, qui ab ursis dilaceretur. Talia παρὰ γράμμα σκώμματα et παραγραμματισμοὺς vocari, notavit Brodaeus. Sed hanc sibi interpretationem displicere significavit Salmasius in notis inedit. meliorem se alibi daturum esse promittens, cujus promissi fidem non exsolvit. Ad Brodaei tamen interpretationem stabiliendam facit Aristoteles Rhetor. L. III. 11. 6. de urbane dictis agens, et praecipue de eo genere, quod in παραδόξοις versatur: ὥσπερ ἐν τοῖς γελοίοις τὰ παραπεποιημένα. ὅπερ δύναται καὶ τὰ παρὰ γράμμα σκώμματα· ἐξαπατᾷ γάρ. — τὰ δὲ παρὰ γράμμα ποιεῖ οὐχ, ὃ λέγει, λέγειν, ἀλλ' ὃ μεταστρέφει ὄνομα. — De forma ἄρκος pro ἄρκτος vide Eustath. ad Odyss. ε. p. 223. 35.

X. Vat. Cod. p. 538. ad Ammianum refert. In Planud. p. 167. St. 243. W. Palladae tribuitur cum duobus sequentibus. Scriptum est in malignum et alienis malis gaudentem. — V. 2. σκόρπιος ὤν. cum natura malus sis. Artemidor. Onirocr. II. 13. φαλάγγια δὲ καὶ σκόρ-

γῆν καὶ φυλλοβοτάνην πονηροὺς σημαίνει ἀνθρώπους. Vide *Wetsten.* ad N. T. II. p. 782. sq. — V. 3. ἑκών τι Plan. ἐκόντι, Vat. Cod. — ἀφίεις. Vat. Cod. — V. 4. κεντὰς Κρονικός. Vide ad *Lucillii* Ep. LI. *Ovidius* in Ibide v. 217. *Te fera, nec quidquam placidum spondentia Martis Sidera presserunt, falciferique senis.* Cf. *Casaub.* ad *Persii* Sat. V. 50.

XI, Vat. Cod. p. 538. Plan. ibid. ut *Palladae.* In Pollianum, qui, ut alter Oedipus, patrem, matrem fratremque occiderat. — Quamvis Iocasta ipsa sibi intulit manum, et ejus filii mutua perierunt caede, horum tamen malorum omnium causa videbatur Oedipus. Hujus autem filii, item fratres ejus erant; unde ap. *Sopbocl.* in Oed. T. 1481. liberos suos ad se vocans, δεῦρ' ἴτ' ἔλθετε, ait, ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας. *Seneca* Oedip. v. 872. *me petat ferro parens, Me natus: in me conjuges arment manus Fratresque.*

XII. Vat. Cod. p. 538. Plan. ibid. ut *Palladae.* In hominem nequam, senem et podagrum. — ἡ ποδάγρα — πόρον. Ad paroemiacum dicendi genus videtar respici, quo usus est *Theocrit.* Eid. X. 17. εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν· ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθύμεις.

¶. 387.] *XIII.* Vat. Cod. p. 538. Plan. p. 167. St. 242. W. *Martialis* L. IX. 30. Epigramma in Philaenidem his versibus claudit:

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,
Ne tua non possint eruere ossa canes.

quae ex graeco *Ammiani* conversa esse volunt *Possterus* Archaeol. IV. 7. *Goeus* de Cepotaph. p. 66. etiam *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* VI. §. 49. p. 256. qui hanc ob causam *Ammianum Martiale* antiquiorem putant. Mihi haec argumentatio errore carere non videtur. Sed de his olim disputabitur in Histor. crit. Poëtar. Anthol. v. *Ammianus.*

XIV. Vat. Cod. p. 536. Plan. p. 169. St. 246. W. Avarum quendam, qui vicinorum agrorum terminos movere audebat, de futura ejus ap. inferos paupertate admonet. Eodem sententiarum nexu *Horat.* L. II. Carm. III. 17. *Cedes coëmtis saltibus et domo, Villaque - Victima nil miserantis Orci.* et magis etiam L. II. 18. 23. *Quid? quod usque proximos Revellis agro terminos, et ultra Limites clientium Salis avarus — Nulla certior tamen Rapacis Orci fine, destinata Aula divitem manet herum.* ubi diligentissimus interpres nostri carminis memor non erat. —— *παρορίζων.* Hoc verbum, sicut etiam [illegible] in lemmate, quorum significationem verba Horatiana diserte explicant, ex hoc uno loco cognitum habuit *Stephanus.* — V. 3. Ante *ὅμοιος* lacuna est in Vat. Cod. in marg. autem sic *lgl.* Deinde *ὁμοίως.* *Luciani* Charon T. III. p. 62. ed. Bip. *ὦ μάταιοι, τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὅροις διακέκριται τὰ νεκρῶν καὶ τὰ ζώντων πράγματα· καὶ οἷα τὰ παρ' ἡμῖν ἐστι: καὶ ὅτι Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἄτυμβος ἀνήρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβον, Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ Ἶρος, κρείων τ' Ἀγαμέμνων.* — Apud eundem in Mort. D. I. 3. T. II. p. 131. Diogenem facit divitibus nuntiari jubentem: *τί, ὦ μάταιοι, τὸν χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ τάλαντα ἐπὶ ταλάντοις συντιθέντες, οὓς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγον.* Cf. *Antiph.* Ep. IV. *τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην, Ἐκ πολλῶν ὀβολὸν μοῦνον ἐνεγκάμενος.*

XV. In Vat. Cod. p. 543. auctoris nomine caret, quod in Planud. p. 141. St. 204. W. adscriptum est. Cf. *Nicarchi* Ep. XXIII. — V. 3. *Ζεῦ σῶσον.* De more sternutantibus acclamandi vide *Interpp. Petronii* c. XCVIII. et *Scaliger.* in Lect. Auson. L. I. c. 16. Sternutationem pro re sacra habitam esse a veteribus, notavit *Athen.* L. II. p. 66. qui ineptam hujus superstitionis caussam affert. Vide *Casauboni* Animadv. p. 138. Ex nostro autem loco apparet, sternutantibus non alios

tantum, sed ipsos sibi acclamasse, quod hinc notavit *Morin sur les souhaits en faveur de ceux qui éternuent, Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. V. p. 436. et *Potter.* in Archaeol. II. 17. — V. 4. τὰς ἰκμάς. Vat. Cod.

XVI. Vat. Cod. p. 521. *Lucillio* tribuit; *Ammiano* Planud. p. 157. St. 228. W. Historia de pusillo quodam homine, qui, cum murem in cavo suffocasset, se cum Hercule comparabat. — V. 1. Μάρκωνα Vat. Cod. — V. 2. μικρὸς malebat Anonymus Bibl. Bodlej. — V. 3. ψιλῶς. Vat. Cod.

XVII. Vat. Cod. p. 522. Ἀμμιανοῦ, οἱ δὲ Νικάρχου. Idem lemma in Plan. p. 157. St. 229. W. In Diodorum, pusillum, qui spinam ex pede acus ope extracturus, ipsam acum pede pertudit. Cf. *Lucillium* Ep. LVIII. — V. 1. Notanda vox λεπτακινός, aliunde non cognita. — V. 2. ἐνεβόησεν. Vat. Cod.

XVIII. Vat. Cod. p. 522. Plan. p. 159. St. 232. W. In capite εἰς μακρούς. In Stratoniceum — militis nomen esse videtur — ingentis amplitudinis hominem, quicum plures in eadem urbe habitare posse non videbantur.

¶. 388.] XIX. Vat. Cod. p. 509. Male auctoris nomen in *Abbianus* mutatum est in Planud. p. 172. St. 251. W. ut et Ep. II. De culcitra durissima, cui in Procli domo incubuerat. — V. 1. ἐπὶ ξενίαν. *ad hospitis coenam invitatus*, ut videtur. Adscribam verba *Stephani* in Thes. L. Gr. T. II. p. 1126. D. „Sicut autem ἐπὶ ξένια καλεῖν dici docui pro hospitio invitare, sive ad „hospitium, sic et ἐπὶ ξενίῃ καλεῖν alicubi legitur in eadem „significatione. Sed ego locos hosce suspectos habeo, et „vel ἐπὶ ξένια (a nominativo singulari ξένιον) vel ἐπὶ ξενίαν „reponendum censeo, quod ap. Philonem legitur, alio„qui tamen rarum." *Ammiani* tum non meminerat vir doctissimus. — Verba ὅτε καιρὸς ὕπνου μοι jungenda cum

subsequentibus: Quum heri in hospitium essem vocatus et dormiendi tempus appetivisset, culcitrae incubui verae lineae. — V. 2. ἀπεκλίθην. Vat. Cod. — Γοργόνος ἡ Μ. quia illa omnia adspectu suo in saxa mutabat, haec ipsa in saxum mutata erat. — V. 3. μὲν om. Vat. Cod. et vett. edd. ante *Stephanum*. — V. 4. Πλάκαλον vitiose pro Πρίαλον exscr. in ed. Lipsf. — V. 6. Periissem sane in hoc tam duro cubili. Ludit poëta in τύλην et στήλην, cippum intelligens tumulo imponendum.

XX. Vat. Cod. p. 566. Plan. p. 185. St. 270. W. Stob. Flor. T. X. p. 127. 30. Gesn. 75. Grot. De Apellis cujusdam coena, in qua convivis nihil praeter olera apponebatur. Olera autem pro vilissimo cibi genere habentur. *Juvenal.* Sat. IX. 78. *Curius parvo quae legerat horto Ipse focis brevibus ponebat olusfcula: quae nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor.* Hinc veteris disciplinae cultor et magister Ofellus ap. *Horatium* II. Serm. II. 116. *Non ego — temere edi luce profesta Quicquam praeter olus, fumoso cum pede pernae.* — V. 1. ὡς ἱερεῖον τεθυκώς. quasi hortum mactasset, non hostiam. Simili festivitate *Horatius* ad Iccium I. Epist. XII. 21. *Verum seu pisces, seu porrum et caepe trucidas.* — V. 3. τῆλις. Vat. Cod. Vulgo τῆλυς. quod nimis patienter tulerunt pristini editores. τῆλις est foenum graecum, unde, oleo affuso, aliisque herbis additis, ἥδυσμα quoddam parabatur, τήλινον vocatum. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 331. E. F. — V. 6. διετέλεσε. Vulgo.

XXI. Vat. Cod. p. 529. sq. Plan. p. 187. St. 273. W. Ad hominem, nescio quem, qui, barbam alens, se pro philosopho habitum iri putabat. Cf. *Luciani* Ep. XXIII. ubi vide not. Herodes Atticus ap. *Gellium* N. A. IX. 2. cum vidisset *palliatum et crinitum* quendam, *barbaque prope ad pubem usque porrecta* — eum interrogavit, *quisnam esset? Atque ille vultu sonituque vocis objurgatorio*

philosophum sese esse dicit, ac mirari quoque addit, cur quaerendum putasset, quod videret. Video, inquit Herodes, barbam et pallium, philosophum non video. De barba philosophorum quaedam dedit *D. Heraldus* in Adverf. II. 26. p. 131. — V. 2. μυιοσόβην. mufcarium, flabellum abigendis mufcis. Vide *Pollux*. X. 95. qui refpexit verfum *Menandri* ap. *Athen*. L. XI. p. 484. E. in convivii defcriptione: Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. de quo more videndus *Reimarus* ad *Dion. Caff.* T. II. p. 1245. 9. Erant haec mufcaria faepiffime ex pennis caudae pavoninae compofita, quale illud eft ap. *Martial*. XIV. 67. *Lambere quae turpes probibet tua prandia mufcas, Alitis eximiae cauda fuperba fuit.* ubi vide *Raderum*. Tum etiam ex cauda boum. De bobus Indicis agens *Aelian.* Hift. An. XV. 14. ἐκ τούτων γε τῶν βοῶν καὶ τὰς μυιοσόβας ποιοῦνται. In *mufcarium bubulum* diftichon eft *Martial.* XIV. 71. Propter fimilitudinem et ufum caudam equi *mufcarium* appellat *Vegetius* in Mulom. IV. 1. 1. et paffim. — V. 3. κείρων. Vat. Cod. — V. 4. φθειρῶν. *Menti dominus pediculofi* eft ap. *Martial.* XII. 59. *Julian.* in Mifop. p. 338. C. de barba fua jocatus: προστίθειμαι τὸν βαθὺν τοῦτον πώγωνα. — ταῦτά τοι διαθεόντων ἀνέχομαι τῶν φθειρῶν, ὥσπερ ἐν λόχμῃ τῶν θηρίων. — In fine γέροντι Vat. Cod.

XXII. Vat. Cod. p. 530. Planud. p. 187. St. 273. W. Nihil jam ad philofophiae profeffionem requiri, quam atticarum quarundam, Platonicarum inprimis, vocularum et phrafium copiam, cum barba et pallio conjunctam. De illa fophiftarum cacozelia vide *Crefoll.* in Theatr. Rhet. L. III. 23. et quae fupra notavimus ad *Cerealii* Ep. II. p. 345. — V. 3. στόλιον. pallium breve et anguftum. μάλλιον. coma demiffa. *Schol. Theocr.* Eid. XI. 10. κικίννοις. ταῖς μαλλοῖς. κόμῃ. Vide *D. Heinfium* ad *Hefych.* μάλλιον, etiam hunc verfum excitantem. — ὦμον ἔξω. Exerto humero Cynici incedebant. Is, qui Commodo vitae

vitae finem praedixit, φιλοσόφου φέρων σχῆμα, βάκτρον γὰρ ἐν αὐτῷ μετὰ χεῖρας, ἐπηγόμενῳ τε αὐτῷ ἐκκρεμὴς πήρα. *Arriani Epictetus* a *Brodaeo* laudatus περὶ κυνισμοῦ· ἢ τοῖς ἐντυχοῦσι λοιδορεῖσθαι ἀκαίρως, ἢ καλὸν τὸν ὦμον δεικνύειν. Hinc ἐξωμίαι dicebantur Cynici, eorumque vestitus ἐξωμίς, de quo vid. *Salmasius* ad *Tertull.* de Pall. p. 255.

T. 389.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 509. sine auctoris nomine. Ἀββιανοῦ nomen adscriptum in Plan. p. 129. St. 187. W. Ludit poëta in vocabulo ἐγχεσιμώρου, quod ap. *Homerum bellicosum*, *hasta furentem* significat, Il. β. 692. η. 134. hoc loco autem sive τὸν ἔγχει μωραίνοντα, hasta inepte utentem, sive summo cum labore jaculantem, secundum etymologiam a veteribus probatam: οἱ περὶ τὰ ἔγχεα μεμορημένοι, ὅ ἐστι, κακοπαθοῦντες. Vid. *Albert.* ad *Hesych.* T. I. p. 1077. 17. Simplicius tamen cum *Stephano* in Thes. L. Gr. T. I. p. 1373. B. stultos et fatuos pugnatores intelligas. Poëtam praeterea in nominibus istorum hominum argutatum esse volunt *Brodaeus* et *Opsopoeus*. Κυλλὸς est *mutilus*, ut *Lucill.* Ep. XI. κυλλὸς δ' ἠκόντιζεν ἀμείνονα, ubi vide not. In Λεῦρος autem ejusmodi allusio nulla est. Quod enim *Opsopoeus tenuem* interpretatur, id falsissimum. Sed cogitabat procul dubio de λειρός, de quo vocabulo prostat haec glossa *Hesychii*: Λειρός· ὁ ἰσχνός, καὶ ὠχρός. καὶ Λιρίας (Λειρίας Steph. et Guyet.) λέγουσι τίνας, τὰς κατισχνωμένας καὶ ἀποβαλούσας τρίχας, ἢ τὸν μικρὸν λαγών.

XXIV. Vat. Cod. p. 509. Etiam h. l. Plan. p. 42. St. 62. W. Ἀββιανοῦ. In Lucium quendam, qui plures senatores, quorum nomina per ρ incipiebant, interfecerat. Quum, *Ammianus* ait, verisimile sit, te in his caedibus eodem, quo coepisti, ordine progressurum esse, ubi jam nunc praedico, me Originem appellari, teque proinde ad me ultimo loco esse venturum. Obscurum est, quo hoc carmen spectet. Docta quidem *Brodaei* con-

morbo affectum, in idem detrudit barathrum. — V. 1. *Truditur dies die.* *Horat.* II. Carm. XVIII. 15. ubi cl. *Mitscherl.* inter alia similia et nostrum locum adscripsit. — V. 2. ὁ πορφύρεος. secundum *Homer.* Il. ε. 83. et π. 334. Pluribus facete dictis Homerica haec φάσεις locum fecit, quae collegit *Geracker.* in Misc. posthum. p. 847. — V. 3. Alios tabes, alios febris, alios tumor aut aqua intercus abripit. De morte homines in medio cursu evertente agens Mercurius ap. *Lucian.* in Contempl. §. 17. T. III. p. 54. ἄγγελοι δὲ αὐτοῦ, ait, καὶ ὑπηρέται μάλα πολλοί, ὡς ὁρᾷς, ἠπίαλοι καὶ πυρετοί, καὶ φθόαι, καὶ περιπνευμονίαι — καὶ τούτων οὐδὲν ὅλως αὐτοὺς εἰσέρχεται, ἔστ' ἂν εὖ πράττωσιν. — et paulo post: νῦν δὲ ἐς αἰεὶ ἀπολαύοντες χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἐπειδὰν ἐπιστὰς ὁ ὑπηρέτης ἤδη καλῇ καὶ ἀπάγῃ, πεδήσας τῷ πυρετῷ ἢ τῇ φθόῃ, ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν ἀγωγήν, οὔποτε προσδοκήσαντες ἀποσπασθήσεσθαι αὐτῶν.

XXVII. Cod. Vat. p. 534. Planud. p. 151. St. 220. W. Dum Niceten laudare videtur, ut musicum medicumque praestantissimum et alterum Apollinem, tecte eum perstringit. Ἀπόλλων ᾠδῶν nimirum is est, qui canendo ἀπομαίνει τὰ ὦτα τῶν ἀκροατῶν, aegrotorum autem Ἀπόλλων, qui illos non curat, sed perdit. Respicitur, ut jam satis apparet, ad etymologiam nominis, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύναι derivati, cujus auctor fuisse videtur *Euripides* in Phaëthonte ap. Schol. in Orest. v. 1397. Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας, Ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτός. Conf. *Macrob.* Saturn. I. 17. — V. 1. ᾠδῶν. Vat. Cod. et αἰδῶν. Hoc, etiam in Planud. lectum, emendavit *Opsopoeus* et *Brodaeus*, quorum emendationem sequitur *Grotius.* — In argumentorum indice v. *Nicetes* hoc distichon perperam interpretatus sum.

RUFINI EPIGRAMMATA.

T. 390.] I. Vat. Cod. p. 90. „In antiquioribus „Planudeae codicibus Ep. hoc ultimum est libri VII. In „multis deest, et cum non repertum fuisset in eo, ex „quo Anthologia primum Florentiae excusa est, diu „latuit.“ Br. Edidit D. Heinsius in Carm. Gr. p. 150, junctim cum Epigrammate Gaetulici I. p. 166, ut etiam Reiskius in Misc. Lips. IX. p. 103. nr. 287. In duo carmina haec dividenda esse, sponte vidit Schneiderus Peric. crit. p. 1. 2. ejusque conjecturam firmarunt cum Schedae Tryll. tum Cod. Laurent. in Bandini Catal. II. p. 103. In Vat. Cod. Rufini Ep. statim post Gaetulici carmen sequitur. Poëta se parabilem nullisque periculis obnoxium ancillarum amorem matronarum amoribus praeferre affirmat. In eodem argumento bona pars Satyrae II. Horatii in Lib. I. consumitur, cujus hi versus inprimis comparari merentur:

Desine matronas sectarier, unde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niveos viridesque lapillos —
Sit licet hoc Cerinthe tuum — tenerum est femur, aut crus
Rectius, atque etiam melius persaepe togatae.
Adde huc, quod mercem sine fucis gestat; aperte
Quod venale habet, ostendit: nec, si quid honesti est,
Jactat habetque palam, quaerit quo turpia celet.

— V. 2. σπάταλα κλέμματα. *furta Veneris* (*Broukhus*. ad Propert. IV. 7. 15.), quae in matronis (ταῖς σοβαραῖς) magno sumtu, in ancillis minimo constant. σπατάλαν additive; ut infra Ep. XXXVII. ταῦτα καὶ τῶν σπατάλων ἔργων κολλάσθων. — In sequente comparatione colorum fortasse duxit ex *Stratonis* Ep. VI. — V. 3. κολλῶν. Sched. Tryll. ἐκκειμένων αἰσχύνας. sic Vat. Cod. non

ἄνυδρος, nec κινδύνων, ut *Reiskius* sine causa emendabat. ἐσσυμένη Cod. Flor. De meretrice decrepita *Macedon.* Ep. V. τὸ δ' αὐξοσέληνον ἐκεῖνο Ἐξέλιπε σινδὼν μαζοῖς γινομένης. *Charit.* L. II. p. 34. ἐρωτικὴν πανήγυριν τὴν πρώτην σύνοδον τοῦ γάμου. Pericula, quibus moechi se vitamque suam exponunt, eleganter describit *Horatius* l. c. v. 39 – 45. et 127. sqq. — V. 5. χάρις. *parabilem amo venerem facilemque. Illam, Post paulo, sed pluris, si exierit vir: Gallis hanc, Philodemus ait: sibi, quae neque magno Stet pretio, neque cunctetur cum est jussa venire. Candida rectaque sit; munda hactenus, ut neque longa Nec magis alba velit, quam det natura, videri. Horat.* l. c. v. 119. sqq. — V. 6. δώροις ἐκ σπατάλοις. Vat. Cod. Quum in ap. Lips. ἐκπατάλοις legatur, *Reiskius* conjecit: δώροις ἐκτόγλοις. In marg. ap. Guy. et Ruhnk. haec leguntur: *Lego* ἐκ σπατάλης. *Supra* σπάταλος *adjectivum. Lego hic:* δώροις ἐκ σπατάλοις ἀλεγιζ. *i. e. curis ex luxuriosis donis anxium i. e. immodicis.* In hac *Salmasii* nota describenda erratum esse videtur. δώροις ἐκ σπατάλης habet Cod. Medic. ap. Bandin. — V. 7. μιμοῦμαι. Idem argumentum pluribus exemplis ex antiquitate de heroum in ancillas amoribus allatis exornavit *Horat.* II. Carm. IV. 1 – 8. quae ex graeco poëta derivata esse vix est quod dubites.

II. Vat. Cod. p. 93. „Ediderunt hoc Epigr. Piersōn. „Verisim. p. 98. et cl. Toup. Epist. crit. p. 70. Hic „emendandi impetigine seductus quaedam mutavit sine „minima necessitate." *Br. Reisk.* Miscell. Lips. T. IX. p. 107. nr. 285. *Schneider.* Per. crit. p. 3. In lavantes puellas scriptum esse hoc carmen existimans *Toupius*, ab ejus sensu longe aberravit; enarrat enim trium puellarum de pygarum praestantia certamen; quale illud est, cujus mentionem fecerunt *Athen.* L. XII. p. 554. C. et *Alciphron* L. I. Ep. XXXIX. p. 188. Valde hujus carminis argumentum displicuit auctori lemmatis in Vat.

Cod. qui adscripsit haec: εἰς πόρνας ἐπαλεχθείσας καὶ ἑταιρῶν καὶ ἰδεῖν γέμον ἀναιδείας. — V. 1. αὗται, Vat. C. — V. 2. „Cod. γυμνὴν ἀστραπτὴν μᾶλλον. Hoc magis poëticum est, „quam γυμνῶν ἀστραπτὴν μᾶλλον [ut Toupius corrigebat] „et quoad sensum nihil differt. Idem statuendum de „λευκῇ εὐαφίῃ v. 4. Toupius reponit λευκὴ εὐαφίην. At „quod v. 5. διηνοιγμένης pro διαιρομένης scribit, id plane con„tra sententiam est. διαιρομένης, quae crura divaricabat „sic omnino esse debet. Non lavabantur meretrices „tres, quae judicium hoc subibant, in balneo non erant; „nec quod sequitur κύματι κυφῷ, de aqua intelligendum „est. Optimam ubique codicis scripturam repraesen„tavi." *Br.* In marg. ap. Lips. δείξασθαι adscriptum erat. — V. 3. Pro σφραγιζομένη *Reisk.* ut et metro, quod laborare putabat, et sensui succurreret, ἀφραγιζομένη corrigebat; postea, de errore admonitus, p. 439. sq. tentabat καί δ' ἡ μὲν — σφραγιζομένη γ. Λευκὴ — εὐβαφίῃ. Notissimum est ap. *Suidam*, qui hoc distichon protulit T. I. p. 470. γελασίνοις· ἐγγραμμαῖς ταῖς ἐκ τοῦ γελᾶν γινομέναις. unde id apte laudavit *Berglerus* ad *Alciphron.* l. c. qui unam ex certantibus puellis sic loquentem facit: ἰδοὺ αὐτοῦ τὸ χρῶμα ὡς ἀκριβές, ὡς ἀκήρατον, ὡς καθαρόν· τὰ πορφυρᾶ τῶν ἰσχίων ταυτί· τὴν ἐπὶ τοὺς μηροὺς ἔγκλισιν, τὸ μήτε ὑπέρογκον αὐτῷ, μήτε ἄσαρκον, τοὺς γελασίνους ἐπ' ἄκρῳ. De *gelasinis* quaedam dedit *Raderus* ad *Martialis* verba, *nec grata est facies, cui gelasinus abest.* L. VII. 22. p. 503. Apposite ad nostrum locum, has rugulas describens, verbo σφραγίζεσθαι utitur *Lucian.* Amor. §. 14. T. V. p. 271. de Veneris Cnidiae femoribus: τῶν δὲ τοῖς ἰσχίοις ἐναποσφραγισμένων ἐξ ἑκατέρων τύπων, οὐκ ἂν εἴποι τις ὡς ἡδὺς ὁ γέλως, μηροῦ τε καὶ κνήμης, ἐπ' εὐθὺ τεταμένης ἄχρι ποδός, ἠκριβωμένοι ῥυθμοί. — V. 4. Qui se cod. scripturam ubique repraesentare ait cl. editor, et hoc loco et in sqq. apographi sui lectiones expressit. Membr. enim habent: λευκὴ — εὐαφίην. et sic *Suidae* codd. Parisini,

eum ibi vulgetur λευκὴ — εὐβαφίην. Revocanda est membranarum lectio, quippe longe elegantior emendatione Salmasii, quam ap. Ruhnk. et Guyeti exhibet. Prima pygarum λευκὴ οὐδὲ εἶχεν ἄνθος εὐαφίης, i. e. eximium quendam tumorem, tactui suavissimum. Menoeceum describens Philostrat. L. Imag. IV. p. 768. eum fingit εὐαφέσι στέρνοις, καὶ πλευραῖς, καὶ γλουτῷ συμμέτρῳ, ubi τὸ στέρνον εὐαφὲς de pectore molliter tumente explicandum esse, (secus ac voluit Casauban. ad Athen. L. II. 9. p. 99. 80.) apparet ex Luciani Amor. §. 53. T. V. p. 318. ubi paederastae ad pueri amplexum arrepentis artificia describuntur: ἢ καθ' εἰμας (hoc delendum videtur, ut glossema sequ. vocabuli, sive καὶ addendum.) ὑγρῶς ἡ δεξιὰ κατὰ κόλπον δῦσα, μαστοὺς βραχὺ τὴν φύσιν ὑπεροιδοῦντας πιέζει. Eidem restituendam esse vocem εὐαφὴς suspiceris in Amor. §. 26. p. 287. οἱ δὲ εὐαφεῖς μηροὶ θριξὶν ἀσπερεὶ φυτῶντες. ubi vulgo minus apte εὐφυεῖς legitur. — Verissimum autem est ἀνθεῖν εὐαφίην, ubi nota vim transitivam, quae huic vocabulo, ut multis similibus, inest. ἴουλον ἀνθῶν πρῶτον Ep. in stat. athlet. XVIII. T. III. p. 21. — Pro ἀπὸ Berglerus mallet ἐπί. quod minime necessarium. ἀπὸ h. l. periphrasi inservit, ut saepissime; in εὐαφίην ἀπὸ γλουτῶν si praepositio abesset, eam non desiderares. Vide ad Hybriae Scol. T. I. P. I. p. 308.— V. 5. διαιρομένης. Verbi διαίρεσθαι usum de iis, qui varicitus ambulant et crura valde aperiunt, illustravit Casaubon. ad Theophr. Char. 3. p. 46. ed. Fisch. — φοινίσσετο χιονέῃ σάρξ. Rosarum cum nive conjunctio passim occurrit in floridi coloris descriptione. Nihil huic loco magis appositum quam Musaei v. 58. ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν, Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον. ubi vide veterum loca ab Heinrichio laudata p. 63. — V. 6. γαληνιόωσα ad puellae placidum vultum retulit Reiskius, cum de pygis unice agatur. Tertiae puellae pyga similis tranquillo mari, quod lenibus ventis crispatur. Huic

imagini multo aptior mihi videtur cod. scriptura χαράσσοντος, quam quod Salmasio in mentem venerat, ταράσσοντος. Nec κωφὸν cum Schneidero legam. Imaginem illustrat simulque firmat vulgatam Apoll. Rhod. L. IV. 152. οἷον ὑπὸ βληχροῖσι κυλινδόμενον πελάγεσσι Κῦμα μέλαν κωφόν τε καὶ ἄβρομον. Huic imagini convenit verbum χαράσσειν, sulcare, signare, notare, etiam leniter impressis signis atque vestigiis. De lanugine genas signante Christodor. in Ecphr. v. 212. καὶ γὰρ ἦεν Ἀνθεῖ λαχνήεντι γενειάδος ἄκρα χαράξας, et v. 278. ἁπαλοῖς δὲ νεοτρεφέεσσιν ἰούλοις Οἴνωνος ἄκρα χάρασσε γενειάδος. Cf. Ep. in stat. athl. XI. T. III. p. 19. Ut in his locis χαράσσειν verum est, sic contra ap. Pindarum Ol. II. 113. ταράσσοντες recte se habet, neque, quod V. D. in mentem venit, cum χαράσσοντες permutari debet. — Ceterum ad rem facit inprimis Alciphron l. c. καὶ πρώτη Μυῤῥίνη τὸ ζώνιον λύσασα, βόμβυξ δ' ἦν τὸ χιτώνιον, δι' αὐτοῦ τρέμουσαν οἷόν τι μελίπηκτον γάλα τὴν ὀσφὺν ἀνεσάλευσεν. — V. 9. 10. Hoc distichon Planudes in Anthol. recepit p. 476. St. 619. W. ubi legitur: εἰ ταύτας ὁ κριτὴς ὁ θεῶν ἐθεάσατο κούρας. Eodem ordine verba exhibent membr. In apogr. Guy. et Ruhnk., verbis temere transpositis, ὁ θεῶν ὁ κριτής. Brunckiana lectio etiam in marg. ap. Lips. reperitur. Fortasse expressit Rufinus Ep. Serapon. XLIX. 3. 4.

III. Vat. Cod. p. 93. Recepit in Anth. Planud. p. 476. St. 619. W. mutatis iis, quae eum transscribere pudebat. Simile, ut in praecedente Ep., trium puellarum certamen describitur, non autem de pygarum, sed de anticae partis praestantia. Pro κρείσσονα μηρίων v. 2. Planudes dedit κάλλος ἀρειότερον, quo carminis festivitas periit. Verum non interpolavit tantum carmen, sed, quod Brunckium fugit, insigniter mutilavit. Nam post v. 4. membranae quatuor hos versus inferunt:

Καὶ Ῥοδόπης μὲν ἔλαμψε μέσος μηρῶν πολύτιμος
οἷα ῥόδον πολλῷ σχιζόμενος Ζεφύρῳ.
τῆς δὲ Ῥοδοκλείης ὑάλῳ ἴσος, ὑγρομέτωπος,
οἷα καὶ ἐν νηῷ πρωτογλυφὲς ξόανον.

Deinde ſequitur diſtichon ex Ep. VI. 5. 6, male huc translatum, Hoc tam inſigne augmentum, quo ipſo tamen hoc carmen non integrum praeſtatur, primus exhibuit *Schneiderus* in Per. crit. p. 104. — V. 2. μηρίονην. Vide ad *Straton*. Ep. LXXXVI. et T. II. P. I. p. 17. — ¶. 391.] V. 4. γυμνοὶ habet Cod. Vat. In Ed. Flor. et Ald. pr. οἴῳ. In lect. Aldi οἴνῳ. Vulgata μούνῳ primum reperitur in Ald. 2. quam plurimae ſequutae ſunt. Revocanda membranarum lectio, diſtinctione mutata; licet *Planudis* emendatio minime inepta ſit. Sic *Ariſtaen*. L. I. Ep. II. p. 5. δύο κόραι μειδιῶσαι καὶ μόνῳ γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων. — νέκταρι λειπόμεναι. Hoc unum illis deerat, quod nondum nectare veſcebantur, ceterum deabus ſimillimae. Divinitatis honor a diis cum mortalibus communicatus, nectaris et ambroſiae convictu paſſim ſignificatur. *Appulej*. Metam. VI. p. 183. *Porrecto ambroſiae poculo, ſume, inquit, Pſyche, et immortalis eſto.* Vide *T. H.* ad *Lucian.* D. D. IV. fin. T. II. p. 259. ed. B. et ad *Horatii* L. III. 3. 11. *Quos inter Auguſtus recumbens Purpureo bibit ore nectar* – *Mitſcherlich*. T. II. p. 41. — Aliquid jejunitatis ineſſe verbis νέκταρι λειπόμεναι, ſentiens *Salmaſius* in not. Ap. Lennep. tentabat; νέκταρ ἀλειφόμεναι – quae elegans eſt et acuta ſuſpicio. — In iis, quae in membranis leguntur, primum ſcribe, mutato accentu, ῥοδών, *roſarium*, quod pro ῥόδον rei augendae cauſa poſitum eſt. Deinde πολλῷ ζεφύρῳ verum eſſe nequit. Fortaſſe prima ſyllaba deleta legendum:

λείῳ σχιζόμενος ζεφύρῳ.

i. e. *placido*, πρηεῖ, μαλακῷ. ut ap. *Loll. Baſſ.* Ep. VI. *Dioscorid.* Ep. XII. Ep. ἀδεσπ. CCLIX. τὸ πνεῦμα λεῖον καὶ

κλυστηρικὸς, est ap. *Ariſtoph.* Ran. 1033. Ceterum conf. elegantem *Himerii* locum Or. I. 19. p. 360. τὰς παρειὰς αἰδοῖ φοινίσσοντας πλέον ἢ τὰς τῶν ῥόδων ἡ φύσις κάλυκας, ὅταν ἡμᾶς ἄρτι ὑπὸ τῆς ἀκμῆς σχιζόμεναι πετάλοις ἄκροις ἐρυθαίνωνται. Idem Ecl. XX. 4. τὸ ῥόδον — οἰκουρεῖ μὲν τὸ πολὺ τῆς ἀκμῆς εἴσω τοῦ κάλυκος, ὀψὲ προκύπτει καὶ σχίζεται. — V. 7. Rhodocleae μυρσίνη vitro ſimilis, quod ad laevitatem referendum eſt. Cf. ad *Straton.* Ep. LXXXVIII. quo pertinet etiam comparatio cum recente ſimulacro. — V. 10. εὖθ' ὁ συνεστεφάνων. Plan. εὐθὺς συν. Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 93. Edidit *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. T. IX. nr. 286. p. 110. Puellam ſibi optat μήτε ὑπέρογκον μήτ' ἄσαρκον, ut *Alciphron* loquitur L. I. 39. p. 190. qualem deſcribit *Appulej.* in Metam. L. II. init. *Sed et cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia, inenormis proceritas, ſucculenta gracilitas, rubor temperatus.* quae *Abreſch.* in Addendis ad Ariſtaen. p. 115. apte comparavit ad *Alciphronis* locum, ibi ex Cod. prolatum: ἐνδῦσα δὲ ὅλη πρέπουσα φαίνεται, οὔτε κατάξηρος, οὔτε κατάσαρκος. Quam *regulam* vocat *Appulejus*, Polycleti eſt κανών, ut apparet ex loco ſimillimo *Luciani* de Saltat. §. 75. T. V. p. 165. τὸ δὲ σῶμα κατὰ τὸν Πολυκλείτου κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. μήτε γὰρ ὑψηλὸς ἄγαν ἔστω, καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἐπιμήκης — οὔτε πολύσαρκος, ἀπίθανον γάρ, οὔτε λεπτὸς εἰς ὑπερβολήν, σκελετῶδες γὰρ τοῦτο καὶ νεκρικόν. *Pſeudo-Gallus* ſive *Maximianus* Eleg. I. 79. *Horrebam macies, horrebam corpore pingues: Non mihi grata brevis, non mihi longa fuit. Cum media tantum dilexi ludere forma. Major enim mediis gratia rebus ineſt. — Quaerebam gracilem, ſed quae non macra fuiſſet: Carnis ad officium carnea membra placent.*

V. Cod. Vat. p. 95. Edidit *Reiskius* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 116. nr. 292. Poëta cum aliquando in Thaliae diu deſideratos amplexus veniſſet, nervos ſibi tor-

pere sensit, pigroque toro crimen onusque jacuit, ut Ovidius loquitur L. III. Am. VII. 4. Conf. Straton. Ep. X. et LVIII. — V. 3. μοι in Cod. omissum addidit Reiskius. — ἀνέκλασε quaedam Apogr. πέπληγα a. ἀπεκλάση. At qualem vidi tantum tetigique puellam, Sic etiam tunica tangitur ipsa sua. Ovid. L. III. Amor. VIII. 39. — V. 4. ἄκλαστα. sine viribus, languens. Hinc lux Horatio Epod. XII. 9. qui locus explicari debet de prurigine mulieris, quae prope cubantis viri, odio illius devoti, solutam naturam (ἐκλυτέαν αἰδοίων) venerea rabie excitare conatur. — V. 5. πάλας. Vat. Cod.

VI. Cod. Vat. p. 97. Primum distichon protulit *Warton* ad *Theocrit.* T. II. p. 297. Integrum *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 124. nr. 301. et hinc *Toupius* in Epist. crit. p. 123. Lavans puella describitur. — V. 1. χρύσεα pro *pulchris* simpliciter, ut in χρυσέη Ἀφροδίτη; quamvis h. l. λύγδινα vel ejusmodi epitheton fortasse aptius fuisset. χροιῇ γαλακτοπαγεῖ, arcte cum χρύσεα jungenda, descriptionem continuant. γαλακτοπαγῆ ἄρνα tenellum puerum appellavit *Strato* Ep. XLVI. μαζοὶ γλαγόεντες, *Sosipater* sive potius *Dioscorides* Ep. III. Cf. ad *Antip. Thess.* Ep. XXXII. T. II. P. I. p. 313. sq. — V. 3. εἰλίσσοντο. Vat. Cod. — Hic versus mihi sincere scriptus non videtur. Vitium fortasse in ἀλλήλαις haeret. — V. 4. σαλευόμεναι. i. e. τρέμουσαι. *Vincis mollitie tremente plumas, Aut massam lactis modo alligati. Martial.* L. VIII. 64. Supra Ep. II. 6. πυγὴ — αὐτομάτη τρυφερῇ χρωτὶ σαλευομένη. — V. 5. ὑπὲρ οἶδ. Vat. Cod. Laudat hoc distichon *Suidas* T. I. p. 907. cum interpretatione: περὶ αἰδοίου ἀνδρὸς ὁ λόγος. quod falsum esse et *Reiskius* vidit, et *Toupius* monuit. Ambigue *Eustathius*, qui postremum versum laudat ad Od. λ. p. 143. 18. εἰ δὲ καί τι μέρος σώματος Κλέψας λέγεται, δηλοῖ ὁ γράψας ἐλεγεῖον τό· οὐχ ὅλον Εὐρώτας κ. τ. λ. De natura muliebri sermo.

nem esse, dubitare noli. In nomine Εὐρώπας respicitur ad originem vocis, repetendae ab εὐρύς, quod de laxis usurpatur. Conf. *Menag.* ad *Diogen. Laert.* VI. 2. 6. ἀροτῆρας ἔχειν ambigue nequam, ut solet, *Aristoph.* Lysistr. v. 420. Haec igitur adduntur a poëta in vituperium puellae, ceterum formosae, sed a nimio Veneris usu εὐρυ-πρώκτου. De Ulysse similiter, sed in laudem, ut de viro, auctor Ep. in Lusib. LXX. 17. *Hujus et Alcinoi mirata est filia membrum Frondenti ramo vix potuisse tegi.* Pudorem in amore commendans *Ovid.* II. A. A. 613. *Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur laeva semireducta manu.*

VII. Cod. Vat. p. 97. Edidit *Reiskius* in Miscell. Lips. IX. p. 125. nr. 302. sine latina interpretatione. De condace lusu agens v. 1–4. exhibuit *Salmasius* ad *Solin.* p. 726. A. ubi κόνταξ et κόνδαξ nihil differre contendit. Aliter sentiebat idem, cum in marg. apogr. sui haec notaret: „*Fort.* κόνταξα. κόνταξ *est* κόνταξ *genus lusus, unde* κοντοπαίκτης. *Forte* κατὰ γόνατα *i. e.* κατ' ὄναρ." Posterior conjectura in censum venire non meretur; sed κόνταξ, a κόντος derivandum, fortasse verum est. In hoc lusu palus ita jaciebatur, ut summo capite in terra humectata et emollita figeretur; idemque sic depactus alio deinde palo dejiciendus erat. In hoc lusu is, ut par est, vincebat, qui palum et rectius defixerat, et defixum citius everterat. Sic certe *Pollux* IX. 120. describit τὸν κονδυλισμόν, quem a κόνδακι nihil discrepasse, verisimile est. κόνδακες enim paxilli sunt, sicut κόντοι. Cf. *Pollux* X. 188. et *Hesych.* in κινδάλη. Hinc Epigrammati nostro aliquid lucis affulget. Ludit *Rufinus* in ambigua significatione vocis κόνταξ, quae πάσσαλον significat. Jam vero quid πάσσαλος sit apud nequiores illos, constat ex *Aristoph.* Eccl. v. 1019. ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον ἕλκειν ἀνατεὶ λαβομένας τοῦ πασσάλου. Cum quo cf. facetum locum in Eqq. 374. sqq. Quod autem in allegoria

persistens noster δώδεκά σοι βέβληκα ait, aliud dicit, aliud significat: *Duodecies tibi palum defixi, et cras toties figam vel etiam saepius*, quae amantis sunt, qui se duodecim numeros sustinuisse gloriatur. (*Ovid.* III. Amor. VII. 26. *Philodem.* Ep. XII.) — V. 2. γελᾷν ἰτέουν. Cod. Vat. male *Reisk.* γελᾷν. Pro ἰτέουν in marg. ap. Guyet. et R. βόρεον tentatur. *Bernardus* in Epist. ad *Reisk.* p. 466. ἢδὺ γελᾷν ἰδέουν, et praecedente versu κέρδανα malebat; neutrum bene. — ¶. 392.] V. 4. ἐπιστάμενος. h. l. idem quod ἐπισταμένως, nec tamen cum hoc permutandum. In marg. ap. Guyet. et Ruhnk. ἱερασάμενος conjicitur, allegoria pessumdata. — V. 5. 6. male huic carmini adhaesisse, suspicabatur *Reiskius*, cui assentitur *Schneiderus* in Per. cr. p. 81. ubi duo priora disticha exhibuit. Equidem sic absolutum esse carmen vix putaverim. Depravata videtur hujus distichi lectio, fortasse in pluribus vocibus. Nihil equidem definio, sed contextus foret tolerabilis, si legeretur:

εἶτ' ἄγε καὶ νύκτωρ ἐρχομένην σε βαλῶ.

Εἶτ' ἄγε ad incitandam orationem poëtae, opus aggredientis, minime ineptum. Vide inprimis *Valcken.* ad Callim. Eleg. p. 279. *Age, te vel noctu et in tenebris feriam, nec a scopo aberrabo.* Obversabatur *Rufino Automedontis* Ep. I. ἐγὼ παίζων δὲ πρὸς αὐτὸν φημί· Σὺ καὶ νύκτωρ, φίλτατε, παιδοτριβεῖς;

VIII. Cod. Vat. p. 97. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 126. nr. 303. duo priora disticha; vers. 5. separatim p. 127. nr. 305. Junxit, quae jungenda erant, et v. 6. ex schedis Tryll. adjecit *Schneiderus* in Per. cr. p. 9. Membranae in contextu nonnisi quinque priores versus habent; v. 6. in calce paginae legitur. Scriptum est in puellam, quamvis provectioris aetatis, tamen adhuc formosam. Expressit *Platon.* Ep. VI. Comparandum *Agathiae* Ep. XX. *Pauli Silent.* Ep. VIII. — V. 1. ὁ χρόνος. Vat. Cod. Delevit articulum *Salmasius.* — ἔσβεσεν.

Epigr. ἀδεσπ. XIX. Ἐσβέσθη Νίκανδρος, ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροιῆς Ἄνθος. *Themistius* Or. XIII. p. 165. C. ὑπέρωρόν γε ἤη τὸ κάλλος αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν οὐχ οἷός τε ἄγασθαι ἔτι τοῦ ἔρωτος, τὸ δὲ ἐκλάμψαν εὐθὺς ἀπέσβη καὶ ἀπέπτη. ut haec probabiliter restituit *Pierson.* ad *Moer.* p. 49. — V. 4. ὁ μῆλον. Fateor, mihi haec, *papillarum pulchritudo sive rosa*, in poëta vehementer frigida videri et jejuna. Elegantius scripsisset, et rei, de qua agitur, accommodatius:

οὐδὲ τὸ καλὸν
τῶν ἱλαρῶν μήλων ἨΡΙΝΟΝ ἐξέφυγεν.

idque reponendum judico. In simili argumento Ep. XIX. ἀκμάσθεν habet, i. e. *vernantibus puellam papillis.* ἠρινὸν κάλλος ad *ver aetatis* referendum. *Petronius* c. CIX. *cecidere capilli Vernantesque comas tristis abegit hiems.* *Martial.* L. II. 61. *vernant dubia lanugine malae.* *Maximian.* Eleg. I. 89. *nisi quae suffusa rubore Vernarent propriis ora serena rosis.* — V. 5. ἄ. – θεοείκελον κάλλος. Vat. Cod. ἄνθος, ex *Salmasii* procul dubio emendatione, habet apogr. Guy. et R. Vera videtur emendatio, licet in ἄνθος et κατέφλεξε diversi generis imagines jungantur; sed in ejusmodi vocabulis, quorum metaphorica significatio frequenti usu fere obliterata fuit, tantam diligentiam sequioris aetatis poëtae non praestabant. In eadem re metaphorae continuationem non magis observavit *Juvenal.* IX. 126. *Festinat enim d e c u r r e r e velox F l o s c u l u s , angustae miseraeque brevissima vitae Portio.* — V. 6. „Duplex est in Cod. ultimi versus scriptura. „Prior, quam exhibui; et haec altera:

„ἡνίκα πρωτοβόλων λάμπεν ἀπὸ βλεφάρων.

„Posteriorem, quae a poëta esse videtur, praeferendam „duco, e Platonis Epigr. in Archeanassam, quod sibi „imitandum proposuit Rufinus.“ *Br.* Mihi neutrum a *Rufino* profectum esse videtur; idemque visum ei, qui

Vat. Cod. scripsit, cum utrumque versum in margine relinqueret.

IX. Vat. Cod. p. 98. τοῦ αὐτοῦ (*Rufini*), οἱ δὲ Παλλαδᾶ Ἀλεξανδρέως. Hujus potius esse crediderim, quam illius. Edidit *Majus* in Catal. Bibl. Uffenb. p. 578. *Reiske* in Misc. Lipf. p. 128. nr. 306. In Zenonis conjugem rixosam, lusus grammaticus. Mulier Ἀνδρομάχη appellabatur, quasi *perpetuas cum marito rixas exercens*; e parentibus quippe male ominati nominis prognata. Hanc ob caussam marito poëta suadet, ut moechum uxori quaerat *Lysimachum*, qui huic domestico bello finem faciat. Similiter in *Lysimachi* nomine lusit *Lucill.* Ep. CXIV. Ap. *Aristaenetum* L. II. 12. p. 90. Eubulides de conjugis moribus conquestus, ἔστι δέ, inquit, καὶ τὸν τρόπον καὶ τοὔνομα Δεινομάχη.

X. Vat. Cod. p. 98. τοῦ αὐτοῦ. (Post praecedens Ep. sequitur; quare etiam hoc *Palladae* esse puto, cujus ingenium sapit.) Edidit *Reiske* in Misc. L. IX. p. 129. nr. 307. De vitae fructu mature percipiendo. — V. 1. τρυφῆς. Vat. Cod. quod emendavit *Salm.* τρυφὴ βίος dictum, ut *vita vinum* ap. *Petron.* c. XXXIV. ubi vide *Schefferum.* — V. 4. οὐδενί. Vat. Cod. quod conjectura assecutus est *Zeune* in Anim. in Anacr. p. 57. οὐκέτι. Ap. Lipf. — αὔριον. *Martial.* L. I. Ep XVI. 11. *Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vivam. Sera nimis vita est crastina: vive hodie. Horat.* I. Carm. IX. 13. *Quid sit futurum cras, fuge quaerere, et Quem fors dierum cumque dabit, lucro Adpone; nec dulces amores Sperne puer neque tu choreas.* ubi vide *Mitscherl.* T. I. p. 109.

XI. Vat. Cod. p. 98. καὶ τοῦτο δὲ τὸ ἐπίγραμμα Ῥουφίνου. Edidit *Murrick* ad *Tryphiodor.* v. 454. p. 70. *Reisk.* in Misc. L. IX. p. 130. nr. 308. Poëta Rhodocleam lavantem conspicatus, Venerem esse putat, ejusque iram deprecatur. Deinde errorem agnoscit. Cf. *Aristaenet.*

m. L. I. Ep. VII. p. 19. — V. 1. ἡ om. Vat. — V. 2. ἀπ' ἀφρῶν. Vat. λυσαμένη. solutis crinibus, ut Venus, quae ex undis surgens defluentes capillos manu premit. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XLI. T. I. P. II. p. 101. et *Antip. Sidon.* Ep. XXXII. — *Merrick* cum λυσαμένη reperisset in Ap. suo, συνεαμένη conjecit ex *Callimachi* Lav. Pall. v. 32. — ¶. 393.] V. 3. ἱλάσκεις, ut ἵλαθι et ἵλαος ἴσθι, deorum numen venerantis et placare conantis voces. Conf. *Spanhem.* ad *Callim.* p. 843. Tiresiae sibi fatum timere se fingit, qui cum vidisset, quae mortalibus videre nefas, tenebris oculos suos obduci sensit, ὄμματα νὺξ ἔβαλε. *Callimach.* Lav. Pall. v. 82. Sic enim puniri solebant, qui deas nudas vidissent; quare aurei aevi innocentiam laudans *Propertius* L. III. 11. 38. *Tum, ait, et incumbens latas circumdabat umbras, Nec fuerat nudas poena videre deas.* Epigr. ἀδεσπ. CCXXXIII.

Ἢν τοκάδος φιλέοντος, Ἄρες, σκεπίαζε Κυθήρην
ἐνθάδε λουομένην νάμασι φαιδροτάτοις.
Μηδὲ νοσησαμένην· μὴ δείδιθι· οὐ γὰρ Ἀθήνην
παρθένον εἰσορόας, οἷά τε Τειρεσίας.

Conf. *Macedon.* Ep. XXX. — Hujus distichi emendatior lectio debetur *Salmasio.* In membrana sic habetur: ἡμετέρων ει. μνήμης θ. ἰδοῦσα τ. Ut metri vitium tollerent, quidam scripserunt μεμνήσης. — τύπον pro ipsa specie, μορφῇ, positum. Sic *Diodor. Jun.* Ep. V. δείδια σὺν τε φυῆς ἱερὸν τύπον. *Paul. Silent.* Ep. XXVII. γραπτὸν ἔχω ψυχῇ σῆς τύπον ἀγλαΐης. μορφῆς τύπωμα dixit *Eurip.* in Phoen. 165. — V. 5. 6. εἶπε. quum mulier sis, non dea. Quaedam apogr. ἐνδέδυκας legunt; sed vera est membr. lectio.

XII. Vat. Cod. p. 99. Edidit *Reisk.* Misc. Lips. IX. p. 131. nr. 309. Sententia similis ei, quam expressit *Pallad.* Ep. VI. qui conjugem nonnisi in concubitu gratam, ceterum odiosam esse censebat. Sed ut nunc leguntur hi versiculi, male inter se cohaerent. Vitium in v. 2. latere existimans *Salmasius*, in marg. ap. Guyet.

scripsit: φρονέεσκεν. ὅτι φρονοῦσι, δηλαδὴ μετὰ τὴν συνουσίαν. Experientia edoctus hoc probe tenebat bonus *Salmasius*, qui, alioqui satis iracundus et rixosus, coram uxore ne mussitare quidem audebat. φρονέεσκεν tamen verum non videtur. Mutilum esse locum suspicor. Sententia sic debebat procedere: Nisi major esset inter venereos amplexus voluptas, quam post illos, nemo diu cum mulieribus viveret; omnes enim mulieres post concubitum ingratae videntur.

XIII. Vat. Cod. p. 90. Plan. p. 477. St. 619. W. Veterum sculptorum artem poëta desiderat, quae Melitae pulcritudinem exprimat et effingat. Haec ex comico quodam expressa esse videntur, ut haec ap. *Plautum* in Poenul. V. IV. 101. *Tandem huic cupitum contigit. O Apella o Zeuxis pictor, Cur numero estis mortui? hinc exemplum ut pingeretis. Nam alios pictores nihil moror. hujusmodi tractare exempla.* *Philostrat.* Epist. LXV. p. 945. Φειδία καὶ Λύσιππε καὶ Πολύκλειτε, ὡς ταχέως ἐπαύσασθε· οὐ γὰρ ἂν πρὸ τούτου γε ἄγαλμα ἄλλο ἐποιήσατε. — V. 2. αἰ ταῖς. Vulgo. αὐταῖς ex membr. restituit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 551. τέχναι sunt artis opera, quae illi *animasse* videbantur. Similia collegimus in Exercitt. crit. T. II. p. 19. — V. 6. ξόανον vulgo. In membr. est ξοάνων, quod *Salmasius* emendavit.

XIV. Vat. Cod. p. 91. Plan. p. 476. St. 618. W. Poëta, qui olim puerorum amori indulserat, se nunc, contra quam speraverat, in mulieres ferri fatetur. Cf. *Meleagr.* Ep. XLVIII. — V. 1. *Suidas* T. II. p. 379. Κρόταλος ἀρσενικῶς. ἀντὶ τοῦ εὔγλωττος καὶ εὔστομος, ὡς τὰ κρόταλα. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι. καὶ νῦν καλοῦμαι θηλυμανής· ἡ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον. Diversa in hac glossa commixta. Rectius scriptum *Rufini* versum protulit idem in δισκεύων T. I. p. 609. Discus puerorum exercitium, κρόταλον mulierum παιδιά. Hinc κροτάλων θηλυμανεῖς ὀτόβους Venerem decere ait *Antimachus* T. I. p. 167.

Hanc mulieres crotalistrias. ἡ κροτάλοις ὀρχηστρίς. Satyr. Thuall. Ep. VII. Semiviri Galli eodem instrumento utebantur. Hephaest. Enchir. p. 40. Γάλλαι μητρὸς ὀρείης φιλόθυρσοι δρομάδες, Αἷς ἔντεα παταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα. — V. 3. λιόλον. Ab hominibus candidi et sinceri animi τὸ ἄδολον ad faciem colorem non mentitam, nec fucatam, translatum est. Herodot. L. III. 22. p. 204. ἀκούσαντα δὲ τῶν Ἰχθυοφάγων τὴν ἀληθηΐην περὶ τῆς πορφύρης καὶ τῆς βαφῆς. δολεροὺς μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτῶν τὰ εἵματα. quae ab aliis expressa notavit Wesseling. Philostr. Epist. XLI. p. 931. οὐ γὰρ κονῖς τὰ πρόσωπα, οὐδὲ ἐν ταῖς κηρίναις τέτακται γυναιξὶν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀδόλοις καλαῖς. Ceterum conf. Straton. Ep. VI. 4. — γύψου χρίσματα dedit Plan. et Suid. qui partem hujus distichi laudat. T. I. p. 798. in ἐπεισόδιον. Vat. Cod. χρώματα. — Gypsum pro creta videtur positum. Hac enim inducta candorem quaerebant. (Ovid. L. III. A. A. 199.) Vide Mitscherl. ad Horat. Epod. XII. 11. p. 581. — ἐπεισόδιον. additamentum, formae interpolatio. Crinagor. Ep. VI. ἀμφιλαφῆ οἰνοπόταις γαστρὸς ἐπεισόδια. — V. 5. Quis hoc unquam putasset? Delphini in sylvis de rebus incredibilibus fere paroemiace dicuntur post Archilochum fr. XVI. χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν — μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω. Μηδ' ἵνα δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομὸν ἐνάλιον. Horat. Art. Poët. v. 29. Qui variare cupit rem prodigialiter unam, Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.

XV. Vat. Cod. p. 99. Plan. p. 474. St. 616. W. Rhodocleam missa corona admonet, ne de pulcritudinis, cito deflorescentis, munere superbiat. Conf. Ep. Platon. IV. V. Thymoclis T. II. p. 259. ibique not. M. Argentar. Ep. XIV. Ovidius puellas hortans, ut tempore utantur, (L. III. A. A. 67.) Hos ego, inquit, qui canens frutices violaria vidi: Hac mihi de spina grata corona data est. Propert. II. El. XII. 51. Ac veluti folia arentes

liquere corollas; Quas passim calathis strata natare vides; Sic nobis, qui nunc magnum spiramus amorem, Forsitan includet crastina fata dies. ubi *Burm.* nostrum carmen comparavit, sicuti etiam ad Anthol. Lat. IV. 152. T. II. p. 109.:

At veluti formosa rosa, cum tempore prodit,
Arescit certe tempore deinde suo,
Sic tu coepisti primo formosa videri
Tempore, sed subito desinis esse meo.

— V. 1. ἄνθεσι καλοῖς est ex membr. Vat. pro vulgato ἄνθεσι πλέξας. — V. 2. ὑφ'. Vat. et Plan. — ἐριθάλλοντα Plan. — ¶. 394.] V. 4. ὑγρὰ φιλομβρέας νάρκισσος. *Meleag.* Ep. XCII. — V. 5. δὲ deest in Plan. et Vat. Supplevit *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 109. — μεγάλαυχος. *Strato* Ep. LXXIII. Εἰ κάλλει καυχᾷ, γίγνωσχ' ὅτι καὶ ῥόδον ἀνθεῖ. — V. 6. ἀνθεῖς. Vat. Cod.

XVI. Vat. Cod. p. 89. Ῥουφίνου εἰς Προδίκην ἐπαίνου. Planud. p. 477. St. 619. W. Ductum carmen ex *Straton.* Ep. XCVI. Idem fere sententiarum contextus ap. *Horat.* II. Carm. XI. 5. *Fugit retro Levis Juventas et Decor, Arida Pellente lascivos amores Canitie facilemque Somnum — Cur non — rosa canos odorati capillos, Dum licet, Assyriaque nardo Potamus uncti?* — V. 1. Προδίκη Vat. Cod. a pr. man. et sic *Suidas* in πυκάζειν T. III. p. 238. — πυκασσόμεθα. *Anacreon* Od. IV. ῥόδοις δὲ κρᾶτα πυκάσας. et sic *Strato* l. c. — V. 2. ἀρύμεναι. Vat. Cod. Majora pocula poscunt strenui potatores procedente convivio, vel in majoribus solemnitatibus. *Horat.* Epod. IX. 33. *Capaciores affer huc, puer, scyphos.* Vide *Lambinum* ad L. II. Serm. VIII. 35. — V. 3. εἶτα. *Tibull.* L. I. 1. 69. *Interea, dum fata sinunt, jungamus amores. Jam veniet tenebris mors adoperta caput. Jam subrepet iners aetas, nec amare decebit.*

XVII. Vat. Cod. p. 98. Plan. p. 474. St. 615. W. Simile est Ep. XXIV. — V. 2. εἰαρινῶν. Vat. — V. 3.

χεῖρας Ἀθήνης. Ut dubites, quo sensu accipiendae sint *Minervae manus*, efficit Ep. XXIV. ubi iterum occurrunt, et quidem ita, ut peculiarem pulcritudinis partem significare videantur. In nostro autem loco pronius, de lanificio et Ἐργάνης *artibus* intelligere. Huic interpretationi et contextus favet, et *Propert.* L. III. 19. 7. *Est tibi forma potens, sunt castae Palladis artes, Splendidaque a docto forma refulget avo.* — V. 4. Χάριτες τέσσαρες. Ductum ex *Callimach.* Ep. XVI. Conf. Ep. ἀδέσπ. LI. — In fine versus φίλαι Vat. Cod. et vett. edd. plurimae.

XVIII. Vat. Cod. p. 99. Plan. p. 474, St. 616. W. Poëta vicini filiam, virginem ingenuam, quam vitiaverat, gravidam esse audiens, se summa consilii inopia laborare significat. — V. 1. Ἀφροδίτην vulgo et Vat. a pr. man. Ἀφροδίτη emendavit *Scaliger* in not. msc. et *Huetius* p. 47. Illud potius sequutum esse miror magnum *Grotium*, qui vertit: *Contiguas aedes habuit Venus altera nobis: Per quam non leviter mens furiata mea est.* — V. 2. ἔφλεξεν. Vat. Cod. — V. 3. πρὸς ἔπαιξε. Vat. προσπαίζειν dictum, ut Ep. XXXVIII. νῦν μοι προσπαίζειν — de puella virum variis illecebris, facete dictis praesertim et jocis, pelliciente. *Lucian.* in Asin. §. 11. παῦσαι προσπαίζων. — Mox vulgo legitur καὶ εἴποτε καιρὸς ἐτόλμα, Ἠρυθρία. quod assis non est. ἐτόλμων ex membr. Vat. probavit *Grotius: fores cum sola rogavit.* Sed sic tamen sequens verbum pendet. Recte igitur *Br.* emendasse puto: καὶ εἴποτε καίρι' ἐτόλμων, Ἠρ. *si quando, quae ad finem ducerent, tentarem, Erubuit.* — τὸν πόνον. quid multa? amore tacta est. τοῦ πυρὸς αἰσθάνομαι, amoris flammam sentiens quidam in Ep. ἀδεσπ. LXIV. πονεῖν, amoris aestu laborare. *Anacr.* Od. XL. 15. πόνον, δοκεῖς, πονοῦσιν; Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις. Idem Od. III. 32. σὺ δὲ καρδίαν πονήσεις. (Cf. Interpp. Horat. I. Od. XVII. 19.) Quare non opus est, cum *Opsopoeo* πόθου legere. — V. 5. ἤνυσα. *Paul. Silent.* Ep. XII. τὸ λοιπὸν ἀνύσσαμεν ἔργον ἔρωτος.

XIX. Vat. Cod. p. 99. In Plan. p. 474. St. 616. W. ultimum distichon deest. In mulierem, olim formosam, nunc annis deformem redditam. — V. 1. εἰαρόμασθος. *durae stantesque papillae.* *Maximian.* Eleg. V. 27. — ¶. 395.] V. 5. ἀλλοτρ. τρίχας. *comam adscititiam*, quam πηνίκην vocabant. Vide *Lucian.* Dial. Mer. V. T. VIII. p. 217. XII. p. 255. ed. Bip. Reliqua in hoc versu non sic, ut *Br.* edidit, leguntur in membranis, sed sic: καὶ ῥυτῶδες τὸ πρόσωπον. τὸ lineae superscriptum. Fortasse haec a librario sunt addita, ad versum, jam antiquitus mutilum, explendum. Pronum quidem, ῥυτῶδες in ῥυσσῶδες mutare: sed sic quoque languidum exit hemistichium. — V. 6. πίθηκος. Vetula πίθηκος ἀνάπλεως ψιμμυθίῳ, *Aristoph.* Eccles. v. 1064. Notatis ad *Lucill.* Ep. XXXV. T. II. P. II. p. 462. adde *Plautum* Mil. Glor. IV. 1. 42. *Pithecium haec est prae illa.* et *Simonid.* de Mulier. v. 71 – 73.

XX. Vat. Cod. p. 100. Plan. p. 475. St. 616. W. Amores poëta rogat, ne Melissiam, amorem dissimulantem, urere desinant, donec se victam fateatur. Expressum fortasse ex *Callimachi* Ep. XII. Cf. etiam *Asclepiad.* Ep. X. — V. 1. Μελισσιάς Vat. Cod. — τὸ σῶμα κέκραγε. Quamvis dissimulet, totum tamen corpus amorem prodit. *Pseudo-Gallus* sive *Maximian.* El. III. 45. *Prodere non ausus carpebar vulnere muto, Sed stupor et maties vocis habebat opus.* Idem Eleg. IV. 28. *Nam subito inficiens vultum pallorque ruborque Interdum certae vocis habebat opus.* — V. 2. βέλεων φαρέτρην. Ep. ἀδεσπ. LVII. εἰς ἐμὲ τὴν φαρέτρην ἐξεκένωσεν Ἔρως. Vide not. ad *Posidippi* Ep. I. T. II. P. I. p. 134. ad *Archiae* Ep. I. p. 250. — V. 3. „καὶ βάσις ἀστατέουσα, καὶ ἄστατος ἄσθματος ὁρμή. „Nihil in hoc versu scripti libri variant; neminem ta„men non offendet ἄστατος, cum ob praecedens ἀστατέου„σα, tum quia hic proprium non est. Reponi posset, καὶ „ἄπνοος ἄσθματος ὁρμή. ἄπνοος autem pro δύσπνοος.“ *Br.*

Magis aures quam sensum offendi puto vocabulo ἀστάτως, quod de respiratione, modo retenta, modo incitata explicari potest. Ducta imago a ventis ἀστάτοις, quae ad dubium animi statum significandum adhibetur ap. *Philon.* p. 54. A. σαλεύων καὶ κλονούμενος αἰεὶ, καὶ πνεύματος τρόπον ἀστάτου διαφερόμενος. Si quis tamen ad ingratum sonum vitandum mallet:

καὶ ἄκριτος ἄσθματος ὁρμή·

nec hoc, puto, ineptum foret. Suspiria *crebra* et *vehementiora* ἄκριτα vocari poterant, ut μῦθοι ἄκριτοι. ἐναρίθμητοι. *Eustath.* Il. p. 264. 20. ἄκριτα ἄχεα. πολλά. Idem p. 1469. 50. μύρια καὶ ἄκριτα junxit *Oppian.* Hal. I. 80. Eadem amantis signa componit *Appulej.* in loco simillimo, Metam. VI. p. 395. ed. *Oud. Ab isto vacillante et saepius titubante vestigio, deque nimio pallore corporis, et assiduo spiritu, imo et ipsis marcentibus oculis tuis, amore nimio laboras.* Idem L. X. p. 631. *Pallor deformis, marcentes oculi, lassa genua, quies turbida, et suspiritus, cruciatus tarditate vehementior.* De Medea amante *Valer. Flacc.* VIII. 163. *non ullus tibi tum color, aegraque verba Errantesque genae,* (i. e. ἄστατον ὄμμα· temere nonnulli tentarunt.) *atque alieno gaudia vultu Semper erant. Horatius* Epod. XI. 9. *conviviorum et poenitet, In queis amantem et languor et silentium Arguit, et latere petitus imo spiritus.* — V. 4. κοῖλαι βλ. βάσεις. Sedes oculorum tumentes, ut illius ap. *Theocrit.* Eid. I. 38. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι. cujus locutionis elegantiam multos, etiam *Rufinum*, ad imitandum invitasse docet *Ruhnken.* ad *Tim.* p. 169. κοίλους ὀφθαλμοὺς amantibus tribuit *Paul. Aegin.* L. III. 17. — V. 6. „τὴν ἄπιθῆ. In membranis prius fuerat τὴν ἀπαθῆ, quod „deterius non est." *Br.* Mihi autem posterior lectio in hoc contextu ne ferenda quidem videtur. Ceterum hujus varietatis in ap. Gothano nullum vestigium. — φίλτρα. Ad veneficas *Propert.* L. I. 1. 21. *En agedum de-*

minae mentem convertite nostrae, Et facite illa meo palliat ore magis.

XXI. Vat. Cod. p. 100. Plan. p. 475. St. 616. W. Conf. Ep. XXIX. Sulpicia ap. *Tibullum* L. IV, 5. 6. *Uror ego ante alias: juvat hoc, Cerinthe, quod uror, Si tibi de nobis mutuus ignis adest. Mutuus adsit amor.* — V. 2. νῆ σβέσον ἢ μετάθες. Sic recte Vat. membr. Planudes perperam ἢ ἐάσα. Adumbratum est e Polemonis II. p. 184. Utrumque expressit Ausonius Ep. LXXIX. LXXX." *Br.* Vide Animadv. T. II. P. II. p. 76. ubi alterum *Ausonii* Ep. laudatur. Alterum hoc est:

Aut restingue ignem, quo torreor, alma Dione:
Aut transire jube: vel face utrumque parem.

XXII. Vat. Cod. p. 100. sq. Planud. p. 475. St. 617. W. De Rhodopes superbia poëta conquestus, optat, ut appropperante senectute mitior reddatur. Expressum ex *Straton.* Ep. XXVIII. — V. 1. ὑψοῦται. ὑψαυχεῖ. Vide *T. H.* ad *Propert.* p. 702. — V. 2. ὀφρύσι. cum supercilio quodam salutem reddit. ἀσπάζεσθαι idem, quod χαῖρε λέγειν. Vide *Spanhem.* ad *Arist.* Plut. v. 323. sq. — V. 3. στεφάνους. Ianua ap. *Propert.* I. El. XVI. 7. *Et mihi non desunt turpes pendere corollae Semper, et exclusi signa jacere faces.* ubi *Burmannus* quaedam dedit de more amatorum januas coronandi. Cf. *Asclepiad.* Ep. IV. et *Heyne* ad *Tibull.* I. El. II, 14. — V. 4. Haud scio, an verbis transpositis melius scribatur:

ὀργισθεῖσα κατεῖ ἴχνεσι τοῖς σοβαροῖς.

— V. 5. Idem Cynthiae insolentius se gerenti optat *Propert.* L. III. 23. 32. *At te celatis aetas gravis urgeat annis, Et veniat formae ruga sinistra tuae Vellere tum cupies albos a stirpe capillos, Et specula rugas increpitante tibi* — V. 6. κἄν. *saltem.* Vide *Locellam* ad *Xenoph. Ephes.* p. 202. — ἡμῖν ed. Steph. vitiose.

XXIII. Vat. Cod. p. 101. Planud. p. 475. St. 617. W. Pr̄ta se contra Amoris impetus satis fortem, eidem vero cum Baccho conjuncto imparem esse fatetur. Expressum ex *Posidippi* Ep. II. — V. 1. λογισμὸς Amori perpetuo opponitur. Vide not. ad *Meleagri* Ep. LVI. T. I. P. I. p. 72. — V. 3. συνελεύσομαι. Plan. — V. 4. πρὸς δύο. Ad paroemiam respici putat *Scholiastes* Wechel.: μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο. qua *Plato* passim utitur, eumque secutus *Liban.* de vita sua p. 17. Δυοῖν γὰρ ἵνα οὐκ εἶναι κρατεῖν, οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα, τὴν παροιμίαν λέγειν. Non semper Herculis nomen additur. *Euripid.* ap. *Stob.* p. 79. Grot. τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον Δυοῖν ἐρίζειν. quod illustrat *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 256. Eodem fortasse respexit *Phaedrus* L. II. 6. 16. *tuta quae naturae fuerat munere, Impar duobus occidit tristi nece.* — Ceterum huc facit *Achill. Tat.* L. II. p. 69. Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοί, ψυχὴν κατασχόντες ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρί, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων. quibus adde, quae notavi in Animadvv. T. I. P. I. p. 73. — V. 4. τί ποιεῖν. Flor. Ald. pr. Ascens.

T. 396.] *XXIV.* Vat. Cod. p. 101. Plan. p. 476. St. 618. W. Conf. Ep. XVII. — V. 1. τὰς χεῖρας Ἀ. Ad *Servii* locum, qui digitos Minervae consecratos dixit, hunc versum admovit *Hadr. Junius* Animadv. IV. 12. in Thes. crit. IV. p 416. Eundem et *Spanhemius* attigit de Minerva εὐτέχνῳ agens ad *Callimach.* p. 610. Si aliunde constaret, Minervae manus pro eximie pulchris fuisse habitas, hoc certe loco de pulchritudine accipere malis quam de dexteritate et peritia. Mihi non liquet. — V. 3. εὐδαίμων. Haec ducta videntur ex loco celeberrimo *Sapphus* ap. *Longin.* π. τ. §. X. p. 42. quem expressit etiam *Lucian.* in Amor. §. 46. T. V. p. 308. ἀλλ' ἐμοὶ μέν, δαίμονες οὐράνιοι, βίος εἴη διηνεκὴς οὕτως, ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθέζεσθαι, καὶ πλησίον λαλοῦντος ἀκούειν. — V. 4. ἴθεος, Vat. Cod. — ἀθάνατος. Excitat Burmann.

h. l. ad *Propert.* L. II. 11. 9. *Quanta ego praeterita collegi gaudia nocte! Immortalis ero, si altera talis erit.* Cf. not. ad *Straton.* Ep. XIX. 6.

XXV. Vat. Cod. p. 89. „Hujus elegiae, quae mu„tila est, primum distichon in Planudea legitur sub Ru„fini nomine p. 476. St. 618. W. Multis interjectis „reliqua ibi leguntur p. 482. St. 626. W. absque „auctoris nomine. Unum et idem carmen est, a Planude „male divulsum.“ *Br.* Lemma est in Vat. εἰς Ἐλπίδα, εἴτε ἑταίραν τινὰ τὴν οὕτως καλουμένην ἐρωτικόν. Argumentum carminis his verbis concepit *Huetius* p. 48. „Puella ex „voto secubabat ab amatore suo. Ait ille, se ejus deside„rium ferre non posse, sed vel violaturum voti religio„nem, cui consenserat cum juramento, vel abiturum „Ephesum, patriam suam, vale ipsi dicto. Si haec sit „nativa sententia, legerim, εἰς δὲ σὸν ὄμμα ψεύσομαι, non „πτήσομαι.“ Haec doctissimus praesul, non improbabiliter, praeterquam quod πτήσομαι depravatum censet. Mutilum esse tertium distichon non puto, sed depravatum, et sine melioris cod. ope vix restituendum. Ex iis, quae intelligi possunt, hic sensus videtur emergere: Rufinus puellam, Elpida, nescio qua de causa reliquerat in patria. Post breve tempus, cum desiderium ejus non ferret, in patriam redire statuit, ut puellae adspectu iterum fruatur, et iterum iterumque ei vale dicat. — V. 2. εἰ χαίρειν. Similiter *Plautus* in Asin. III. Sc. III. 1.:

Arg. Cur me retentas? Phil. Quia tui amans abeuntis egeo.

Arg. Vale. Ph. Aliquanto amplius valerem, si hic maneres.

Arg. Salve. Ph. Salvere me jubes, quoi tu abiens affers morbum.

— δύνασαι est in Plan. δύναται Vat. Cod. — V. 3. οὐκέτι βαστάζω. *Tibull.* III. 2. 3. *Durus et ille fuit, qui tan-*

tum ferre dolorem, Vivere et erepta conjuge qui potuit. Non ego firmus in hoc, non haec patientia nostro Ingenio; frangit fortia corda dolor. — μουνολεχῆ διαζυγίην discidium, quod me cogit *deserto jacere frigidum lecto*, ut *Ovidius* loquitur Epist. I. 7. — V. 5. δακρύοισι πεφυρμένος. *Strato* Ep. LXVIII. μυδαλέοντα πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ. — In exitu versus membr. Vat. legunt ἢ ἐπιφρκίσαν, et sic edd. vett. Flor. Ald. 1. 2. 3. In Ascens. ἐγιοφκῶ reperitur, quod Steph. recepit. *Brodaeus* corrigebat ἢ ἐπὶ Κροίσου, i. e. *Sardes*. Hoc sensum efficit satis bonum, neque tamen certa videri debet haec emendatio, cum etiam aliae supersint emendandi viae. Sensus in universum fuisse videtur: Nunquam non moestus et lacrymans per varias Asiae regiones vagor; sive: frustra lacrymarum et tristitiae remedium ap. deos quaero. — V. 7. αὔριον. Jam subito poëta consilium apud animum constituit, quo intolerabili huic desiderio finem faciat: Age, cras me patria recipiet! — ἐς δὲ σὸν ὄμμα πτήσομαι. In tuum adspectum advolabo. *Tibull.* I. III. 89. *Tunc veniam subito, nec quisquam nuntiet ante: Sed videar coelo missus adesse tibi.* — ἐῤῥῶσθαι. Haec sic accipienda videntur, ut supra dixi: iterum iterumque te valere jubebo. — Sic enim solent amantes se ipsos fallere, vanas saepenumero causas consiliis suis praetexentes. Ante iter initum Rufinus Elpidi suae *longum* procul dubio *vale* dixerat; nunc in ipso itinere, desiderio ejus languens, viam remetiri statuit, ut illud *vale* denuo repetat. — In eundem sensum haec accepit *Grotius*, qui totum carmen sic vertit:

Spes mea, Rufinus tibi vivere dulciter optat,
Vivere si sine me dulciter ipsa potes.
Juro tuos oculos, instar mihi numinis, ultra
Dissidium lecti non queo ferre tui.
Semper eunt lacrymae: cupio perjurus haberi,
Cras nisi Dianae limina sancta peto.

Patria me accipiet: citus ad tua limina curram,
Et repetam centum vocibus illud ave.

XXVI. Vat. Cod. p. 98. Plan. p. 474. St. 615. W. In Maeonidis puellae laudem, quam Minerva et Juno conſpicatae Venerem eſſe putabant. — V. 2. *Μαιονὶν*, Vulgo. quod ex membr. emendatum. — V. 4. *οὐ καλήν*. Utraque dea, tali ſpecie viſa, ultro ſe victam fatetur. — In verbis *οὐ καλὴν* et *περὶ καλλοσύνης* acumen a poëta quaeſitum.

XXVII. Vat. Cod. p. 94. Planud. p. 478. St. 620. W. Mulierem formoſam, quam maritus nudam et male mulctatam domo ejecerat, conſolatur, ſalubri conſilio addito. Hoc quoque carmen, ut haud pauca iſtorum poëtarum, et ſophiſtarum epiſtolae quam plurimae, ex comoediae quadam ſcena ductum videtur. Conf. ad *Stratou.* Ep. XXXV. 5. — V. 1. *ἔδειρε.* flagello cecidit. *Ariſtoph.* Ran. v. 631. *πάν[illegible] τρόπον ἐν κλίμακι δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων, Στρεβλῶν.* ex quo loco, ut id obiter moneam, explicandus *Horat.* II. Epiſt. II. 15. ubi mango de puero venum proſtante: – *ſemel hic ceſſavit, et, ut fit, In ſcalis latuit metuens pendentis habenae.* In ſcalis flagellum pendebat, quia ſervi, poenas daturi, ſcalis alligabantur. — De marito in uxorem ſaeviente etiam *Agathias* Ep. XIV. *μάστιξε ῥαδινῆς ἅψεα θηλυτέρης.* — V. 2. *ψυχὴν λιθίνην.* *Tibull.* I. X. 59. *Ah lapis eſt ferrumque, ſuam quicunque puellam Verberat.* *Ovid.* III. Amor. VI. 59. *Ille habet et ſilices et vivum in pectore ferrum, Qui tenero lacrymas lentus in ore videt.* Cf. *Heynium* ad *Tibull.* I. 1. 64. *Impudicorum coetus fortem quemque et ſiliceum virum emollit.* *Seneca* de Ira L. III. 8. *Alciphron.* L. II. 1. p. 204. *οὐχ οὕτως εἰμὶ λιθίνη.* *Philo* de Vita Moſ. T. II. p. 165. *δίκην τῶν διὰ λίθων κατ' ἀνδρὸς λιθίνην καὶ ἀντιτυπωτέραν ψυχὴν ἔχοντας.* *Themiſt.* Or. XXVI. p. 315. C. *ὡς σιδηρέα μηχανὴ τὸν τῷ λίθῳ* [illegible]

παιδεύοντα κελεύθαι ἄνω ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ αὐτοῦ βάθρον ἐκπεπτωκέναι. Sic haec scribenda videntur. — καὶ οὐκ ἔβλεπε. lis. quae notavimus ad *Straton.* Ep. XXXI. adde *Achill. Tat.* L. III. p. 120. ἐπὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον πληγαὶ κατηνέχθησαν· ὦ θεοί, δοκῶ, τυφλὸς Θέρσανδρος ἦν. L. VI. 21. p. 276. Thersander Leucippen, quae se pudicitiam intactam conservasse affirmaverat, irridens, εὐνοῦχοι, inquit, σοὶ γεγόνασιν οἱ λῃσταί; φιλοσόφων ἦν τὸ πειρατήριον; οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς εἶχεν ὀφθαλμούς; — V. 4. τέκνον. Ad mulierem referri debet. Ne te, quaeso, tantopere flagitii pudeat. Omnes idem faciunt, licet non omnes eadem patiantur. — T. 397.] V. 5. ὅταν ἐστὶν ἔσω. ὁ μοιχὸς scil. — κοῖνος maritus. ὅτ' ἄν. Vat. Cod.

XXVIII. Vat. Cod. p. 94. Plan. p. 478. St. 621. W. Ejusdem fere cum praecedente argumenti. In exitu carminis mulierem in conjugis limine morantem et plorantem hortatur, ut lacrymas sistat, aliumque sibi commodiorem virum quaerat. — V. 1. ἐπ' ἄν. Vat. Cod. — ὡς ἀπὸ Πυθαγ. quasi nunquam ipse talia fecerit, quasi germanus Pythagorae discipulus. Dictum, ut ap. *Martial.* L. IX. 47. *Sic quasi Pythagorae loqueris successor et haeres.* Pythagoras enim οὐδὲ πώποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν, οὔτε ἀφροδισιάζων, οὔτε μεθυσθείς. ap. *Suid.* T. III. p. 234. Cf. *Diogen. Laërt.* L. VIII. 19. Praesertim autem *Rufini* aetate ii, qui se Pythagorae successores et discipulos existimari volebant, commercium cum mulieribus turpe putabant. *Porphyr.* de Abstin. IV. 20. — V. 3. κατακρύψας est in Plan. κατὰ τρίψας. Vat. Cod. Illud unice verum. *Perses* Ep. VI. ἐλαινὰ καταδρύψασα παρειάς. Vide not. ad *Mnasalc.* Ep. XVII. T. I. P. I. p. 410. — V. 5. ἐκμάξαι, τὰ δάκρυα scil. ut infra Ep. XXXIII. ἀπονίψασα τὰ δάκρυα. — χαιρόμενον. Vat. Cod. — V. 6. τὸν μωρόν Vat. Cod. — Vel stolidum maritum, quem facile fallat mulier, vel talem significat, qualem *Juvenalis* de-

scribit I. 56. *doctum spectare lacunar — et ad calicem vigilanti stertere naso.* Cf. *Plutarch.* T. II. p. 760. A.

XXIX. Vat. Cod. p. 101. Plan. p. 476. St. 618. W. Plurimum ad sensum hujus distichi facit *Theophyl. Simoc.* Epist. XLIV. οὐκ ἰσόῤῥοπον ἔχουσιν οἱ Ἔρωτες τὴν πλάστιγγα· ἄνισα τοῖς ἀνθρώποις ζυγοστατοῦσι τὰ δάκρυα· εἰ μὲν οὖν ἀδικοῦσι, θεοὶ μὴ κεκλήσθωσαν, εἰ δὲ τὴν προσηγορίαν οὐ ψεύδονται, ὀρθῶς δικαζέτωσαν.

XXX. Vat. Cod. p. 90. Ῥουφίνου εἰς Εὐρώπην τὴν ἑταίραν. Planud p. 477. St. 619. W. Hoc Epigramma cum nonnullis aliis, quae in Planudea sequuntur, in apogr. Grotiano *Callimacho*, non *Rufino*, tribui, monuit *Burmannus* in Addend. ad Anth. Lat. T. II. p. 747. qui insignis error, cujus origo facile patebit Planudeam inspectantibus. — V. 1. φίλαμα. Vat. Cod. — ἄχρι χείλεος. *Lucian.* de Merc. cond. T. III. p. 224. ed. R. οὐδὲ μέχρι φιλήματος ἄκρου μεταδιδόντες. — V. 2. Hic versus ex membr. Vat. emendatus est. ἠδὲ κἂν praebet etiam Flor. pr. Sed seqq. edd. ἤδει legunt. — ψαύῃ. vulgo. Caeterum haud scio, an melius legatur:

κἂν ψαύσῃ μούνου ἄκρου στόματος.

Eurip. Hecub. v. 242. οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου. — V. 3. At ille non summis tantum labiis, sed fortiter et ex animo osculatur. „ἀλλ' ἐρίσασα. i. e. ἐρείσασα. Illud „recte habet Vat. Cod. hoc minus bene Flor. et Aldina „prior. Sic supra Lucillius C. L. ἀνιέσας pro ἀνείσας. „Vide Hesychii Intrpp. ad ἐρίσει et ἔρισμα. Ineptissime „autem ceterae edd. ἐρύσασα." *Br.* In Lect. Aldi ἐρύσασα corrigitur, vitiose pro ἐρίσασα, quod seqq. editores in errorem induxit. ἐρείσαντα φιλεῖν idem est, quod προσφῦσι φιλεῖν, ὥστε μόλις ἀνασπᾶσθαι τὰ χείλη, ap. *Lucian.* in Dial. Meretr. III. T. VIII. p. 207. *Osculo adhaerere* dixit *Seneca* de Ira c. 24. *oscula adfigere Lucret.* L. IV. 1075. Vide *Silentiar.* Ep. VII. — V. 4. ἀπ' ὀνύχων. Similiter

Asclepiad. Ep. XVII. ἀλλ' ὁ πόνος δύετωι εἰς ὄνυχα. ubi vide.

XXXI. Vat. Cod. p. 102. Planud. p. 478. St. 621. W. Puellam monet, ut jam nunc venturae senectutis memor, mature se ipsi tradat. *Ovid.* L. III. A. A. 69. *Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem, Frigida deserta nocte jacebis anus.* — — *Quam cito, me miserum, laxantur corpora rugis Et perit in nitida qui fuit ore color.* — V. 1. Προδίκη (vide XVI. 1.) παρὰ κλαίουσαν. Vat. Cod. — V. 4. Sensus est, quem explicat *Lucian.* de Merc. Cond. §. 7. T. III. p. 224. εἶτ' ἐλάθον ἄμφω γηράσαντες, ἐξωροι γενόμενοι, καὶ οὗτος τοῦ ἐρᾷν, κἀκεῖνος τοῦ μεταδιδόναι.

XXXII. Vat. Cod. p. 91. Εἰς Προδίκην ἑταίρ. Plan. p. 478. St. 622. W. Ad eandem Prodicam, jam anum et ab amantibus desertam. Cf. *Macedon.* Ep. V. Simile huic Epigramma expressit *Ausonius* Ep. XIII. *Dicebam tibi, Galla, senescimus; effugit aetas. Utere rene tuo: casta puella, anus es. Sprevisti, obrepsit non intellecta senectus, Nec revocare potes, qui periere, dies* *Horat.* IV. Carm. XIII. 1. *Audivere, Lyce, Di mea vota, Di Audivere, Lyce, Fis anus.* — V. 1. οὐκ ἔλεγον. Sic fere *Ovid.* I. Amor. XIV. 1. *Dicebam, medicare tuos desiste capillos.* — Προδίκη etiam h. l. Vat. Cod. — V. 2. ἥξουσιν. Vat. Cod. et Plan. In Flor. tamen ἥξουσι. — αἱ διαλυσίφιλοι, rugae et cani puta, quibus amor fugatur, sive vinculum amoris dissolvitur, διαλύεται. *Bion* ap. *Stobaeum* LXIV. p. 410. Gesn. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, φαῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης. Vide Animadv. T. II. P. II. p. 127. — ¶. 398.] V. 3. ῥυτίδες. Eadem conjungit *Ovid.* II. A. A. 117. *Et tibi jam cani venient, formosa, capilli: Jam venient rugae, quae tibi corpus arent.* Corpus *rugis aratum* nostro est ῥακῶδες, quod praeclare illustravit *T. H.* ad *Aristoph.* Plut.

v. 1066. p. 395. et ad *Luciani* Timon. §. 32. Tom. I. p. 102. Rugosum ventrem *scissum* vocat *Martial.* L. XIV. 60. — V. 5. Ductus color ex *Straton.* Ep. LXXI. μετώπους. i. e. ὑπερήφανα. ut infra Ep. XXXVIII. 5. — καλλικάντων. Vat. Cod. — V. 6. ἐς τάφον. Vetulas σοροὺς vocabant. *Aristoph.* Vesp. 1355. ποθῶν ἱερῶν τ' ἐμῆς ἀρχαίας σοροῦ. Epigr. ἀδεσπ. LXXXVII. ἔγχαλκος γραῖα γλαυκή ἐστι σορός. ubi plura vide. Ad hunc dicendi usum respexit *Meleager* Ep. LXXVII. 10. ubi ἄνωθε fortasse defendi poterit ex comparatione *Aristophanis* Eccles. v. 1108. Ad nostrum autem locum nihil accommodatius *Luciani* Tim. §. 5. T. I. p. 75. ἀλλ' ἦν που καὶ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχοιμι τινὶ αὐτῶν, ὥσπερ τινὰ στήλην παλαιοῦ νεκροῦ ὑπτίαν, ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀνατετραμμένην, παρέρχονται, μηδὲ ἀναγνόντες. ad quem *Hemsterhusius* nostri loci non immemor fuit. ἔμψυχον τάφον senem vocat idem in Mort. Dial. VI. 2. T. II. p. 143. *Laberius* ap. *Macrob.* Sat. L. II. 7. *me vetustas amplexu annorum enecat. Sepulcri similis nil nisi nomen retineo.* Cf. *Smicrines* de Archippa, Sophoclis senis amasia, ap. *Athen.* XIII. p. 592. B.

XXXIII. Vat. Cod. p. 98. Plan. p. 478. St. 621. W. Lacrymis et misera lamentatione cum poëta se Prodicam commovisse putaret, illa eum manibus suis domo ejecit. Mire *Opsopoeus*, harum muliercularum mores minus perspectas habens, Prodicam amatorem prae amore sive verecundia potius ejecisse autumat. Risum poëta quaesivit ex παραδόξῳ. — V. 6. ταῖς τρυφεραῖς χερσὶν ἡμᾶς. Planud. edd. omnes usque ad *Stephan.* cum quo Vat. Cod. conspirat.

XXXIV. Vat. Cod. p. 91. Plan. p. 477. St. 620. W. Mutuum puellae amorem usque ad canos et cinerem promittit. Conf. *Callimachi* Ep. XIII. 3. — V. 1. βοῶπι. Pro nomine proprio habuit auctor lemmatis in Vat. Cod. εἰς βοῶπιν ἑταίραν. Pro adjectivo *Grotius*, qui vertit: *Ampla*

Ampla oculis, tibi me famulum dedit ipse Cupido. fortasse rectius. Ad puellae nomen tamen in seqq. argute respici existimabat cl *Mitscherl.* ad *Horat.* II. Carm. V. 5. p. 396. — V. 2. ταῦρον. Unde hanc lectionem duxerit cl. editor, non indicavit; in Planud. enim et in Vat. membr. γαῦρον habetur. Elegans est et vera emendatio, cujuscunque sit. Qui mutuo amore tenentur, eodem jugo alligati dicuntur, ut ap. *Theocrit.* Eid. XII. 15. ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ. Hinc allegoria, quam illustravit *Horatii* interpres modo laudatus ad L. II. Carm. V. 2. *nondum munia comparis Aequare, nec tauri ruentis In Venerem tolerare pondus.* — Mox fortasse melius et allegoriae aptius πόνον legeris pro πόθον, praesertim cum illud quoque de amoris cruciatibus usurpari soleat. Vide ad Ep. XIII. 4. — V. 3. αὐτοθελῆ. ἐθελόδουλον. — V. 4. πικρήν. ita me tibi in servitutem trado, ut nunquam libertatem, molestam mihi et acerbam, appetiturus sim. — V. 5. φίλης sincerum non puto. Promittat poëta licet integram et intemeratam fidem, quae usque ad senectutem et canos duret; num idem, quaeso, canos laude afficiet? Non puto, sed scribendum:

ἄχρι, φίλη, πολιῆς καὶ γήραος.

Ceterum idem optat *Tibull.* III. 3. 7. - *tecum ut longae sociarem gaudia vitae, Inque tuo caderet nostra senecta sinu* *Propert.* II. 19. 19. *At me non aetas mutabit tota Sibyllae, Non labor Alcidae. non niger ille dies.* et v. 45. *At me ab amore tuo deducet nulla senectus, Sive ego Tithonus, sive ego Nestor ero.* Cf *Macedonii* Ep. I. — νεῦμα βάλοι. Desumtum hoc e veteri poëta, cujus distichon profert *Suidas* in Παλαμήδης T. III. p. 6. a Bentlejo sic emendatum:

„εἴη μοι βίοτος παντοτάρπιος· ὄμμα δὲ βάλλοι
„μηδέν τ' ἐφ' ἡμετέραις ἐλπίσι βασκανίη."

Br. Apud *Suidam* haec sic leguntur: ὄμμα β. δὲ μ. ἐφημέραις ἐ. β. φησί τις τῶν παλαιῶν. Haec verba Lexicographi

quae ad *Rufinum* nostrum vix referri possunt, efficiunt, ut *Brunckii* sententiam probem prae ea, quam *Schneiderus* indicavit in Bibl. phil. T. IV. p. 88. et in nota msc. Putans enim vir doctissimus, *Suidam* ipsius *Rufini* verba laudare, lacunam esse post γήραος statuit, totumque locum sic concinnandum esse judicavit:

ἄχρι φίλης πολιῆς καὶ γήραος . . . .

. . . .

εἴη μοι βίοτος παντεπάρκιος· ὄμμα δὲ βάλλοι
μήποτ' ἐφ' ἡμετέρῃ Ἐλπίδι βασκανίη.

agi enim de Elpide puella, cujus Ep. XXV. facta est mentio. — ἐλπίδες, si vera est lectio, spes est futurae felicitatis in puellae amore percipiendae; hanc ne invidorum *fascinantes oculi* deterant et imminuant, poëta optat. Superstitionem veterum de fascino plures explicuerunt. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 62. et *D. Herald.* ad *Martial.* VI. 29. p. 123. sq.

XXXV. Vat. Cod. p. 94. Plan. p. 486. St. 631. W. Priorem versum protulit *Suidas* in δυσέκδυτος T. I. p. 625. in ἀφέλεια p. 393. et in μισῶ T. II. p. 566. In tribus his locis τὴν ἀφελῆ interpretatur τὴν ἀπόνηρον καὶ δυσέκδυτον. Ad sensum conf. *Automedont.* Ep. II. et *Straton.* Ep. XLII. et ibi notata. Similia collegit *Tollius* ad *Ausonium* Ep. XXXIX. *Hanc volo, quae non volt, illam, quae volt, ego nolo. Vincere volt animos, non satiare Venus. Oblatas sperno illecebras, detrecto negatas, Nec satiare animum, nec cruciare volo.*

XXXVI. Vat. Cod. p. 95. Plan. p. 486. St. 631. W. In formosam mulierem, cujus se nec canos, passim succrescentes, aversari ait. Cf. *Macedon.* Ep. I. 7. 8. — V. 1. ὑπολάμπουσα. Vide ad *Straton.* LXXXVIII. — V. 3. δειρῇ λυγδίνῃ. *Laevis cervix* ap. *Propert.* III. 15. 31. *Varro* ap. *Nonium* in *Regilla* vestis: *Collum procerum, fictum laevi marmore.* — τὰ λύγδινα κάρηνα μαστῶν. *Philos.*

den. Ep. XVIII. ubi vide not. et ad *Posidipp.* Ep. VII. T. II. P. I. p. 139. — 9. 399.] V. 5. πλοκαμοῖσι. Plan. — ἀκάνθαις. Vat. Cod. Notanda metaphora de canis. Est enim vocis ἀκάνθης usus in omnibus rebus, quae, ut minus gratae, animum pungunt et sollicitant. De partibus corporis minus formosis Auctor Ep. ἀδεσπ. XX. γυμνὴν ἐπιφίλει ζητῶν χάριν, ὡς ἐπ' ἀκάνθαις Εὑρήσεις ῥοδέων φυομένων κάλυκα. — V. 6. καλλίμη. Conf. ad *Asclepiad.* Ep. I. 4. T. I. P. II. p. 22.

XXXVII. Vat. Cod. p. 92. Plan. p. 482. St. 626. W. In meretricem, anum factam et pauperem. — V. 1. ποῦ ἡ. Comparat haec novissimus *Horatii* interpres ad L. IV. Od. XIII. 17. *Quo fugit Venus? heu, quove color? decens Quo motus?* — περίοπτα κάλλεα. conspicua et omnibus admirabilis pulchritudo. περίβλεπτον κάλλος, περίβλεπτος βίος etc. similiter dicuntur. Nolim itaque corruptelae suspicionem movere cum *G. Wakefield*, qui in *Sylv. crit.* T. III. p. 138. περίαπτα tentat. — φαντασίη de *specie* simpliciter accipiendum, respectu habito ad inconstantiam pulcritudinis; nam quae celeriter exeunt, celeriter evanescunt species, proprie φαντασίαι vocantur. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 765. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 344. — V. 3. γαῦρα φρονήματα. *elatus et superbus animus.* *Suidas* φρόνημα. ἔπαρσις. *Schol. Thucyd.* L. V. 43. φρονήματι φιλονεικῶν ἐναντιοῦται. ὄγκῳ. ἐπάρσει, καὶ ἡγεμόνι. Nihil hic muto; sed si codex offerret:

καὶ γαῦρα φρυάγματα —

id lubens amplecterer. Hoc enim de inani superbia fere solemne. Noster Epigr. I. σοβαρόν τε φρύαγμα. De puella jam senescente *Agathias* Ep. XX. μίμνει καὶ τὸ φρύαγμα τὸ παλαιόν. Idem Ep. LXV. de magistratu, a fastigio, in quo collocatus fuerat, dejecto: ἦ ῥά γε ποῦ τὸ φρύαγμα τὸ πάλαι; Puerum de imminente aetate admonens *Meleager* Ep. XXII. τὰ δ' ἀμῶν μὴ γαῦρα φρυάσσου. τόφρα καὶ

φρύαγμα junxit *Aristaenet.* II. 12. et *Aelian.* II. A. H. 10. ὀφρύες et φρύαγμα *Arrian.* in *Epictet.* L. III. 26. ἐγὼ μὲν οὐδὲ ζῆν ἤθελον, εἰ διὰ Φιλήκινα ἔδει ζῆσαι, τῆς ὀφρύος αὐτοῦ καὶ δουλικοῦ φρυάγματος ἀνασχόμενος. — μέγας αὐχήν. *sublata secundis colla*, ut *Claudian.* loquitur II. in Rufin. 447. *tollens vacuum plus nimio Gloria verticem Horat.* I. Carm. XVIII. 15. ubi multa similia collegit *Mitscherl.* et ad L. III. 16. 19. quibus adde *Philostrat.* Vit. Apollon. VII. p. 303. πλοῦτος τὸν αὐχένα ἵστησι. Cf. Anim. T. II. P. II. p. 346. — V. 4. ταρσῶν. De pedibus accipio cum *Grotio*: *Et circum niveos aurea vincla pedes.* Vide *Fischer.* ad *Anacr.* VII. p. 38. XII. p. 54. Pedes autem et crura aureis armillis et catellis ornasse mulieres, in vulgus notum. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* Ep. XXI. 7. T. II. P. I. p. 29. sq. Aliter haec accepit cl. *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. III. p. 138. et T. V. p. 112. cui non assentio. — V. 5. Quae in vetula, ab amantibus deserta, animadvertit noster, eadem fere deliciis suis imprecatur *Tibull.* I. El. IX. 13. *Jam mihi persolvet poenas, pulvisque decorem Detrahet et ventis horrida facta coma Uretur facies, urentur sole capilli; Deteret invalidos et via longa pedes.* — ψαφαρή. squalida. ψαφαρόν. ξηρόν. αὐχμηρόν. ἀσθενές. ἐλαφρόν. *Hesych.* De Ulysse sub mendici specie Trojae versante Auctor Rhesi v. 715. βίον τ' ἐπαιτῶν, εἷρπ' ἀγύρτης τις λάτρις, Ψαφαρόχρουν κάρα πινωπινής τ' ἔχων. — „κόμη τ' ἐπὶ ποσσὶ βραχεῖα. Sic Vat. „Cod. κόμη hic positum pro κομιδή." *Br.* Temere haec posuit cl. editor. Primum in Vat. Cod. non est ἐπὶ ποσσὶ, sed παρὰ ποσσί. quod sic interpretatur *Salmas.* in not. ined. κόμη, quae olim erat παρὰ ποσσί, nunc est βραχεῖα. Hoc sensum habet bonum, sed durum est et praecipue propter omissam copulam vix tolerabile. Vulgatam tuetur clar. *Wakefield*, ἐπὶ πᾶσι *super omnibus* explicans; ut accepit etiam *Grotius*: *calvastra superque.* Hoc, quamvis paulo jejunius, Vaticanae tamen lectioni praetulerim.

Fortasse recondita quaedam lectio latet. — V. 6. στασιάζει. Vide ad Ep. I. 2.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 92. Duplici lemmate instructum: Εἰς μειράκιον. et: Εἰς πόρνην γηράσασαν καὶ τοῖς ἐρασταῖς ὑποκαταβαίνουσαν. Exoleto melius convenire quam meretrici, judicat *Brunck.* In Plan. p. 483. St 627. W. ἄδηλον est. Quaedam in hoc Epigr. expressa sunt ex *Asclepiad.* Ep. I. — V. 1. νῦν μοι. Conf. *Straton.* Ep. XXVIII. — τὸ πρόσωπον κτ. Comparavit hoc carmen *Wakefield.* in Sylv. crit. T. II. p. 10. ad Matth. VI. 16. μὴ γίνεσθαι ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν. — V. 2. λειότερον. De puero agi, ex hoc praesertim vocabulo, et ex iis, quae proximo disticho de coma abrasa dicuntur, probabile sit. λεῖος de pueris proprium, quorum *genas* nondum *barba obumbrat.* Vide *Straton.* Ep. XI. — V. 3. περιπαίζεις. Vide ad Ep. XVIII. 3. — ἠφάνικας. Vide ad *Straton.* Ep. LIV. De crinibus abscissis h. l. accipio. Ephebi enim comam, quam pueri nutriverant, tondere solebant. Paulo diverso sensu τὰς τρίχας ἀφανίζειν dixit *Aelian.* VII. Var. Hist. 20. γέρων ἤδη ὢν — καὶ διὰ ταῦτα τὴν τρίχα πολιὰν οὖσαν ἐπειρᾶτο βαφῇ ἀφανίζειν. — V. 4. αὐχένι πλάζ. Ad *Ligurinum Horat.* IV. Carm. X. 3. *quum — quae nunc humeris involitant, deciderint comae.* Idem in descriptione formosi pueri III. Carm. XX. 13. *Fertur et leni recreare vento Sparsum odoratis humerum capillis.* quibuscum comparandus *Archilochus* ap. *Synesium* in Calvitii Encom. p. 75. B. ἡ δέ οἱ κόμη Ὤμους κατασκιάζει καὶ μετάφρενα. Plurimum huc facit *Theocrit.* Eid. V. 90. κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν Ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα. qui locus tuetur etiam v. 5. vulgatam συνάντα, quam impugnabat *Wakefield.* qui συναῦδα mallet. Quanto fortius *Rufinus*, qui puero *tantum diverso ab illo* ne obviam quidem velit fieri, ejus adspectum, tanquam portenti cujusdam et monstri, aver-

ſatus. — μετέωρε. Cf. Ep. XXXII. 5. — V. 6. ἀντὶ ῥόδου. Ep. ἀδέσπ. XXXIX. τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθῃ, ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον. *Ariſtaen.* L. II. 1. p. 72. οὐ δεῖ τηρεῖν ὀπώραν· δίδου τοῖς σοῖς ὀπωρώναις τὴν ὥραν τρυγᾷν· μετ᾽ ὀλίγον γὰρ ἔσῃ γεράνδρυον. Similia congeſſit *Abreſch.* in Lectt. p. 188.

ANDRONICI EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 233. Poſterius diſtichon laudat *Suidas* in νεοθηγεῖ T. II. p. 608. ubi *Kuſterus* integrum Ep. ex Cod. edidit. *Reisk.* Anth. p. 75. nr. 571. Uterque eas formas repraeſentarunt, quas Cod. habet, qui non ſatis conſtanter communes cum doricis miſcuit. — V. 2. φίλα eſt in membr. neque id temere mutandum. — V. 3. νεοθηγεῖ. Vat. Cod. et Suid. νεοθᾶγι emendatum ex Ep. *Sapphus* T. I. p. 55. quod *Andronicus* expreſſit:

ἇς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθᾶγι σιδάρῳ
ἄλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

— V. 4. κεφαλῆς Vat. Cod.

PHILOSTRATI EPIGRAMMA.

Ⅱ. 400.] Planud. p. 312. St. 452. W. In Philoſtrati Operibus p. 950. Dubites, ſtatuamne vulnerati Telephi deſcribat poëta, an pictam imaginem. Quum tamen in fine carminis Achivi commemorentur, qui Telephi, quamvis vulnere debilitati, adſpectu perterriti ad naves confugiant, *Heynius* in Commentatt. T. X. p. 95. totam hiſtoriam in tabula expreſſam fuiſſe exiſtimare malit. Fabulam de Telepho docte perſequitur *Meziriac* ad

Ovidii Epist. T. I. p. 233. Est de eo Epigr. Anthol. Lat. L. I. nr. XCIX. ubi legendum videtur:

Mox precibus flexi Pelidae robore farta,
Injecto membris pulvere, plaga coit.

Horatius I. Epist. III. 31. *an male sarta Gratia necquicquam coit et rescinditur.* — V. 2. αἱμάξας. timendum Graecorum exercitum cruentavit. Fortasse ex *Pindaro* Isthm. VIII. 107. ὃ καὶ Μύσιον ἀμπελόεν Αἵμαξε Τηλέφου μέλανι ῥαίνων φόνῳ πεδίον. De Telephi, Achaeos fugantis, virtute idem Ol. IX. 110. ἀλκᾶντας Δαναοὺς τρέψαις ἁλίαισι πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλε. — V. 3. ἐπέρασε. Omnes Aldinae. — V. 5. ἑλεῖν βάρος. *grave vulnus* in latere alens, doloribus oppressus, quibus τήκεται, animi deliquium patitur. Proxima mihi videntur obscurissima: ἐμψόχῳ σαρκὶ συνελκόμενος: *tractus* sive *se ipsum trahens cum viva carne*, *Heynius* vertit: Exitiosum onus (hastam) corpori infixum habens, cum eo in terram tractus deficit, tanquam animam agens, corpore adhuc vita animato. *Grotius* autem sic:

Nunc femore occultans saevi tormenta doloris
Moeret, et attrahitur vulnere tota caro.

quae manifesto falsa sunt. ἐμψόχῳ σαρκὶ est pro ἔμψυχος. Quamvis exstinctus videtur, vivit tamen, et vivus trahitur. Finge tibi Telephum in tabula a suis defensum et, ne in Graecorum manus veniat, extra tela retractum.

ZELOTI EPIGRAMMATA.

I. II. In Vat. Cod. duo haec carmina juxta leguntur p. 363. prius cum lemmate: Ζηλώτου, οἱ δὲ Μάρκου. alterum ἄδηλον. in margi τοῦ αὐτοῦ. In Planud. p. 78. St. 113. W. uni *Zeloto* tribuuntur. In utroque pinus loqui-

tur, venti impetu fracta, deinde, infausto omine, navi adhibita. Conf. *Cyllenii* Ep. II. T. II. p. 282. Ep. ἀδέσπ. CCCLXXXIII – CCCLXXXV. — Argutum hoc, κλῶνα ναυηγόν, arborem, quae ante navigationem naufragium (in terra) fecit. De translata hac vocis ναυηγὸς significatione diximus ad *Posidippum* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. Ibi notatis adde *Valcken.* ad *Ammon.* p. 159. et ad *Herodotum* p. 624. 60.

CARPHYLIDIS EPIGRAMMATA.

¶. 401.] *I.* Vat. Cod. p. 365. Καρπυλλίδους. Καρφυλλίδου inscribitur in Plan. p. 38. St. 56. W. Historia de piscatore, qui naufragi caput, quod hamo ex undis extraxerat, sepeliens thesaurum invenerat. — V. 1. ἰχθύς. Vat. Cod. ἰχθῦς voluit. Inepte poëta lusit in εὐτριχι ἀγκίστρῳ et κρᾶτα λιποτριχέα. — V. 3. τὸν om. Vat. Cod. νέκυς ὁ λεάματος, cadaver, cujus major pars perierat. — ἐξ ἀσκάφου χειρός. manibus, non ligone, parvam fossam excavans. Pro ἐπισκάπτων haud scio an melius legatur:

ὀπὴν σκάπτων.

Piscatorem enim illum non solum exiguum pulveris munus reperto capiti tribuisse – quod esset ἐπισκάπτων, *pulverem injicere* – sed in fossa illud posuisse, res ipsa docet. ὀπὴν de sepulcri fossa usurpavit *Posidippus* Ep. XVII. ἦλθ' ὑπὸ κοῖλον ὀπήν. — V. 5. δικαίως. Vat. Cod. male. — Praemia pietatem manere, multi veterum dixerunt, quorum loca, si libet, vide ap. *Rittershus.* ad *Oppian.* Hal. L. II. 642.

II. Vat. Cod. p. 245. Εἰς τινα ἐν εὐδαιμονίᾳ πολλῇ τελευτήσαντα. Καρφυλλίδου. Plan. p. 192. St. 279. W. ubi auctoris nomen uno λ Καρφυλίδου scribitur. Apte *Opso-*

poemas cum hoc carmine contulit ea, quae de Q. Metelli felicitate narrat *Valer. Max.* VII. 1. 1. cum quo comparandus *Vellejus Paterc.* L. I. 11. 6. ubi vide cl. *Krause.* Quamvis multa in *Carphylidis* Epigrammate cum iis, quae de Metello feruntur, conspirant, minime tamen in hunc virum compositum videri debet. Is, quem Cl celebrat, tres filios reliquerat, Metellus quatuor, omnes summis honoribus functos. Hoc poëta non omisisset. — V. 1. μὴ μέμψῃ. ne fatum meum *queraris*, (vide *Lennep.* de verbo μέμφεσθαι in Etymol. p. 548.) nihil enim, ne moriens quidem, passus sum, quod lacrymis dignum esset. — θρήνων. *Hyperid.* ap. *Stobaeum* T. CXXIV. p. 615. οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασιν. Simili colore *Ennius* ap. *Ciceron.* Tusc. Disp. I. 15. *Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu Faxit. Cur? volito vivu' per ora virûm.* — V. 7. κατὰ εὐσέβειαν. Vat. Cod. Hi me, justis peractis, ad piorum loca miserunt, ubi dulcem illum defunctorum dormirem somnum.

PHILONIS DISTICHON.

Vat. Cod. p. 566. Φίλωνος. Ibidem sequitur distichon, cui initium, Αἱ τρίχες ἦν τυχῇς, auctoris nomine non apposito, unde factum, ut in Planud. p. 21. St. 33. W. cum *Philonis* versibus jungeretur. Vide ad *Luciani* Ep. VIII. T. II. P. II. p. 415. — Pro αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ, malim equidem:

εἰ γὰρ ἄτερ νοῦ.

ZENOBII GRAMMATICI

DISTICHON.

¶. 402.] Vat. Cod. p. 476. Plan. p. 368. St. 507. W. In Victoris Grammatici imaginem. τὸν σκοπὸν ἔχω. finem, quem volui, assecutus sum. Victorem enim pingens, hominem artis suae peritissimum, ipsam Grammaticam sibi repraesentasse videbatur ille. τὸν σκοπὸν *Toupius* Em. ad *Suid.* p. 425. per τόπον interpretatur; cui non assentior. Ceterum *Victor*, in cujus laudem haec sunt composita, fortasse est *Sulpicius Victor*, cujus *Institutiones oratoriae* adhuc supersunt.

EUPITHII ATHENIENSIS

EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 389. Plan. p. 23. St. 35. W. Lemma ap. *Brunckium*, τοῦ στίξαντος τὴν καθόλου, est ex Vat. membr. στίζειν dicuntur grammatici libros, in quibus singulis vocibus accentus et spiritus adpingebant, verbaque interpunctione distinguebant, docente *Villoisonio* in Prolegg. ad Homer. p. IX. sq. Jam tibi Eupithium finge, labore in τῇ καθόλου peracto, opus suum admirantem. — Plures sunt antiquitatis libri, τῆς καθόλου titulo inscripti, inter eos autem unus, quem h. l. unice intelligendum puto, illis nimirum temporibus celeberrimus, Herodiani ἡ καθόλου sive καθολικὴ προσῳδία. Hic liber in canones descriptus erat, sive certe canones praefixos habuit, ut apparet ex ejus Epitome, quae in Bibliotheca Oxoniensi asservatur, hoc titulo: Κανόνες τῆς καθολικῆς προσῳδίας τοῦ σοφωτάτου Ἡρωδιανοῦ, οὓς περιέτεμε Θεοδόσιος. Laudat hanc Epitomen *Kusterus* ad *Suid.* T. II. p. 78. ubi plura de

hoc opere disputat. Eundem librum in compendium redegerunt etiam Aristodemus et Arcadius, de quibus vide *Villoison.* Prolegg. Homer. p. XI. sq. qui de Herodiano etiam egit p. XXXI. Hinc intelligitur *canonum* mentio in v. 1. Epigrammatis nostri. Ejusmodi autem librum notis grammaticis instruere, satis operosum fuisse, sponte intelligitur. Et vides, ut *Eupithius*, hoc labore ad finem perducto, quasi respiret! — V. 1. κανόνων vitiose impressum in ed. Lips. pro κανόνων. — V. 2. ξυσμῶν λεπτὸς τάσδ' ἐχ. sic Vat. Cod. — ξυσμοὶ non sunt rasurae h. l. sed tenues notae, calami acumine membranae quasi insculptae. ξύσαι. χαράξαι. ἐπιγράψαι. *Hesych.* Idem: γράψαι. ξύσαι. χαράξαι. ἀμύξαι. — V. 4. τῆς κεθέλου. Lusum verborum facete, ut solet, expressit *Grotius:*

Dorsum, oculos, humeros, nervos, cerebrumque fatisco:
Ac tota totum corpus ab arte dolet.

OENOMAI DISTICHON.

Vat. Cod. p. 479. Εἰς Ἔρωτα ἐν καυκίῳ γεγλυμμένον. Idem lemma in Plan. p. 351. St. 490. W. καύκιον est *patella. Glossae: cauca, patera.* Illustravit hoc vocabulum *Salmas.* ad Script. H. Aug. T. II. p. 382. Apte hoc distichon *Harduinus* admovit Plinianis L. XXXIII. 2. p. 600. *Didicit homo naturam provocare. Auxere et vitiorum irritamenta. In poculis libidines caelare juvit, ac per obscoenitates bibere.* Conf. *Rufini* Ep. XXIII.

JULIANI CAESARIS
EPIGRAMMATA.

¶. 403.] I. Vat Cod. p. 419. sq. Planud. p. 83. St. 121. W. In cerevisiam, vini nomen temere sibi arrogantem, invehitur. Cum triplici versione hoc Ep. laudatur ap. *Meibomium* de Cerevisia c. XXV. in *Gronov.* Thes. T. IX. p. 609. De οἴνῳ κριθίνῳ, *vino hordeaceo*, veterum loca aliquot collegit *Trillerus* in Obss. crit. p. 197. Quid inter hanc potionem et zythum intersit, disputavit *Hadrianus Junius* Anim. II. 12. — V. 1. τίς, πόθεν εἶς. Solemnis ap. *Homerum* formula, qua peregre advenientes nomen et patriam interrogantur, a recentioribus ad contemtus significationem passim detorquetur, monente *Lennepio* ad *Phalar.* Epist. XXXV. p. 128. 57. — τὸν ἀληθέα, cujus tu tibi nomen temere arrogas. — V. 3. σὺ δὲ τράγου. ἀπόζειν ὥσπερ ὁ τράγος *Lucian.* Dial. Mar. I. 5. T. II. p. 93. quod etiam τραγίζειν dicitur; quam vocem illustravit *Brodaeus* Miscell. V. 22. Cf. *Lucillii* Ep. LXXXIX. — ἢ μάνυ σε κ. Vat. Cod. Ceterum Osiridi hoc tribuit *Diodor. Sic.* L. I. p. 24. 3. quem narrat τὸν κοινὸν βίον τοῖς ἡμερωτάτοις κάρποις εὐεργετῆσαι· εἰ δέ τις χώρα τὸ φυτὸν τῆς ἀμπέλου μὴ προσδέχοιτο, διδάξαι τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας τε καὶ δυνάμεως. *Dion Academicus* ap. *Athen.* L. I. p. 34. B. Aegyptios φιλοίνους καὶ φιλοπότας appellat, εὑρεθῆναί τε παρ' αὐτοῖς βοήθημα, ὥστε τοὺς διὰ πενίαν ἀπορούντας οἴνου τὸν ἐκ τῶν κριθῶν γενόμενον πίνειν. — V. 6. πυρογενῆ, *e frumento natum*, non, ut illum, πυριγενῆ et πυρίσπορον (*Orpheus* Hym. XLIV.), *e flammis genitum*. Minus recte hunc locum interpretatus est *Casaubonus* ad *Strabon.* XIII. p. 932. D. ubi Geographus Βάκχον πυριγενῆ attigit; et *Diodor. Sic.* L. IV. p. 250. 97. Contra *Grotium*, ut erat perspicax harum venerum existimator,

poëtae acumen non fugit, quin id praeclare imitatus est, versus:

Hinc Cerealis eras meliori jure vocandus,
Non satus ex Semela matre, sed ex simila.

— V. 6. καὶ βρόμον, οὐ βρόμιον. Sic vetus membr. cujus lectionem illustrat *Salmasius* in Plin. p. 154. G." *Br.* In Goth. apogr. est βρόμον, ut vulgo legitur. Nec aliter *Julianum* scripsisse puto. Nam βρόμος non solum est *avena sativa*, (βρόμος, βοτάνη ὁμοία σίτῳ, μὴ ἔχουσα γόνατα. — καὶ σπέρμα λεπτῆς κριθῆς. *Hesych.*) quo sensu hac vocabulum in nostro loco accipiendum putabat *Salmasius*, (qui βρόμον non ex Cod., sed ex conjectura protulit,) sed etiam *gravis odor*, ut τράγος, quam vocabuli significationem idem illustrat, *Juliani* immemor, in Plin. p. 255. Hinc βρομώδες, *brumosum*, quicquid in gustu diu vehementerque halat, graveolens, odore peregrino, acri et viroso molestum; quae *Reinesii* verba sunt in Var. Lect. L. III. 12. p. 435. Cf. *Albertum* ad *Hesych.* T. I. p. 769. 12.

II. Vat. Cod. p. 418. Plan. p. 118. St. 171. W. Elegans descriptio organi pneumatici, quod ex fistulis aëneis constabat, quae vento, ex folle immisso, sonum reddebant. Vix diversum hoc instrumentum fuit ab eo, quod hodie eximie organum vocatur. Cum *Juliano* conspirat *Theodoretus* Orat. III. de Provid. Ὀργάνῳ γὰρ τὸ στόμα ἔοικεν ἀπὸ χαλκῶν συγκειμένῳ καλάμων καὶ ὑπ' ἀσκῶν ἐμφυσωμένῳ καὶ κινουμένῳ ὑπὸ τῶν τοῦ τεχνίτου δακτύλων, καὶ ἀποτελοῦντι τὴν ἐναρμόνιον ἐκείνην ἠχώ. Instrumento haud absimili antiquissimis temporibus utebantur Hebraei, quod descripsit *Marpurg* in Histor. Music. p. 33. Diversum fuit organum hydraulicum, cujus multi mentionem fecerunt. Cf. *Barthium* ad *Claudian.* de Cos. Fl. Mallii Theod. 315. et *Isaac. Voss.* de viribus rhythmi p. 99. sq. — V. 1. δονάκων. tibiae aëneae junctim po-

fitae, ita ut calamorum speciem gerant. — V. 3. ὑφ' ἡμετέρησιν. non humano spiritu inflantur, ut tibiae tubaeve, sed vento, quem folles taurini emittunt. Haec est ταυρείη σπήλυγξ, follis, in quo ventus servatur, sicuti antro quodam Aeoli. — Pro ἀπὸ Cod. Vat. et Plan. ὑπὸ τ. exhibent. — νέρθεν, ventus ille ab inferiore parte in tibias intrat. — V. 6. ἀνὴρ ἀγέρωχος. peritum vertit *Gesner*. in Chrest. Plin. p. 404. minus recte. Est *vir audax*, qui, alter Cadmus sive Iason, portentosam hanc aeneorum calamorum messem tractare audeat. — V. 7. κανόνας συμφρ. αὐλ. regulas singulis tibiis respondentes (*Tasten*). — V. 8. οἱ δέ. κανόνες puta. Subsilientes illae regulae suavem cantum efficiunt et quodammodo elidunt.

T. III. p. 332.] *III.* Ex Cod. Bibl. regiae hoc Epigr. protulit *Salmas*. in Plin. p. 726. D. E. cum lemmate: Ἰουλιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς εἰς κοντοπαίκτην. Agitur de praestigiatorum quadam arte, quam describit *Chrysostomus* in loco appositissimo: τί ἄν τις εἴποι περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἱ κοντὸν ἐπὶ μετώπου βαστάζοντες, καθάπερ δένδρον ἐῤῥιζωμένον ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἀκίνητον διατηροῦσιν, ὥστε παιδία μικρὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου παλαίειν ἀλλήλοις. Hinc lux aenigmati. τὸ δένδρον est contus, quem homo in fronte gerit; hujus arboris viva et loquens *radix* est homo; *fructus*, καρποί, item viventes, sunt pueri in summa pertica collocati. Contus cum in fronte erigitur, puerisque oneratur, φυτεύεται μιᾷ ἐν ὥρᾳ; omnia simul et subito nascuntur, eadem simul auferuntur, τρυγᾶται, radicitus, dum praestigiator ille perticam de fronte demit. Supersunt verba ἀνακτόρων μέσον, quae *Salmasius* sic interpretatur: Reliquae, quae vere sunt arbores, in mediis campis nascuntur, haec intra aedes ipsas erigitur. Haec vera putet, qui voluerit; mihi inepta videntur. Pertica in fronte, inter oculos et tem-

pera erigitur. Tale quid *Julianum* in mente habuisse, nullus dubito. Jam vide, an τὰ ἐνάντεφα αὐτοῖς esse possint, quasi *sancti* capitis *recessus*, in quibus optima quaeque deponuntur.

LIBANII EPIGRAMMA.

¶. 404.] Vat. Cod. p. 326. Λιβανίου. Sine auctoris nomine hoc distichon profert *Zosimus* L. III. 34. p. 274. ed. *Reitem.* qui *Juliani* tumulo hoc distichon insculptum esse prodit. In Anthol. Plan. p. 219. St. 319. W. *Juliano* ipsi inepte tribuitur. Posterior versus *Homeri* est Il. γ. 279. Hoc uno versu servato, cetera aliter profert *Zonaras* L. XIII. 13.:

Κύδνῳ ἐπ' ἀργυρόεντι ἀπ' Εὐφρήταο ῥοάων
Περσίδος ἐκ γαίης ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
Κινήσας στρατιήν, τόδ' Ἰουλιανὸς λάχε σῆμα·
Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθός, κρατερός τ' αἰχμητής.

Iisdem verbis *Cedrenus.* Cf. *Banduri* Antiqq. Constant. T. II. p. 814.

THEMISTII EPIGRAMMA.

»Epigramma hoc Anthologiae libri Palladae tribuunt, cujus aetas congruit. Nam cum ultra LXXII. aetatis annum carmina scripserit, inter quae unum in Hypatiam, anno 362. quo praefectus urbis fuit Themistius sub Juliano, etiam hoc scribere potuit. Sed probabilius est ipsius esse Themistii, ad cujus orationem XVIII. vide Harduini notam p. 488.« *Br.* In Vat. Cod. hoc lemma additur p. 546. Εἰς τὴν φιλόσοφον

γινόμενον ὕπαρχον πόλεως ἐπὶ Βαλεντινιανοῦ καὶ Βάλεντος. Παλλαδᾶ. Planud. p. 188. St. 274. W. εἰς Θεμίστιον τὸν φιλόσοφον. Insigni varietate Edit. Aldina operum *Themistii*: Θεμιστίου στίχοι εἰς ἑαυτὸν, ὅτε ὕπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανός. *Themistium* sub Juliano praefectum urbi fuisse, testatur etiam *Suidas* in Θεμίστιος T. II. p. 171. Saepius enim eodem munere functus est. Vide *Harlesium* ad *Fabr.* Bibl gr. T. VI. p. 793. Quod ad auctorem carminis attinet, non satis causae esse video, cur contra Cod. Vat. et Planudeae fidem *Palladae* abjudicetur, cujus ingenium redolet. Vide tamen *Muretum* in Not. ad Senecae Epist. LXVIII. T. III. p. 60. ed. *Ruhnk.* quem nimis magnifice de hoc carmine existimare censeo, et *Petavium* ad *Themistii* Or. XVIII. p. 488. — V. 1. ἄντυγος οὐρανίης. Vat. Cod. et Plan. Altiorem philosophi dignitatem dignitati magistratus anteponi apparet. Similis est antithesis in *Themistii* Orat. XXXI. p. 353. C. D. ἐμοὶ τῶν ἀργυρῶν ὀχημάτων, καὶ τῶν μεγαλοφώνων κηρύκων ὑψηλοτέρα κεχρῆ ἡ ἀπὸ τῶν λόγων, ἣν οὔτε δοῦναι βασιλεῦσιν ἔστιν, οὔτε ἀφελέσθαι. ubi de carpento argenteo quaedam notavit *J. Harduinus* p 547. fusius *D. Heraldus* ad *Martial.* p. 75. Argenteae carrucae mentio induxerat *Opsopoeum*, ut *Themistium* avaritiae insimulari putaret; cujus errorem aperuit *Salmasius* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 452. — Ceterum οὐρανίης ὑπερτέμενος ex Cod. dedit *Bandinus*, qui hoc Ep. protulit in Catal. Bibl. Laurent. T. II. p. 575. — V. 3. ἤθελά ποτε κρείσσων, αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χ. Plan. et Vat. Cod. Vitiosius *Bandin.* ἤθελέ ποτε κρ. νῦν δ' ἐγένου πολὺ χ. Nostram lectionem, quam vulgata longe elegantiorem esse sponte apparet, *Themistii* Codd. servarunt. — V. 4. ἄνω κατέβης. De sapientis otio disputans *Seneca* Ep. LXVIII. *Praeterea cum sapienti rempublicam ipso dignam dedimus, id est, mundum, non est extra rempublicam, etiamsi secesserit. Imo, fortasse relicto uno angulo in majora atque ampliora trans-*

transit, et coelo impositus (ἄντυγος αἰθερίης ὑπερήμενος), *intelligit, cum sellam aut tribunal adscenderat, quam humili loco sederat.*

PANTELEI EPIGRAMMA.

Legitur post Appendicem Anth. Stephani et Wechel. ex *Stobaei* Flor. T. VII. p. 91. Gesn. 51. Grot. Fingitur unus Persarum, qui in proelio Marathonio pugnabant, verba facere ad regem incredibilemque Graecorum fortitudinem laudare. — V. 3. „Scr. τί μ' ἔπεμψας. Male in Florilegio Grot. μ' ἔπεμπας." *Br.* — V. 4. Haec referenda sunt ad Callimachum, Atheniensem, quem in memorabili illa pugna, multis licet undique confixum hastis et interemtum, tamen vestigio nixum stetisse, Sophistarum jactantia tradit. De eo *Herodotus* L. VI. p. 491. Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος. Reliqua adjecisse videtur *Pseudo-Plutarchus*, ex cujus parallelis minoribus et haec sumsit *Stobaeus*, et multa alia fabulosa fluxerunt. Vide *Valcken.* ad *Herod.* l. c. p. 492. De eodem heroë *Polemo* Orat. I. p. 2. ἔμενεν ἐν τῷ τῆς στάσεως σχήματι, καὶ ἐδόκει ἑστάναι πεσεῖν μὴ δυνάμενος. *Himerius* Orat. II. 20. p. 400. fortasse respectu ad *Pantelei* versus habito: ἐμάχοντο δὲ οὐχ οἱ ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὧν προαφήρητο τὸν βίον ἡ μάχη. Callimachum et Cynegirum in Poecile pictos commemorat Idem Or. X. 2. p. 564. ibique Callimachum in tabula quoque πολεμοῦντι μᾶλλον ἐοικέναι ait ἢ τεθνεῶτι. Utrique Polyzelum addidit *Maxim. Tyr.* Diss. V. 9. p. 81. ed. R. τὴν Κυνεγείρου χεῖρα καὶ τὴν Πολυζήλου συμφορὰν καὶ τὰ Καλλιμάχου τραύματα. In illa autem de Callimacho fabula obversabatur Sophistis miraculum de Caeneo Elateïo, de quo *Ovidius* Metam. XII. 496. *Tela retusa cadunt; manet imperfossus ab omni*

Inque cruentatus Caeneus Elateius ictu. Fecerat attonitos nova res. Heu! dedecus ingens! Monychus exclamat: populus ſuperamur ab uno. (μοῦνος ἀνὴρ σύλησεν ὅλον στρατόν.) *Apollon. Rhod.* L. I. 59.:

Καινέα γὰρ ζωόν περ ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων
ἤλασ' ἀριστεύων· οἱ δ' ἔμπαλιν ὁρμηθέντες
οὔτε μιν ἀγκλῖναι προτέρω σθένον, οὔτε δαΐξαι·
ἀλλ' ἄῤῥηκτος, ἄκαμπτος ἐδύσατο νειόθι γαίης,
θεινόμενος στιβαρῇσι καταΐγδην ἐλάτῃσι.

THEONIS ALEXANDRINI
CARMINA.

Duo hujus poëtae carmina infra leguntur T. III. p. 4. (T. III. p. 225. ed. Lipſ.) hoc loco inſerenda; quod facere neglexerunt typographi.

¶. 405.] *I.* Vat. Cod. p. 364. Plan. p. 72. St. 105. W. De ſcuto, dominum ſuum non in pugna tantum, verum etiam in undis ſervante. Vide *Dioclis* Ep. III. *Zoſimi* Ep. IV. — V. 1. »In Planudeae codd. ἀντιπάλων »ἐπίκρανος, perperam pro ἐπιήρανος, quod cum non ad»vertiſſet primus editor, γε addidit ad fulciendum me»trum. Vat. membr. recte ἐπιήρανος. Nihil frequentius »permutatione literarum η et κ. Sic ſupra in Antip. »Theſſal. XV. ex ἄρητον factum ἄρκτον, quod cum verſus »modulo non magis conveniret, quam hic ἐπίκρανος, ut »hic γε, ſic illic ἐς inſertum.« *Br.* — V. 2. κῦμα μόθου. Fortaſſe ductum ex *Tyrtaeo* El. III. 22. σπουδῇ τ' ἴσχεθε κῦμα μάχης. ubi ſimilia collegit *Klotzius* p. 85. ſq. — V. 4. ἁλιφθορίῃ. cum nautae in undis perirent. *Heſych.* ἀλιφθερῶσαι. ἀφανίσαι. ἀπολέσαι. Quod verbum generaliori ſenſu pro *peſſumdare Sophronem* uſurpaſſe docuit G. Koen.

ad Gregor. p. 158. ἀλιφθόρους *piratas* vocat *Leonid. Tar.* Ep. LXXXII. λῃσταὶ καὶ ἀλιφθόροι.

II. Vat. Cod. p. 250. „Distichi hujus festivam ver»sionem [*Leichii*, qui primus hoc distichon edidit in Se»pulcr. p. 26.] ridendam propinavit illustrissimus Dor»villius ad Charit. p. 251. In Cod. scriptum: μόρεσθ' »ὑπὲρ κρυεροῦ [κρυεροῖο] μυρομένη ες τάφου, manifesta cor»ruptela. Emendabat Salmasius: κεῖρεσθ' ὑπὲρ κρυεροῦ »[κενεοῦ in marg. ap. Guy. et Ruhnk.]. Verissimum est »κοπτομένη, *plangens*, proprium in tali luctu et usitatissi»mum verbum. Dicitur autem mater μύρεσθαι κωφὰ i. e. »κωφῶς, *inanes*, *inauditos fundere fletus*, quia ad ceno»taphium flebat." *Br.* — V. 1. Ἀλκυόσιν μέλεις. de naufrago, quem halcyones plangere videntur; ut *Leonid. Tar.* LXXIV. ubi vide not. T. I. P. II. p. 129. et LXXXII. — Pro κωφά, quae membranarum est lectio, ap. Guy. et Ruhnk. κοῦφα praebet; male — V. 2. ὑπὲρ κρυεροῖο μυρομένη ες (δὲ Leich.) τάφου. Vat. Cod. De veritate lectionis Brunckianae dubitare licet. Lenaei cadaver in undis periisse, intelligitur ex verbis Ἀλκυόσιν, Λ. μέλεις τέκνα; nec opus erat eandem rem denuo indigitare verbis κενεοῦ τάφου; quamvis per se satis elegans lectio, ut ap. *Quint. Smyrn.* L. IX. 477. ἀμφὶ δὲ μήτηρ πολλὰ κινυρομένη κενεῷ ἐπαύτει τύμβῳ. Sed κρυεροῦ τάφου bene se habet. *Hesych.* κρυερόν — ἐλεεινόν. οἰκτρόν. δεινόν. χαλεπόν. Nec haec lectio offensioni fuit acutissimo *van Eldick* in Suspic. p. 31. corrigenti: μύρεσθ' ὑπὲρ κρυεροῦ μυρία δή ες τάφου. Nisi δὴ ad explendum versum additum obstaret, μυρία μύρετο unice verum putarem. Sic enim loquuntur poëtae epigrammatarii et alii. Epigr. ἀδέσπ. DCCXIV. μυρί' ἐπιφθιμένοιο τάφῳ περὶ τῷδε χυθεῖσα — μύρατο Καλλιόπα. *Antip. Sidon.* Ep. XCIX. μυρία τοι, Πτολέμαιε, πατήρ, ἐπὶ μυρία μάτηρ — ᾔκισατο κλονάμενοι. *Quintus Sm.* L. I. 299. — μυρομένη, μάλα μυρία δάκρυα χεύει. *Parthen.* Erotic. c. II. p. 367. κλαίειν ἀηδονίδων ἀδινώτερον, αἴτ' ἐνὶ βήσσῃ Σιδονίῳ

νεβρῷ πέρι μυρία αἰάζουσιν. ut hos versus emendavit *Rubink.* in Epist. crit. II. p. 135. His igitur exemplis substructa *Eldickii* emendatio sese tueri posset, nisi δὴ minus opportunum videretur. Quare equidem unius literae levi mutatione corrigo:

κωφὰ δὲ μήτηρ
μύρεθ', ὑπὲρ κενεροῦ ΔΥΡΟΜΕΝΗ σε τάφου.

Hesych δύρεσθαι. ὀδύρεσθαι. κλαίειν. θρηνεῖν. Hanc poëticam formam *Euripidi* restituit *Musgravius* in Hecub. v. 740. Etiam *Etymol. M.* δύρεσθαι, ἀντὶ τοῦ ὀδύρεσθαι. Voci δυρομένη cum aliquis ο praefixisset, vel superscripsisset, vulgaris formae indicandae causa, hinc orta lectio κενεροιοδυρομένη, postea etiam magis depravata.

T. III. p. 4. Edit. Lips. T. III. p. 225.] *III.* Hujus carminis v. 7. separatim legitur sub *Theonis* nomine in Planud. p. 125. St. 179. W. cum lemmate: μονόστιχον εἰς τὴν ἑβδομάδα. Integrum in Append. p. 494. St. 3. W. In *Stobaei* Ecl. Phys. p. 135. ed. *Gr.* Quum illum versum singularem *Br.* exhibuisset in Anal. T. II. p. 405, haec in Lectt. p. 219. notavit: „Integrum carmen, ex „quo desumtus hic versus, edidit primum Aldus in „appendice primae quam vulgavit editionis Anthologiae, „e MS. cod. ubi auctoris nomen non repererat. Planudi „hoc debemus, quod sciamus id carmen Theonis esse. „Repositum est infra T. III. p. 4. In posterum autem „versus hic, cui monachus titulum fecit, tanquam si „solus per se epigramma constitueret, seorsim legendus „non erit. Sic e Nicandri Theriacis v. 741. excerpsit, „et in libri I. caput εἰς Ὄρνις, tanquam absolutum Epi„gramma retulit; quem versum, ut Theognidis disticha „duo, et alia quaedam consulto omisi. Hic Theonis ver„sus etiam omittendus erat, sed Planudis furtum serius „deprehendi.“ *Br.* Hoc quoque loco justo iniquius de Planude existimat cl. editor. Nam non hic primus hunc

versum ex integro *Theonis* carmine excerpsit, sed eum sic scriptum invenit in Anth. Cephalae (Vat. Cod. p. 442.) eodem lemmate instructum verbisque eodem ordine positis: Ζεὺς, Ἄρης, Παφίη, Μήνη, Κρόνος, Ἥλιος, Ἑρμῆς. quo ordine haec nomina ponuntur etiam ap. *Manethon.* L. V. 34. quare mihi quidem non tam certum videtur, ut *Brunckio*, totum hoc carmen (quod exhibuit etiam *J. Gronov.* ad *Manethon.* L. I. p. 266. sq.) *Theonis* esse. — Quae in eo de planetarum vi et virtute in rebus humanis traduntur, fusius persecuti sunt *Manilius*, *Manetho*, alii. Hos adeat, si quis res ipsas cognoscere cupiat. — V. 1. οὐδὸν vitiose Wechel. οὐδὸν antiquiores, quod reponendum esse sponte vidit *Huetius*, qui comparat βηλὸν θεσπέσιον *Homeri*, et *Catull.* LXVIII. 115. *Pluribus ut coeli tereretur janua Divis.* — V. 3. νυκτιφαής. Vulg. — στυγνὸς Κρ. Vide ad *Lucillii* Ep. LI. — V. 4. πατεοφόρος. Cf. ad *Philipp.* Ep. LIV. 3. T. II. P. II. p. 186. — V. 6. ἔλαχον. His contigit, ut humanum genus regerent. Doctam et elegantem lectionem ἔλαχον unde sumserit, non indicavit cl. editor. Vulgo enim ἐλάουσι legitur; *Huetius* ἔλασαν corrigebat. — V. 8. οὕνεκ' ἄπ'. Vulgo. — V. 10. Ζεὺς δή. Vulgo. — V. 13. γελᾷ. *tibi rident aequora ponti, Placatumque nitet diffuso lumine coelum.* *Lucret.* L. I. 8.

IV. „Auctoris nomine vulgo caret. At dubio locus „non est, quin Theonis Alexandrini sit, cujus extant „commentaria in Ptolemaei magnam constructionem, „cum Ptolemaeo simul edita Basileae 1538. typis Jo. „Walderi, cura Simonis Grynaei, cujus in gratiam exem„plar unicum in membranis impressum fuit, quod biblio„theca mea possidet.“ *Br.* in Lect. p. 237. Hi quoque versus leguntur in Append. Plan. p. 494. St. *3. W. — Ptolemaeus propter opera astronomica laudatur, quibus editis ad immortalium deorum naturam accesserit. — V. 1. 2. Quamvis in terra adhuc moratus et mortalitatis

legibus obnoxius. — V. 3. Idem fere ſententiarum contextus in *Manilii* L. I. 13.:

jam nunc juvat ire per altum
Aëra, et immenſo ſpatiantem vivere coelo,
Signaque et adverſos ſignorum noſcere curſus.
Quod ſolum noviſſe parum eſt: impenſius ipſa
Scire juvat magni penitus praecordia mundi:
Quaque regat terrena ſuis animalia ſignis
Cernere.

— V. 3. ἄστρων ἀνάγκην. leges, quibus ſtellae moventur. *Manetho* L. IV. init. οὐρανίων ἄστρων ἀτραπούς πλάστιγγος ἀνάγκης. Reſpicit poëta opus Ptolemaei longe nobiliſſimum, τὴν μεγάλην σύνταξιν τῆς ἀστρονομίας, in quo de motibus ſiderum et univerſae ſphaerae coeleſtis ratione egit. — V. 5. σημήϊα. Opus ſignificat, cui titulus τετράβιβλος σύνταξις μαθηματική, de apoteleſmatibus et aſtrorum judiciis. — V. 7. γήϊον. Vulgo. — V. 11. πόνοισι κάθηρας. Vulgo. His coeleſtibus laboribus mentem quodammodo purgaſti et carnem reliquiſti, et ex terrena caligine coenoque in ſuperiores regiones evolaſti. — ἐκτὸς σαρκός. σὰρξ pro *corpore*, cum contemtu quodam, reſpectu ſcilicet habito ad divinam animae naturam, etiam a bonis ſcriptoribus uſurpatum eſſe, docet *Gatacker.* de St. N. Inſtr. c. X. p. 66. ſq. — Animam coeleſtium rerum contemplationem purgare, dixit etiam *Antonin. Phil.* L. VII. 47. περισκοπεῖν ἄστρων δρόμους, ὥσπερ συμπεριθέοντα — ἀποκαθαίρουσι γὰρ αἱ τούτων φαντασίαι τὸν ῥύπον τοῦ χαμαὶ βίου. — ἀχλύς. tenebris et caligini ſimilis terrenarum rerum conditio. *Seneca* Epiſt. LXXIX. *Tunc animus noſter habebit, quod gratuletur ſibi, cum emiſſus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui viſu clara proſpexerit, ſed totum diem admiſerit.* — V. 12. τελέσματα res fatales, futuro aevo perficiendas praedixiſti.

PALLADAE ALEXANDRINI
EPIGRAMMATA.

T. 406.] I. Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 423. St. 558. W. Pamphilium, puella, Isidi capillos dedicat. Num fortasse sacerdos Isidis facta? Has enim crines deae deposuisse, tradidit *Plutarch.* T. II. p. 352. Apud Troezenios puellae nupturae comam dedicabant Hippolyto, secundum *Lucian.* de Dea Syr. §. 60. T. IX. p. 131. *Pausan.* II. 32. p. 186. — V. 1. χρυσέου ἄνθ. Similiter *Philostratus* Epist. XXVI. p. 925. ὡς γὰρ χρυσὸς ἄνθημα καὶ ἄργυρος, οὕτω καὶ τρίχες. — V. 3. γάννυται. Vat. Cod. et Plan. edd. vett. usque ad Ascens. — V. 4. τὸν Λυδὸς Κρ. ἔπεμπε. Vulgo. Eodem sensu, sed elegantius membr. ἐκ Λυδῶν Κρ. quam locutionem illustrat *G. Wakefield* in Delect. Trag. T. II. p. 166. Respicitur inprimis donum τῶν χρυσέων πλίνθων, a Croeso Delphos missum, de quibus vid. *T. H.* ad *Lucian.* Contempl. §. 12. T. III. p. 390. Ex antiquiore poëta haec expressa esse, suspiceris ex *Horatio* L. II. Carm. XII. 21. ubi similiter: *Num tu, quae tenuit dives Achaemenes, Aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes, Permutare velis crine Licymniae, Plenas aut Arabum domos?* ubi cl. *Mitscherlich.* nostrum carmen comparavit. — Pro ἔπεμψε Vat. Cod. ἔπεμπε.

II. Vat. Cod. p. 151. Plan. ibid. Ultimum distichon excitat *Suidas* in λιπαροκρήδεμνος T. II. p. 558. Novaculam, qua Pamphilii crines detonsi erant, ab ipsis Gratiis cusam esse narrat. — V. 1. πλοκαμῖδας. Vat. Cod. De longis capillis hac voce utitur *Theocrit.* Eid. XIII. 7. τῶ χαρίεντος Ὕλα, τῶ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος. — V. 5. Respicit *Homer.* Il. Σ. 382. ubi cum Thetis Vulcani intrasset officinam, τὴν δὲ προμολοῦσα Χάρις λιπαροκρήδεμνος Καλή, τὴν ὤπυιε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις. Ceterum hac Pal-

Ledae fictione nihil ineptius, qua novaculam, quia venustae puellae crines totonderat, ipsam venustam fingit.

III. Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 466. St. 607. W. Integrum est carmen, quamvis asteriscis a *Brunckio* notatum, qui in Lect. nihil de lacuna monuit. Nec in membranis editisve ullum lacunae indicium. Quod autem nomen meretricis, cujus pulcritudo per comparationem cum heroinis antiquitatis illustratur, in his versibus non comparet, hoc ad mutilationis suspicionem non sufficit. — V. 1. νῦν καταγιγνώσκω. Male hoc vertit *Opsopoeus:* Nunc damno et Jovem. Sensus est: Jam et Jovem amare desiisse intelligo. *Propert.* L. II. 2. 56. *Cur haec in terris facies humana moratur? Jupiter, ignoro pristina furta tua.* Cf. *Leonidae Alex.* Ep. I. — V. 2. ἕνεκα, Vat. Cod. — V. 3. οὐ τῆς Δ. περὶ κάλλος. Plan. et Vat. Cod. In Ed. pr. tamen οὔτε Δ. quod sine metri periculo recipi poterat. At περὶ κάλλος retineri debebat. De Galli puella similiter *Propert.* L. I. XIII. 29. *Nec mirum, cum sit Jove digna, et proxima Ledae, Et Ledae partu, gratior una tribus. Illa sit Inachiis et blandior heroinis, Illa suis verbis cogat amare Jovem.* — V. 5. Fortasse tamen non, quia ἀνέραστος, *ab amore alienus*, est, sed quia meretrices aversatur, ab ista puella abstinuit; nam eum moechum esse, et regum filias vitiare solitum novi.

¶. 407.] *IV.* Cod. Vat. p. 515. Plan. p. 175. St. 255. W. Se non curare appropinquantem canitiem, sed conviviorum hilaritate molestas curas abigere. Expressum ex *Anacr.* Od. XI. — V. 1. λέγουσαι, *jubentes*. quam verbi λέγειν significationem illustravit *Perizon.* ad *Aelian.* XIV. 38. p. 302. ed. Lips. Haud aliter εἰπεῖν ponitur. Vide *Gataker.* de St. N. T. c. XXVIII. p. 136. — λείψανον ἡλικίης. reliquias florentis aetatis, comas nigricantes praecipue. — V. 3. Vat. Cod. φέρε τρίχας.

»Scripserat forte: ἀλλ' ἐγὼ εἴτε φέρω λευκὰς τρίχας, εἴτε μελαίνας.« *Br.* Sic *Anacr.* l. c. ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν, Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον, Οὐκ οἶδα. Similiter *Plaut.* in Mercat. II. 2. 34. *Ly. Tune capite cano amas, senex nequissime? De. Seu canum, seu istuc rutilum, sive atrum est, amo.* — V. 4. βιότου. *Anacreon* l. c. πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν, Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης. — V. 5. μόροις. Vat. Cod. Simillimus sententiarum contextus ap. *Horat.* II. Carm. XI. 14. *rosa Canos odorati capillos, Dum licet, Assyriaque nardo Potamus uncti. Dissipat Evius Curas edaces.* φροντίδας ἀργαλέας. Idem I. Carm. XVIII. 3. *Siccis omnia nam dura proposuit: neque Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.*

V. Cod. Vat. p. 497. Planud. p. 109. St. 160. W. omissis duobus distichis, quae *Br.* Lectt. p. 220. ex apogr. *Salmasii* exhibuit, nos in ed. Lips. ipsi Epigrammati subjecimus. Adscripserat *Salmasius*: *Quos versus omisit Planudes propter mendas, quas alibi tollimus.* Sed has emendationes aut invidit posteris, aut nondum in promtu habebat, cum haec scriberet. Totidem versibus, quot ap. *Planudem*, hoc carmen legitur ap. *Stobaeum* T. V. p. 64. Gesn. 41. Grot. Nullum ap. mulieres castitatis signum esse satis certum, neque deformitatem, neque severitatem, neque aetatem. — V. 2. ἐμπαιζομένοις. viris, quibus uxores illudunt, quos decipiunt. — V. 5. Sunt quaedam, quae pulcritudine sua confisae, nullis muneribus corrumpantur. — V. 7. Vulgatum ὀπλιζομένας in marg. *Stobaei* emendavit *Gesnerus*; ὀπυιομένας etiam *Scaligero* in mentem venit in not. msc. idque recepit et in versione secutus est *Grotius*, vertens: *Sunt et deformes, quibus insatiata libido est.* Hanc lectionem probavit *J. Pierson.* ad *Moer.* p. 278. ubi verbi ὀπυίεσθαι pro συγγίνεσθαι usum multis illustravit. — V. 9. εἴ τις συνάγει ὀφρύας. tristis et severa. — V. 11. τρόπος ἐχέγγυος. nec hic certus et non fallax castitatis *mos* est. Hic si pro τρόπος Cod. offerret

τύπος

hanc lectionem lubens amplecterer. — V. 15 – 18. Haec ex Cod. Vat. accesserunt. Prius distichon, quamvis foede corruptum, satis certa tamen emendatione mihi restituere posse videor, scribens:

ἡλικίᾳ τοίνυν διακρίνετε· ἀλλ' Ἀφροδίτης
οἰστρῶν εἰρήνην οὔτε τὸ γῆρας ἄγει.

Aetate igitur castam a lasciva distinguamus; ut vetulam ad castitatem, juvenem ad lasciviam proniorem putemus. Hoc criterio posito, se ipsum revocat: At nulla aetas, ne senectus quidem, vulnerum, quae Venus facit, immunis est; nullam aetatem quiescere patitur. — εἰρήνην ἄγειν recte me scripsisse puto. Sic dicitur ἄγειν ἡσυχίαν, ἐκεχειρίαν et similia; et hoc ipsum ap. *Lucian.* Abdic. §. 6. T. III. p. 8. εἰρήνην ἄγει ἡ νόσος. Idem Icaromen. §. 21. T. VII. p. 31. οὕτω γὰρ ἂν εἰρήνην ἄγοιμι. Tale quid de amore dicit *Plutarch.* ap. *Stob.* T. LXII. p. 403. 30. ἁψάμενος δὲ τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐν γηρῶσιν ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός. — Sequentis distichi sensum perspectum habeo, verba, quae reponenda sint, non item. Cum haec omnia, *Palladas* dicere videtur, fallacia sint, superest, ut in jurejurando mulieris acquiescamus. Post jusjurandum autem quaeras licet deos, qui injuriam tibi illatam curae habeant eamque ulciscantur. Hoc idem est, ac si dixerit: At impune illis pejerare licebit: dii enim perjuria non curant. Huic sensui ut verba poëtae adaptes, vide, an legi possit:

ὅρκοις λοιπὸν ἀεί τι πεποίθαμεν· ἀλλὰ μεθ' ὅρκον
ζητεῖν ἐστὶ θεοὺς δώδεκα καινοτρόπους.

deos novi moris, meliores illis antiquis duodecim diis, quos *amantium perjuria ridere* dixerunt poëtae. Nam haec *ridet – Venus ipsa, rident Simplices Nymphae, ferus et Cupido*, secundum *Horat.* II. Carm. VIII. 13. Simul

respicitur ad deorum furta et adulteria, unde eos moechorum poenas nihil curare probabile fit.

VI. Cod. Vat. p. 560. Plan. p. 139. St. 202. W. Expressum est hoc distichon ex choliambis *Hipponactis* ap. *Stobaeum* T. LXVI. p. 420. Gesn. 279. Gr. Δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται· Ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν. Unde etiam ducta quaedam in Ep. *Automedont.* X. — V. 1. χόλος. *Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens, Dulce de labris loquuntur, corde vivunt noxio.* Anthol. Lat. T. I. p. 574. — δύο. *Steph.* sed omnes edd. vett. δύο.

T. 408.] *VII.* Cod. Vat. p. 547. *Palladae* vindicavit, quod ἄδηλον est in Plan. p. 131. St. 189. W. Insulsum carmen in mulierem nescio quam, quae divitum spe nuptiarum ex alia in aliam urbem commigrabat. — V. 1. εἰς Vat. Cod. — V. 2. Συρίαν. Ibid.

VIII. Vat. Cod. p. 545. Plan. p. 141. St. 204. W. — ὁ τὴν γυν. ἄσημ. ἐντυχών. cui accidit, ut deformem mulierem duceret, quae mala fortuna est scilicet. — V. 2. λύχνον. Vat. Cod. — σκότος βλέπει. Argutatur poëta in hac locutione, quae de coecis, in tenebris versantibus, usurpatur, primum ap. *Sophocl.* Oed. T. 427. deinde ap. alios. Vide *Valckenar.* ad Phoeniss. 380. p. 136.

IX. Vat. Cod. p. 383. Εἰς τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Ἀνδρομάχην. Plan. p. 22. St. 34. W. Grammaticus se duplici malo laborare conqueritur, et arte, quam profiteatur, et uxore, quam duxerit. Simile carmen *Ausonii* CXXXVII.:

Arma virumque docens, atque arma virumque peritus,
Non duxi uxorem, sed magis arma domum.
Namque dies totos, totasque ex ordine noctes
Litibus oppugnat meque meumque larem.
Atque ut perpetuis dotata a Marte duellis,
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.

Jamque repugnanti dedam me: ut denique victum
Jurget ob hoc solum, jurgia quod fugiam.

— V. 1. μῆνιν τ' οὐλομένην. Plan. τ' metri fulciendi causa insertum est, satis inepte. Vide *Br.* not. ad *Lucillii* Ep. XIV. — V. 2. μήνιδος. etiam ars grammatica me ab ira initium cogit facere. Primis Iliadis verbis uti solent Epigrammatarii ad designandam professionem grammaticam. Cf. *Lucian.* Ep. XII. XXIV. *Lucill.* Ep. XXVIII. et *Fabric.* ad *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. 6. p. 244. Hinc Graecos libenter audire narrationes malorum suorum dicit *Themistius* Or. XXII. p. 264. D. ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς μήνιδος τῆς Ἀχιλλέως, ὡς ταύτην οὖσαν ἱκανὴν παιδεύειν. — V. 3. πολύμηνος et τριχόλωτον. Vat. Cod. — ἀνάγκη de malo urgente, de tormentis etc. explicuit *Wesseling.* ad *Diodor.* L. III. 14. — V. 4. γυναικός. Vat. Cod. μαχίμης. ut *Euripid.* in Oedipo ap. *Stob.* p. 431. 42. ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή. Matrimonium pacis et tranquillitatis plenum εὐνὰς ἀπολέμους appellat idem Medea v. 644. De Clodia Metelli conjuge *Cicero* II. ad Attic. Ep. I. *Ea enim est seditiosa: ea cum viro bellum gerit.* Suadam et Gratias adesse debere conjugibus docet *Plutarch.* T. II. p. 138. D. ἵνα πείθοντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων ἃ βούλονται, μὴ μαχόμενοι, μηδὲ φιλονεικοῦντες.

X. Vat. Cod. p. 383. Plan. p. 24. St. 37. W. Quum Prometheus Jove invito ignem hominibus attulisset, Jupiter, ne tantum munus impune ferrent, mulieres iis dedit, igne longe infestiores. Ducta sunt haec ex *Hesiodi* Ἐ. καὶ Ἡ. v. 55. ubi haec sunt Jovis ad Prometheum verba: Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας; Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι. Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν, ᾧ κεν ἅπαντες Τέρπωνται. quibus dictis, Vulcanum mulierem fingere jubet, quam mortalibus dono mittat. Eandem fabulam respexit *Euripides*, mulierum osor, in Hippol. καλυπτ. ap. *Clemens*

Alex. Strom. p. 622. et *Stob.* T. LXXI. p. 432. 29. ἄντικρυς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἐβλαστοῦμεν γυναῖκες καὶ πολὺ δυσμαχώτερον. quae ex lyricis petita videntur, nec in jambos redigi debebant a *Grotio* p. 309. Ejusdem poëtae sunt haec ap. *Stob.* T. LXXI. p. 431. 21.:

Δεινὴ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσίων,
δεινοὶ δὲ ποταμοί, καὶ πυρὸς θερμαὶ πνοαί,
δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία·
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν.

et in Andromache v. 268. δεινὸν δ' ἑρπετῶν μὲν ἀγρίων ἄκη βροτοῖς θεῶν καταστῆσαί τινα· Ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω, Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω. — V. 3. Ordo verborum est: καὶ πῦρ μὲν δή —. — V. 4. πάντοθ' mallet *Br.* ex quavis materia accensum.

XI. Vat. Cod. p. 383. Anth. Plan. p. 23. St. 36. W. Omnem mulierem mariti sui tranquillitati adversari, Jovis exemplo docet. — V. 1. ὀργή. *Clemens Alex.* Paedag. L. II. p. 186. 37. Ὀργὴ δὲ μεγάλη γυνὴ μέθυσος· οἰνοῦ χόλος θεοῦ οἰνόμαχλη γυνή. — V. 3. His versibus circumscribuntur ea, quae pressius leguntur ap. *Hesiodum* Ἔ. καὶ Ἡ. v. 704. de prava muliere: τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο Δειπνολόχης· ἥτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα Εὕει ἄτερ δαλοῦ καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν. — Pro ἠδὲ Vat. Cod. vitiose ἠέ. — V. 5. ἀμέριμνον Vat. Cod. a pr. man. — V. 6. ῥῖψεν. Nisi *Palladas* Vulcani casum cum poena Junoni a Jove inflicta perperam confudit, eum sic scripsisse vix putaverim. Nec sequentia, ἠέρι καὶ νεφέλῃσι μετήορον, cum lectione ῥῖψεν satis conspirant. Respexit P. verba Jovis ad Junonem Il. XV. 16. ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν — σὺ δ' αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν ἐκρέμω. Quare vide, an scribendum sit:

πολλάκι γοῦν αὐτὴν ἧψεν ἀπ' ἀθανάτων —

alligavit eam ad deorum sedem. ἀπ' ἀθανάτων, ἕδους scil. sive οἴκου; qua omissione nihil vulgarius. *Valer. Flacc.*

L. II. 84. *Jupiter — Junonem volucri suspendit Olympo Horrendum chaos ostendens, poenasque barathri.* — ¶. 409.] V. 10. χρυσέῳ δαπέδῳ. intra aurea deorum tecta. Ex Il. Δ. 2.

XII. Vat. Cod. p. 283. Plan. p. 24. St. 37. W. Omnem mulierem, castam non minus atque impudicam, viris perniciosam esse, ex Homero docet. Similiter ex veteri historia contra mulieres disputat Clinias ap. *Achillem Tat.* L. I. c. 8. p. 21. sqq. — V. 5. Ἰλιὰς non ipsum carmen h. l., sed argumentum Iliadis, pugnas illas et caedes, Helenae causa commissas, significare videtur. Omnia illa mala, P. ait, quae in Iliade narrantur, Helenae causa suscepta sunt; procorum autem in Odyssea caedes Penelopae debetur. *Plutarch.* T. II. p. 140. F. φιλόπλουτος ἡ Ἑλένη, φιλήδονος ὁ Πάρις· φρόνιμος Ὀδυσσεὺς, σώφρων ἡ Πηνελόπη. διὰ τοῦτο μακάριος γάμος ὁ τούτων καὶ ζηλωτός· ὁ δ' ἐκείνων, Ἰλιάδα κακῶν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησε. — V. 6. Ὀδυσσεια Πηνελόπεις. Vat. Cod. a pr. m.

XIII. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 24. St. 37. W. Omnes viros uxoribus suis parere contendit; alios modo severiori, alios mitiori dominationi subjectos esse. — V. 1. κομπάζεις. Vat. Cod. — V. 2. οὐ γάρ. nec tu unus humanitatis legibus non obnoxius es; quare te quoque commovebunt blanditiae, rixae, minae, et quae reliqua sunt mulierum artificia. *Eustath.* ad Odyss. χ. 290. τὸ ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρης εἶναί τινα, οὐ μόνον ἀρχαιογονίαν παλαιστάτην σημαίνει, ἀλλὰ καὶ ἦθος ἀτέραμνον. Hoc tamen sensu illam locutionem a serioribus poëtis demum usurpatam esse, docet idem ad Od. τ. p. 687. 49. respiciens *Theocrit.* Eid. IV. 7. — V. 3. φησίν. Vat. Cod. et vett. edd. post Aldum. *Stephanus* revocavit lect. ed. pr. Flor. — V. 4. εἰ πάντες. Vat. Plan. Cod. Gudian. Rectissime cl. editor ἢ emendavit, quamvis nihil monens. — V. 5. οὐ σανδαλίῳ τύπτομαι. Vetus Epigr. in virum γυναικοκρατούμενον

..., in Anth. Lat. T. I. p. 618. *Cur tua feminco caeduntur tempora* (sic lege ex Sched. Salm.) *socco, Infamique tuo barbula vulsa cadet.* quod excitavit *Casaubon.* ad *Persii* Sat. V. 169. Parasitus ap. *Terentium* Eunuch. V. 7. 4. *Utinam commitigari tibi videam sandalio caput.* quod ex dramate satyrico, ubi Hercules ap. Omphalen serviens exhibebatur, petitum esse, dubitari nequit. Vide *Gataker.* in Misc. Adv. II. 19. p. 374. — οὐδ' — μίσαντα φέρειν. nec ad conjugis flagitia mihi connivere opus est. Cf. not. ad *Rufini* Ep. XXVIII. 6. — V. 7. ἰσολιθεῖν. Servitutem matrimonium appellat ille mulierum osor ap. *Achill. Tat.* L. I. 8. p. 23. *Juvenal.* Sat. VI. 43. *Stulta maritali jam porrigit ora capistro.*

XIV. Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 137. St. 199. W. Conqueritur, quod artem exercens minime quaestuosam, rixosae praeterea uxori obedire debeat. Cf. Ep. IX. — V. 2. »Vat. Cod.. καὶ γαμετῆς ἀδίκου. quod verum »videtur, ob quandam alliterationis speciem in ἀτέρου »et ἀδίκου.« *Br.* Vulgata lectio fortasse fluxit ex Ep. IX. τέχνης γραμματικῆς καὶ γαμετῆς μαχίμης.. ubi vide not. — V. 4. καὶ omissum in Vat. Cod. Planudes fortasse de suo addidit. Melius legas:

τὴν οὖν γραμματικὴν νῦν μόλις ἐξέφυγον.

— V. 5. τῆς ἀνδρομάχης. Pro mulieris nomine acceperunt veteres Intrpp. etiam *Grotius*, qui vertit: *Non et ab Andromacha potui discedere;* fortasse etiam auctor lemmatis Ep. IX. huc respiciens: εἰς τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἀνδρομάχην. quamvis h. l. pro adjectivo habere licet. Et hanc *Palladae* mentem fuisse, verisimile est, cui haud scio an obversatum sit Ep. *Rufini* IX. ubi vide not.. — V. 6. χάρτης. De tabulis obsignatis et pacto matrimoniali interpretatur *Brodaeus* et *Stephanus* in Thes. Gr. L. T. IV. p. 402. B. — νόμος Αὐσόνιος. Ad Constantini legem (in Cod. Theodos. L. III. tit. 16.) videtur respici, qua veti-

tum erat, ne quis uxorem repudiaret, nisi moecha esset, vel venefica, vel lena. Vide *Selden.* in Uxor. Ebraic. c. 28. in Opp. p. 830.

¶. 410.] *XV.* Cod. Vat. p. 552. *Palladae* tribuit, quod ἄδηλον est in Plan. p. 142. St. 206. W. In Pantagathum Paphlagonem, quem se nunquam videre ait, quin obliviscatur consilii de Epigrammatis in posterum non amplius scribendis saepius capti. — V. 4. στέρξαι. Vat. Cod. et vett. editt. plurimae. στέξαι habet Ald. sec. ed. Nic. Sabiens. et Stephan. quae verissima est lectio. — νόσον. *insanabile – scribendi cacoëthes. Juvenal.* VII. Sat. 51. *Morbum* carminum scribendorum studium appellat *Ovidius*, L. II. Trist. v. 16. — οὐ δύναμαι. Vat. Cod.

XVI. Vat. Cod. p. 496. Plan. p. 87. St. 128. W. Coenando et bibendo luctum sedandum esse, ex Homero docet. Respicitur Il. τ. 225. ubi Ulysses Achillem hortatur, ne milites, ante corpora curata, in proelium educat: γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς. et Il. ω. 601. ubi haec sunt Achillis ad Priamum verba: νῦν δὲ μνησώμεθα δόρπου· Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου, Τῇπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο.

XVII. Vat. Cod. p. 498. Planud. p. 87. St. 128. W. Defunctos, mortis timore solutos, plorandos non esse. — V. 2. φεῦγε. τὸ μὴ προσδοκᾶν τὸν θ. sive τὸ μὴ ἀνιᾶσθαι τῇ προσδοκίᾳ τοῦ θανάτου. — V. 3. ἐπερχόμενον. Vat. Cod. Ad sententiam facit *Epictet.* in Enchir. c. 10. ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα· οἷον θάνατος οὐδὲν δεινὸν — ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινὸν ἐκεῖνο, τὸ δεινόν ἐστι. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 109. E.

XVIII. Vat. Cod. p. 441. Plan. p. 145. St. 211. W. ubi legitur: τὴν πήραν τ. α. ἀποσφίγξας. quod nemo interpp. explicare potuit. Quum in membr. legatur: τὴν

λιπα-

γαστέρα τὴν αὐτὸς ἐνεφάξας κ. *Salmasius* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 831. τὴν λαπάραν emendavit, intactam relinquens vulgatam, et, ut mihi videtur, veriorem lectionem ἀνεσάξας. Ventriculus consutus describitur, quem carnibus minutatim sectis fartum appellabant *isicium*, εἰσίκιον. Unde lemma in Vat. Παλλαδᾶ εἰς τὸ εἰσίκιον. et in marg. Wechel. εἴς τινα πέμψαντα αὐτῷ εἰσίκιον. Conf. *Athen.* L. IX. p. 376. D. et *Casaubon.* p. 651. quosque laudat ad carmen de *Ansere farto Burmannus* Anth. Lat. V. 153. et 154. T. II. p. 446. et 447. In illa autem λαπάρῃ, quam *Palladas* ab amico dono acceperat, non fartum, sed ventum invenit.

XIX. Vat. Cod. p. 441. Planud. l. c. Etiam hoc in utrem, vento pro farto inflatam. — V. 2. πόντου ἐπιτιμίαν. Vat. Cod. — ἦτοι μέγα. Vat. Quantivis pretii hoc munus erat, cum Ulyssem a tempestatibus tutum praestaret. — V. 3. Vulgo ἀνέμων πλέον ἦτρον. In Vat. est ἀνεμώλιον ἦτορ. quod probavit magnus *Grotius*:

Aeolus at meus hic, vento cui, credo, tumet cor,
Ventorum tumidam das mihi largus avem.

Mihi quoque haec lectio, codicis auctoritate munita, praestantior videtur ea, quam *Salmasius* protulit loco supra laudato, ἀνεμώλιον ἦτρον, i. e. λαπάρην, (vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 136.) quod cum sequentibus compositum tautologicum est. — T. 411.] V. 5. Pro καὶ πνεύματα corrigebam καὶ πν. Idem notavit *Jos. Scaliger* in not. msc. Gravius ulcus latere suspicatus *Casaubonus* tentabat: οἷα ὄρνια πέμπεις.

XX. Vat. Cod. p. 559. *Palladae* inscribit, quod *Agathiae* nomen gerit in Plan. p. 156. St. 227. W. Sensus hujus carminis obscurior. Ad coenam invitato poëtae avis eaque macilenta apponitur, quam, dum comedit, a quatuor vulturibus ipse comeditur. Hos τέσσαρας αἰγυπιοὺς *Brodaeus* satis inepte de quatuor as-

fectibus interpretatur, alii de voracibus convivis, quod probabilius. Quatuor illi voracissimi homines omnia, quae apposita erant, et tantum non ipsos convivas reliquos devoraverant. *Vulturii* ap. Latinos vocantur rapaces. Vide *Taubmann.* ad *Plautum* Trinum. I. 2. 63. χεῖρα ἰκτίνου κραταιοτέρην furi tribuit *Automedon* Ep. VIII. ubi vid. — V. 3. καὶ τὸν μέν. Ex *Homeri* Od. λ. 577. γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον.

XXI. Vat. Cod. p. 421. *Palladae* tribuit, cujus inepto ingenio dignissimum esse judicat *Dorville* ad *Charit.* p. 174. In Plan. p. 178. St. 260. W. ἄδηλον est. Tantali mala parva fuisse docet prae iis, quae ipse in convivio perpessus sit, ubi ξηροφαγίαν (*Clemens Alex.* Paed. L. II. p. 179. 5.) tolerans, minimum potionis ad salsos cibos acceperit. — V. 1. ὕπερθε. Vat. Cod. — V. 2. αὐτῶν. Vat. — V. 3. Sed fac, illos fructus comederit, hi tantam sitim excitare non poterant. Spectantur hoc quoque loco Homerica in Od. λ. 578. δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατακρῆθεν χέε καρπόν, Ὄγχναι καὶ ῥοιαί, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, Συκαῖ τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι. — V. 5. βαρβίβλους. Vat. Cod. Deinde μῆλα τιλησον, et in marg. γρ. τι κῆκον ἀρ' ἄνδρασι ν. — V. 7. κεκλημένοι. ut Ep. XX. 1. In Vat. Cod. κεκλιμένοι. — V. 8. χέννιον. ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον ταριχευόμενον καὶ εἶδος ἰχθύος. *Hesychius.* Numerabatur inter vulgares aves, docente *Casaubono* ad *Athen.* L. IX. c. XI. p. 674. Adi etiam *Bochartum* in Hieroz. T. II. p. 107. et *Schneiderum* ad *Aelian.* H. A. p. 226. — χηνὸς ἀλιστὰ λίπη. *anseris salsam pinguedinem.* Idem ἀλιστὰ et ἀλίπαστα. Hoc tamen magis obvium. Vide *Athen.* L. XIV. p. 658. A. — V. 9. ὄρνια καὶ μόσχια. Ed. pr. Seqq. edd. μόσχεια. In Vat. membr. est ἔρβια καὶ μόσχια. Priorem vocem in ἄρνια pro ἄρνεια, scilic. κρέατα, mutandam censebat *Bernard.* ad *Theoph. Non.* c. 227. T. II. p. 210. Aliud quid in ἔρβια videtur latere. — μίαν, scil. κόλικα.

XXII. „Post Lucillii Ep. CXVII. sequitur hoc in „membr. sine auctoris nomine. Margini exemplaris „Wechelianae adscripsit Salmasius, addita hac nota: „*Suspicor esse Palladae.* Hoc judicium secutus sum. Qua„re inter Lucianea retulerit novissimus editor, ipse dixe„rit." *Br.* Falsum est, quod cl. editor dixit, in membranis Vat. (p. 563.) hoc carmen sine auctoris nomine prostare, quod *Salmasius* cum forte omisisset, frustra deinde ex conjectura supplere conatus est. *Luciano* in membr. diserte tribuitur, et tutius erat *Dorvillium* sequi, a quo *Reizius* inedita *Luciani* Epigr. accepit, quam divinationem *Salmasii.* — Vini vappae munus, ab amico quodam acceptum, sibi in posterum deprecatur poëta. Vide not. ad *Lucill.* Ep. CXVII. — V. 1. ἐμοὶ in Vat. Cod. omissum supplevit *Salmas.* in apogr. Guy. et Ruhnk. idque assensu suo probavit *Dorvillius.*

XXIII. Bis exstat in Vat. Cod. p. 441. et 549. utroque loco cum lemmate: εἴς τινα πέμψαντα αὐτῷ ἰσχάδας. Idem est in Plan. p. 145. St. 210. W. Sed primum Matho ille, quem *Palladas* hoc Ep. tangit, non miserat, sed apposuerat aliquid; deinde non ficos, sed aridos salsosque cibos comedendos apposuerat, quales porcellis ficubus saginandis objici solent. Magni aestimabatur caro suilla et inprimis jecur porcorum, qui aridis ficubus caricisve saginati erant. Commemorat *Pollux* L. VI. 49. ἤπατα σεσυκασμένα. ἤπατα συῶν σεσυκοτραγηκότων. *Aristoph.* Acharn. v. 805. ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων Τοῖς χοιριδίοισιν. Hinc ejusmodi jecur συκωτόν. Quaedam huc facientia attigit *Salmas.* ad *Solin.* p. 743. F. Jecur constat ad insolitam amplitudinem augeri, dum arido pabulo objecto porci frequentius potare coguntur. Jam vides, cur ξηροὶ et διψαλέοι appellentur ejusmodi χοῖροι, qui perpetua siti crucientur; hoc enim est ξηρός, quod qui de carne macilenta et exsucca interpretantur, errant.

Lucian. Tim. §. 18. T. I. p. 88. ἄποτοι καὶ ἄγευστοι, καὶ ξηρὸν τὸ στόμα. In insula Cypro autem porci frequentes pascebantur et saginabantur in Veneris honorem, cui hac victima litabant. Hinc *Antiphanes* ap. *Athen.* L. III. p. 95. F. Venerem in Cypro adeo porcis delectari, ὥστε σκατοφαγεῖν ἀπεῖρξε τὸ ζῷον, τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασεν – ubi, quod sues a stercore et luto prohiberi dicuntur, ad ficuum pastum et saginationem referendum videtur. — In Vat. Cod. loco pr. σηκαζομένων legitur, (quod quamvis sensum habet, vulgatae tamen praeferri non potest. In Ald. pr. et Ascens. σηκιζομένων, unde verbum nihili σηκίζεσθαι in quaedam Lexica venit.) Deinde πρoύθηκας loco altero. — V. 2. γυψαλέων. Vat. Cod. loco pr. quod *Salmasius* in not. msc. se alibi explicaturum esse promittit. Utinam vir doctissimus datam fidem exsolvisset, explicato vocabulo, quod, nisi depravatum, certe obscurissimum est. διψαλέων contra, ut legitur in Plan. et in Vat. Cod. loco sec. optimum et expeditum sensum habet. Ceterum *Jos. Scaliger* in msc. not. emendavit: ξηρῷ, διψιλέῳ, (διψαλέῳ scripsit V. Doctissimus) Κυπρόθεν ἐρχομένῳ. quod ut non rejiciendum, ita nec insigniter probandum est. — T. 412.] V. 3. σηκαθέντα. Ald. pr. et Ascens. — μαθών. Vat. Cod. utroque loco, et Plan. nec urgentem emendationis necessitatem video. ἐμὲ σηκαθέντα μαθών, probe me saginatum videns. — Mox σβέσον ἐκ δίψης dure dictum, pro σβέσον τὴν ἐμοῦ δίψαν. Post sitim (ἐκ δίψης), quam mihi concitasti, Cyprium mihi laticem affunde, eoque sitim restingue. — Κυπρίῳ. respectu ad porcos Κυπρόθεν ἐρχομένους habito.

XXIV. Vat. Cod. p. 515. Planud. p. 175. St. 256. W. »Pentametrum, qui in Planudea legitur, »ῥηγνυμένας καθαραῖς εὐπάλοις φιάλαις, non agnoscit Vat. »Cod. qui illius loco hunc, quem dedi, meliorem ha»bet.« *Br.* Versum a cl. editore h. l. adscriptum habet

Ed. Flor. pr. Ald. pr. et Aſcenſ. In lect. autem Aldus exhibet hunc:

αἶψα δ' ἀναθερμαίνων ψυχομένην κραδίην.

quem recepit Ald. 2. 3. et Ed. Nic. Sabienſ.

XXV. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 88. St. 129. W. in capite εἰς πατρίδα. qui inſignis error, cum non de patriae, ſed de *enchyti*, quod placentae genus eſt, amore agatur. τοῦ ἐγχύτου mentio ap. *Athenae.* L. XIV. p. 647. D. Ἐκ τυροῦ δέ φησι γίνεται πλακουντηρὰ τάδε· ἔγχυτος, τυρίβλιτης, σουβίτιλλος. Conf. *Jungermann.* ad *Polluc.* VI. 77. et *Pierſon.* ad *Moer.* p. 84. — V. 1. Poſt γλύκιον inſeruit Planud. γ' ad metrum fulciendum, quod ejusmodi fulcro non indiget. γῆς πατρίδος emendabat *Joſ. Scaliger* in not. mſc. et *Huetius* p. 11. In fine verius et membr. et Plan. Ὅμηρος, quod *Br.* tacite in Ὀδυσσεὺς mutavit. In hac emendatione ſibi praeeuntem habuit *Grotium*, qui totum ſic vertit:

Dulcius ut patria nihil eſt, cum dixit Ulyſſes,
Enchyta Circeae non habuere dapes.
Cerneret ex illis vel ſolum ſurgere fumum,
Penelopas poſſet flere jubere decem.

Spectatur autem locus in Od. illuſtris L. IX. 34.:

Ὣς δ' αὔτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι.
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον·
ὣς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων,

— V. 2. Memorabili gloſſae cum contextu confuſione legitur in Lect. Aldin. pr. Κίρκης εἶδος ἔγχυτον γρ. ubi mirare ſtuporem ejus, qui Aldin. 2. curavit, et hanc lectionem in textum immittere non dubitavit. ἔγχυτον omnes edd. vett. etiam Vat. Cod. — V. 3. Etiam h. l. παρῳδεῖ *Palladas.* Quae de fumo de patriae ſolo exſilien-te *Homerus*, haec de enchyti nidore *Palladas* dixit. Re-

ſpicitur Od. α. 57. αὐτὰρ Ὀδυσσεύς Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι Ἧς γαίης θανέειν ἱμείρεται. — V. 4. Πηνίλοπας. Vat. et Plan. Πηνελόπαις emendaverunt Brodaeus et Stephan. Mihi non ſatis tutum videtur, Palladae et aliorum iſtiusmodi farinae hominum orationem ad optimae aetatis normam exigere et emendare. Equidem latinismum (cf. Horat. I. Serm. X. 91.) in Palladae ſcriptis facile tulerim.

XXVI. Vat. Cod. p. 443. Plan. p. 69. St. 87. W. Stomacho laborans Palladas conditum ſibi parari poſtulat. Conditum vinum eſt cum aromatibus ſacco percolatum: alii mulſum ſ. οἰνόμελι eſſe credunt. Vide Foeſium in Oec. Hipp. v. κονδῖτον, et Salmaſium ad Simplic. p. 21. ubi noſtrum carmen laudatur. De duobus conditi generibus disputat Meibom. de Cereviſ. vett. c. X. in Gronov. Theſ. IX. p. 572. ſq. Faſtidio laborantibus οἶνον δίδου παλαιὸν πίνειν καὶ κονδῖτον καὶ ὑδρόγαρον. Theophanis Noni verba ſunt c. CLVI. p. 12. Ap. recentiores medicos ſaepe commemoratur. — V. 4. ῥωμαϊκώτατος ὤν. Vat. Cod. et Plan. quod tacite mutavit Br. praeter neceſſitatem. — V. 5. σκεύασον μοι οὖν μοι τ. Vat. Cod. — V. 6. χρήζει Vat. Cod.

XXVII. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 186. St. 272. W. ubi ſine auctoris nomine proſtat. Ad avarum magnificum, qui convivis ſuis vaſa argentea ſplendidiſſima, ſed parum cibi apponebat. Cf. Lucill. Ep. XXVI. XXVII. — V. 1. Ne me invita tanquam teſtem famelicorum diſcorum tuorum, quos nonniſi peſſimis cibis imples. φιλότορα. virum puta laudis cupidum, qualis ille eſt ap. Lucian. de Merc. Cond. §. 18. T. III. p. 237. qui novo convivae ἅπαντα ἐπιδεῖξασθαι τὰ αὐτοῦ βούλεται. — V. 2. „βρωτόν. Sic praeter Vat. Cod. duo etiam Planudeae. Ionica haec ſubſtantivorum forma, ſaepe a librariis obliterata, de qua inferius agam.“ Br. Hanc formam

(vulgo βρωτὴν legitur) multis exemplis illustrat *Ruhnk.* Epist. crit. p. 132. et *Valcken.* ad *Herodot.* p. 42. — κολοκυνθιὰς idem quod κολοκυνθίς, cujus amarus gustus in proverbium abiit. — V. 3. »Libri οὐ τρωγομένην. i. e. οὐ τρωκτήν. quod ferri potest.« *Br.* — V. 4. In vulgata offendens *Huetius* p. 20. conjecit φορτίζων τοὺς κενεοὺς πίνακας. quod ingeniosum. Nec tamen vulgatam temere mutaverim: λιμῷ κρητ. τοὺς μελ. πιν. miseras illas divitias, orbes scil. argenteos, cibo, ipsis quodammodo debito, defraudas, fame illos, non cibo, instruens. *Hesych.* κρητίζειν. ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾷν· ἔταττον δὲ τὴν λέξιν ἀπὸ τοῦ τοὺς Κρῆτας ψεύστας εἶναι. Hinc κρητισμῷ χρήσασθαι, *fallaciis uti.* Vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. 8. p. 32. *Schottum* ad *Zenob.* IV. 62. *Plutarch.* in Vit. Aemil. T. I. p. 267. F. κρητίζων πρὸς Κρῆτας. Similiter dicebatur κιλικίζειν καὶ αἰγυπτιάζειν. τὸ πονηρεύεσθαι. ap. *Eustath.* ad Il. ι. p. 637. 21. quod addendum ad ea, quae de Aegyptiorum dolis monuit *Valcken.* ad Adon. v. 47. — V. 5. »ἀργαλέην. mallem ἀργυρέην. Sic omnino scribendum videtur.« *Br.* In eandem emendationem incidit *Jos. Scaliger* in not. msc. Nihil verius. Voca tibi ad ostentationem illam (non ῥητορικήν, sed) ἀργυρέην, vasorum tuorum, convivas, quibus jejunium impositum est. — V. 6. θαυμάσσῃ Plan. edd. et θαυμάσῃ. In Vat. Cod. est θαυμάζῃ. Huic proximum erat θαυμάζου, quae *Brunckii* emendatio videtur. Nihil enim lectores monuit. — ἄσημον argentum opponitur τῷ ἐπισήμῳ, non cusum, quod in vasis et discis est, ei, quod in numis habetur, *purum,* quod Latini appellant, *caelato.* Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 700. F. et p. 761. C. — κοῦφον. nullis cibis oneratum.

¶. 413.] *XXVIII.* Vat. Cod. p. 561. Plan. p. 185. St. 270. W. *Stob.* T. X. p. 127. 41. Gesn. 75. Grot. »Operarum errore in Stephani editione titulus est τοῦ αὐτοῦ, i. e. *Macedonii,* cujus Epigramma praecedit: in

„omnibus aliis titulus est παλλαδᾶ, excepta tamen Wechelliana, quae Stephanianae mendas omnes, multis insuper „additis, habet." *Br.* τρώγειν pro *edere* simpliciter videtur positum. Eos veterum, qui sobrietati studerent, semel tantum per diem cibum sumsisse, nota res est. Salamini autem convivae domi denuo coenabant, cum apud illum famem potius quam cibos reperissent.

XXIX. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 177. St. 258. W. ubi v. 5. τέρπεο καὶ ἀπέρτα ex frigida Planudis emendatione legitur. — V. 3. τοῦτο. *Martial.* VIII. 7. *Cras vives; bodie jam vivere, Postume, serum est. Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.* — Hoc est τὸν ἐφημέριον βίον ἔλκειν. *Carpe diem, quam minimum credula postero. Horat.* I. Carm. XI. 8. *Dona praesentis cape laetus horae.* Idem L. III. Carm. VIII. 27. — V. 6. τἄλλα. *Eurip.* Alcest. 791. εὔφραινε σαυτόν, πῖνε· τὸν καθ' ἡμέραν βίον λογίζου σόν· τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης. quem locum noster manifeste expressit. Similia collegit, nostri etiam memor, *Mitscherlich.* ad *Horat.* I. Carm. IX. 9. p. 108.

XXX. Vat. Cod. p. 561. ad *Palladam* retulit. In Plan. p. 139. St. 201. W. ἄδηλον est. De asino grammatici male nutrito. — V. 2. Infaustum Saturni sidus bestiarum quoque natales temperat. *Lucill.* Ep. XLIII. ἀφροδιτεῖ σὺ Κρόνος. Hoc verbum ἀφροδιτεῖν hic adscripsit *Casaubon.* in not. msc. sive interpretamenti loco, sive quod sic etiam hoc in loco emendandum putaret. Prius verisimilius. — V. 3. ἔσχε. Vat. Cod. — V. 4. κλασβαρχίη. ex figuli taberna in grammatici domum venditus, infesti sideris vim expertus est asinus. — V. 5. καυθήλια. Vat. Cod. et Plan. quod cum κανθήλια commutandum esse praeclare vidit *Grotius*, qui hoc distichon mira felicitate reddidit:

Restas, aselle, feras, quod sors jubet: omnia curvant
Grammatici: dicunt, es, quoque, non comeda.

Ut Grammatici non κριθή, ſed truncata voce κρῖ dicunt, tu quoque non plenam hordei menſuram, ſed deminutam accipies. κρῖ paſſim ap. *Homerum* obvium. Vide *Heſych.* v. — Tacite hujus diſtichi ſcripturam immutavit cl. editor. Vulgo enim legitur: γραμματικῶς γὰρ οὐδὲ τέλος. Sic etiam Vat. Cod. ubi praeterea κριθῇ. — Quid *Caſaubonus* h. l. emendaverit, haud facile cognoſci poteſt ex ſchedis, ubi omnia confuſa. Videtur tamen legiſſe τλ. φέρειν λιμὸν – γραμματικοῖς, et ſequ. verſ. τελέως. In his quaedam cum Brunckianis conſpirant. τλῆθι φέρειν λιμὸν, ut non ineptum, ita nec neceſſarium eſt.

XXXI. Vat. Cod. p. 495. ſine auctoris nomine. Sed ſequitur Ep. CXXII. cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. In Plan. p. 63. St. 91. W. diſerte tribuitur *Palladae.* Luſus in vocibus ſimilibus δόμενε et δόμενοι. Quem elegantem jocum exiſtimat *Ritterſhuſ.* ad *Oppian.* Cyneg. L. I. 4. p. 3. is mihi videtur longe frigidiſſimus. Sed in talibus diverſa eſſe ſolent hominum judicia. — V. 2. λάβοι. Vat. Cod.

XXXII. Vat. Cod. p. 550. Planud. ibid. Monet amicum, ut ſibi ab adulatoribus, una tantum litera a corvis diverſis, caveat. Sumſit hoc *Palladas* ab Antiſthene, qui ap. *Stob.* T. XIV. p. 149. 40. αἱρετώτερον εἶναι, ait, εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν ἢ εἰς κόλακας· οἱ μὲν γὰρ ἀποθανόντος τὸ σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται. Idem dictum ejusdem familiae philoſopho Diogeni tribuit *Athen.* L. VI. p. 254. C. Neſcio quis ap. *Stobaeum* l. c. ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν τρεφομένων ὑπ' αὐτοῦ κυνῶν ἀπέθανεν· οὕτως οἱ κόλακες τοὺς τρέφοντας καταλύουσι. ubi fortaſſe κατέδουσι legendum. Noſter Ep. CXLV. πάντα φαγοῦσα βίον. *Homer.* Od. ι. 160. βίοτον νήποινον ἔδουσιν Ἀνέρος. *Incertus* ap. *Stob.* p. 481. Grot. Οὐδεὶς τὰ πατρῷά πω γέρων κατεδήδοκε. *Analixas* vermibus comparat adulatores ap. *Athen.* l. c. verſibus leviter corrigendis: φησὶ γοῦν ὁ Ἀναξίλας·

Ἔνιοι κόλακές εἰσι τῶν ἐχόντων οὐσίας
σκώληκες· εἰς οὖν ἄκακον ἀνθρώπου τρόπον
εἰσδὺς ἕκαστος ἐσθίεται καθήμενος.

ubi vide an corrigendum sit: Ἀναξίλας ἐν Νεοτ. (i. e. ἐν Νεοττίδι) Οἱ κόλακες. — In eadem *Athenaei* pagina *Diphili* de adulatoribus fragmentum in senarios digerere conatus *Casaubonus*, operam perdidit. Sunt enim tetrametri, sic levi negotio refingendi:

ὁ γὰρ κόλαξ
τὸν στρατηγόν, καὶ δυνάστην, καὶ φίλους καὶ τὰς πόλεις
ἀνατρέπει, λόγῳ κακούργῳ μικρὸν ἡδύνας χρόνον.
νῦν δὲ καὶ καχεξία τις ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους,
αἱ κρίσεις θ' ἡμῶν νοσοῦσι, καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.

— V. 1. κόλακάς τε διίστῃ. Vulgo. Nostrum est in Vat. Comparandus inprimis *Aristoph.* Vesp. 45. sqq. — V. 2. οὐκ οὖν ταὐτό. Plan. Etiam hoc ex membr. emendatum est et ex tribus Plan. codd. — βωμολόχος. parasitans et scurrans adulator. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 65. et *Pierson.* ad *Moer.* p. 105.

¶. 414.] *XXXIII.* Vat. Cod. p. 506. „Titulus in „Vat. Cod. Ῥάρου. Adnotavit Salmasius: *Quis ille Rharus* „*sit, nescio. Forte* Ῥιανοῦ. *Sed Palladae potius tribuendum* „*videtur.*" *Br.* Huic inscribitur in Plan. p. 63. St. 92. W. Apertas inimicitias simulatae amicitiae praeferendas esse. Comparaverunt haec Intrpp. ad *Lucian.* de Calumn. §. 24. T. VIII. p. 52. καὶ ὅλως ἐχθρὸν μὲν οὐδεὶς ἂν τολμήσειε διαβάλλειν· ἄπιστος γὰρ αὐτόθι ἡ κατηγορία, πρόδηλον ἔχουσα τὴν αἰτίαν· τοῖς δοκοῦσι δὲ μάλιστα φίλοις ἐπιχειρεῦσι. *Theognis* v. 1169. Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι, Κύρνε· φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.

XXXIV. Vat. Cod. p. 561. Παλλαδᾶ. In Planud. p. 64. St. 92. W. auctoris nomine caret.

XXXV. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 103. St. 152. W. In parricidas Jovis exemplo tutos. Verisimile est, *Palla-*

dum ejusmodi facinoris, ubi quis *parentis – impia manu Senile guttur fregerat*, exemplum ante oculos habuisse. — V. 1. „Inepte legebatur: εἰ τοὺς ἀνδροφόνους, „contra Epigrammatis sensum; quod et vidit Vinc. „Opsopoeus, ut ex ejus versione patet." *Br.* — V. 2. τοῦ Διός. Jovis hoc munus, qui ipse patrem interemisset, si mortalis esset. *Lactant.* Instit. I. c. X. *Quid horum omnium pater Jupiter – nonne a prima sua pueritia impius ac paene parricida deprehenditur?* Solent autem veteres in flagitiorum suorum excusationem deorum exempla praetexere; ut ille ap. *Terentium*, et Byblis incestum fratris amorem fovens ap. *Ovidium* Metam. IX. 496. sqq. et v. 554. *sequimur magnorum exempla deorum.* — V. 5. τιτρῷσι, jota subscripto, vulgo; a quo errore sibi cavit Vat. Cod.

XXXVI. Vat. Cod. p. 422. Καὶ τοῦτο Παλλαδᾶ. ἄδηλον. In Plan. p. 103. St. 152. W. ἄδηλον. Bonos vexationibus omnium, etiam infirmissimorum, obnoxios esse docet; cum contra malis ne potentes quidem noceant. — V. 1. κἂν ὗς δάκοι. Vat. Cod. Hoc ab Aldo in Cod. repertum et in Lectt. positum admisit Ald. 2. 3. Nic. Sabiens. μῦς revocavit Stephan. ex Badii ed. idque assensu suo comprobaverunt *Jos. Scaliger* in msc. not. et *Grotius* in versione. Hinc *Erasmus: Virum improbum vel mus mordeat.* ὗν et μῦν in alio quoque proverbio confusa docet *Leynep.* ad Phalar. p. 121. Simile est, et nonnisi nomine bestiae diversum, proverbium: κἂν αἴξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. *Diogen.* V. 87. Ceterum ap. *Palladam* sive ὗς legas, sive μῦς, alterutra lectio et in v. 1. et in v. 3. servanda videtur; ut est in Vat. Cod. et in Stephani Planudea. Proverbium erroris arguit poëta: Vel murem (sive suem) malum virum mordere dicunt; quod falsissimum. Sic potius dicendum: Vel mus (s. sus) bonum virum mordeat; malum autem ne draco quidem. — V. 2. χρηστοὺς. Vat. — V. 3. ὗς. Idem.

p. 415.] *XXXVII.* Vat. Cod. p. 442. Plan. p. 54. St. 77. W. „Non bene congruit lemma. Factum mihi „videtur in editum infantem cum utroque sexu, et sta„tim post mortuum: sic recte dicitur παιδίον ἀρσενικὸν, „θηλυκὸν, οὐδέτερον.“ *Br.* Huic sententiae nonnihil patrocinatur Ep. in Hermaphroditum in Anth. Lat. T. I. p. 621. *Pes haesit ramis, caput incidit amne; taliquę Femina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.* Fortasse tamen poëta nihil aliud quaesivit quam jocum ἐκ τοῦ παραδόξου, in cujus gratiam τὸ οὐδέτερον inopinato addidit. Hujus generis est id, quod in *Rufum* Grammaticum fecit *Auson.* Ep. XLIX.:

Rufus vocatus rhetor olim ad nuptias,
Celebri ut fit convivio,
Grammaticae ut artis se peritum ostenderet,
Haec vota dixit nuptiis:
Et masculini et feminini gignite,
Generisque neutri filios.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 561. Plan. p. 65. St. 93. W. (ἄδηλον in Ed. Flor. et Ald. pr.) Expressum ex Ep. ἀδεσπ. CCXVII. in Justitiam. Victoriam non hilari, ut plerumque, sed tristi vultu conspicatus quidam, tristitiae caussam ab ea requirit: cui interroganti respondet, se dolere, quod Patricio sit tradita. Carminis argumentum non satis expeditum, nec de quo Patricio, quave victoria, illi perperam adjudicata, agatur, satis constat. Notus quidem homo hujus nominis, qui vaticinandi artem professus, interfectus est a Valentiniano anno post Chr. 374. narrante *Zosimo* L. IV. 15. *Ammiano Marc.* XXIX. 1. Cf. *Suidam* in Πατρίκιος. Fuit etiam alius Patricius, quaestor, Constantinopoli anno p. Chr. 390. Vide *Fabric.* Bibl. gr. T. XII. p. 357. — V. 3. Colligit *Brodaeus* ex his verbis, Patricium pauperem aliquem in judicio oppressisse. Quod vix verum. Ille potius victo-

riam de hostibus, ab alio partam, sibi arrogasse videri possit. Fortasse etiam de re minoris momenti, de victoria in ludis Circensibus, agitur, qui quam cupide et ambitiose a Constantinopolitanis spectari sint soliti, neminem fugit. Hanc interpretationem reliquis veriorem puto. — V. 6. Victoriam ille, ut nauta ventum, rapuit.

XXXIX. Vat. Cod. p. 536. *Palladae* vindicat. In Planud. p. 142. St. 205. W. ἄδηλον est. In Maurum rhetorem. Cf. Ep. *Ammiani* V. — V. 2. „χείλεσι λιτραίοις. *labiis libralibus.* Sic recte Vat. membr. Sine „sensu antea legebatur τερτταίοις." *Br.* — Idem tamen Cod. male λέντα. — φόνον. Graviter dictum de sono vocis importuno et auditores tantum non enecante. Male haec accepit *Brodaeus.* Maurus cum declamabat, τῶν ὤτων erat Ἀπόλλων, ut Nicetes ille ap. *Ammian* Ep. XXVII. Paulo diversa ratione *enecare* alios dicuntur, qui crebro eadem dicendo molesti sunt; ut ap. *Terent.* III. Eunuch. V. 6. — φόνον tamen pro depravato habebat *Casaubonus,* τόνον in schedis corrigens; et *Jos. Scaliger* quoque tentavit aliquid; sed φοβάς, ut in ap. Goettingensi habetur, verum esse nequit. Mihi in vulgata acquiescendum videtur, quae sensum habet bonum, et alliterationem efficit, a *Pallada* non uno loco studiose quaesitam.

XL. Vat. Cod. p. 555. Etiam hoc Ep. ἄδηλον est in Anthol. Plan. p. 142. St. 206. W. Scriptum in deformes Hermiones cujusdam liberos. Ut ex cycni cum Leda concubitu pulchra liberorum soboles enata est, sic probabile est, Hermionen, Hermolyci filiam, cum corvo rem habuisse, cum tam foedos liberos pepererit. Quia mulier illa Hermolyci filia erat, ejus filios, ab avi nomine vocatos, Ἑρμοπιθηκιάδας, quasi *simias Hermolyci nepotes,* eorum *gregem* autem Ἑρμαγέλην eandem ob causam appellat. In posteriore vocabulo simul respicitur illa umbrarum et larvarum turba, quam Mercurius ψυ-

γρπομπὸς ad inferos deducere solet. — δαιμονίων. Vide ad *Ammiani* Ep. V. 2. — Comparationem deformium cum simiis illustratam dedimus ad *Lucill.* Ep. XXXV. et *Rufin.* XIX. 6.

XLI. Vat. Cod. p. 383. Plan. p. 22. St. 34. W. Ex cod. protulit *Bandini* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 297. Artem grammaticam, ut famis et inopiae causam, vituperat. Cf. Ep. IX. — V. 2. οὐλομένης. Respicitur ad initium versus 2. Iliadis. — V. 3. δὲ om. Vat. Cod. — V. 4. ὀλέσει. Vat. Cod. — ¶. 416.] V. 5. πρὶν in marg. Wechel. male per ἕως explicatur. Quia Agamemnon olim Briseïda, Paris Helenam rapuit, i. e. propter bella ab Homero decantata, ego mendicus fio. — V. 6. δ' iterum omittit Vat. Cod.

XLII. Vat. Cod. p. 384. Plan. p. 22. St. 35. W. Causam, cur Grammatici tantis cum malis conflictentur, poëta a quinque prioribus Iliadis versibus, male ominatis, repetit. Hos autem ἀρχὴν γραμματικῆς vocat, quia Grammaticae docendae initium ab Iliade solebat fieri. — V. 2. πρῶτος, στίχος scil. — V. 3. πάλιν om. Vat. Cod. — V. 7. μετὰ πέντε κατ. post quinque tam infausta omina. Alliteratio est in πέντε et πένθος. — V. 8. πτώσεις. Etiam in hoc *casuum* technico vocabulo malum est omen. Iterum in hoc vocabulo ludit Ep. XLIV. ᾔδη καὶ αὐτὰς Πτώσεις γραμματικῆς, πτῶσιν ἔχων πενίης.

XLIII. Vat. Cod. p. 384. Plan. p. 22. St. 34. W. Libris suis venditis Grammaticae valedicit, ad aliam artem transiturus. — V. 1. τὰ πολύστονα β. libri, non ipsi solum Grammatico, sed etiam pueris docendis multas aerumnas et dolores creantes. — V. 2. τέχνας. Vat. Cod. — V. 3. λόγοι. De arte oratoria accepit *Opsopoeus*, ad quam *Palladas*, Grammatica relicta, transierit; ejusque interpretationem amplexus est *Grotius*, qui etiam hoc loco verborum lusum egregie imitatus est:

Cyrrha vale atque Helicon, nam malo dicere causas,
Quam mortis causam dicere Grammaticam.

Sed quamvis tanti viri adsensu probatae explicationi quominus accedam, prohibet postremus versus, qui longe diversam interpretationem postulat. λόγοι sunt *literae* in universum, et h. l. synonymice cum *Grammatica* arte ponuntur. συντάττομαι ὑμῖν autem nova valedicendi formula: Valete Musae, valete literae, quae me ad famem et miseram mortem abripiunt. Hunc autem verbi συντάσσεσθαι usum, quo *valedicere* significat, post *Valesium* attigit *L. Kusterus* ad *Suidam* in συντακτικὸς T. III. p. 408. fusius illustravit *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 151. — In hoc autem verbo et sq. σύνταξις alliteratio in oculos incurrit: literis συντάττεται, *vale dicit*, quia ἡ σύνταξις, *Grammatica*, ipsum ad restim adigit.

XLIV. Vat. Cod. p. 384. primum distichon exhibet, p. 440. integrum carmen. Plan. p. 22. St. 35. W. Idem argumentum iterum, sed longe ineptius tractat. — V. 1. Καλλιμ. καὶ Πίνδαρον. Hos ut difficiles, et propterea Grammaticis inprimis caros poëtas de pluribus nominat. Ille etiam quasi tutelaris hujusmodi hominum videbatur deus. Cf. *Antiphan.* Ep. V. 4. — V. 2. πτῶσιν. ut Ep. XLII. 8. — V. 3. Dorotheus salarium, quod mihi praestare solebat, dare desiit. — Ludit *Palladas* in ambigua significatione vocabuli. σύνταξις, quod praeter eam, quam pueri norunt, aliam habet, minus notam, quam *Suidas* indicat T. III. p. 409. ἔλεγε δὲ καὶ τοὺς (sic lege pro ἱκέτους cum *Valcken.* ad *Herodot.* p. 153.) φόρους συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα. Apud seriores potissimum *salarii* notionem induebat; ut ap. *Appian.* in Syr. p. 87. ὁ περιώνυμος ἰατρὸς Ἐρασίστρατος ἐπὶ μεγίσταις συντάξεσι Σελεύκῳ συνών. quem locum laudat, de voce σύνταξις docte disputans, *Lennep.* ad *Phalar.* p. 306. sq. — V. 4. Hunc versum omittit Cod. ap.

Bandin. p. 99. editio pr. Flor. Ald. 1. 2. Junt. Primum, ni fallor, reperitur in Ald. 3. et ap. Nicol. Sab. In membr. Vat. autem plane aliter legitur:

πρεσβείην κατ' ἐμοῦ τὴν κακὴν τελέσας.

quem versum a *Planude* omissum, et male suppletum, futurus Anthologiae editor in locum suum restituet. πρεσβεία, quam Dorotheus *Palladae* misit, nuntius fuisse videtur, quo illum dimisit; hanc κακὴν vocat, ut discipuli parum pii in magistrum peccatum, simul respectu ad Δωροθέου nomen habito, quod alia sperari jubebat. — Jam se ad alium, eumque melioris nominis virum, Theophilum convertit, rogatque, ut ne eum inopia perire patiatur. Vulgo θεῷ φίλε legitur, quod expressit *Grotius*; nec aliter Vat. Cod. ubi etiam μοι πρόστηθι legitur. — V. 6. συνδέσμῳ πενίης. paupertatis *copula* (et vinculis) implicitum et constrictum. Allusio ad συνδέσμους Grammaticorum.

XLV. Vat. Cod. p. 504. Plan. p. 23. St. 35. W. — V. 1. „λίτραν ἐτῶν. i. e. LXXII. annos. Totidem enim „aurei cudebantur e libra, Palladae aevo, qui sub pri„mis christianis imperatoribus vixit.“ *Br.* — βουλευτής. Senator ad inferos descendo. Ad senatorium igitur honorem, in municipio fortasse aut colonia, (vide *Casaubon.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 9.) *Palladas* adspirasse videtur; sed frustra. Ad Orcum autem remittuntur, quos spes per vitam fefellit. Laudat *Brodaeus Plutarchi* locum: τὴν δ' Ἰσοκράτους διατριβὴν ἐπισκώπτων γηρᾷν φησὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐν ᾅδου χρησομένους ταῖς τέχναις καὶ δίκας ἐροῦντας. Simile est Theocriteum Eid. I. 62. τὰν γάρ κοιδὰν Οὔτι πα εἰς Ἀΐδαν γε τὸν ἐκλελάθοντα φυλαξεῖς.

¶. 417.] *XLVI.* Vat. Cod. p. 384. „Quartum „distichon orae exemplaris Wechelianae adscripsit Sal„masius: duo reliqua protulit libro de modo usurar. „p. 65. Tria tantum prima in Planudea leguntur.“ *Br.*

Plan.

Plan. p. 23. St. 35. W. Haec quasi pro inscriptione ludi Grammatici habenda: Hic docent, quibus Serapis irascitur, miseri Grammatici. κεχόλωται. Vat. Cod. *Serapis* pro summo numine ponitur. Cf. *Tacit.* Hist. IV. 84. et *Palladae* Ep. CXXXIX. Formulam de miseris, quibus *Dii irati sunt*, satis illustravit *Lambinus* ad *Horat.* II. Serm. III. 8. et *D. Heinsius* ad *Hesiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 236. — V. 2. κατὰ μῆνα. Quovis mense igitur pactum magistris solvebatur salarium, quod ex *Horatii* I. Serm. VI. 75. *pueri – ibant octonis referentes idibus aera* – minus certe colligitur cum ab aliis, tum a *Laurentio* de Professor. c. I. in *Gronovii* Thes. X. p. 1169. — τροφός. puer Grammatico in disciplinam traditus. Sed mox haeremus in θηραμένη, quod, cum τροφὸς conjunctum, *discipulas* nobis obtrudit. Quare saltem accentu mutato scribe τρόφον, *nutricem*. Unus omnium hic haesit *Jos. Scaliger*; qui in not. msc. πενίη corrigit, quod tamen sensum expeditum non habet. Junxisse videtur: ἡ πενίη, τρόφος, paupertas, qua alimur; cogitans fortasse de Πενίᾳ *Aristophanis* in Plut. 469. ἀγαθῶν ἁπάντων αἰτίαν. Sed vereor, ut tum in reliquis interpretatio bene procedat. Fortasse tamen aliud quid voluit vir perspicacissimus, quod non assequor. Si scriptum foret τρόφος — θηράμενος, paedagogum intelligas; de quo hominum genere similia praedicat *Juvenal.* VII. 216.:

Quis gremio Celadi, doctique Palaemonis affert
Quantum Grammaticus meruit labor? et tamen ex hoc
Quodcunque est – minus est autem, quam rhetoris aera –
Discipuli custos praemordet Acoenonaetus,
Et qui dispensat frangit sibi.

— Pro ῥέβλῳ vulgo βίβλῳ habetur. — V. 6. Pro φέρει, quam lectionem nec Planudea agnoscit, nec Vat. membr. τῶν reponendum est. θρόνος est magistri sella, sive cathedra, de qua multa collegit *Wower.* de Polymath.

c. IV. p. 30. sq. — ὡς κάπνισμα. ut suffimentum, tumulo negligenter injectum, quo fames non lenitur. — τὴν μικρ. χάρτην. ipsa charta exigua, quae exiguam mercedem continet. — V. 7. 8. Hoc distichon addidit *Grotius* in versione, reliqua omittens. — κλέπτει. ἡ τροφὸς scil. nec integram affert hanc mercedem, sed sibi aliquid inde sumit, plumbeos et adulterinos numos bonis immiscens. Hanc fraudem attigit *Themistius*, nimiam Sophistis in hisce rebus curam exprobrans, Or. XXI. p. 261. C. μισθὸν εἰσπράξεται ὁ διδάσκαλος — μεταστρέφων τοὺς στατῆρας ἔνθεν καὶ ἔνθεν, μὴ παράσημοί τε καὶ ἐνδεεῖς. — V. 8. τὸ ἔθος. Cod. Vat. quod depravatum. ἔτος *Brunckii* de annua mercede accipiendum, per hyperbolen positum: hac fraude parum abest, quin omnem illam mercedulam magistro subtrahat. — V. 9. εἰς ἐνιαυτόν. De strena accipe, quam magistri, anno absoluto, accipere solebant; de qua vide *Cresollium* in Theatro Rhet. V. 4. *Juvenal.* VII. 243. *Haec, inquit, cura: sed cum se verterit annus, Accipe, victori populus quod postulat, aurum.* ubi Scholiastes: *Haec exposcunt a magistris, et post omnia in annum unum solidum accipiunt.* Hujus solvendi ubi tempus venerit, undecimo anni mense transacto, parentes pueros ad alium mittunt, et miserum magistrum minervali defraudant. Egregie haec comparavit Vir doct. in Nova Bibl. Germ. T. L. nr. 1. p. 239. ad *Theophrastum* Char. XXII. cujus haec sunt de ἀνελευθέρῳ· καὶ τὰ παιδία δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι ἐς διδασκάλου, ὅταν ᾖ ἀποδιδόναι καιρὸς τὰ παιδομουσεῖα, ἀλλὰ φῆσαι κακῶς ἔχειν, ἵνα μὴ συμβάλληται — prout hoc ex Vat. Cod. additum comma emendarunt VV. DD. *Schneiderus* et *Coray*. Comparandum aliud ex iisdem membranis recens erutum in cap. XXX. καὶ τῶν υἱῶν δὲ μὴ πορευομένων εἰς τὸ διδασκαλεῖον τὸν μῆνα ὅλον διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν, ἀφαιρεῖν τοῦ μισθοῦ κατὰ λόγον· καὶ τὸν ἀνθεστηριῶνα μῆνα μὴ πέμπειν αὐτοὺς εἰς τὰ μαθήματα διὰ τὸ θέας εἶναι πολλάς, ἵνα μὴ τὸν μισθὸν ἐκτίνῃ. — Pro ἄγῃ in membr. est

ἄγαν. — πρὶν προφέρειν. priusquam bene profecerit. *Budaeus* Comm. Gr. p. 573. 40. — V. 11. Ibi autem rudis adhuc visus, priorem magistrum, praeterea quod eum minervali privavit, etiam in ignorantiae suspicionem adducit, sive potius omnem ignorantiae suae culpam in illum conjicit.

XLVII. Vat. Cod. p. 549. Plan. p. 145. St. 211. W. Grammatice jocatur de asino longe tardissimo. — V. 1. Ἀντίσπαστον. Ad pedem illum metricum, qui antispastus vocatur, respexit, significans asinum anterioribus pedibus non minus quam posterioribus claudicantem. — V. 2. ὅρμον ἴσον. ut qui in portum venerunt, navigandi finem faciunt, sic qui hunc asinum inscendunt, tanquam itineris finem assecuti essent, quiescunt. Hinc ὅρμος ὁδοιπορίης quasi portus et meta totius itineris appellatur ipse asinus. Minus recte haec interpretatur *Brodaeus*, qui v. 3. ὄνον πόνον parum feliciter emendavit. πόνος, quasi *merus labor*, vocatur asinus, qui utentibus eo molestias creat. ὄνειρος, vana asini species, ut somnii. Quae enim infirma sunt et debilia, ita ut nullum sui usum praebeant, ea ὀνείροις comparant veteres. Senio et aerumnis confectus Oedipus ap. *Euripid.* Phoen. p. 1713. procedit, ὡς ὄνειρος ἰσχὺν ἔχων. quam comparationem idem auxit in Aeolo fr. XVIII. senes ὀνείρων μιμήματα vocans, cum quo comparanda *Pindari* Pyth. VIII. 136. Phineus ap. *Apollon. Rhod.* II. 197. ἀρθωθεὶς εὐνῆθιν, ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον — ῥικνοῖς ποσὶν ἦε θύραζε. Thetis corporis humani pondere deposito — πνοιῇ ἰκέλη δέμας, ἠΰτ' ὄνειρος, βῆ ῥ' ἴμεν ἐκ μεγάροιο. ap. eundem L. IV. 877. Ad nostrum locum proxime accedit *Terentius* III. Adelph. III. 40. *Tu quantus quantus nil nisi sapientia es: Ille, somnium.* i. e. iners et socors. — V. 4. ὕστ. πρῶτος. Ad figuram haec spectant, quae *Hysteron proteron* vocatur. Asinus ille, omnium postremus, primus fit et agmen ducit, ubi

reliqui revertuntur. ἀνακάμπται dicuntur, qui a meta ad carceres redeunt.

XLVIII. Vat. Cod. p. 545. Planud. p. 146. St. 212. W. In Demonicum, Chalcidensem, hominem rapacissimum, sed eorum, quos bonis exuerat, malis illacrymantem. — V. 2. Alliteratio est in ῥήμασιν et ῥεύμασιν. ῥεύματα παθέων, cupiditatum tuarum impetum. Sic τύχης ῥεύματα ap. Nostrum Ep. LXXIV. CXVII. CXXI. φιλίης ῥεύμασι μιγνύμενα *Irenaeus* Ep. I. — V. 3. ἐπὶ σοῦ. Vat. Cod. — V. 5. Novum vocabulum ἀποχαλκίζειν, urbem aere et bonis spoliare, alliterationis causa factum. Chalcidenses autem propter turpe lucri studium infames fuisse, docere videtur verbum χαλκιδίζειν. παροιμιακῶς τὸ γλισχρεύεσθαι· ἐπὶ φιλαργυρίᾳ γὰρ ἐκωμῳδοῦντο οἱ κατ' Εὔβοιαν Χαλκιδεῖς. ut est ap. *Suidam.* cum quibus cf. glossam *Hesychii* in χαλκιδίζειν, ibique Intrpp. Fortasse hoc vocabulum, ut plura ei similia, a χαλκὸς fictum, et a Comicis ad Chalcidenses, sine ulla horum hominum culpa, translatum est. — Ceterum in verbo ἀπεχάλκισε transitum de secunda ad tertiam personam non ferens *Huetius* p. 15. tentavit: ἀπεχαλκίσω πόλιν ἡμῶν. Malim equidem hoc distichon pro peculiari Epigrammate habere et a praecedentibus sejungere. Nomen hominis omissum nihil obstat. Cf. Ep. L.

I. 418.] *XLIX.* Vat. Cod. p. 545. Planud. ibid. Hoc distichon cum sequente Ep. L. jungendum censebat *Huetius* p. 16. Mihi secus videtur. Demonicus h. l. Λυκάων vocatur, e λύκος, propter rapacitatem; quod *Brodaeus* bene monuit. Eidem vero Λωτοφάγων γῆν sensu proprio accipienti de Africa aliave lotum ferente terra, accedere nequeo. Chalcidensis enim erat Demonicus, qui his versibus perstringitur. Quod siquis quaerat, quo sensu *Palladas* illa verba posuerit, libenter fateor, me, quod acumen captaverit, non assequi. Nequitiam subesse,

et turpis flagitii exprobrationem, ex v. 2. suspicor; ubi Demonicus ἀντιοχευόμενος, paederasta et cinaedus fuisse significatur; (conf. ἀντιπεραινόμενοι ap. *Straton.* Ep. LXXVII.) respectu habito et ad etymologiam vocis, ab ὀχεύειν derivandae, et, ni fallor, ad corruptos Antiochensium mores, de quibus vide *Julian.* in Misopog. p. 342. G. D. et inprimis p. 359. D. Ad Antiochi nomen respici putabat *Grotius*, qui haec sic vertit:

Lotophagûm de gente venit novus, ecce, Lycaon,
Chalcide qui natus si facis Antiochum.

L. Vat. Cod. p. 545. Planud. ibid. Etiam hoc disticho rapacitas et flagitia Demonici perstringuntur. θηλυμανὲς πάθος ἄλλο. Pronus erat ad lacrymas, quod muliebre; sed etiam ἄλλο habebat muliebre πάθος, quod muliebria patiebatur scilicet. — V. 2. ἔκλαιεν. Vat. Cod. — V. 3. Quum praedabatur, probus videbatur esse, quia perquam humaniter spoliatis illacrymabat; sed hoc ipsum non prohibebat, quin gnaviter furta faceret. Ceterum μηδὲν εἶχε καθαρόν, nihil, i. e. nullam corporis partem puram habebat, quod de flagitiosis hominibus dici solet. — οὐδὲ τὸ σῶμα ῥύπου. Avari hominis sordes pingit, qui, ut dives ille et avarus Patroclus ap. *Aristoph.* in Plut. 85. οὐκ ἐλούσατ', ἐξ ὅτου περ ἐγένετο.

LI. Vat. Cod. p. 544. Plan. p. 149. St. 217. W. De Gennadio, chirurgo, cujus cultrum subire periculosius esse videbatur, quam latrocinii reum fieri. Judex enim latrones tantum ὁσίως, i. e. secundum leges, poena capitali afficit; Gennadius autem eos, a quibus mercedem accepit, ad inferos demittit. — V. 2. παλάμαις. Vat. Cod.

LII. Vat. Cod. p. 545. auctori suo reddidit; nam in Plan. p. 154. St. 224. W. ἄδηλον est. Tonsoris pessimi irridendi caussa haec scripta, cujus novaculam sutoris

acu, instrumento barbae faciendae minime idoneo, superatum iri suspicatur. — V. 2. νικῆσαι τὸ ξ. Vat. Cod. νικήσει pro futuro attico accipiendum, pro νικήσαι, de qua contractione vide *Brunck.* ad *Sophocl.* Oed. T. 232. p. 138. *Pierson* ad *Moer.* p. 124. et collectanea *Fischeri* ad *Welleri* Gramm. P. II. p. 357. sq.

LIII. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 154. St. 224. W. in capite εἰς κυβευτάς. Ineptus lusus, cujus sensum lemma a *Brunckio* adscriptum declarat. Ταβλιότη, aleae quasi praeses et patrona. *Suidas:* Τάβλα, ὄνομα παιδιᾶς. ταύτην ἐφεῦρε Παλαμήδης etc. *Cedrenus* p. 125. οὗτός ἐστιν ὁ Παλαμήδης, ὁ καὶ τὴν τάβλαν ἐφευρών. Huic ludo qui operam dabant, ταβλίζειν sive ταυλίζειν (de permutatione literarum υ et β vide *T. H.* ad *Pollux.* X. 131. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 45.) dicebantur. Cf. *Intrpp. Hesychii* in πεττείαις et πεττοί. *Tabulis ludere* pro *calculis*, illustravit *Salmasius* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 851.

LIV. Vat. Cod. p. 542. Plan. p. 154. St. 225. W. Hujus distichi acumen vertitur in amphibolia locutionis κακῶς με λέγεις, quae h. l. de comoedo, *Menandri* versus in scena male pronuntiante, accipienda est. Hoc flagitium Menander ei per quietem exprobrat.

¶. 419.] *LV.* Vat. Cod. p. 556. *Palladae* inscribit; in Planud. p. 156. St. 227. W. *Agathiae* tribuitur. Pater et filius, tanquam certamine inito, omnia sua bona deglutiverant, ita ut nihil illis superesset, nisi ut se invicem devorarent. — V. 2. φάγῃ. Vat. Cod. κλῆρον φαγεῖν. Iis, quae obiter laudavimus ad Ep. XXXII. adde *Hegesandrum* sive potius *Hegesippum* ap. *Athen.* L. VII. p. 290. E. πολλοὺς ἐγὼ τοφόδρ' οἶδα τῶν καθημένων, οἳ καταβεβρώκασ' ἕνεκ' ἐμοῦ τὰς οὐσίας. *Catull.* XXIX. 22. *aut quid hic potest, nisi uncta devorare patrimonia? Cicero* Or. pro Dom. c. 23. *quum post meum discessum omnium locupletum fortunas, omnium provinciarum fructus, ac tetrar-*

civium et regum bona spe et avaritia devorasses. Vide *Corte* ad *Sallust.* p. 1068.

LVI. Vat. Cod. p. 553. sine auctoris nomine, quod addit Planud. p. 160, St. 232. W. In Silvanum vino et somno unice deditum. — V. 2. φίλου. Vat. Cod. — V. 3. ἀνέγρεο. postquam surrexit, vinum, *ad ejus animum defluens*, illum mulcet et oblectat. Huc facit vinosi hominis ex *Lyconis* oratione descriptio ap. *Rutilium Lupum* VII. p. 105. *protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in triclinium trahitur. Ibi praesto sunt quotidiani pauci eodem* (fort. *parasiti, eodemque*) *studio excitati convivae.* et paulo post p. 112. *novissime solus in triclinio relictus, non prius poculum ex manibus emittit, quam somnus oppressit bibentem, ac dissolutis artubus, ipsum poculum suapte natura dormienti excidit.* — V. 4. ἐς θαλάμους. Vat. Cod.

LVII. Bis legitur in membran. Vat. p. 541, et 568. Plan. p. 162, St. 334. W. Conf. *Lucill.* Ep. LXXXII. Qui hic Memphis appellatur, in Vat. Cod. loco sec. Πέτρος est. *Ausonius*, qui hoc distichon vertit, eundem in *Simium* vertit, Ep. LXXXV.:

Daphnen et Nioben saltavit Simius idem;
Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

LVIII. Vat. Cod. p. 547. Plan. p. 166. St. 242. W. In doctrinae ostentatorem, hominem vanum et indoctum, qui inter Grammaticos philosophiam, inter philosophos grammaticam profitebatur. — V. 2. τί βρενθύῃ. Quid te in tanta rerum ignorantia tam superbum geris? Verbum βρενθύεσθαι, Sophistis istorum temporum perquam familiare, illustravit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 368. attigit etiam *D. Ruhnken.* ad *Tim.* p. 64. — V. 3. γραμματικοῖς ὁ πλ. Vulgo et in Vat. Cod. Vel sic emendandum, ut *Br.* fecit, vel γραμματικοῖσι scribendum. — V. 4. ζητεῖ. Vat. Cod.

LIX. Vat. Cod. p. 556. „Diſtichon hoc, quod „vulgo tribus ſuperioribus adhaeret, in Codd. etiam „Planudeae ab illis ſeparatum eſt, immo longo diſſitum „intervallo, multis interjectis, ut in Vat. Cod. In Flor. „editione a ſuperiore diſtinctum eſt.“ *Br.* — V. 2. οὐδὲν ἔχεις ἴδιον. nihil tibi proprium et peculiare reddidiſti.

¶. 420.] *LX.* Vat. Cod. p. 546. auctoritate *Palladae* tribuitur; ἄδηλον eſt in Plan. p. 165. St. 240. W. Scriptum in jambographum, qui mordaces ſuos verſus magna pecunia vendebat.

LXI. In Vat. Cod. deſideratur. Plan. p. 376. St. 514. W. In Geſſium, rhetorem, ut videtur, ſed tam taciturnum et verborum egentem, ut lapis potius quam homo eſſe videretur. Jam Phoebum P. rogat, ut hunc lapidem conſpicatus, oraculo edat, cujusnam ſit ſtatua, et quem repraeſentet.

LXII. Bis eſt in Vat. Cod. p. 314. ſq. et p. 544. Plan. p. 181. St. 265. W. Hoc Epigramma et ſequentia usque ad LXVIII. ſcripta ſunt in Geſſium quendam, qui vanis hariolorum promiſſis adductus ad conſulatum adſpiraverat. Qua de ſpe, quam temere animo conceperat, miſere dejectum *Palladas* acriter perſtringit. De Geſſio ipſo non ſatis conſtat. *Opſopoeus* quidem eundem eſſe putat, quem *Suidas* T. I. p. 478. eximium medicum fuiſſe et ad honores perveniſſe narrat. Verum is Zenone imperante floruit, quem conſtat regnaſſe inde ab anno 474 — 491. *Palladas* autem exeunte ſeculo quarto, quinto ineunte ſcripſit. — V. 1. ὁ σοφώτερος. Vat. Cod. loco ſec. Flor. pr. et Ald. 1. σοφώτατος. Vat. loco pr. et Ald. 2. 3. Solonem interpretantur, quem τὸν τῶν ἑπτὰ σοφῶν σοφώτατον vocat *Plato* in Timaeo p. 20. D. T. IX. p. 287. ed. Bip. Chiloni idem adagium tribuunt alii. Cf. *Plinium* H. N. VII. 32. p. 393. et, qui ſcriptorum in hoc aliisque dictis diverſis auctoribus tri-

buendis discrepantiam persequitur, *Clem. Alex.* Strom. L. I. p. 351. 20. — V. 2. ταῦτ' Vat. Cod. loco sec. — V. 3. More suo *Palladas* syllabas aucupans ludit in λόγιος et λογιώτατον, quorum illud *eruditum* significat (vide *Pierson.* ad *Moer.* p. 249. et *Wetsten.* ad N. T. II. p. 578.) et hominem prudentem. — οὐρανίη ἄνοδος, amplissimi honores. Augusti amicos *Deos prope attingere* dicebant Romani ap. *Horat.* II. Serm. VI. 52. et summa dignitate fungentes *Attingunt solium Jovis et coelestia tentant*, ibid. I. Epist. XVII. 34. *Themistius* supra p. 404. ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος, de philosophi dignitate. — V. 5. Πήγασος. *exemplum grave praebet ales Pegasus, terrenum equitem gravatus Bellerophontem, Semper ut te digna sequare, et ultra Quam licet sperare nefas putando Disparem vites. Horat.* IV. Carm. XI. 26–32. Fabulam de Bellerophonte noster de astrologiae studio interpretatur, quod Gessius astrologorum commentis deceptus fuerat. Praeivit ei auctor opusculi inter Lucianea de Astrolog. §. 13. T. V. p. 222. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονέω. πτηνὸν μέν οἱ γενέσθαι ἵππον οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν ταύτην τὴν σοφίην μαθέοντα, ὑψηλά τε φρονέοντα, καὶ ἄστροισι ὁμιλέοντα, ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῷ ἵππῳ ἀνεῖναι βίον. — κανόνες ἀστρόθετοι. leges et normae, quibus constellationes dijudicantur. — V. 7. ἵππον ἔχων. equestris ordinis homo. In sqq. alliterationem in χέσαν et πέσεων recte notavit *Opsopoeus.* εὔτονον ἦτορ de fortitudine illustravit *Wetsten.* ad Luc. c. XXIII. 10.

LXIII. Vat. Cod. p. 315. et iterum p. 544. Plan. p. 181. St. 265. W. „Huic Epigrammati in Planudea „subjungitur distichon, quod Vat. membr. ad finem „Ep. LXV. reponit, quo revera pertinet.“ *Br.* Vide not. ad Ep. LXV. Gessii exemplum hominibus proponit, ne conditionis suae humilitatis obliti, divinos honores appetant. — V. 1. μηδεὶς ζητήσῃ — θεὸς εἶναι. *Pindari* sententia, victorem monentis, μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι.

Olymp. V. 56. ubi similia comparavit *Heynius*. Huc referenda vox illa Laconis, *qui, cum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duo filios victores Olympiae vidisset, accessit ad senem et gratulatus, Morere, Diagora, inquit, non enim in coelum adscensurus es.* ut est ap. *Ciceron.* Tusc. Qu. L. I. 46. — V. 2. ἀρχὴν μεγάλην. Vat. Cod. utroque loco; quod non temere spernendum. — V. 4. θνητοῖς — ἀνασχόμενος. Vat. Cod. μηδὲν Plan. — Ixion apud deos γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μακρὸν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον. *Pindar.* Pyth. II. 47. Idem Olymp. I. 87. de Tantalo: ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. — κατηνέχθη ἐπαρθείς. *Lucian.* de Astrol. §. 15. p. 222. ἐς πόλον ἀερθεὶς τῷ νῷ, ἐξέπεσε τῆς ἀληθηίης — καὶ ἐς πέλαγος κατηνέχθη.

LXIV. Vat. Cod. p. 315. et iterum p. 544. Plan. p. 181. St. 265. W. Gessii cum Baucalo quodam ap. inferos colloquium. — V. 2. χωλεύοντα. Vat. Cod. loco sec. Claudum fuisse Gessium, intelligitur etiam ex Ep. LXVII. Tum vero magis claudicabat ab ingenti illo casu, quem de spe sua dejectus fecerat. Obversabatur *Palladae* historia de Bellerophonte (ut Ep. LXII.), de quo haec sunt *Scholiastae* ad *Pindar.* Ol. XIII. 130. φασὶ γάρ, ὡς βουληθεὶς πρὸς οὐρανὸν ἀναπτῆναι σὺν τῷ Πηγάσῳ, ἐξοιστρωθέντος τοῦ ἵππου παρὰ τοῦ Διός, πίπτει καὶ χωλοῦται — καὶ ἐκπλανᾶται κατὰ τὸ Ἀλήϊον χωλός. — V. 3. δόμον ἄϊδος εἴσω. Vat. Cod. loco pr. — V. 4. καινοτάφῳ. Vat. Cod. loco pr. eamque lectionem assensu suo probavit *Salmas.* in not. msc. Vox καινοτάφιον sive κενοτάφιον h. l. non vulgari significatione de sepulcri imagine accipienda videtur, sed ea, qua *pupam* notat, cadaveris loco in feretro positam, cujusmodi κενοτάφιον Davidi subjecit Michal, I. Sam. XIX. 13. 16. Vide *Alberti* ad *Hesych.* in κενοτάφια T. II. p. 109. Ejusmodi μορφώματι cum justa non fiant, Gessio autem, capitis, ut videtur, damnato, postquam

sibi ipse mortem consciverat, supremi honores habiti non essent, Baucalus illum σχήματι καινοτάφῳ descendisse ait. — T. 421.] V. 5. προσπφώνει. est ex Planud. In Vat. Cod. loco pr. προσέφυ καὶ r. altero προσέφη r. — V. 6. τὸ στρῆνος. *Hesychius:* στρηνιῶντες· δηλοῖ δὲ καὶ τὸ διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν καὶ βαρέως φέρειν. Per τρυφᾶν interpretatur, et novae comoediae peculiare esse contendit *Phrynichus* p. 168.

LXV. Vat. Cod. p. 315. integrum; prius tantum distichon p. 545. Loco priore hoc lemma adscriptum: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτὸν Γέσσιον· οὗτος ὁ Γέσσιος ἄρχων ἦν ἐν μέρει τινὶ Ἀλεξανδρείας. Plan. p. 181. St. 265. W. prius distichon exhibet. — V. 1. οἱ δύο Καλχ. Duo harioli sive astrologi, qui Gessio consulatum promiserant. Vide ad Ep. LXII. — V. 3. 4. In Planud. hoc distichon legitur junctum Epigrammati LXIII. et sic etiam in Vat. Cod. p. 544. — αὐτοχόλωτον. Qui *suapte sponte iracundum* interpretantur, contextum non satis perpenderunt. Sunt potius homines sibi ipsi infesti, sua stultitia nimirum in mala et praecipitia acti.

LXVI. Vat. Cod. p. 315. et 545. Plan. p. 181. St. 265. W. — Vana oracula, quibus Gessius deceptus fuit, τὴν Ἀμμωνιακὴν ἀπάτην cum *Palladas* vocet, suspicari licet, Gessium praeter alios etiam Jovis Ammonis sacerdotes consuluisse. — V. 2. τοῦ ξεινικοῦ θαν. sive in *terra peregrina* illatam mortem (cf. Ep. LXVII.), sive *odiosam* significat. De hac significatione vocabuli ξεινικὸς vid. *Casaubon.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 827. — V. 3. ἰδίων. Vat. Cod. loco sec. τότ' ἐμέμψατο. Vat. Cod. loco pr. — τὸ μάθημα. astrologiam. — V. 4. πευθομένοις ἐν. ἐλέγχοις. Vat. Cod. loco pr. ἐλέγχοις est etiam in Plan. idque verius puto propter alliterationem a *Pallada* studiose quaesitam. Cl. editoris lectio petita est ex Vat. Cod. loco sec.

LXVII. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 210. St. 306. W. Iter instituerat Gessius, honoris illius, quem spe et ani-

mo conceperat, appetendi causa. Sed hoc ipsum iter ei perniciem attulit. — V. 3. Μοιρῶν. quasi sibi fatum etiam invitis Parcis accelerasset: verba sunt *Huetii* p. 21. — V. 4. ἧς. Plan. quod etiam probum. — ἐξεκόπης. deletus, quasi excisus et exemtus est e vita. ὁ τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων. *Lucian*. T. IV. p. 311.

LXVIII. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 210. St. 306. W. De voluntaria Gessii morte.

LXIX. Cod. Vat. p. 502. Plan. p. 50. St. 72. W. Inter magnas gravesque Graeciae calamitates scriptum videtur. — V. 1. μήπου. Vulgo. ἆρα μή. Vat. Cod. et τὸ δοκεῖν. Nondum licet mortui, nonnisi opinione tamen vivimus. Somnium est, quod vivimus; nam vita periit. ὄνειρον de vana specie, ipsi rei opposita. Vide ad Ep. XLVII. 3. *Maxim. Tyr.* XVI. 1. p. 286. ὁ ἐν γῇ βίος ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ὀνείρατι ἔοικε μακρῷ καὶ πολυετεῖ. — ἐνύπνιον γάρ τι ἐστὶν ἀτεχνῶς οὑτοσὶ ὁ δεῦρο βίος. — Verba sic jungenda: ἔζωμεν ὄνειρον, ὃν βίον εἶναι εἰκάζομεν. Sed parum commodum tempus imperfectum in ἔζωμεν, quod *Br*. in textum intulit, pro εἰ ζῶμεν Vat. Cod. et Planud. Quare vide, an scribendum sit:

ὄνειρον εἰκάζοντες εἶναι τὸν βίον·
οὐ ζῶμεν ἡμεῖς, τοῦ βίου τεθνηκότος.

ubi participium εἰκάζοντες a verbo v. 1. ζῶμεν pendet, sicuti τεθνηκότες. Quod revera somnium est, nos temere pro vita habemus; nec sane vivimus, vitâ ipsâ mortuâ. Simile oxymoron, sed longe magis sobrium et sanum, in *Euripid*. Alcest. v. 805. ubi Hercules tristium hominum βίον, ἀληθῶς οὐ βίον, ἀλλὰ συμφοράν — esse pronuntiat. *Martial*. L. VI. 70. *Non est vivere, sed valere, vita*. Cf. not. ad *Antiphanis* Ep. III. T. II. P. II. p. 121.

¶. 422.] *LXX*. Vat. Cod. p. 503. Plan. p. 115. St. 167. W. *Stob*. T. XXXVIII. p. 221. Gesn. 153. Grot. In verbis planissimis contextum sententiarum non peni-

tus perspicio. Etiam hoc Ep. Graecorum calamitates deplorat, quas *Palladas* ab invidorum machinationibus derivare videtur. — V. 2. Pro τις, γὰρ a Cod. oblatum non repudiarem: Heu, quanta est invidiae malitia! nam, quem dii amant, eum invidus odit; eo usque amentiae invidiâ progredimur! — V. 5. ἐσποδωμένοι, in cinerem et pulverem redacti. *Schol.* in marg. Wechel. vitiose: εἰς οὐδὲν ἤδη ὄντες, ἠφανισμένοι, ἀπὸ τῆς σποδιᾶς. Lege: ὡς οὐδὲν — σποδοῦ. — τεθαμμένων tacite in textum admisit cl. editor, pro τεθαμμένας, quae est Plan. et Vat. Cod. lectio. τεθαμμένοι νεκροὶ comparandi *Manibus sepultis Virgil.* Aen. IV. 34. Sed novator *Palladas* τεθαμμένας ἐλπίδας scripsisse videtur: *spes simul cum corpore sepultas.* h. e. non magis nobis sperare licet, quam iis, qui nihil omnino sperant, defunctis. — V. 7. ἀνεστράφη. Ep. LXXIII. ἀνεστράφησαν, ὡς ὁρῶ, τὰ πράγματα. Prospera scil. fortuna progredi, adversa retro ire videtur. Hinc *Virgil.* II. 159. *Ex illo fluere ac retro sublapsa referri Spes Danaûm.* et multi alii, quos vide ap. *Mitscherl.* ad *Horat.* L. III. Od. X. 10. p. 130.

LXXI. Vat. Cod. p. 503. Planud. l. c. *Stob.* l. c. — Invidorum insaniam exagitat. — V. 3. καρέσσεται. manifeste cum deo pugnat, cum eos infestet, quos ille amat, et beneficiis ornat.

LXXII. Vat. Cod. p. 385. Plan. p. 111. St. 161. W. Epigrammatis hujus et trium sequentium argumentum videtur petitum ex templo Fortunae, quod vetustate collapsum in cauponam mutatum est. Verba sunt *Huetii* p. 13. cum quo conspirat *Salmasius* in not. msc. — V. 1. καπηλεύουσα τὸν βίον. nundinationem rerum humanarum exercens. Sic *Philostrat.* Vit. Apoll. V. 36. p. 221. ἐκαπήλευε τὰς δίκας dixit; et λόγον καπηλεύειν plures, quos vide ap. *Spanh.* ad *Juliani* Or. I. p. 141. et *Valcken.* in Annot. crit. ad loca quaedam N. T. p. 409. sqq.

— V. 2. ἀσυγκέραστον, συγκυκᾷν et μεταντλεῖν vocabula sunt καπηλικά, quae P. studiose de Fortuna, in copam mutata, usurpavit. ἀσυγκέραστος, si recte intelligo, h. l. idem est, quod ἄμικτος, saevamque Fortunae indolem notat; τὸ συγκυκᾷν autem ad turbas, quas efficit, tempestatesque, quas in hoc, quod navigamus, mari excitat, referendum est. Hac imagine utitur *Clitomachus* ap. *Stob*. T. CIII. p. 560. 17. τοῖς εὖ παθοῦσιν ἀντιπνεύσασ' ἡ τύχη, Ἅπαντα συγχεῖ, πάντα ναυαγεῖν ποιεῖ. — V. 4. αὐτή. Vulgo.

LXXIII. Vat. Cod. p. 385. Plan. l. c. Omnia conversa et ipsam Fortunam infortunatam esse pronuntiat.

LXXIV. Vat. Cod. p. 385. Plan. l. c. Jam ipsam Fortunam mala illa experiri, quae aliis infligere sit solita. Idem color in Ep. *Meleagri* XLII. in Amorem amantem: ὡς μόλις, οἷ' ἔδρας πρόσθε, παθὼν ἔμαθες. ubi vide not. p. 61. — ¶. 423.] V. 3. ῥεύματα. vicissitudines, quas in vita mortalium efficis. Saepe hoc vocabulo de Fortuna utitur *Palladas* Ep. CXVII. CXIX. CXXI. praeeunte *Menandro* ap. *Stob*. T. CIII. p. 560. 17. τὸ τῆς τύχης γὰρ ῥεῦμα μεταπίπτει ταχύ. *Plutarch*. T. II. p. 167. F. τὰ δὲ ἀνθρώπινα πάθη καὶ πράγματα μέμικται συντυχίαις ἄλλοτε ἄλλως ῥεούσαις. Apud eundem p. 168. B. ῥεῦμα δαιμόνιον ἄτης impetum infortunii significat. Cf. *Mitscherlich*. ad *Horat*. II. p. 287. — διδάσκου est in Plan. δίδαξον in Vat. Cod. quod in

δίδαξο

mutandum videtur. — V. 4. τὰς ἀπορυχαῖς. Vat. Cod. — στάσεις. Cf. Ep. XLII. 8.

LXXV. Vat. Cod. p. 385. Plan. l. c. — V. 2. μὴ δὲ Vett. edd. ante Steph. — V. 4. θερμοδότις. calidam vendens, pro *copa*; vino enim calidam admiscebant veteres. *Pollux* IX. 69. *Athen*. L. III. p. 123. Hinc *thermopolium*, ubi calda venalis erat, et *thermopotare* ap. *Plautum* in Trinumm. IV. Act. III. 6. *Ecce, hominem,*

te, Stasime, nihili! satin' in thermopolio Condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem. ubi *Taubmannus* multa laudavit. adde *A. Schottum* in Obss. Phil. L. V. 28. p. 240. Temere Anonym. Bibl. Bodl. θεσμοδότις corrigendum putabat. — V. 5. ἐθίνε vitiose exscriptum in Analect. et Ed. Lips. pro στῖνε. — V. 6. μετάγουσα. i. e. ἀλλάσσουσα.

LXXVI. Vat. Cod. p. 504. Plan. p. 107. St. 157. W. Imperiti hominis esse tacere, ut tacendo saltem videatur prudens. — πάθος. verba inepta et stolida, quae, ut turpem aliquem morbum, celare prodest. Huc facit dictum *Apollonii* ap. *Stob.* T. XXXIII. p. 214. 29. παντελῶς γὰρ ἀπαιδεύτου τινός ἐστι τὸ μὴ δύνασθαι σιωπᾶν, ἀλλ' ἐκλαλεῖν τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα.

LXXVII. Cod. Vat. p. 496. Plan. l. c. Silentium commendatur Pythagorae exemplo, qui discipulos tacere docuerit. Argute *Philostratus* Pythagoram διδάσκαλον εὑρεῖν σιωπῆς λόγον dixit in Vit. Apollon. VI. 11. p. 245. — V. 3. νεστέρους. Sic libri; at scribendum videtur ἑτάρους. *socios. discipulos.* Vide Suidam in νεταῖρα." *Br.* — φάρμακον ἡσυχίης. efficacissimum ad tranquillitatem remedium invenit. Ap. *Lucian.* in Vit. Auct. §. 3. T. III. p. 83. Pythagoras hanc disciplinae suae rationem reddit: τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίη μακρή, καὶ ἀφωνίη, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν. — In fine vulgo εὑράμενος, in Cod. Vat. εὑρόμενος legitur. Vulgata forma rarior et exquisitior.

LXXVIII. Vat. Cod. p. 547. Plan. p. 182. St. 266. W. ubi hoc distichon cum quinque sequentibus continua serie eodemque ordine legitur.

LXXIX. Ad rhetorem fortasse; fortasse ad homines in universum. — χαμαὶ τίθη. de sepultura accipiendum. Male *Brodaeus*: *summisse te gere.* — μελέτα. Vita mortis meditatio esse debet. Anima secundum *Platon.*

in Phaedone p. 80. E. corporeis vinculis soluta, sese colligit, ἅτε μελετῶσα ἀεὶ τοῦτο. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστιν ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα, καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥᾳδίως· ἢ οὐ τοῦτ᾽ ἂν εἴη μελέτη θανάτου; Ibid. p. 67. E. οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστ᾽ αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν.

¶. 424.] *LXXX.* Contra superbos et arrogantes. Se ne lucem quidem desideraturum esse, poëta ait, si Sol, luminis fons, sese superbum gerat.

LXXXI. Cf. *Theognid.* v. 521. sqq. Similiter in re ludicra *Ovidius* II. A. A. 277. *Aurea nunc vere sunt secula: plurimus auro Venit honos: auro conciliatur amor. Ipse licet Musis venias comitatus, Homere; Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.* — καὶ αὐτός. Vat. Cod.

LXXXII. Paupertatem non esse flagitium. τί πάθω; Vide ad *Lucillii* Ep. LIII. T. II. P. II. p. 475. Ad sensum facit *Hesiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 717. μηδέποτ᾽ οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθ᾽ ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 552. Plan. p. 182. St. 266. W. — ὁ δὲ ψόγος. *Obsequium amicos, veritas odium parit. Terent.* Andr. I. 1. 41. — „καλῶς. sic omnino „scribendum, ut ex sensu manifestum est: et sic legitur „in codd. et duabus primariis edd. Aldus in sec. καλλῶς, „quam lectionem ab aliis spretam revocavit perperam „Stephan." *Br.* Nihil hominibus dulcius, quam aliis maledicere. Mel Atticum omnium praestantissimum. Similis comparatio ap. *Theocritum* Eid. III. 53. κεισεῦμαι δὲ πεσὼν καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ᾽ ἔδονται. Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο. *Hoc juvat et melli est. Horat.* II. Serm. VI. 32.

LXXXIV. Cod. Vat. p. 561. Plan. p. 189. St. 275. W. Ludit in μοναχοὶ et μόνους. — V. 1. τόσοι δέ τε. Vulgo. In Ed. pr. et Ald. 1. τόσον δέ τε. Nostrum est in membr. Vat. ubi et πάλιν, et v. 2. πληθοὺς legitur. Ad

rem

rem comparandum Epigr. *Gregor. Naz.* CCXII. *Murat.* Anecd. p. 197.

LXXXV. Vat. Cod. p. 554. Plan. p. 182. St. 266. W. Historia de homine quodam, cui poëta coenaculum in domo sua locaverat. — V. 1. πτισάνην. κριθῆς. ἐφλοίου χυλὸν, ut explicatur ap. *Athen.* L. X. p. 455. E. Vide *Casaubon.* p. 768. 63. et *Foesium* in Oecon. Hipp. v. — κέλλιον. Vocem semibarbaram fuse illustratam vide ap. *Du Cange.* — V. 3. εὖ τίς εἶ; Vide ad *Juliani Imper.* Ep. I. — V. 5. ψόττα. ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται. *Hesych.* ubi *D. Heinsius* nostri versus meminit. *Lucian.* Epist. Saturn. 35. T. III. p. 415. καὶ ὄρνις ψότταν καταπείνασαι — παρ' αὐτοὺς τοὺς πένητας ἐκπετήσονται. Lexiphan. §. 3. p. 79. ἐγρόμενος ψόττα ψόττων κατατείνας. — V. 6. τὴν πτισάνην. vulgo. πτισάναν. Vat. Cod. quod *Br.* accentu mutato recepit. Nec *ptisanarum pugil* mihi placet, nec forma dorica communibus immixta; nisi forte substantivum fuit πτισανᾶς, *ptisanae venditor.* Haesit in his *Jos. Scaliger,* qui πτιστὴν emendavit, quod propter alliterationem inprimis videtur amplectendum. Ut πτισάνη a πτίσσειν derivatur, sic ab eodem vocabulo πτιστὴς descendit, *hordeum tundens et pinsens.* — V. 7. αὐτοῖς. Vat. Cod. — ¶. 425.] V. 9. πύκτης χόλος. rabies illa, qua incensus pugnis in me furis. πύκτης adjective est positum; qualia multa ap. poëtas inprimis occurrunt. Vide *Alberti* ad *Hesych.* T. I. p. 143. nr. 1. *Abresch.* Anim. in Aesch. T. II. p. 71. — V. 10. μηνὸς ἐκ. Non potero singulis calendis de mercede tecum digladiari. Quovis mense debitores debitam pecuniam repraesentare debebant.

LXXXVI. Vat. Cod. p. 545. Plan. p. 184. St. 269. W. Stob. Tit. X. p. 128. 5. Gesn. 71. Gr. Hoc et sq. epigramma scriptum in foeneratorem subita morte exstinctum. — V. 2. τῶν χρόνων τόκους. foenus, temporis progressu exortum, auctum. τόκους γλύφειν dicuntur

foeneratores, qui pecuniam in tabulas referunt, stilo imprimunt. Hinc τοκογλύφοι vocantur. *Plutarch.* T. II. p. 18. E. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 102. et quae notavimus ad *Philodemi* Ep. XXXII. T. II. P. I. p. 245. — V. 3. εὐρώπης κ. Vat. Cod. — V. 4. σφίγγων. quia digiti in computando *curvantur*, σφίγγονται. Nostrum locum, de arte veterum per digitos computandi agens, illustravit *Wouver.* de Polymath. VII. 48. comparato inter alia *Apoll. Sidon.* L. IX. 9. p. 552. *Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis.* ubi vide *Savaron.* *Martian. Capell.* de Nupt. Phil. L. VII. *Septingentos decem et septem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem salutabunda subrexit.* Hinc Auctor Ep. ἀδεσπ. CCCCXXXVII. foeneratorum calculos ψῆφον δακτυλοκαμψώδυνον appellavit; quem locum apte comparavit *Berglerus* ad *Alciphr.* L. I. p. 108. ubi adde *Plutarch.* T. II. p. 141. δεῖ μὴ τοῖς ὄμμασι γαμεῖν, μηδὲ τοῖς δακτύλοις, ὥσπερ ἔνιοι ψηφίσαντες, πόσα φέρουσαν λαμβάνουσιν, οὐ κρίναντες, πῶς συμβιωσομένην.

LXXXVII. Vat. Cod. p. 546. Plan. l. c. Ludit *Palladas* in duplici significatione vocabuli ψῆφος, quod priore loco de calculo in computationibus adhibito, altero de calculo in suffragiis sumitur. — V. 1. πέρι scribendum puto, verbis sic junctis: ἔχων τις τὰ δάκτυλα χεῖρῶν περὶ τὴν δακτυλικὴν ψῆφον. *Foenerator manus in calculis ponendis occupatus.* — V. 2. προὔλαβεν εἰς Ἀ. ut Ep. LXVIII. Sed h. l. est simpliciter *abiit, descendit ad inferos*; illo *antecedendi* significationem habet. — V. 3. ζῇ ἡ ψῆφος. valet illud suffragium. Etiam h. l. ψῆφος ambigue dictum. In fine versus pro ἔπαιρεν Vat. Cod. ἐρήμη exhibet. Utrumque elegans, sed Vat. membr. lectio contextui videtur nonnihil accommodatior. Calculus supervixit computanti et nunc est sine eo (ἐρήμη), postquam rapax et avara foeneratoris anima hinc abacta est.

LXXXVIII. Vat. Cod. p. 543. sine auctoris nomine, quod Planudea supplet p. 189. St. 276. W. In

hominem claudum et ineptum. — V. 2. εἰκόνας. Vat. Cod. et in fine ἔξω φέρει.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 547. Plan. l. c. Ad fabrum claudicantem, qui formosam uxorem et pulchrum filium habens, ex omni parte Vulcano erat similis.

XC. Vat. Cod. p. 547. Plan. p. 129. St. 186. W. In hominem gloriosum et meticulosum, qui alios vitia, quibus laborabat, celare non poterat. — V. 3. οὐδὲν φαίνει. Vat. Cod. — V. 5. Tu animae quasi januam aperis, per quam ignavia tua et jactantia omnibus appareat. Ducta haec videri possunt ex *Luciano* in Hermot. §. 20. T. IV. p. 26. ubi, homine facto, Vulcanum reprehendisse dicitur Momus, ὅτι μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ κατὰ τὸ στέρνον, ὡς ἀναπετασθεισῶν γνώριμα γίγνεσθαι ἅπασιν, ἃ βούλεται καὶ ἐπινοεῖ.

T. 426.] *XCI.* Vat. Cod. p. 553. sq. Plan. p. 132. St. 191. W. Ad astronomos, qui, dum coeli immensitatem metiri conantur, ne corpus quidem suum penitus cognoscunt. Totum carminis acumen vertitur in verborum lusibus et alliterationibus. Sequitur in eo sententiam Socratis in *Xenoph.* Memor. IV. 7. 5. — V. 1. κόσμον. *Te maris et terrae numeroque carentis arenae mensorem. Horat.* I. Carm. XXVIII. 1. — V. 3. ἀρίθμησον σεαυτόν, te ipsum quasi in numerato habeas, omnia tua accurate noscas. — V. 4. οὐ καταριθμεῖς. Plan.

XCII. Vat. Cod. p. 157. ἀνάθημα Παλλάδι πεπαιγμένον. Plan. p. 443. St. 576. W. Ludit poëta in rarioribus verborum formis, ap. poëtas et grammaticos obviis (cf. *Strabon.* L. VIII. p. 560. A. B.); fortasse etiam barbarum nobis militem et balbutientem exhibere voluit, qui verba graeca detruncat et mutilat, Scythae illi ap. *Aristophanem* in Thesmophoriazusis similem. Cf. *Burmann.* ad Anth. Lat. T. I. p. 425. In Vat. Cod. adscriptum scholion: ἤγουν θώρακα καὶ κνημῖδα, ἀσπίδα; δόρυ καὶ κράνος.

Cf. *Eutolmium* Ep. I. Tom. III. p. 8. — Γορδιοπριλιάριος pro nomine proprio habebat *Brodaeus;* idem tamen suspicabatur γοργονοπριάριος, *scutorum emtor*, quia Gorgonis caput in scutis solebant gerere. Militis officium significari putabam idque ipsum barbare desiguratum. An fuit: Γοργοπριλιάριος, ex πριμιπιλάριος contractum, et voce adjecta γοργός, ad hominis jactantiam notandam, auctum? Si sana est lectio, nec in Τιμοθέου vitium haeret — (vett. enim edd. omnes praeter Ascens. et Steph. Τιμοθέω sive Τιμοθέῳ legunt; posterius est in Vat. Cod. idque expressit *Grotius:*

Tib et tbo clypeumque simul cum casside, cum gal,
Gordioprilarius consecro Timotheo.)

Γορδιοπριλάριος hominis nomen est, ridicule a *Pallada* fictum, et ejus quidem *Timothei* cujusdam filii. Sed haec aliis expedienda relinquimus; mihi in *Palladae* nugis diu morari non libet.

XCIII. Vat. Cod. omittit. Plan. p. 357. St. 496. W. *Du Cangius* in CPoli christiana L. II. p. 175. hoc carmen conscriptum existimat in Victoriarum statuas, quae in Νίκαις, Constantinopoli, collocatae fuerint. Merito dubites, an v. ἔγραψεν v. 3. hanc interpretationem admittat. — V. 1. αἱ γελῶσαι. *Himer.* Or. XIX. 3. p. 716. Νίκη χρυσόπτερυγε· Νίκη, Διὸς τοῦ μεγάλου παῖ, εὐπατέρεια καὶ φιλόγελως. ubi *Wernsdorfius laetam* Horatii *victoriam* minus apte comparavit. — V. 2. „Planudeae codd. male φιλοχρίστῳ, frequenti adeo literarum η et ι permutatione. Christianus non fuit Palladas, nec hic opportuna christianismi mentio." *Br. Reiskius*, qui in *Reimari* etiam codice φιλοχρίστῳ invenerat, huic lectioni patrocinatur in Notis ad *Constantin. Porphyr.* Cerem. p. 1. *Palladam* christianum fuisse contendens. Imperatoribus CPolitanis τὸ φιλόχριστον tituli loco tribuebatur; et Italia ἡ φιλόχριστος χώρα est in loco ap. *Du Cangium* v. ἔξαρχοι.

CPolis autem prae ceteris ἡ φιλόχριστος πόλις vocari poterat a *Pallada*, five chriſtianus hic fuerit, five paganus.

XCIV. Plan. p. 332. St. 471. W. In Amorem nudum, manibus delphinum et florem tenentem, quo maris et terrae imperium ſignificaret. Numum cum Amore, Delphino inſidente, flabellumque tenente manu exhibuit *Spanhem.* de Uſu et Praeſt. Num. T. I. p. 228. Cf. *Agoſtini* Gemm. nr. 209. et 210. Ad hoc Epigramma, certe ad imaginem Amoris, in eo deſcriptam, reſpexit *Tzetza* in Chiliadibus, loco a *Brodaeo* laudato. — V. 1. γυμνός. non armatus, et propterea ridens et miti pectore.

XCV. Vat. Cod. p. 482. *Palladae* vindicat; in Plan. p. 379. St. 517. W. ἀδέσποτον eſt. Argumentum eſt, ut in Ep. ἀδεσπ. CCCCLXXI. quod fortaſſe ejusdem auctoris. — V. 1. ἔπαιζεν. vulgo. — In fine Vat. Cod. ὅτι δὲ καὶ αὐτὰ φλεγέθει. De τήγανον vide ad *Loll. Baſſum* Ep. III.

T. 427.] *XCVI.* Vat. Cod. p. 383. Plan. p. 109. St. 159. W. *Stob.* T. V. p. 64. 42. Gesn. 41. Grot. Ventris impudentiam ratione coërcere et caſtigare conatur. — V. 1. νηδὺν ἀναίσχυντον. *Linus* ap. *Stob. Grotii* p. 37. νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δύτειραν ἁπάντων Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς. ut haec emendavit ſimilia comparans *Valcken.* in Diatr. p. 281. ſq. Cf. *Rittersh.* ad *Oppian.* Cyneg. IV. 99. p. 133. et ad Hal. II. 199. p. 234. — ἤσχυνα. *pudorem et ruborem incutere conor ventri* nimis ineptum videbatur *Joſ. Scaligero*, qui in not. mſc. conjecit ἴσχνηνα. quod quis comparaverit cum *Aeſchyl.* Prometh. Vinct. v. 379. ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ, Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ. Mihi tamen vulgata lectio vera et *Palladae* ingenio digna videtur. — V. 2. ἀργέναν. Vat. Cod. a pr. man. — V. 4. τὴν ὑποτασσομένην. De helluonibus et in libidinem pronis *Clemens Alex.* Paed. L. II. p. 187. 28. καὶ γὰρ οὖν κἂν ταύτοις τὰ λεγόμενα

κὰν ἵδρυται οὐκ ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐντοσθιδίοις πάθεσι, ἐπιθυμίᾳ τε καὶ θυμῷ δεδουλωμένον.

XCVII. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 109. St. 106. W. *Stob.* T. XVII. p. 154. 15. Gesn. 95. Grot. — V. 2. σύνεσιν. Vulgo. σωφροσύνα. Vat. Cod.

XCVIII. Vat. Cod. p. 384. ſq. Plan. p. 110. St. 161. W. Amico, a quo ad coenam invitatus fuerat, ſe excuſat. — V. 2. ἀπέχω. honorem aufero, honore mihi deſtinato fruor. Ep. ἀδεσπ. CCCXC. καὶ Σαλαμὶς ἀπέχει κῦδος ὀφειλόμενον. *Comicus* Incert. in Excerpt. ap. Grot. p. 911. εἰ μνημονεύεις εὖ παθὼν, φιλεῖς τέ με, Ἀπέχω πάλαι, Φιλῖνε, παρὰ σοῦ τὴν χάριν. Laudat *Thom. M.* *Syneſium* Ep. XIV. p. 172. C. ἀπέχω τὴν χάριν. — V. 4, αἰσθομένη γέγηθεν. Vat. Cod. librario ad praecedentem verſum oculis aberrante.

XCIX. Vat. Cod. p. 240. in margine, et p. 426. Plan. p. 6. St. 10. W. Hiſtoria de muliere Spartana, quae filio e pugna aufugienti mortem intentat. Vide *Tymn.* Ep. IV. Sed multi idem argumentum exornarunt, quos vide in Indice Argumentor. v. *Lacedaemonia.* — V. 1. laudat *Suidas* in ἄθρεις T. I. p. 548. totum diſtichon in ἄορ T. I. p. 241. — V. 2. 3. excitat idem in ζώειν T. II. p. 14. — V. 3. μητρί. Vat. Cod. — V. 4. κρατερῆς. Vat. Cod. utroque loco. Σπάρτης. Ibid. loco ſec. — πάτρια θεσμὰ λύεις. quantum in te eſt, patriae leges ſolvis et evertis. Leges perſonatae ap. *Platon.* in Criton. p. 50. A. ad Socratem: τί ἐν νῷ ἔχεις ποιεῖν; ἄλλο τι ἢ τούτῳ τῷ ἔργῳ ᾧ ἐπιχειρεῖς, διανοῇ τούς τε νόμους ἀπολέσαι, καὶ ξύμπασαν τὴν πόλιν, τὸ σὸν μέρος. — V. 5. μήτηρ. Vat. Cod. — V. 6. σωζομένη. Ibid. Mater quidem infelix vocabor, ſed patria mea ſervata, et ipſa ſervabor; i. e. ut matrem, infelicem me putabo, ut Spartanam, beatam.

C. Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 17. St. 28. W. *Stob.* T. XCVI. p. 531. 3. Gesn. 431. Grot. Vitam cum ſcena

comparans lectores monet, ut aut ludere discant, aut veros dolores perferre non recusent. Epigramma nostrum adduxit *Grangaeus* ad *Juvenal.* XIV. 263. *ergo omnia Florae, Et Cereris licet, et Cybeles aulaea relinquas: Tanto majores humani negotia ludi.* in quibus poëtae obversabatur *Horat.* II. Epist. I. 197. sq. Vitam *majorem scenam* appellat *Neoptolemus* Tragicus ap. *Stob.* T. XCVI. p. 532. 28. Comparatio saepius obvia. Elegans inprimis locus est *Luciani* in Necyom. §. 16. T. III. p. 19. Icaromen. §. 17. T. VII. p. 26. *Synesius* de Provid. p. 106. Si plura cupis, adi *Gatack.* ad *Antonin.* L. XI. p. 321.

T. III. p. 332.] Cl^a. Vat. Cod. p. 503. *Palladae* tribuit. In Plan. p. 103. St. 152. W. ἄδηλον. Sine auctoris nomine laudatur ap. *Zenob.* Proverb. III. 23. p. 60. διπλοῦς autem ἀνὴρ non sunt, ut *Zenobius* existimabat, τὰ διαβάλλαβα ἀνδρῶν ὀνόματα, sed opponitur τῷ ἀπλῷ, duplex simplici. Auctor Rhesi v. 395. φιλῶ λέγειν τ' ἀληθὲς αἰεὶ κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ. Vide inprimis *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 87. et *Bentlej.* ad *Horat.* I. Carm. VI. 7. — V. 2. χρηστὸν λέγουσι. *Jul. Capitol.* in Vit. Pertin. c. 13. *Omnes, qui libere fabulas conferebant, male Pertinaci loquebantur,* Chrestologum *eum appellantes, qui bene loqueretur, et male faceret.* ubi vide *Salmasium* T. I. p. 566. Alia hujus generis, nostro loco non omisso, congessit *Wetsten.* ad dictum Apostoli ad Rom. XVI. 18. διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.

T. 428.] Cl^b. Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 18. St. 29. W. Fortunam ferendam esse docet. *Stob.* T. XCVI. p. 531. Gesn. 413. Grot. Similia collegit *Gatacker.* ad *Anton.* L. III. 4. p. 72. et *Rittersh.* ad *Oppian.* II. Halieut. 8. p. 223. Maxime huc facit *Sophocl.* Oedip. C. v. 1694. τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς χρὴ φέρειν. τὸ φέρον idem esse, quod ἡ ἀνάγκη, docuit *Fabricius* ad *Dion. Cass.* T. I.

p. 171. ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα ὑπομένειν ἡμᾶς τὰ δοκοῦντα τῷ δαιμονίῳ· τοῦτο δ' ἂν μὲν ἐθελονταὶ ποιῶμεν, οὐ λυπησόμεθα· ἂν δὲ ἄκοντες, οὐδὲ ἐκφευξόμεθά τι τῶν πεπρωμένων, καὶ τὸ μέγιστον τῶν κακῶν προσεπικτησόμεθα, τὸ μάτην ἀνιᾶσθαι. qui locus est appositissimus. Cf. *Burgess.* in Append. ad Misc. crit. *Dawesii* p. 506.

CII. Vat. Cod. p. 502. Plan. l. c. *Stob.* l. c. In *Grotii* editione haec disticha sejunctim leguntur. Ad sensum facit *Seneca* ad *Polybium* c. 23. *Non vides, qualem vitam nobis rerum natura promiserit, quae primum nascentium omen fletum esse voluit?* *Plinius* L. VII. T. I. p. 369. 10. *Hominem tantum nudum et in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim et ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrymas et has protinus vitae principio.* *Auctor* Axiochi c. 7. p. 97. ed. Cler. ποῖον μέρος τῆς ἡλικίας ἄμοιρον τῶν ἀνιαρῶν; οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον.

CIII. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 17. St. 28. W. *Stob.* p. 530. Gesn. 411. Grot. Similia collegit *Burmannus* ad haec *Propertii* L. III. 3, 35. p. 514.:

Haud ullas portabis opes Acheruntis ad undas:
Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.

Conf. *Wetsten.* ad N. T. II. p. 349.

CIV. Vat. Cod. p. 499. Plan. l. c. *Stob.* l. c. Vita cum navigatione comparatur; varia quidem in ea homines fortuna utuntur; sed omnes ad eundem portum deferuntur. Ex optimis est *Palladae* carminibus. In argumenti exornatione multos sibi praeeuntes habuit, qui dicendi formulas, de re nautica petitas, ad fortunae vicissitudines significandas transtulerunt. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 87. sq. Eadem comparatione usus *Junous* ap. *Stobaeum* T. CXII. p. 586. fin. librarios sibi infestos expertus est. Graviora vitia aliis relinquens tollenda,

unum eximere conabor in verbis: ὁ δ' ἕτερος ἐν μέσῳ τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης διεφθάρη, μὴ ἐλθὼν τὴν προκειμένον αὐτῷ πλοῦν, ὑπὲρ οὗ πολλάκις εὔξατο. Hic si scribatur — μηδὲ ἰδὼν τὸ πρ. αὐτῷ τέλος, sensus bonus erit. Praeclare *Antonin. Philos.* L. III. 3. p. 67. ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης, ἔκβηθι. — V. 2. πολυτότερα. Sic duo regii Planudeae codd. »Scripturam hanc damnat *Jac. Grenov.* ad *Herodot.* »p. 971.« *Br.* Vulgo et in membr. Vat. οἰκτρότερα. — V. 3. Τύχην κυβερνήτειραν. Fortunae attributa interpretatus *Dio Chrysost.* Or. LXIII. p. 327. *R.* τὸ πηδάλιον, inquit, δηλοῖ, ὅτι κυβερνᾷ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἡ τύχη. Duplex gubernaculum eidem tribuit *Pindarus* ap. *Plutarch.* T. II. p. 318. Ex poëta expressa sunt, quae sub *Hermolai* sive *Hermolochi* nomine leguntur ap. *Stobaeum* T. XCVI. p. 532. 11. θεὸς δὲ πάντας ἐν κινδύνοις θνατοὺς κυβερνᾷ· ἀντιπνέει δὲ πολλάκις δεινή τις αὔρα. — V. 4. πολάγεος. Vulg. — V. 5. εὔπλοιην. Vat. Cod.

CV. Cod. Vat. p. 358. ad *Palladam* refert; ἄδηλον est in Plan. p. 27. St. 42. W. ubi ineptum lemma, εἰς ἀπαδενδράδα, optime emendavit *Jos. Scaliger*, εἰς ἀχράδα, ut recte legitur in membr. Vat. ad praecedens *Cyllenii* Ep. I. T. II. p. 282. quod conferendum. — V. 1. ὄχνη — ἣ μὲν Vat. Cod. ἣ μὲν Plan. — V. 2. φλοιῷ φλοιὸν Plan. quod verum puto; nam in insitione surculus arbori ita inseritur, ut cortex corticem arctissime tangat. Vat. membr. φύλλον pro φλοιὸν habet, quae non diversa est lectio, sed scribentis error ex prava pronuntiatione ortus. — πτόρθος in proximis emendavit *Huetius* p. 6. pro vulgato πτόρθον. — V. 3. ῥιζώδη· ὁ δὲ τομὴ κ. quod sane expeditius est Brunckiana lectione, partim ex membr. Vat. petita: ῥιζωθεὶς δένδρεια τομὴ καὶ κ. ἀμείψας. Nostra lectio sic explicanda: surculus, radicibus in pyri sylvestris cortice actis, etiam fructus hujus arboris immutavit, ἔδωκε τῇ τομῇ τοῦ δένδρου ἄλλον καρπόν. — V. 4. ὄχνη. Vat. Cod.

¶. 429.] *CVI.* Vat. Cod. p. 358. Edidit *Jensius* nr. 45. *Reisk.* Anthol. nr. 695. p. 132. cujus prudentiam in vitiis Vat. Cod. non attingendis imitari satius erat, quam novum versum procudere, ut fecit cl. editor, apographi sui interpolata lectione in errorem inductus. Membranae sic habent: Ἀχρὰς ἦν σέο χερσὶ μυρίπνοον ὄχνην ἔθηκας. Δένδρα πτόρθον ἔρεῖς σὺν χάριν ε. σ. φ. In marg. ap. Guyeti *Salmasius* emendavit: ἀχρὰς ἔην, ὄγχνην σέο χερσὶ μυρίπνοον ἧκα. *Reiskius* ἀχράδος (cum δένδρῳ jungendum) suspicabatur; et in v. 2. πτόρθος ἐρεῖ, reliqua non expediens. Temere hic in textum grassati sunt viri doctissimi, qui hoc certe loco Divae Criticae non litarunt. Leniori medicina rem procurare conabimur, scribentes:

ἀχρὰς ἔην· σέο χερσὶ μυρίπνοον ὄγκον ἔδωκας,
δένδρῳ πτόρθον ἐνείς· σὴν χάριν εἴς σε φέρω.

In his, si reliqua minus certa videbuntur peritis harum elegantiarum arbitris, minoris tamen versiculi emendationem iis probatum iri confido. ὄγκον ἔδωκας firmaveris verbis *Cyllenii* in Epigr. ejusdem argumenti:

ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος ἥμερα θάλλω,
οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.

Sed ut verum fatear, ὄχνην in Vat. Cod. ex glossemate irrepsisse videtur potius, nec fortasse cum substantivo commutandum est. Nam si legeretur:

μυρίπνοον ἠνίδ' ἔθηκας,

et hoc bene se haberet. Jam fac, omissa posteriore syllaba inserti vocabuli, in archetypo Codicis Vat. fuisse sic scriptum: μυρίπνοον ην ἔθηκας, superscripto glossemate ὄχνην, (sic enim membr. exhibent) nonne putas, metri imperitum librarium praeclare se de textu mereri existimasse, si hiatum versus illo vocabulo expleret? Sed utut haec sese habeant, utram harum lectionum admiseris, sensum habebis expeditissimum. Pyrus ad hortulanum loquitur;

cujus operi dulcem (μυρίπνοον) fructum nacta, sive in mitem et fragrantem arborem mutata erat, surculo cortici ejus immisso. Huic jam gratiam refert: σὴν χάριν, ἥς σοι φέρω. beneficium a te acceptum tibi reddo. *Firmicus* Epist. XV. ap. *Murator*. Anecd. p. 295. ἀνάθημα μέν τις προσφέρων θεῷ — ἐπίγραμμα προστίθησιν τῷ ἀνατεθέντι αὐτόν· σοὶ προσφέρω τὰ σά. In Codd. simillima sibi sunt verba ἐρεῖς et ἰνίς, litera ρ minimo apice a ν distincta.

CVII. Vat. Cod. p. 503. ubi ipsi disticho haec praefatio praefigitur:

τοῦ αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα.

Ἐπεὶ δικάζεις καὶ σοφιστεύεις λόγοις,
κἀγὼ φέρω σοι τῆς ἐμῆς ἀηδόνος
ἐπίγραμμα σεμνὸν, ἄξιον παῤῥησίας,
σὺ γάρ σε μέλλων τῆς δίκης ὕπνους ἔχειν

τὸ Ἐπίγραμμα·

Βέλτερον — — —

Postremum horum versuum acutioribus expediendum relinquo; sed v. 1. λόγους legendum videtur. — Ipsum distichon legitur in Plan. p. 15. St. 26. W. unde θλιβομένης receptum; sed in membr. Vat. est θλιβομένοις, quod cum *Salmasio* not. ined. in θλιβομένους mutandum est.

CVIII. Vat. Cod. p. 384. Plan. p. 15. St. 25. W. Etiam hoc melioribus *Palladae* carminibus annumerandum, ubi se tandem eo pervenisse dicit, ut paupertate sua contentus nihil amplius speret, neque quidquam a Fortunae benignitate exspectet. — V. 1. μέλλει Vat. — V. 2. Veteres quaedam edd. post λοιπὸν distinguunt. — V. 3. ἐλευθερίη. Vat. Cod. Athenienses laudat *Nigrinus* ap. *Lucian*. T. I. p. 37. ed. Bip. ὅτι φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοί εἰσι, καὶ οὔτε τῶν ἀστῶν, οὔτε τῶν ξένων οὐδένα τέρποντα ὁρῶντες, ὃς ἂν τρυφὴν εἰσάγειν εἰς αὐτοὺς βιάζηται.

CIX. Vat. Cod. p. 443. Plan. p. 60. St. 86. W. In hoc carmine constituendo secutus est cl. editor emendationes *Jo. Toupii* in Em. ad Suid. P. II. p. 242. nam vulgo v. 1. ἐν διζύφοις et v. 2. δίζυφον ἐν χρ. legitur. Huic corruptelae primus succurrere conatus est *Bapt. Pius* in Annot. Poster. Syll. III. 37. (Lamp. crit. T. I. p. 442.), qui ἐν ζιζύφοις corrigit; eique emendationi calculum adjecit *Bod. a Stapeln* ad *Theophr.* L. IV. p. 329. et cujus haud paulo major auctoritas, *Jos. Scaliger*, qui sic etiam in marg. exemplaris sui emendavit. Sed *zizyphon* arborem, de qua vid. *Salmas.* ad *Solin.* p. 730. vim arcanam habere ad febrim curandam, nemo veterum, quod sciam, prodidit. Non autem de emplastro agi, cujus usu *Palladas* sanitatem receperit, ut *Pius* censebat, sed de amuleto, ex verbo περιῆψα abunde prodit. Quod si, cum *Toupio*, comparaveris *Dioscoridem* de Mater. Med. L. III. 13. οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκώληκας εἰς κύστιδα ἐνδεόμενοι καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἰατρεύονται τεταρταίους θεραπεύειν – cum *Suidae* verbis in κρότωνος ὑγιέστερος' – κρότων δέ ἐστι ζωύφιον, τὸ ἐν τοῖς κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον – vix facere poteris, quin *Toupii* emendationem, a *Brunckio* receptam, aut veram, aut verisimillimam judices. — V. 4. „Vat. Cod. καὶ γέγονα. Interpolatum „videtur a librariis hoc epigramma, in cujus v. 3. ἠπιάλῳ κάμνων – περιῆψα olim lectum fuisse probabile est. „Addita caetera ad supplendam lacunam. Epiala enim „febris species est a quartana diversae; et illud γέγονα „indicio est, Palladam de se ipso febri sic sanato loqui.“ *Br.* *Dioscoridis* tamen locus lectioni τεταρταίῳ patrocinatur; nec incredibile est, *Palladam* ἠπίαλον pro *febri* simpliciter posuisse, aut, artis medicae ignorantia, febrium genera non recte distinxisse. Ceterum γέγονα legitur in contextu, in margine Cod. καὶ γέγονεν.

CX. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 89. St. 131. W. — Plutum φροντίδος υἱὸν appellatum novissimus *Horatii* edi-

tor comparavit ad L. III. Carm. XVI. 17. *Crescentem sequitur cura pecuniam, Majorumque fames.* — V. 2. τὸ ἔχειν σε φόβος. *Juvenal.* X. 19. *Pauca licet portes argenti vascula puri, Nocte iter ingressus gladium contumque timebis, Et motae ad lunam trepidabis arundinis umbram: Cantabit vacuus coram latrone viator.* *Teles* ap. *Stob.* XCI. p. 509. θρασύτατος δέ ἐστιν ὁμοῦ (ὁ πλοῦτος) καὶ δειλότατος· ἐπαιρόμενος μὲν ὡς ἐπὶ μεγίστοις, φοβούμενος δὲ ὡς ἐπ' ἀσθενεῖ πράγματι· ὑπερήφανος ἅμα ἐξ ἀλαζονείας, ταπεινὸς ἐκ φροντίδος· χρώμενος μὲν ἄσωτός ἐστιν, μὴ χρώμενος δὲ ἄθλιος. In insigni hoc *Teletis* fragmento, cujus et alia quaedam huc faciunt, p. 510. 2. emendandum videtur: τέκνα δ' ἐχθροποιεῖ (pro δὲ χεῖρω ποιεῖ) πατράσιν. et infra l. 35. καὶ μύρια τῶν κακῶν οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ πλοῦτος ἦν, δι' ὃν (pro ἤδειν) γίνεται φόνος κ. τ. λ. — In fine v. 2. membr. Vat. καὶ τὸ μὴ ἔχειν σε λύπη, metro repugnante.

CXI. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 90. St. 131. W. Stultos esse docet, qui divitias, quasi iis semper fructuri, congerant, eique colligendi studio intenti tempus inaniter consumant, cujus non, ut pecuniae, copias nobis comparare possimus. — ζωῆς μέτρα συρ. vitae tempus ultra terminos suos extendere et porrigere.

T. 430.] *CXII.* Vat. Cod. p. 498. Plan. l. c.

CXIII. Vat. Cod. p. 496. Plan. p. 103. St. 153. W. Fabulam de Circe sic interpretatur, ut eam meretricem fuisse dicat, quae juvenes, ipsam amantes, bonis suis et ratione privaverit, eosque sic spoliatos domi, ut bestias, nutriverit: Ulyssem vero ejus illecebris, non herbae cujusdam, ut ap. *Homerum* est, virtute, sed rationis vi et virtute restitisse. Similem interpretationem sequitur *Horatius* I. Epist. II. 23. *Sirenum scopulos et Circae pocula nosti: Quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset, Sub domina meretrice fuisset turpis et excors.* Cf. *Dio Chrysost.* Or. VIII. T. I. p. 283. ed. R. — V. 8. 'Οδυσ-

σοὺς π. πέπυκτα. Vat. Cod. Posterius, in Planudea quoque lectum, *Opsopoeus* emendavit. — V. 9. »φύσεως δ' ἰδίας »δέργμα λογισμόν. Sic recte edidit Stephanus; male ante »eum consentientibus codd. ἔμφρονα λογισμὸν legebatur.« *Br.* δέργμα *Brodaeo* debetur, qui sic emendavit in Notis. Hac tamen conjectura, quamvis optimum sensum fundente, nihil incertius. *Jos. Scaligero* in mentem venerat φρονέοντα, cujus glossema ἔμφρονα esse possit. Sed aliud quid latere puto; fortasse ἔμφραγμα, *munimentum*; quod *Palladae* ingenio accommodatum. *Eustath.* in explicatione hujus fabulae, ad Odyss. κ. p. 397. 18. ἀντιφέρει γὰρ τῇ καθ' ἡδονὴν Κίρκῃ ξίφος, τὸν ἐμβριθῆ καὶ τμητικὸν τῆς κακίας λόγον· ἡ δὲ ὑποπτήξει, καὶ ὀμεῖται μηδὲν πῆμα κακὸν βουλεύσειν αὐτῷ, πεπυκασμένῳ καὶ καταφράκτῳ ἄλλως ὄντι.

CXIV. Vat. Cod. p. 498. Plan. p. 106. St. 157. W. Pauperem, quia nunquam vixerit, i. e. vitae bonis fructus sit, hoc praestare diviti, quod nec mori videatur, cum divites nonnisi iniquissimo animo a congestis thesauris discedant. — V. 2. ζῇν δοκέων. Cf. Ep. LXIX. — ὡς νέκυς. De avaro, vita non utente, *Antiphanes* Ep. III. οὗτος ἐμοὶ τέθνηκεν ἀνήρ· νῆστιν δὲ παρέρπω νεκρόν. ubi vide not.

CXV. Vat. Cod. p. 426. εἰς τὴν φιλόσοφον Ὑπατίαν τὴν Θέωνος θυγατέρα. τοῦ αὐτοῦ Παλλαδᾶ. Auctoris nomen omisit Planud. p. 108. St. 159. W. »Narrationem in»dignissimae Hypatiae caedis ab Alexandrinis christia»nis, instinctu, ut quidam tradiderunt, Cyrilli episcopi »perpatratae, vide ap. *Socratem* l. VII. 15. Contigit an»no 415. Inde definiri potest Palladae aetas, quem ex »multis illius carminibus christianum non fuisse admo»dum verisimile est.« *Br.* Multa de Hypatia, ex *Damascio*, ut *Kustero* videtur, petita, narrat *Suidas* T. III. p. 533. Conf. *Menagium* de Mulier. philos. p. 495. — V. 1. Ad λόγους ex verbo βλέπω, per zeugma addito,

verbum ἀκούω. assumendum est. ὁ οἶκος ἀστερόεις τῆς παρθένου, si recte intelligo, est domicilium signi, quod *virgo* vocatur. Cum hoc igitur signo virginis, quam alii Astraeam putabant, alii Apollinis filiam, (v. *Hygin.* Fab. Astr. XXV.) Hypatiam comparat, hanc quasi vivam illius imaginem veneratur. — V. 3. εἰς οὐρανόν, pro ἐν οὐρανῷ sive οὐράνια, nam omnia tua plane sunt coelestia. — V. 4. λόγων εὐμορφία, quasi *eloquentiae venerem* dicas, sive *ornamentum*, ἄγαλμα, *literarum*. Faciunt huc *Suidae* verba l. c. πρὸς δὲ τῷ διδασκαλικῷ καὶ ἐπ' ἄκρον ἀναβᾶσα τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, δικαία τε καὶ σώφρων γεγονυῖα, διετέλει παρθένος — σφόδρα καλή τε οὖσα καὶ εὐειδής.

¶. 431.] *CXVI.* Vat. Cod. p. 504. Plan. p. 110. St. 161. W. Causam reddit, nescio cui, cur ab ejus amicitia alienatus fuerit. — V. 1. ἐξέστησάς τήν. Vat. In marg. Wechel. ἴσως γραπτέον ἐξήτησα. Horum nihil verum; sed marginalis lectio manu ad meliorem lectionem ducit. Scripsit ille, ni fallor:

πολλάκις ἐξήτασσα τεὴν φιλότητα καὶ ὕβριν:

Saepe expendi et exploravi, comparatione instituta, amicitiam et superbiam tuam. Metaphoram petitam esse a trutina, apparet ex vocabulis κουφοτέρην et ῥέπουσαν, quae omnia eodem spectant. Ἐξετάζειν autem de examine, per trutinam facto, usurpatur et cum βαστάζειν jungitur ap. *Aristoph.* Thesm. v. 443. πάσας δ' εἰδὼς ἐξήτασεν, πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί. ubi vide *Kusterum*. Maxime huc facit locus *Luciani* Qu. Hist. scr. sit §. 10. T. IV. p. 170. ubi Historicis suadet, ἀργυραμοιβικῶς τῶν λεγομένων ἕκαστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα εὐθὺς ἀποῤῥίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα, καὶ ἔννομα, καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον. — Verborum autem ἐζήτησα et ἐξήτασα commutatorum exempla dedit *Wesseling.* ad *Diodor.* L. III. p. 187. et *Dorville* ad *Charit.* p. 57.

CXVII. Vat. Cod. p. 502. Plan. p. 113. St. 164. W. Vitae vicissitudines pro ludo, Fortunam pro

meretrice habendam, nec aegre ferendum esse, si pessimos optimis melius tractatos videamus. Cf. Ep. C. — V. 2. πόρνης. Sic iterum Ep. CXXI. τύχης — πόρνῆς γυναικὸς τοὺς τρόπους κεκτημένης. — ῥεύμασιν. Cf. ad Ep. LXXIV. 3.

CXVIII. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 112. St. 163. W. Menandrum laudat, quod Tempus deum vocaverit. Ad hoc vel simile dictum respexit *Philodemus* Ep. XXIX. 4. ubi vide not. *Menandri* haec sunt in *Stobaei* Eclog. p. 137. Gr. ταὐτόματόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, που θεός. ὁ καιρὸς παντὸς ἔχει κορυφὰν *Pindari* est sententia in Pyth. IX. 135. — V. 3. Casus, opportune accidens, saepe meliora gignit iis, quae multo labore et studio efficere conabamur. — In fine hujus versus comma delendum.

CXIX. Vat. Cod. p. 498. Plan. l. c. Fortuna in rebus humanis dominatur, rationis legisque expers; improbis magis quam probis favet, quo eam a ratione alienam esse manifestius fiat. In hunc sensum *Menander* in Eclog. Stob. p. 139. οὐδὲν κατὰ λόγον γίγνεται ὧν ποιεῖ τύχη. — V. 4. ἐπιδεικνυμένη – δύναμιν. *Herodot.* L. VII. 24. μεγαλοφροσύνης εἵνεκα αὐτὸ Ξέρξης ὀρύσσειν ἐκέλευε, ἐθέλων δὲ δύναμιν ἀποδείκνυσθαι καὶ μνημόσυνα λιπέσθαι.

CXX. Vat. Cod. p. 501. Plan. p. 113. St. 164. W. Vita humana Fortunae ludibrium praebet. — V. 1. παίγνιον. *Lucian.* Nigrin. §. 20. T. I. p. 44. μαρτυρουμένης τῆς τύχης, παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον. *Fortuna* — *ludum insolentem ludere pertinax.* *Horat.* III. Carm. 29. 50. *Aristotel.* ap. *Stob.* XCVI. p. 531. 43. τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον. — V. 3. σφαιρηδόν. *Enimvero Dî nos quasi pilas homines habent.* *Plaut.* in Prologo Captiv. 22. ubi vide *Taubmann.* *Palladae* versus adumbrati videntur ex *Hesiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 5. ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει· Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον

λαν μανθάνειν καὶ ἄδηλον λέξαι. Plura in hanc ſententiam dicta collegit *Muret.* in Var. Lect. XVI. 15. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* T. I. p. 309. T. II. p. 291.

T. 432.] CXXI. Vat. Cod. p. 503. ſq. *Palladae* vindicat; ἄδηλον eſt in Plan. p. 113. St. 165. W. Inconſtanti fortunae natura, quam nemo ratione aſſequi poſſit, ſe aegritudine et tanquam vertigine corripi declarat. — V. 2. τοῦ βίου μεταστροφάς. Vulgo. — V. 8. ποίῳ τρόπῳ corrigebat *Joſ. Scaliger* in not. mſc. — V. 9. ἀδήλου τῷ βίῳ φανερουμένης. Vulgo. — V. 10. πόρνης. Cf. Epigr. CXVII. 2. Quae in hoc Epigrammate a Planudeae lectionibus discrepant, ex membr. Vat. a clar. editore in textu ſunt poſita.

CXXII. Vat. Cod. p. 495. Plan. p. 114. St. 166. W. Faſtus et ſuperbia hominum, ex inani de divina origine ſua perſuaſione orta, imminuitur, ſi quis, quomodo genitus ſit, apud animum ſuum reputaverit. — V. 1. μινύρης. Ed. pr. Fl. et Ald. — V. 3. ἐν ἴσφυσιν. Vat. Cod. — V. 4. φυτὸν οὐράνιον. Ad *Alexidis* εἶτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτὸν *Platonis* dictum, ἄνθρωπος φυτὸν οὐράνιον, οὐκ ἔγγειον, attigit *Caſaubon.* ad *Athen.* L. III. 36. p. 237. 38. noſtri loci non memor, quem comparavit *Valckenar.* ad *Eurip.* Hippol. v. 630. p. 234. A. *Philo* ap. *Euſebium* Praep. Evang. VIII. cap. ult. μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀψευδῶς ἀνθρωπογονεῖ, φυτὸν οὐράνιον καὶ βλάστημα θεῖον ἠκριβωμένον. — V. 5. ἐκ πηλοῦ. Prometheus ap. *Lucian.* §. 13. T. I. p. 148. κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον, γαῖαν ὕδει φύρας καὶ διαμαλάξας ἀνέπλασα τοὺς ἀνθρώπους — καὶ — ἐκ πηλοῦ ζῷα πεποίηκα. *Callimach.* Fr. CXXXIII. εἴ σε Προμηθεὺς Ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας. quem locum expreſſit *Juvenal.* XIV. 34. *quibus arte benigna Et meliore luto finxit praecordia Titan* – notante *Ruhnk.* Epiſt. crit. p. 183. Adde, quae collegit *Gataker.* ad *M. Anton.* L. VII. 68. p. 233. — V. 6. κοσμῶν. (male Vat. Cod. κοσμῶ.) Sit

dixerit aliquis, qui rem turpem honestiore vocabulo velare velit. λόγοι σεμνοὶ vocantur *honestiores* illae dicendi *formulae*, quibus ad naturae quaedam officia significanda utimur, ut docuit *Gataker.* de N. I. St. c. XI. p. 70. — V. 7. τὸν omittit Vat. Cod. — μιαρᾶς ῥανίδος. τὴν ἀπόπτυστον δρόσον vocat *Aristoph.* Eqq. 1285.

CXXIII. Vat. Cod. p. 500. sq. Plan. p. 114. St. 166. W. Etiam hoc Epigrammate superbiam mortalium deprimere conatur poëta, vitam a parva aura pendere docens. — V. 3. ὄργανα. De organis pneumaticis cogitasse videtur. Cf. *Julian. Caes.* Ep. II. — V. 5. καλάμῳ ὀλίγῳ. Vat. Cod. — V. 6. ψυχὴν συλήσας. Ep. Adesp. CCCCLXXIII. ζωὴν συλήσας. — „κατάγει. sic omnes, sed „mendose. Scribendum κατάγοι." *Br.* — ¶. 433.] V. 7. τρεφόμεθα. Vat. Cod. — V. 8. ἠέρα βοσκ. paroemiacum; ut ap. *Automedont.* Ep. IX. 8.

CXXIV. Cod. Vat. p. 496. sq. Plan. p. 115. St. 167. W. *Stob.* T. XXXVIII. p. 221. 23. Gesn. 153. Grot. Se neque ob eximiam felicitatem invidiae, neque ob mala misericordiae obnoxium esse optat. Sententia, ut ap. *Sodatem* in *Stob.* Flor. p. 427. Grot. Ὁ πένης ἐλεεῖται, ὁ δὲ πλούσιος φθονεῖται, ὁ μέσος δὲ βίος κεκραμένος δίκαιός ἐστιν. αὐτάρκεια γὰρ πρὸς πᾶσιν ἡδονὴ δικαία. — V. 1. φθόνος. Locus *Pindari* est Pyth. I. 164. — V. 5. ἡ μεσότης. In Sched. Krohn. αἱ μεσότητες ἄρισται. — πέφυκε ἐπάγειν. summa enim adducere solent pericula. Elegantem hunc dicendi usum attigit *Toup.* ad *Longin.* p. 274. *Zeune* ad Viger. de Idiotism. p. 313. 71.

CXXV. Cod. Vat. p. 426. Ἄδηλον. εἰς ἐπιστολήν. a rec. manu additum: καὶ τοῦτο Παλλαδᾶ. In Plan. p. 119. St. 171. W. ἄδηλον. — V. 2. ὄργανα. instrumenta, quibus absentes inter se congrediantur. συντυχία h. l. colloquium.

CXXVI. Cod. Vat. p. 494. Plan. p. 120. St. 174. W. Inutiles esse docet hominum curas et sollicitudines, cum

dii pro nobis curam gerant et omnia cogitata nostra dirigant. Ineptum Epigramma, quod in putidis allitterationibus versatur.

CXXVII. Vat. Cod. p. 501. Plan. l. c. Sideribus, sub quibus nascimur, omnem hominum vitam dirigentibus, mortalium conatus et studia vanissima sunt. Sapientis est, his omissis, tranquillo laetoque animo vitam transigere, si fieri possit, vel fatis invitis. — V. 2. κλῆρος — κατὰ τὴν γένεσιν. *genitura*, i. e. sors, quae nascentibus obtingit, quam vocis significationem tetigit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 778. — V. 5. In hunc sensum *Horatius* I. Epist. 18. 106. *Haec est satis est orare Jovem, qui donat et aufert: Det vitam, det opes; aequum mi animum ipse parabo.*

¶. 434.] *CXXVIII.* Vat. Cod. p. 501. Plan. p. 121. St. 175. W. Homines quovis die denuo nascuntur, et omne praeteritum tempus periit. Nemo igitur senex potest vocari. — V. 2. προτέρου β. μ. ἰόντες. Vat. Cod. — V. 6. οὐ μετέχεις. Aliter judicavit *Seneca* de Vitae Brev. c. X. *In tria tempora vita dividitur: quod est, quod fuit, quodque futurum est. Ex his, quod agimus, breve est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc est enim, in quod fortuna jus perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest. — Atqui haec est pars temporis nostri sacra ac dedicata, extra regnum fortunae subducta — Haec nec turbari, nec eripi potest: perpetua ejus et intrepida possessio est.* Cf. *Burmann.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 503.

CXXIX. Vat. Cod. p. 502. Planud. l. c. De fuga vitae conqueritur. — V. 3. καθεζόμεθα. Vat. Cod. Est in hoc vocabulo ignavi otii significatio. *Quibusdam nihil, quo cursum dirigant, placet, sed marcentes oscitantesque fata deprehendunt. Seneca* de Vitae Brev. c. II.

CXXX. Vat. Cod. p. 502. Plan. p. 51. St. 74. W. Omnes ut victimas Proserpinae mactandas vivere. *Victi-*

nus nil miserantis Orci ex *Horatio* nota II. Carm. III. 23. Nostrum autem distichon novissimus interpres admovit ad I. Carm. XXVIII. 20. *nullum saeva caput Proserpina fugit.*

CXXXI. Vat. Cod. p. 502. Plan. l. c. Anima, corporeis vinculis constricta, in vita, ut in carcere, tenetur; hinc liberata ad deos tendit. Dicta sunt haec ad sententiam Platonicorum, qui animam corporis affectibus affici et corrumpi putabant; de qua opinione vide *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 35. — V. 2. δῆμος vulgo et in membr. Vat. quod in δεσμὸς mutavit *Brodaeus.* Secundum Empedoclis sententiam αἱ ψυχαὶ — ἀλληλοφαγίας δίκην τίνουσαι σώμασιν ἐνδέδενται (ap. *Plutarch.* T. II. p. 996. B.) inque eo ὀστρέου δίκην ἐνδεδεμέναι εἰσίν, quae *Platonis* est comparatio. Solent autem *Platonici* corpus carcerem animae vocare; ut ille in *Phaedone* p. 82. D. E. unde *Cicero* Tusc. Qu. I. 30. *vincula carceris rumpere*, et *Maxim. Tyr.* Diss. XIII. 5. p. 239. φαίην δ' ἂν ἔγωγε, οὐδὲ ἄκουσαν εἶναι τῇ γενναίᾳ ψυχῇ φθορὰν σώματος· οἷον εἰ καὶ δεσμώτην ἐννοήσαις ὁρῶντα σηπόμενον καὶ διαῤῥέον τὸ τειχίον τοῦ δεσμωτηρίου, ἀναμένοντα τὴν ἔκδυσιν καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ εἱργμοῦ. σαρκὸς δεσμώτας mortales vocat *Gregor. Naz.* Epigr. CCXVI. in *Murat.* Anécd. p. 201. Apollonius juvenem quendam animae immortalitatem post fata docens: ψυχὴ — μετὰ σῶμα μαρανθὲν, ἅτ' ἐκ δεσμῶν θοὸς ἵππος ῥηϊδίως προθοροῦσα, κεράννυται ἠέρι κούφῳ. *Philostrat.* Vit. Apoll. VIII. 31. p. 371. Ad *Brodaei* conjecturam firmandam nonnihil facit etiam oraculum ap. *Porphyrium* in Vit. Plot. c. XXII. ὅτ' ἐλύσαο δεσμὸν ἀνάγκης ἀνδρομέης. — V. 4. πρὸς θεόν. *Plato* in Cratylo p. 263. *Maxim. Tyr.* XV. 6. p. 278. Cf. *Speusippi* Ep. in Platonem T. I. p. 176.

CXXXII. Vat. Cod. p. 497. Plan. p. 54. St. 78. W. Non phthisin tantum homines enecare, sed etiam pin-

guedinem, Dionysii, tyranni, exemplo docet. De hoc homine insignique ejus obesitate vide *Athenaeum* ex *Nymphide Heracleota* multa tradentem L. XII. p. 549. ex quo fonte sua etiam hausit *Aelian.* V. H. IX. 13. Memorabile de illo tyranno fragmentum ex Piscatoribus *Menandri*, ab *Athenaeo* servatum (ap. *Cleric.* p. 10.), sed mendose, in hunc fere modum restituendum suspicor:

> *Πόλλ' ἐπισκοποῦντι μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται*
> *εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰ καὶ χολάδας κεῖσθαι παχύν,*
> *παῦρα καὶ μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω,*
> *ἐσθίοντα καὶ λέγοντα, σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.*

— V. 1. „*φθίσις.* Sic verissime Salmasius emendavit. „Opposita sunt *ἡ φθίσις* et *ἡ παχύτης.* Corrupte in mem„branis etiam legitur *ἡ φύσις.*" *Br.* Hanc emendationem expressit *Grotius:*

> *Non tantum vitae finem facit arida tabes:*
> *Quin etiam nimium pingue necare potest.*

— ¶. 435.] V. 3. *τοῦτ' ὁ τ.* Vat. Cod.

CXXXIII. Vat. Cod. p. 435. Plan. p. 57. St. 81. W. De Herculis statua, a Christianis, ut videtur, in trivio eversa. — V. 1. *ἐν τριόδοισι.* ubi Hercules coli solebat. *ἐν ὀχμαλαῖς εἶναι* autem dictum, ut *ἐν τιμῇ εἶναι.* qui pretibus et divinis honoribus colebatur, nunc contemtus jacet. — V. 3. *τριεσπέρου.* Ad honorem dei, tribus noctibus continuis a Jove elaborati, facit. Hoc ridens *Lucian.* D. D. X. 1. T. II. p. 32. *τεχθῆναί τινα δεῖ ἐκ τῆς ὁμιλίας ταύτης μέγαν καὶ πολύαθλον θεόν· τοῦτον οὖν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον.* *τριέσπερον λέοντα* eum aenigmatice vocat *Lycophron* v. 33. et *Dosiadas* in Ara II. v. 11. unde *Lucianus* in Somn. §. 17. T. I. p. 16. *ὄνειρος — τριέσπερος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτὸς ἐστι.* ubi vide *T. H.* p. 200. — V. 5. *πρὸς ἔειπε.* Vat. Cod. — V. 6. *καιρῷ δουλεύειν.* rebus se et temporibus accommodare. *καιρῷ δοῦλον* illustrat *Budaeus* in Comm. Gr. L. p. 457. 28.

CXXXIV. Vat. Cod. p. 375. cum lemmate: τοῦ αὐτοῦ (Βυζαντίνου, cujus Ep. praecedit) ἐπί τινι ἄρχοντι παραίνεσις φεύγειν τοὺς κόλακας. non in margine autem, sed intus additum: Παλλαδᾶ. Βυζαντίνου inscribitur in Planud. p. 63. St. 91. W. — V. 2. πολλούς. Princeps adulatores ferens calumniandi et criminandi occasionem praebet, probosque homines impuris adulatorum linguis objicit.

CXXXV. Cod. Vat. p. 425. Plan. p. 64. St. 93. W. Provinciis praefecti aut rapaces aut superbi esse solent; probum, qui et mitis, mitem, qui etiam probus sit, nusquam inter eos reperias. — V. 1. καθαρός. a furtis purus; ut infra ἁγνός. καθαρὸς τὰς χεῖρας sic dixit Pericles ap. *Plutarch.* T. I. p. 156. B. οὐ μόνον τὰς χεῖρας, ὦ Σοφόκλεις, καθαρὰς δεῖ τὸν στρατηγὸν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. ut apparet ex versione *Ciceronis* Off. L. I. 40. *At enim praetorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.* De praefecto quodam Incertus in Epigr. edito a cl. *Huschkio* p. 275. ὃς γὰρ ἐὼν πόλιος κτεάνων ταμίης τε πατήρ τε Κέρδεσιν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐμίηνε χέρας. — V. 2. δόγματος. a philosophis traductum; ut *vitae secta* pro ratione et conditione dicitur. — V. 3. τὸ γλυκὺ. τὸ μείλιχον. Suavitas morum cum rapacitate, integritas cum superbia conjuncta esse solet. — V. 4. „Provinciae, quos vidit in Aegypto, Praesides feroces et rapaces innuit, quae animi vitia vocat *instrumenta imperii*, „ὄργανα τῆς ἀρχῆς. Quod vulgo legitur τῆς ἀρετῆς ineptum est." *Br.* ἀρετῆς legitur etiam in Vat. Cod.

CXXXVI. Vat. Cod. p. 503. Plan. l. c. Deos quoque philosophos videri, cum hominum conviciis primum quidem non irascantur, tempore interjecto autem gravissimas poenas a miseris mortalibus sumant. De lenta deorum ira hoc est *Euripidis* in Ione 1615. χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ. *Ut sit magna, ta-*

men certe lenta ira deorum est. Juvenal. XIII. 10. Caeterum haec non in laudem philosophorum scripta esse, sponte apparet.

¶. 436.] *CXXXVII.* Vat. Cod. p. 496. Plan. l. c. Caussidicum justum judicem fieri posse negat. — V. 2. τᾶδέ τ' Vat. Cod. τῷδ' ἔθ' vulgo. — V. 4. cl. editor exhibuit lectionem Planud. sed in membranis est: μηδ' ὅτ' ἂν Ἰσοκράτους. Primam syllabam *Isocrates* producit in *Christodori* Ecphr. v. 256. Epigr. incert. DLIV. DLV. — V. 5. πᾶς γὰρ et ἠθισμένος. Vat. Cod. In sequentibus ἂν abundare pronuntiat *Brodaeus*, satis pro lubitu; nam in aliis locis hujus abundantiae longe diversa est ratio. Si sincera est lectio, ἐν ἑταίρῳ per brachylogiam positum videri debet pro ἐν ἑταίρου δίκῃ. Hunc locum quomodo acceperit *Grotius*, difficile dictu est. Vertit enim:

Nam solitus causas venali dicere lingua,
Non et judicium vendere non poterit.

Ingeniose haec tentavit *Is. Casaubonus* in not. msc. οὐδὲν ἑταίρας σεμνότερον δικάσαι τῆς ξυπαρᾶς δύναται. Mercede conductus non magis judicis dignitatem servabit, quam sordida meretrix, quae se omnibus vendere solet.

CXXXVIII. Vat. Cod. p. 502. sq. Plan. p. 115. St. 166. W. Calamitas quaedam, sive rumor de calamitate, in quam Graecia inciderat, huic Epigrammati occasionem dedisse videtur. — V. 1. Etiam Fama, si dea est, sicuti reliqui dii, Graecis infesta, falsis rumoribus fallit. — V. 3. „Edd. omnes absque Codicum dissensu „φήμη δ' ἀντιπαθής, quod emendat Dorvill. ad Char. „p. 217." *Br.* ἀντιπαθής. Vat. Cod. Comparat *Dorvillius Terentium* V. Andr. VI. 4. *More hominum evenit, ut, quod sim nactus mali, Prius rescisceres tu, quam ego illud, quod tibi evenit boni.* — Postrema adjiciuntur per ὑπερβολήν: nonnunquam facti notitia celeritate ipsam Famam antevertit; satis inepte, ut multa in his *Palladae* Epigrammatis.

CXXXIX. Vat. Cod. p. 421. ſq. auctoritate Noſtro tribuitur; nam in Planud. p. 30. St. 46. W. et ap. *Stob.* T. IX. p. 99. 8. Gesn. 57. Grot. ἄδηλον eſt. Hiſtoria de homicidà, qui, a Serapide per ſomnum monitus, facilem mortem vitaverat, ne ſupplicium effugeret. — V. 1. στείχιον. Vat. Cod. — ἐπιστῆναι proprium de deorum apparitionibus. Vide *Wetſten.* ad N. Teſt. T. I. p. 661. — Σάραπι Vat. Cod. a pr. man. — V. 3. κατακείμενον οὗτος ἀνεστᾶ. Vat. Cod. a man. ſec. — V. 7. ἔθυον. Vat. Cod. — V. 9. ἀπέχρησε. Vat. Cod. — V. 11. ἄλυπος conjecit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. vix vere. Bene ſenſum expreſſit *Grotius:*

Non eſt iſta ſalus, facili quod morte negatum
Defungi: crux eſt poena parata tibi.

— V. 12. δ' εὖ ἴσθι. Vat. Cod.

¶. 437.] *CXL.* Vat. Cod. p. 377. cum lemmate: ἀδέσποτον· νομίζω δέ, ὅτι Παλλαδᾶ ἐστιν τοῦ Ἀλεξ. Tanquam ἄδηλον exhibetur in Planud. p. 33. St. 50. W. Expreſſum videtur ex Ep. ἀδεσπ. DCXXXIX. quod ſepulcrale eſt; unde noſtrum quoque carmen ſepulcralibus accenſendum puto. Defunctus ſibi gratulatur, quod Fortunae et Spei ludibriis non amplius expoſitus ſit. — V. 1. τὴν ὁδὸν εὗρον. Sic Ep. CVIII. Ἐλπίδος οὐδὲ Τύχης ἔτι μοι μέλει, οὐδ' ἀλεγίζω Λοιπὸν τῆς ἀπάτης· ἤλυθον εἰς λιμένα. — V. 2. σφετέροις, ἔργοις, πράγμασι ſubaudi, quamvis dura ellipſis. — V. 3. μωρόντες. Vat. Cod. — V. 4. Ut in ſomno, ſic nobis videntibus et vigilantibus phantaſmata objicite, quae nunquam exitum habitura ſunt. Obverſabatur poëtae fortaſſe locus *Platonis* de Republ. L. I. p. 330. Ὁ μὲν οὖν — ἐκ τῶν ὕπνων, ὥσπερ οἱ παῖδες, θαμὰ ἐγειρόμενος, δειμαίνει καὶ ζῇ μετὰ κακῆς ἐλπίδος. — V. 5. ἐν omittitur in Vat. Cod. — V. 6. ἔῤῥε κακὴ γλήνη. Ex Homero Il. Θ. 164. — πολυώδυνε. Vat. — V. 7. παίζοντε. Hoc proprium de Spe et Fortuna. Vide ad Ep. CXX. *Mac-*

don. Ep. XXXIX. εἰ βίον ἐν μερόπεσσι τύχης παίζουσιν ἑταῖραι Ἐλπίδες. Ep. ἀδεσπ. DCXXXIX. παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ. Quod sequitur στρεφθεῖτε, ex *Planudis* emendatione videtur positum; nam in membranis mendosissime ἴστε θέλοιτε οὓς ἐμεῦ. quod eo ducit, ut legamus:

παίζοιτ', εἴ γε θέλοιτε, ὅσους — —

CXLI. Vat. Cod. p. 377. junctim cum praecedente. Diversum carmen *Brunckio* esse videtur. Fateor, me verborum, per se quidem satis expeditorum, sensum non assequi; tertius praesertim versus quo pertineat, obscurissimum. Non videtur ab eodem profectus esse, qui praecedentes scripsit.

CXLII. In Vat. Cod. p. 494. ἄδηλον; etiam in Plan. p. 35. St. 52. W. Unde *Brunckius* sciverit, Palladae esse, non dixit. — V. 1. καί. Vat. Cod. qui mox δὲ omittit.

CXLIII. Vat. Cod. p. 444. Παλλαδᾶ. In Plan. p. 39. St. 57. W. ἄδηλον. De amici cujusdam occursu et absentia; illum pro re bene ominata habendum esse; hanc contra tristem reddere. — V. 1. ἡμέραν καλήν. καλημέρους Graeci festos et festi diei homines, festivos et hilares, appellabant; qui contra erant, καχημέρους et μισοκαλημέρους. Vide *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 415. et *Stephani* Thes. Gr. L. T. I. p. 1463. A. — V. 3. θέλει. Vat. Cod. — V. 4. κακήμερος. Ibid.

CXLIV. Vat. Cod. p. 501. Plan. p. 87. St. 128. W. Monentur homines, ut, luctu et querelis omissis, vitam hilariter agant, neque se ante fata excrucient. — V. 1. μίμνων. Vat. Cod. — πρὸς ἐκεῖνον. ad illud tempus comparatum, quod apud inferos morabimur. ἐπεὶ πλείων χρόνος, Ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε. Ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι. *Sophocl.* Antig. v. 74. — Pro ὅλον *Jos. Scaliger* tentabat ὀρθῶν, quod non necessarium. — V. 3. σκώληκα βαλεῖν Vat. Cod. et Plan. quod tacite immutavit cl. edi-

tor, ſenſu optimo, ſed mutatione nimis violenta. — V. 4. κρινομένην, i. e. ὡς κρινῃ ne poenas ab anima ſumas, quaſi jam ſupremo judicio condemnatâ, idque vivus, ζῶν ἔτι. Fortaſſe tamen legendum:

ἅτε κρινομένην.

Verbum κρίνειν *damnandi* ſenſu ap. ſeriores ſcriptores paſſim occurrit.

¶. 438.] *CXLV.* Vat. Cod. p. 303. Παλλαδᾶ Ἀλεξ. Εἰς Ψυλλ' τὴν γραῦν πάντα καταφαγοῦσαν καὶ οὕτως ἀπελευτήσασαν. Plan. p. 230. St. 335. W. — V. 1. Ψύλλα. Vulgo, et in membr. a man. ſec. — V. 4. ζεῖν. veteres quaedam edd. Praeclare ſenſum expreſſit *Grotius*:

Et ſubito ſaltu deſcendit ad infera regna,
Ut ratio vitae ſumtibus aequa foret.

εὑραμένη vulgo. Fortaſſe rectius. — V. 5. φαγοῦσα βίον. Vide ad Ep. XXXII. et LV. — V. 6. ἀπεκερμάτισε. Numis ad ultimum usque abſumtis. In hoc verbo, ut in multis aliis, ἀπὸ finem alicui rei impoſitum eſſe indicat; de quo uſu vide *Valcken.* ad *Herodot.* p. 123. *Pierſon.* ad *Moer.* p. 400. — ἥλατο εἰς ἀΐδην. Cf. *Callim.* Ep. LX. 4.

CXLVI. Vat. Cod. p. 303. Plan. p. 231. St. 336. W. Hiſtoria de nuptiis, in quibus, ut in illo ap. Scopam convivio, thalamo, ut videtur, ruente, magnus hominum numerus periit. — V. 1. ἥρπασε. Hoc vocabulum male intellectum *Opſopoeum* in errorem induxit, ut totum carmen male acciperet. *Rapi ſimulatur virgo e gremio matris — quum ad virum trahitur*; *Feſti* verba ſunt. Vide cl. *Doering.* ad *Catull.* LXI. 3. — V. 4. νεκρῶν. Vulgo et in Vat. Cod. Quum genitivus non habeat, unde regatur, cl. editor accentum mutavit, νεκρὼν ſcribens; lectoribus non monitis. Alibi non obvium vocabulum fictum eſt ad analogiam τοῦ κευθμών, νυμφών, παρθενών, aliorumque, quae receptaculum ſignificant. —

V. 5. In nominibus Πενθεὺς et Πενθεσίλεια ad etymologiam respicitur, ut ap. *Euripid.* Bacch. 367. Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις. — πλούσιος ἐν θανάτοις. *Sophocl.* Oed. T. 30. ᾅδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.

CXLVII. Vat. Cod. p. 315. Edidit *Jensius* nr. 131. *Reisk.* Anth. nr. 782. p. 167. Scriptum est in Gessium, de quo vide supra Ep. LXII. Insignia honoris post mortem accepisse hoc carmine narratur; quod contumeliae et ludibrii causa factum esse suspicari licet, comparatis iis, quae *Palladas* de eodem homine in aliis carminibus dixit. — V. 1. ἐξεῦρεν. Cod. quod *Jens.* emendavit. — V. 2. ζητήσας. Vat. Cod. τῆς ζωῆς *Br.* recepit ex *Reiskii* conjectura, quam veram non puto. Saltem ἐρχόμενος legendum.

Palladae tribuuntur praeterea in Vat. Cod. Ep. in Heroïcis ἀδεσπ. XXVI. p. 148. Ep. *Themistii* p. 404. *Lucillii* Ep. XCVI. Incertor. CCCCXLII.

HELLADII DISTICHON.

Helladio hoc distichon vindicavit *Br.* ex Vat. Cod. p. 567. In Planud. p. 90. St. 132. W. ἄδηλον est. Jejunum carmen in tinctorem, qui, ut reliqua omnia, sic paupertatem quoque infucans, dives evaserat. Lusus est in locutione βάπτειν τὴν πενίην, cui similem nondum inveni.

POLLIANI EPIGRAMMATA.

T. 439.] *I.* Vat. Cod. p. 526. Plan. p. 163. St. 236. W. Cyclicos poëtas, vetustiores musicae artis antistites, Homerum inprimis compilantes, cum elegiacis

comparat, quibus non eadem furandi poteſtas conceda-tur. Conf. *Callimach.* Ep. I. ubi vide not. Peſſime noſtrum interpretatur *Opſopoeus;* et *Huetius* quoque p. 17. a vero aberravit. Meliora de cyclicis attulit *Salmaſius* ad Solin. p. 595. F. quam materiam noſtra demum aetate in clariſſima luce collocavit perſpicaciſſimus *Heynius.* Quod ex hoc Epigrammate *D. Heinſius* in Not. ad Horat. p. 17. effici putabat, ut omnes epici poëtae, qui integrum argumentum tractaſſent, cyclici vocarentur, id minime inde prodit. Recte vero idem obſervat, cyclicos illos poëtas, cum perpetua carmina ſcriberent, in quibus magna rerum varietas oratione connectenda eſſet, crebro uſos eſſe vocabulis αὐτὰρ ἔπειτα et ſimilibus; idque ne Homerum quidem potuiſſe vitare, qui uno Iliadis primo libro illis particulis decies et ſexies uſus ſit.— V. 2. λωποδύτας. fures et praedones. λωποδύται. κλέπται. *Heſych.* Generaliori hac ſignificatione verbo λωποδυτεῖν utitur *Demoſthen.* Philipp. III. p. 116. 19. καθ' ἕνα ἕκαστον οὑτωσὶ περικόπτειν καὶ λωποδυτεῖν τῶν Ἑλλήνων, καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς πόλεις. — V. 4. *Parthenium* elegographum cum *Callimacho* junxit etiam *Lucian.* Quom. Hiſt. ſcrib. ſit §. 57. addito *Euphorione*, cum quo eundem laudet *Sueton.* in Vit. Tib. c. 70. — V. 5. θηρὶ οὔατόεντι *Callimachi* verba ſunt, ut diſcimus ex *Euſtathio* Il. λ. p. 817. et ψ. p. 1412. Hinc fortaſſe *auritus aſellus* ap. *Ovidium* II. Amor. VIII. 15. et Faſtor. VI. 469. *auritulus* ap. *Phaedrum* L. I. XI. Quum in Analectis voces θηρὶ οὔατόεντι iisdem typis, quibus reliqua, exſcriptae eſſent, haec notavit *Br.*: „Voces θηρὶ οὔ. debuiſ„ſent etiam majoribus characteribus excudi. Sunt enim „e Callimacho petitae, ut, quae ſequuntur, e Parthe„nio deſumtae videntur, quos hic deridet Pollianus. „Vide inter Callimachi fragm. a Bentlejo collecta „CCCXX.“ Parthenium a *Polliano* derideri, quod *Br.* putat, mihi non ſatis liquet. De *chelidonio*, quo tincto-

res utebantur ad luteum colorem efficiendum, vide *Salmas.* de Hom. H. Iatr. c. XXVI. p. 26. — In antiquis edd. tantum non omnibus et in membr. Vat. χελιδόνια legitur.

II. Vat. Cod. p. 525. Plan. p. 162. St. 236. W. Malo poëtae *Pollianus* imprecatur, ut magis magisque versus pangendi rabie exstimuletur. — V. 1. ποιοῦσιν. Vat. Cod. — Ἐριννύες. quae ineptos homines quasi in furorem adigunt eosque compellunt, ut natura recusante versus faciant.

III. Vat. Cod. p. 525. sq. Planud. l. c. In Florum quendam, qui in musico certamine, non suo, ut videtur, merito, sed alieno favore nactus erat victoriam. Obscurum carmen. — V. 1. Florus Polliano exprobrasse videtur, quod maligno animo ejus victoriam spectaverit. Ad hanc exprobrationem ita respondet noster, ut Florum etiam acrius mordeat. Nisi gaudeam, fiam unus ex pedibus illis, quos misere tendens et torquens numeris aptas. Versus Flori justo longiores fuisse, hinc minus recte eliciebat *Brodaeus;* verius *Casaubonus* ad *Persii* in Sat. Prolog. p. 41. pedes *misere tortos* interpretatur; nam difficili opera versus minime bonos fecisse videtur ille. — V. 4. »ὡς περὶ χοιρείης. Sic e »membr. Vat. scripsi. Quod editum erat περὶ χυρείας, »sensu plane cassum est. Illud autem sic explicari potest: »Florus ob adeptam in agone musico coronam celebra»to convivio, Polliano, qui invitatus non adfuerat, »frustum suillae carnis miserat. Hoc vocat poëta χοιρείην »μερίδα τοῦ στεφάνου, νὴ τὸν κλῆρον. *per ipsum victoriae tuae »praemium*, seu, *per victoriam tuam.* Sic vocem κλῆρος »adhibuit Antigon. Caryst. c. I. καὶ περὶ τοῦ κλήρου πρὸς »ἑαυτοὺς εἰς ἀντιλογίαν ἐλθόντων. Ultimo disticho innuit »favore judicum decretam ei coronam. Aliter Casau»bonus explicat in commentario ad Persium p. 14. ser-

„vata vulgata lectione. Sed mihi folium Sibyllae est illius „interpretatio.“ *Br.* In Cod. Aldi χειρίας erat, quam lectionem Aldina 2. exhibet. In membr. Vat. χειρίας. Idem *Jos. Scaliger*, quem Vat. Cod. lectiones a Salmasio accepisse constat, margini exemplaris sui adscripsit. κλῆρον *Pollianus* non in universum appellat *victoriae praemium*, sed tale, quod quasi sortito, fortunae casu, contigerit illi. Vulgatae patrocinium suscipiens *Casaubonus*, χηρείαν τοῦ στεφάνου μερίδα sic interpretatur: „χηρεία „μερὶς Polliano dicitur pars, quae sortito evenit e paren„tum hereditate: non est enim, ut quidam putarunt, „substantivum χηρεία, sed est a χηρεῖος, unde apud poë„tam vox χηρήϊος: proprie χηρεῖος de viduo aut vidua, „sed et de orbis dicitur, ut et Hesychius adnotat.“ Hac vero interpretatione admissa, tautologia existit plane intolerabilis: Per sortem illam, quae tibi in certaminibus obtigit, gaudeo coronâ, quae tibi sortito obtigit. *Grotius* haec ita expressit, ut, quid de singulorum verborum scriptura et sensu judicaverit, minime appareat:

Ipse ego pes unus fiam, vel dactylus horum,
In longum quos tu tendere, Flore, soles:
Ni tibi de tali certamine gratulor, etsi
Contigerit meritis nulla corona tuis.

— V. 5. post γὰρ in Vat. Cod. superscriptum τοι; ibidem πάλιν vitiose legitur. — εὔθυμος π. γίνου. ne mihi amplius succenseas. — V. 6. οὕτω. quamvis poëta, non stadiodromus, facile tamen cursus victoriam haud secus adipiscaris, quam hanc in poëtico certamine palmam nactus es.

¶. 440.] *IV.* Cod. Vat. p. 532. Plan. p. 183. St. 267. W. *Stobaei* Floril. X. p. 128. 9. Gesn. 71. Grot. Ad foeneratorem, qui, numis suis foenore occupatis, ipse pauperrimus videri debebat. Cf. Ep. ἀδέσπ. CCCCXLIX.

V. Planud. p. 320. St. 459. W. Πωμιανου inscriptum. Verum auctoris nomen restitutum in Aldina 3. quam, seriores non secutae sunt. Polyxenam Polycleti laudat et cum Junone ejusdem artificis comparat. De hoc Epigrammate sic scribit *Heynius* in Comment. T. X. p. 115. „Quid huic carmini faciam, non habeo. Tabulam edit „Polycleti, qui sculptor fuit. Suspiceris, Polygnotum re„fingendum esse: at cum Junone comparatur, nobili „isto Polycleti signo. Tum vero mirum, quod tabulam „cum statua comparat. Non multum absum, quin poë„tam parum doctum, cum ante oculos haberet praecla„ram illam tabulam, audito nomine Polygnoti confu„disse putem pictorem cum sculptore. At Polygnoti „excidium Ilii, quod in Lesches pariete Delphis pictum „fuisse, ex Pausania novimus, Simonidis distichon cele„brat I. p. 142.“ Hoc quoque *Polliani* Epigramma, ut plurima hujus generis, in quibus artium opera describuntur, mere ἐπιδεικτικὸν esse, et tabulam a poëta non visam, sed fictam celebrare videtur. Imperiti hominis esse, sponte apparet. — V. 3. ἀδελφόν. opus huic geminum atque simillimum. Hunc vocis ἀδελφὸς usum illustravit *G. Koen.* ad *Gregor.* p. 269. et *Rubnk.* ad *Timaei* Praef. p. 3. — V. 3. ἴδ' ὡς. In hac Polyxenae imagine, quae — *jam moriens, ne non procumbat honesta, Respicit*, (*Ovid.* II. Fast. 833.) sibi praeeuntem habuit *Euripidem* in Hecub. 555. sq. cui similia adhibuimus in Exercitt. crit. T. I. p. 22. Plura vide congesta ap. *Magium* L. II. Miscell. c. 21. in Lampade Art. Gruteri T. II. p. 1354. et quos laudat *Fabric.* ad *Dion. Cass.* T. I. p. 643. Tragici dignitas et amoenitas vehementer imminuta ab Epigrammatographo. In fine pentametri v. πέπλῳ post πέπλοιο offendit *Brunckium*, qui χερὶ tentat. At totum carmen tam ineptum est, ut hoc quidem naevo non admodum offendar. — Recte monuit *Heynius*, nec extremi versus acumen probandum esse, ἐν βλεφάροις — πέλει.

μός. i. e. terror, metus, dolor captorum civium, patria expugnata, in hujus unius oculis conspicitur.

GAURADAE EPIGRAMMA.

Inscriptum prioribus Vat. Cod. paginis a man. rec. Plan. p. 320. St. 460. W. cum lemmate: ὡς παρὰ τοῦ Πανός, quod falsum. In ejusmodi lusibus componendis plures veterum elaborasse, apparet ex *Martial.* L. II. 86. ubi inter *difficiles nugas*, quibus bonum poëtam operam dare negat, etiam illa carmina recenset, quae *Graeca nusquam recantet Echo.* quem locum illustrans *Angel. Politianus* in Obss. Syll. I. 22. hoc *Gauradae* carmen excitat; cf. *Raderum* p. 236. et *Scaligerum* Poët. L. II. c. 29. — V. 2. μοῦ φιλεῖ. Vat. Cod. — V. 5. Meo nomine ei promitte pretium.

PROCLI LYCII

HYMNI.

¶. 441.] De Procli pietate multa tradens *Marinus* in Vita ejus c. XIX. δηλοῖ δὲ, ait, ἡ τῶν ὕμνων αὐτοῦ πραγματεία, οὐ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι μόνων τιμηθέντων ἐγκώμια περιέχουσα, ἀλλὰ καὶ Μάρναν Γαζαῖον ὑμνοῦσα καὶ Ἀσκληπιὸν Λεοντοῦχον Ἀσκαλωνίτην κ. τ. λ. καὶ τῶν ἄλλων ἁπλῶς πάντων. Ex his tam multis Hymnis pauci aetatem tulisse videntur. Horum quatuor illi, quos *Brunckius* Analectis inseruit, subjecti sunt Hymnis Orphei in edit. Aldin. 1517. 8. Eosdem cum *Olearii* et *Grotii* versione metrica repetivit *Fabricius* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 508. sqq. Hymnos duo in Venerem servavit etiam *Stobaeus* in Flori-

Florileg. LXI. p. 389. Gesn. 249. Grot. His autem mysticae poëseos reliquiis duos ejusdem poëtae hymnos addidit, in Cod. Matritensi a se repertos, Vir clariss. *Tychsen* in Bibl. Liter. et Art. Tom. I. p. 5. quos in secundo ejusdem Bibliothecae fasciculo erudito commentario illustravit vir doctissimus *Mitscherlich.* Quatuor illos et unum in Minervam cum versione metrica iterum exhibuit mysticae philosophiae apud Britannos praeco et vindex flagrantissimus *Taylor* ad calcem Versionis *Sallustii on the Gods and the World*, London 1793. 8. Hymnum in Minervam alius Britannus *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. IV. p. 249. simul cum Hymno in Hecaten p. 251. Ex Procli Hymno in Dionysum versum profert *Olympiodorus* in Vita Plat. p. 5.

I.

Hymnus in Solem.

V. 1. Solem poëta invocat regem πυρὸς νοεροῦ, i. e. ignis intelligentia praediti, quo epitheto Solis, tanquam summi numinis, natura a vulgari et materiali igne distinguitur. Demiurgum, postquam Lunam et Solem suo loco collocasset, *Proclus* tradit in Theolog. Plat. VI. 13. p. 380. lumen accendisse οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐοικός; οὐδὲ ἐκ τῆς ὕλης τοῦτο τῆς ὑποκειμένης λαβὼν — σύμβολον προτείνας τῶν νοερῶν τοῖς ἐγκοσμίοις οὐσιῶν, καὶ τὸ ἀπόῤῥητον τῶν ὑπὲρ τὸν κόσμον θεῶν ἐκφήνας τῷ παντί. et L. VI. 12. p. 378. ubi Apollinis facultates recenset: ἡ μὲν ἐκφαντορικὴ τῆς ἀληθείας ἐστὶ καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς κρυφίως ὄντος ἐν αὐτοῖς τοῖς θεοῖς. Hunc versum cum sq. proferens *Barthius* ad *Claudian.* p. 4. sq. apte comparat Vettium Valentem: *Sol omnium rerum inspector est igneus et lumen intellectuale sensuumque animi instrumentum.* et *Martianum Capellam*:

Ignoti vis celsa Patris, vel prima propago,
Fomes sensificus, Mentis fons, lucis origo,
Regnum naturae, decus atque assertio Divûm.

— χρυσήνιε Τιτάν. *Orpheus* Hymn. VII. 2. Τιτὰν χρυσαυγής. — V. 2. πηγῆς, vide ad Hymn. in Venerem II. 2.— V. 3. ἔχων κληῖδα. qui vitae fontem regis ac temperas. Sic *Orpheus* de Proteo Hymn. XXIV. πόντου κληῖδας ἔχοντα. de Amore LVII. πάντων κληῖδας ἔχοντα. De Genio idem LXXII. 6. ἐν σοὶ γὰρ λύπης τε χαρᾶς κληῖδες ὀχοῦνται. Cf. Hymn. in Musas v. 18. *Jamblichus* de Myster. VII, 2. p. 151. ὥσπερ οὖν ὁ κυβερνήτης — οὕτω — ὁ ἥλιος τῶν οἰάκων τοῦ κόσμου παντὸς ἐπιβέβηκεν. — ὑλαίοις κόσμοις. Mundus ὑλαῖος opponitur τῷ νοητῷ, materialis intelligibili. Ex Chaldaeorum theologia hunc locum interpretatur *Taylor* in nota huic versui adspersa; septem illos corporeos mundos statuisse dicens, quorum unus esset empyreus, tres aetherii, tres materiales s. ὑλαῖοι. Posteriores illos complecti solem, planetas et regionem sublunarem. — Ad hos igitur mundos Sol ex superiore illo loco (ὑψόθεν), in quo collocatus est, largam harmoniae fluvium transfundit — ἁρμονίης ῥῦμα πλούσιον ἐξοχετεύει. quibus verbis ad Pythagoricum de musica coelesti respicitur placitum. *Orpheus* H. in Solem VII. 9. χρυσολύρη, κόσμου τὸν ἐναρμόνιον δρόμον ἕλκων. *Proclus* Theolog. Platon. p. 378. de Apolline, τῇ μὲν ὁμοπολήσει significat τὴν ἐναρμόνιον τῶν ὅλων κίνησιν καὶ τὴν εἰς αὐτὴν συνιοῦσαν καὶ συνδέουσαν τὰ πάντα συμφωνίαν. *Clemens Alex*. Strom. V. p. 666. ὁ Ἥλιος — μέσος τῶν ἄλλων πλανητῶν τεταγμένος, τοῖς τε ὑπὲρ αὐτόν, τοῖς γε ὑπ' αὐτόν, κατά τινα θείαν μουσικὴν ἐνδίδωσι τοῦ φωτός. Eleganter *Maximus Tyrius* Diss. XIX. 3. p. 363. universum hunc mundum cum instrumento musico comparat: ἡγοῦ τὸ πᾶν τοῦτο ἁρμονίαν τινὰ εἶναι ὀργάνου μουσικοῦ, καὶ τεχνίτην μὲν τὸν θεόν, τὴν δὲ ἁρμονίαν αὐτὴν ἐξαμμένην παρ' αὐτοῦ, δι' ἀέρος ἰοῦσαν κ. τ. λ. — ἐξοχετεύων. Similiter de Sole *Themistius* Or. IV. p. 51. A. τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ εἰ καὶ πάμμεγα, ἀλλ' οὐ πανταχοῦ· ἡ δύναμις δὲ ἁπανταχοῦ καὶ αἱ ἀκτῖνες, καὶ ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάττῃ — πᾶσι γὰρ τοῖσι ἐκεῖθεν ἐποχετεύεται ἡ σωτηρία. Deus mundum ζωο-

καινοῦ κινῶν καὶ ἐποχετεύων αὐτῷ τὴν ζωήν, secundum *Julianum* Orat. IV. p. 137. D. — V. 5. ἰών. Fabr. et Tayl. ἔχων *Brunckius* fortasse sumsit a *Maittairio*, qui hos Hymnos edidit in Misc. Gr. carminibus. Hujus mihi libri inspiciendi copia non erat. Sol supra aetherem in medio mundo collocatus est, i. e. *Tayloro* interprete, in postrema regione aetherea, quae media est inter septem mundos. — V. 6. καρδιαῖον. *Plutarch.* T. II. p. 928. B. ἥλιος δὲ καρδίας ἔχων δύναμιν, ὥσπερ αἷμα καὶ πνεῦμα διαπέμπει καὶ διασκεδάννυσιν ἐξ ἑαυτοῦ θερμότητα καὶ φῶς. Ut noster, sic *Jamblichus* quoque de Myster. VII. 3. p. 152. omnes per universum vires a Sole emanare docet; et *Macrob.* Saturn. I. 18. *mundi mentem Solem esse opinantur auctores, a quo in homines manat intelligendi principium.* — V. 8. ζωσάμενοι. Tuos radios planetae cingunt aeternis choreis. *Proclus* Theol. Platon. p. 380. διὸ καὶ ἐξέπληξεν αὐτοὺς ὁ Ἥλιος φανείς, καὶ πάντες περὶ ἐκεῖνον χορεύειν ἐθέλουσι καὶ πληροῦσθαι τοῦ φωτός. Ex Platonicorum sententia disputans *Julianus* Orat. IV. p. 135. A. ᾧ πᾶς μὲν ὑπείκει χορὸς ἀστέρων, ἕπεται δὲ ἡ γένεσις ὑπὸ τῆς τούτου κυβερνωμένη προμηθείας. οἱ μὲν γὰρ πλάνητες, ὅτι περὶ αὐτὸν ὥσπερ βασιλέα χορεύοντες, ἔν τισιν ὡρισμένοις πρὸς αὐτὸν διαστήμασιν ἁρμοδιώτατα φέρονται κύκλῳ. Caeterum de his astrorum choreis notavimus quaedam ad *Dionysii* Hymn. XVII. Tom. II. P. II. p. 249. — V. 10. ζωογόνους — ῥαθάμιγγας. Hanc omnia animantem vim ipsi Soli, ut vitae auctori, tribuit *Julian.* Or. IV. p. 151. C. — V. 11. παλινόστοισι. Fabr. et Tayl. Apud eosdem distinguitur post ὡράων, sensu, quem sic reddidit *Olearius: Vestris perpetuo repetitis motibus omnis, Aeternas juxta leges, hic nascitur Hora.* et *Taylor: By thy perpetual and repeated course The hours and seasons in succession rise.* Huic sensui patrocinari videtur etiam *Julian.* Orat. IV. p. 147. D. Sol τὰς τροπὰς ἐργαζόμενος, ὥσπερ ἴσμεν, πατὴρ Ὡρῶν ἐστιν. Pronior tamen sum in Brunckianam lectio-

nem, qua ſenſus efficitur gravior: Per tuos in orbem redeuntes curſus omnia rerum genera ſecundum Horarum naſcuntur leges. Sol autem Horas temperat. Ad hunc vſ. et ſqq. comparandae antiquiſſimorum hominum querelae ap. *Plutarchum* T. II. p. 993. D. E. ἔτι μὲν οὐρανὸν ἔκρυπτεν ἀὴρ, καὶ ἄστρα θολερῷ καὶ δυσπατοῦντι πεφυρμένα ὑγρῷ καὶ πυρὶ καὶ ζάλαις ἀνέμων· οὐδέπω δὲ ὁ ἥλιος ἵδρυτο ἀπλανῆ καὶ βέβαιον ἔχων δρόμον, ἠῶ καὶ δύσιν ἔκρινε, περὶ δὲ ἤγαγεν αὖθις ὀπίσω καρποφόροισιν ἐπιστέψας κάλυκος στεφανοῖσιν Ὥρας. — V. 13. Te ab ineffabili tuo parente exorto omnis elementorum ceſſavit pugna et confuſio. Inter alias Solis facultates eſt etiam ἡ ἀναιρετικὴ παντὸς τοῦ πλημμελοῦς καὶ ἀφανιστικὴ πάσης τῆς ἀταξίας, ſecundum *Proclum* in Theol. Plat. p. 379. De confuſione omnium rerum a deo ſublata *Plato* in loco illuſtri in Tim. p. 527. A. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. A mente divina (τῷ Νῷ) omnes res primitus temere congeſtas et confuſas in ordinem fuiſſe diſpoſitas, primus philoſophorum Anaxagoras tradidit, cujus placita illuſtrat *Valcken.* in Diatr. p. 40. — ἐκ᾽ ἀῤῥήτου γενετῆρος. Deus Solem αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ παρήγαγε καὶ ἐγέννησε, docente *Proclo* in Theol. Plat. p. 380. *Julian.* Or. IV. p. 141. D. Ἐξ ἑνὸς προῆλθε τοῦ θεοῦ εἷς ἀφ᾽ ἑνὸς τοῦ νοητοῦ κόσμου βασιλεὺς Ἥλιος τῶν νοερῶν θεῶν μέσος ἐν μέσοις τεταγμένος. Demiurgos autem ἄῤῥητος, ineffabilis nec nomine appellandus. Vide *Th. Gale* ad *Jamblich.* de Myſter. p. 290. ſq. — V. 15. Tibi Parcarum cedit collegium, et, ſi jubeas, neceſſitatis fila retro volvunt. De ſummo numine *Orpheus* ap. *Clem. Alex.* Strom. V. p. 724. Δαίμονες ὃν φρίσσουσι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος· Ὧι Μοῖραι πείθονται, ἀμείλικτοί περ ἐοῦσαι. Arcto vinculo Parcae cum Apolline conjunctae putabantur. Ut enim hic ordinis et harmoniae in mundo auctor

est, sic Parcae quoque harmoniam per rerum naturam efficiunt. *Proclus* Theol. Plat. VI. 23. p. 410. Καὶ γὰρ τὰς τῶν Σειρήνων ᾠδὰς καὶ τὰς εὐρύθμους κινήσεις τοῦ οὐρανοῦ τελειοῦσιν αἱ Μοῖραι καὶ πάντα πληροῦσιν, τοῖς ἑαυτῶν ὕμνοις προκαλούμεναι μὲν τὴν τῆς μητρὸς ποίησιν εἰς τὸ πᾶν διὰ τῶν νοερῶν ὕμνων, ἐπιστρέφουσαι δὲ πάντα πρὸς αὐτὰς διὰ τῆς ἐναρμονίου τῶν ὅλων κινήσεως. Quae hoc loco de Sirenum cantibus traduntur, ea ducta sunt ex *Platon.* de Rep. X. p. 617. B. Fortasse tamen *Proclus*, cum Parcas Apollini parere traderet, non tam de harmoniae inter utrumque numen conjunctione, sed de alio quodam cogitavit vinculo. Anima ab adspectu deorum in terrestrem hanc vitam detrusa, necessitatis et fati vinculis constringitur, διὰ τοῦτο ἐν τῷ τῆς Ἀνάγκης καὶ Εἱμαρμένης ἐγένετο δεσμῷ, unde melioris apud deos vitae recordatio et contemplatio in ea extinguitur. *Jamblich.* de Myst. X. 5. p. 176. Jam cum illa recordatio per Solis πῦρ νοερὸν efficiatur, apparet, cur Apolline jubente Parcae dicantur fila Necessitatis (ἀναγκαίης λίνον αἴσης) retro volvere. — V. 17. εὖτε θέλεις. Vulgo. Elegantius putabat *Br.* εὖτ' ἐθέλεις. — V. 18. Phoebum, cantus et citharae deum, a Sole diversum fingit, in quo omnes scilicet musicae vires. — σειρῆς. Rerum omnium inter se conjunctionem *catenae* nomine indicabant Platonici, respectu habito ad locum *Homeri* Il. 9. 17. sqq. ut apparet ex *Aristide* Or. in Jovem T. I. p. 4. 5. δημιουργὸς αὐτὸς καὶ οἰκιστὴς τοῦ παντὸς, οὐσίας τε καὶ δυνάμεις ἔχων. ὡς δὲ καὶ θεῶν ὅσα φῦλα, ἀποῤῥοὴν τῆς Διὸς τοῦ πάντων πατρὸς δυνάμεως ἕκαστα ἔχει καὶ ἀτεχνῶς κατὰ τὴν Ὁμήρου σειρὰν, ἅπαντα εἰς αὐτὸν διήρτηται καὶ πάντα ἐξ αὐτοῦ ἐξῆπται. quem locum, Platonicorum catenam explicans, attulit cl. *Mitscherlich.* l. c. p. 26. sq. Ut ex Jove omnium rerum, sic ex aliis diis peculiares quaedam catenae pendent, (i. e. vires emanant,) quae item σειραὶ vocantur. Jam ad Solis σειρὰν pertinet Phoebus, Aesculapius, Dionysus. Noster Hymno IV. 1. ὑμνέωμεν

θειρὴν πολυώνυμον Ἀφρογενείης. — V. 20. εὐνάζει μέγα κῦμα. cantu rerum terrestrium et humanarum fluctus compescit. Similiter sapientiam ait παθέων εὐνάζειν γενέθλην Hymn. in Min. 17. ubi vide *Mitscherl.* p. 33. γενέθλης κύματα iterum dixit Hymn. in Mus. 27. Ad sensum facit *Plato* in Tim. p. 47. D. (T. IX. p. 339. ed. Bip.) Ἡ δὲ ἁρμονία συγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ Μούσαις, οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον, εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς αὖ, διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ Χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν, ἐπίκουρος ἐπὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη. Pythagoram constat musicae viribus affectus sedasse cantibusque διακαθῆραι συγκεκλυδασμένον τὸ νοητικόν, ἡσύχους τε ἀπειργάζεσθαι, tradente *Jamblicho* in Vita Pyth. 65. p. 51. — ¶. 442.] V. 21. Sol Paeoni, sanitatis deo, originem dedit. Apollo ἀλεξίκακος, *malorum averruncus*, ap. Athenienses colebatur, quod ejus nomen *Macrobius* Saturn. I. 17. ad pestilentiam ab eo depulsam refert. — Παιήων βλάστησε. Vis salubris et animos purgans Soli propria, secundum *Proclum* in Theol. Plat. VI. 12. p. 379. Ὡσαύτως καὶ ἐπιλάμπει τοῖς ἀναγομένοις τὸ τέλειον καὶ νοερὸν μέτρον τῆς εὐδαίμονος ζωῆς, ταῖς καθαρτικαῖς καὶ παιωνίοις τοῦ βασιλέως Ἀπόλλωνος δυνάμεσιν. Hinc Paeon sive Aesculapius Apollinis filius. *Est* enim *Aesculapius vis salubris de substantia Solis, subveniens animis corporibusque;* ut ait *Macrobius* I. Saturn. 20. *Julian.* Or. IV. p. 144. A. B. ἐπεὶ δὲ (Ἥλιος) ὅλην ἡμῖν τὴν τῆς εὐταξίας ζωὴν συμπληροῖ, γεννᾷ μὲν ἐν κόσμῳ τὸν Ἀσκληπιόν. Idem p. 153. A. B. ἔτι σοι λέγω, πῶς τῆς ὑγιείας καὶ σωτηρίας πάντων προὐνόησε, τὸν σωτῆρα τῶν ὅλων ἀπογεννήσας Ἀσκληπιόν. — V. 24. Διωνύσοιο. Fabr. et Tayl. — Secundum *Platonem* dii, hominum miserti, Bacchum et Musas iis dederunt συγχορευτάς, ἐφάνη δὲ ἡμῖν ἥλιος τούτων κοινὸς ἡγεμών

Διονύσου μὲν πατὴρ ὑμνούμενος, ἡγεμὼν δὲ Μουσῶν. quae verba sunt *Juliani* Or. IV. p. 152. C. Idem Bacchum cum Sole commune regnum obtinere ait p. 148. D. Orphici Bacchum et Solem unum eundemque esse deum dicebant. *Macrob.* I. Sat. 18. *Solem Liberum esse manifeste pronuntiavit Orpheus hoc versu:* Ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν. *Et is quidem versus absolutior, ille vero ejusdem vatis operosior:* εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος. — V. 25. „Fabricius ex Oleario edidit εὔϊον Ἄτην. *Maittaire* Ἄτιν „versu claudicante. Scribendum Ἄττιν. Est autem Solis „nomen, de quo videndi *Salmasius* ad Histor. Aug. „p. 180. et 349. et Reinesius Inscript. p. 73.“ *Br.* Verba ὕλης ἐνὶ βένθεσιν lucem lucrantur ex *Julian.* Or. V. 165. qui Attiden vim opificem esse docet. Haec ad infimam materiae partem descendens, in speluncam sese abdidisse dicitur ibique cum Nympha congressa esse. Nympha autem τὸ ἔνυλον τῆς ὕλης significabat. Eandem rem ὕλης νεάτοις βένθεσιν indicat *Proclus.* — V. 26. ἐπευφήμισαν. Fabr. Tayl. — Adonis idem cum Sole. *Macrob.* I. Saturn. 21. — V. 27. Te tuamque potentiam, (quam poëta *flagello* significat) daemones timent mortalibus infesti. Sunt enim noxii quidam daemones, qui animabus multa mala inferunt, ut semper in profunda vitae voragine versari nec unquam Jovis arcem respicere cupiant. *Minutius Felix* in Octav. c. 27. *Daemones a coelo deorsum gravant et a deo vero ad materiam avocant vitamque turbant.* Similia de Daemonibus eorumque cum animabus commercio tradit *Jamblich.* de Myster. III. 31. et *Proclus* de Anima p. 24. *a.* ed. Aldin. — κατὰ λαῖτμα βιότοιο. Significatur materia, cum qua animae conjunctae, tanquam in gurgitem immersae, vehementer agitantur. *Plato* in Tim. T. IX. p. 329. sq. Cf. Phaedr. p. 248. sq. — Pro δειλῶν, quod qua auctoritate nitatur, ignoro, vulgo δυσεραῖς, *miseris*, legitur; et pro πεσοῦσαι, quod syntaxis flagitabat, πεσοῦντες. — ζω-

γόδεσμα animae, cum corporibus junctae, quasi sub jugo et in vinculis laborant. Cf. ad Hymn. in Musf. 29. — V. 32. Minervam *Proclus* rogat in Hymno a *Tychsenio* edito v. 34. μῆνες δ' ἐμπνεύσειν ἔρωτι τοσσάτιον καὶ τοῖον, ὅσον χθονίων ἀπὸ κόλπων Αὖ ἐρύσει πρὸς Ὄλυμπον, ἐς ἤθεα πατρὸς ἄνακτος. — λάθοιντο. Cf. not. ad Hymn. in Musf. v. 6. — πατρὸς αὐλῆς. ut ap. *Aeschyl.* Prom. 122. πᾶσι θεοῖς — Ὁπόσοι τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν. — V. 33. θεῶν ἄριστε. Vulgo. — V. 34. εἰκὼν παγγ. θεοῦ. Sol summi dei splendida imago. *Plutarchus* T. II. p. 781. F. Θεὸς — ἥλιον ἐν οὐρανῷ μίμημα τὸ περικαλλὲς αὐτοῦ δι' ἐσόπτρου εἴδωλον ἀναφαίνεται, τοῖς ἐκεῖνον ὁρᾶν δι' αὐτοῦ δυνατοῖς — *Platonem* secutus de Rep. L. VI. p. 508. B. C. quem expressit *Julian.* Or. IV. p. 133. A. *Proclus* Theol. Plat. p. 378. m. et alii plurimi, quos laudat *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 27. — ψυχῶν ἀναγωγεῦ. Sol animas in materiae voragine laborantes veritatis luce illustrans ad superiores regiones adducit. Hanc vim cum dii exercent in animas mortalium, eas dicuntur ἀνάγειν, ἕλκειν. Cf. Hymn. in Musf. 1. 14. 15. 18. H. in Hecat. 4. τεύχετε δ' αἰγλήεσσαν ἐμοῦ βιότοιο πορείην, βριθομένην ἀγαθοῖσι· κακὰς δ' ἀπελαύνετε νούσους Ἐκ ῥεθέων, ψυχὴν δὲ περὶ χθονὶ μαργαίνουσαν Ἕλκετ' ἐγερσινόοισι καθηραμένην τελετῇσι. Anima purgata et defaecata μετὰ τοῦ ἀναγωγοῦ ἡγεμόνος ἀκολουθεῖ τῇ ἀγαθῇ θελήσει χαίρουσα. *Jamblich.* de Myst. II. 7. p. 49. *Julian.* Or. V. p. 172. A. B. docet, τοὺς ἀναγωγοὺς ἀκτῖνας ἡλίου indicare illam θείαν καὶ καθαρὰν ἐν ταῖς ἀκτῖσιν ἱδρυμένην φύσιν, ἣ ἕλκει καὶ ἀνάγει τὰς εὐτυχεῖς ψυχάς. Sed inprimis huc facit Idem Or. IV. p. 152. A. Τὰ μὲν οὖν δεύτερα καὶ ὅσα ταῖς ψυχαῖς δίδωσιν (Ἥλιος) ἀπολύων αὐτὰς τοῦ σώματος, εἶτα ἐπανάγων ἐπὶ τὰς τοῦ θεοῦ συγγενεῖς οὐσίας, καὶ τὸ λεπτὸν καὶ εὔτονον τῆς θείας αὐγῆς, οἷον ὄχημα, τῆς εἰς τὴν γένεσιν ἀσφαλοῦς διδόμενον καθόδου ταῖς ψυχαῖς, ὑμνείσθω ἄλλως ἀξίως. — V. 35. κάθηρον. Inter plurima alia bona, quae animae praestat Sol, etiam hoc est, quod κρίσιν

αὐτῇ περιτείνει, καὶ δίκῃ κατευθύνει, καὶ ἀποκαθαίρει λαμπρότητι,. quae *Juliani* verba sunt Or. IV. p. 151. C. — V. 37. κηλίδων. Praeclarus est *Virgilii* de animabus locus Aen. VI. 730.:

Igneus est ollis vigor et coelestis origo,
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt cupiuntque; dolent gaudentque, neque auras
Dispiciunt clausae tenebris et carcere coeco.
Quin et supremo quum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt pestes.

Quas *corporeas pestes Virgilius* appellat, κῆρας vocant nonnulli philosophi; cf. *Valcken.* ad *Euripid.* Hippol. p. 283. B. κηλῖδας idem per *concretam labem* expressisse videtur v. 745. *Donec longa dies, perfecto temporis orbe, Concretam exemit labem, purumque reliquit Aetherium sensum.* Vitia, quibus homines per vitam maculantur, labem in anima relinquunt, auctore *Platone* in Gorgia p. 313. G. quem multi sequuti sunt. Cf. *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 111. et *Moshem.* ad *Cudworth.* Syst. Intell. T. II. p. 409. σπίλους ἐν τοῖς στάθεσιν ὑμῶν ἐγκεκολαμμένους has maculas appellat *Lysis* Pythagoreus in Epistola ap. *Jamblich.* V. Pyth. c. 76. p. 63. — V. 37. Ποινῶν. Idem noster Minervam rogat in Hymn. v. 40. μηδέ μ' ἐάσῃς Ῥιγεδανοῖς Ποιναῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι. Nam quae animae faece corporea obrutae sunt, eae – *exercentur poenis, veterumque malorum Supplicia expendunt.* *Virgil.* l. c. 739. ex *Platonis* Gorgia T. IV. p. 168. ed. Bip. quem, ut solet, secutus est *Julian.* Or. II. p. 90. B. — V. 40. Animae meae purum lumen ministra, tenebris pestiferis ab ea depulsis. Horum quoque fons *Plato* est, ad quem provocat *Proclus* Theol. Plat. VI. 12. p. 377. ἐν τῇ Πολιτείᾳ τὸν Ἥλιον ἀνάλογον τῷ ἀγαθῷ τάττων, καὶ τὸ αἰσθητὸν φῶς, τῷ ἐκεῖθεν εἰς τὸ νοητὸν προϊόντι, καὶ τὸ

φῶς κληθεῖσαν προσαγορεύων κ. τ. λ. Idem de Anima p. 27. a. *Intellectus noster est numinis Apollinei proles.* — ἀχλύν. tenebras animae a materia sive a corpore objectas. *Julian.* Or. IV. p. 142. D. homo, ait, διττή ἐστι μαχομένης φύσεις εἰς ἓν συγκεκραμένη, ψυχῆς καὶ σώματος· τῆς μὲν θείας, τοῦ δὲ σκοτεινοῦ καὶ ζοφώδους. Cf. Hymn. in Mus. 23. sq. Ceterum similis argumenti preces ad Solem fundit *Julian.* Or. IV. p. 158. B. ad matrem deûm Or. V. p. 180. B. C. — V. 42. σώματι ἀρτεμίην. Hymn. in Minerv. 43. δὸς γυίοις μελέων σταθερὴν καὶ ἀπήμον' ὑγείην· σαρκοτακῶν δ' ἀπέλαυνε πικρῶν ἀγελάσματα νούσων, ναί, λίτομαι, βασίλεια, καὶ ἀμβροσίη σέο χειρὶ παῦσον ὅλην κακότητα μελαινάων ὀδυνάων. — V. 43. προγόνων. majorum meorum more Musarum mihi munera curae sint. Haec fortasse ad vetustum Apollinis Lycii cultum referri debent. Facit huc *Marinus* in Vita Procli p. 6. ἄγουσι δὲ αὐτὸν τίως οἱ πατέρες τεχθέντα εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἀπόλλωνος Ξάνθον· καὶ ταύτην κατὰ θεῖόν τινα κλῆρον πατρίδα αὐτοῦ γενομένην. ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν μέλλοντα πασῶν ἐπιστημῶν ἡγεῖσθαι ὑπὸ τῷ Μουσηγέτῃ θεῷ τροφῆς τε καὶ παιδείας μεταλαγχάνειν. — V. 46. θέλεις δ. ἄ. δύνασαι δὲ ἅ. τ. ῥ. κρατερὴν γὰρ ἔχεις. Vulgo. — V. 48. Mala fato nobis immissa depellas et avertas. ἀστεροδινήτοις. quia *stellarum cursus ordinem rerum humanarum – pro potestate disponunt, vel, ut Plotino constat placuisse, significant. Macrob.* I. Saturn. 17. — V. 50. μεγάλῃ — ῥιπῇ. De sagittarum Apollinis impetu interpretatur *Taylor.* Huic interpretationi favet *Sophocl.* in Oed. Tyr. 203. ubi Thebanorum chorus deos, ut pestem depellant, precatur: Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι ἀρωγὰ προσταθέντα. *Timotheus* ap. *Macrobium* I. Saturn. 17. σὺ δ', ὦ τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον λαμπραῖς ἀκτῖσιν ἥλιε βάλλων, πέμψον ἑκαβόλον ἐχθροῖς βέλος σᾶς ἀπὸ νευρᾶς, Παιάν.

II.

Hymnus in Musas.

P. 443.] V. 1. ἀναγώγιον φῶς. lumen mentem illustrans et animam ad deorum revocans sedes. Vide ad Hymn. in Sol. 35. — V. 3. κατὰ βένθος. per terram et in materiae quasi voragine vagantes. Cf. ad Hymn. in Sol. 25. ἀλᾶσθαι dicitur ψυχή, quae a rerum divinarum contemplatione aversa, humana tantum curat iisque cogitatione inhaeret; verba sunt *Mitscherlichii* ad Hymn. in Min. 32. p. 37. Infra v. 28. ψυχὴν οὐκ ἐθέλουσαν ἐμὴν ἐπὶ δηρὸν ἀλᾶσθαι. Quod *Proclus* de Musis in universum praedicat, uni ex toto choro tribuit *Plutarchus* T. II. p. 1029. D. Οἱ δὲ πρεσβύτεροι Μούσας παρέδωκαν καὶ ἡμῖν ἐννέα· τὰς μὲν ὀκτώ, καθάπερ ὁ Πλάτων, περὶ τὰ οὐράνια· τὴν δὲ ἐνάτην τὰ περίγεια κηλεῖν ἀνακαλουμένην καὶ καθιστᾶσαν ἐκ πλάνης καὶ διαφορᾶς ἀνωμαλίαν καὶ ταραχὴν ἐχούσης. — V. 4. τελετῇσιν. Lustrationibus mysticis anima a sordibus, quae ei ex conjunctione cum corpore adhaerent, purgatur. Hymn. in Hecat. v. 7. ψυχὴν δὲ περὶ χθονὶ μαργαίνουσαν Ἕλκετ' ἐγερσινόοισι καθηραμένην τελετῇσι. Notus *Platonis* locus in Phaedone p. 69. C. (T. I. p. 157. Bip.) καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. *Plato* ut ipse hoc loco expressit *Sophoclem* (ap. *Plutarch.* T. II. p. 21. E.), ita ipse multos imitatores invenit. Vide *Valckenar.* ad *Euripid.* Hipp. p. 163. *Orpheus* Hymn. in Mus. LXXV. 4. πάσης παιδείης ἀρετὴν γεννῶσαι ἄμεμπτον· Θρέπτειραι ψυχῆς, διανοίας ὀρθοδότειραι, Καὶ νοῦ ἀδυνάτοιο καθηγήτειραι ἄνασσαι, Αἳ τελετὰς θνητοῖς ἀνεδείξατε μυστιπολεύτους. — V. 5. γηγενέων ὀδυνάων. dolorum illorum, quibus anima, dum in terris versatur, obnoxia est. Omnia mala, ut ex materia proficiscentia,

γηγενῆ. Hymn. in Vener. I. 15. γηγενέος προφυγοῦσαν ὀλοίιον οἶστρον ἐρωῆς. Minervam cum Gigantibus comparans *Aristides* Or. II. p. 11. horumque naturam illius indoli prorsus contrariam esse docens, οἱ μὲν γάρ, ait, τῶν κοίλων τῆς γῆς ἐπεφύκεσαν καὶ τῶν ἀλογωτάτων· ἡ δὲ ἐκ τοῦ καθαρωτάτου τῶν ἐν τῷ αἰθέρι. — V. 6. Musae animas sapientia imbuentes, eas docent sese extollere supra regiones *Oblivionis* et ad astra festinare. Eadem *Proclus* repetit infra v. 25. — Amoris causas et originem explicans *Plato* in Phaedro p. 250. A. (T. X. p. 328.) Καθάπερ γὰρ εἴρηται, πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα — ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα, οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ, οὔτε ὅσαι βραχέως εἶδον τότε τἀκεῖ, οὔθ' αἳ δεῦρο πεσοῦσαι ἐδυστύχησαν· οὔτε ὑπό τινων ὁμιλιῶν ἐπὶ τὸ ἄδικον τραπόμεναι, λήθην ὧν τότε εἶδον ἱερῶν ἔχειν κ. τ. λ. cum quo loco comparandus *Plutarch*. T. II. p. 745. D. E. fabulam de Sirenibus ad mentem *Platonis* explicans. Varia vocabula, quibus Platonici animae, corpori alligatae, exsilium significabant, conjungit *Jamblichus* de Myster. III. 20. p. 86. 20. ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη ψυχὴ κατέχεται ὑφ' ἑνὸς εἴδους καὶ ὑπὸ τοῦ σώματος πανταχόθεν ἐπισκοτεῖται· ὅπερ εἴτε Ἀμέλητα ποταμόν, εἴτε Λήθης ὕδωρ, εἴτε ἄγνοιαν καὶ παραφροσύνην, εἴτε διὰ παθῶν δεσμόν, εἴτε ζωῆς ὑστέρησιν ἢ ἄλλο τι τῶν κακῶν ἐπονομάσειεν, οὐκ ἄν τις ἐπαξίως εὕροι τὴν ἀτοπίαν αὐτοῦ προσονομάσαι. — V. 7. Anima post mortem purgata ad astra ascendet, inter quae versabitur σύννομος. — V. 8. γενεθλήϊον ἀκτήν. in regiones materiae. De gravi illo animarum ex superioribus et divinis regionibus casu notus mythus in Phaedro *Platonis*. Cf. *Wyttenbach*. ad *Plutarch*. de S. N. V. p. 113. — ὑλοτραφέεσσι περὶ κλήροισι μανεῖσαι. Hymn. in Hecat. 6. ψυχὴν περὶ χθονὸς μαργαίνουσαν. Attinis fabulam explicans *Julianus* Or. V. p. 179. C. illum ἄρρενα fingi ait, ὅτι τὴν ὕλην εἵλετο καὶ τὴν γένεσιν ἐπιτροπεύει· σαφὲς δέ, ὅτι τὸ σκύβαλον τοῦτο (materiam) εἰς κάλλος ἐκόσμησε. — V. 10. ἐρωήν. Illum furorem, quo

viliores animae verſus materiam feruntur, in me reſtinguite et intelligentibus ſapientum vocibus ſanctum enthuſiaſmum in pectore meo accendite. Similia Minervam rogat in Hymn. v. 33. ἱερὴν eodem ſenſu uſurpavit Hymno in Vener. I. 15. et II. 21. Haud ſcio, an *Proclus* reſpexerit *Platonem* in Phaedro p. 245. A. τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοχή τε καὶ μανία, λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχήν, ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν, μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει. — V. 14. γενέθλης. abſolute cum notione pravitatis ponitur. Hymn. in Hecat. 10. φάος δ' ἐρίτιμον ἀθρήσαι, Κυανέης ὅθεν ἐστὶ φυγεῖν κακότητα γενέθλης. — V. 15. ἕλκετε. Idem h. l. ἕλκειν, quod ἀνάγειν et ἀναίρειν. Vide *Mitſcherl.* l. c. p. 19. — βρίθουσαν. multa ex libris veſtris ſapientia inſtructum. — V. 18 – 32. Hos vſſ. cum inſcriptione ὕμνος κοινὸς tanquam peculiarem Hymnum edidit *G. Wakefield* in Sylv. crit. IV. p. 252. lectionibus nonnihil a vulgata diſcrepantibus. Recte haec particula a praecedentibus ſejungitur. Hymnus in Muſas finem habet v. 17. In iis, quae ſequuntur, preces ad deos in univerſum diriguntur. Non enim veriſimile eſt, poëtam easdem res in eodem carmine bis poſuiſſe. Jam confer v. 19. cum v. 1., v. 20. cum v. 15., v. 21. cum v. 4., v. 25. cum v. 6. et facile intelliges, haec ejusdem Hymni non eſſe. — V. 18. σοφίης οἴηκας ἔχοντες. *Orpheus* H. in Amor. LVII. 8. μοῦνος γὰρ τούτων πάντων οἴηκα κρατύνεις. Lex (ὁ νόμος) ap. eundem Hymn. LXIII. 8. μοῦνος ζώων οἴηκα κρατύνει. Hymn. in Mort. LXXXVI. κλῦθί μου, ὃς πάντων θνητῶν οἴηκα κρατύνεις. — V. 19. In Cod. Wakefield. ἑλκυστὴς — ψυχὰς — λιποῦσας. quod vir cl., cum non meminiſſet, haec jam ſincerius edita eſſe, ſic emendavit: ψυχαῖς — ἑλκτῆρς ἀθανάτων — λιπούσαις. — V. 20. σκότιον κευθμῶνα. materiae vorago: βένθος βιότοιο ſupra v. 3. χθονίους κόλπους vocat in Hymn. in Minerv. 35. — V. 21. καθηραμένας. Vulgo et in Cod.

Wakef. qui emendavit: ὑμῶν (ὕμνων) ἀῤῥήτοισι καθηραμένους. — V. 22. δ' ante ἀπὸ omittit *Wakef.* — V. 23. φάος. Cf. Hymn. ad Solem v. 40. Sequentia ducta sunt ex *Homeri* Il. Ε. 127. ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα. — Pro εὖ γνοίω vulgo εὐγνοίην legebatur. Illud rectius. — V. 25. ληθαίοις χεύμασι. Cf. ad v. 6. et ad H. in Sol. 29. sq. — V. 27. Cf. H. in Sol. 20. 25. 30. — ¶. 444.] V. 28. Pro ἀλᾶσθαι cl. *Wakefied* ἀλάσθαι scripsit, cum in Cod. suo sequentem versum non reperisset. ἀλᾶσθαι et πλανᾶσθαι dicuntur animae, quas inhaerens materiae desiderium a reditu ad deos prohibet. *Plato* in Phaedone p. 81. D. (T. I. p. 185. sq.) καὶ οὔτι γε τὰς τῶν ἀγαθῶν (ψυχὰς) ταύτας εἶναι, ἀλλὰ τὰς τῶν φαύλων, αἳ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι, δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς, κακῆς οὔσης, καὶ μέχρι γε τούτου πλανῶνται, ἕως ἂν τῇ ξυνεπακολουθοῦντος τοῦ σωματοειδοῦς ἐπιθυμίᾳ πάλιν ἐνδεθῶσιν εἰς σῶμα. *Sallustius* de Diis c. 19. p. 278. animae κολάζονται — αἱ μὲν ἐνταῦθα πλανώμεναι — αἱ δὲ ὑπὸ δαιμόνων ταραττόμεναι. Huc pertinet locus *Empedoclis* servatus a *Plutarcho* T. II. p. 607. C. ἔστι τ' ἀνάγκης χρῆμα —

Εὖτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ,
Δαίμονες οἵτε μακραίωνος λελόγχασι βίοιο,
τρίς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι.

— V. 29. ποινή. Cf. ad Hymn. in Sol. 35. Hymn. in Min. 41. — δεσμοῖσι. Iis, quae notavimus ad *Palladae* Ep. CXXXI., adde *Jamblich.* de Myst. II. 7. p. 49. 14. ψυχαὶ δίκην τίνουσαι σώμασιν ἐνδέδενται. *Empedocl.* ap. *Plutarch.* T. II. p. 996. B. — V. 30. pro ἐριλαμπέος Cod. Wakef. ἀπιλαμπέος. male. — V. 31. ἀταρπόν. *Orpheus* ap. *Justin. Mart.* de Monarch. p. 156. εὖτ' ἐπίβαινε ἀταρπιτοῦ, μοῦνον δ' εἰσόρα κόσμοιο ἄνακτα. — V. 32. ὀργιακαί. Cod. Wakef. qui ὀργιακὰς edidit.

III.

Hymnus in Venerem.

Habetur in *Stobaei* Floril. LXI. p. 389. Gesn. 249. Grot. — V. 1. Venerem peculiari honore apud Lycios cultam esse, an aliunde constet, ignoro equidem; nec, quibus rebus de priscis Lyciis bene meruerit dea, scio. — Notanda locutio περιπλήθοντες ἀρωγῆς, de iis, quibus plurimum auxilii contigerat. — ἀλεξικάκοιο *Stob.* Perperam ap. Fabr. et Tayl. ἀλεξικάκοισι. — V. 5. In antiquo illo simulacro expressa erant symbola matrimonii Veneris et Vulcani. νοερὸς γάμος is est, qui non inter corpora, sed intelligentias contrahitur, neque sensibus, sed mente percipitur. Hac ratione τὰ νοερὰ et τὰ ἀπόῤῥητα copulantur ap. *Proclum* in Theol. Plat. l. VIII. p. 17. et passim. — V. 7. Ὀλύμπιον. Veneris Olympiae templum, ab Epimenide, ut tradebant, exstructum, Spartae fuit, teste *Pausania* L. III. 12. p. 237. — Ὀλυμπίαν. *Stob.* Gesn. — V. 7. ἧς διὰ κάρτος. Veneris vi factum est, ut illi saepe mortem effugerent et virtutem colerent; eadem effecit, ut ex eorum conjugiis praeclara exoriretur progenies. — V. 11. βιότοιο γαλήνη. Hymn. in Minerv. 47. ὃς βιότῳ πλώοντι γαληνιόωντας ἀήτας. — V. 14. ἀπ' αἴσχεος. Animam a turpi materiae amore ad contemplationem aeternae pulchritudinis extolle. Pulchritudo ipsa in diis est; animae autem θείου κάλλους μεταλαγχάνειν αἰεὶ σύνεστι. *Jamblich.* de Myst. I. 7. p. 12. *Proclus* de Anima p. 23. *b.* *Omnis amatorius ordo causa conversionis est rebus omnibus ad divinam pulchritudinem et formam.* et mox: *Exercitus heroum una cum daemonibus et angelis circa pulchritudinem debacchantur. — Jam vero animae hominum inspiratione ejusmodi tactae et naturaliter cognatae Deo, circa pulchrum moventur assidue.* In pulchro enim Platonici humanitatis quasi fastigium ponunt nihilque praestantius esse tradunt enthu-

ſiaſmo eo, quo anima ad pulchritudinem fertur. Hoc autem ut fiat, anima τελεταῖσι purgata ſit, neceſſe eſt. *Plato* in Phaedro p. 251. A. (T. X. p. 330. ſq.) — γηγενέος ἔρωτος. turpis materiae et rerum terreſtrium cupiditas. Vide ad H. in Muſ. v. 10. Ad ſententiam facit *Proclus* de Theol. Plat. VI. 22. p. 404. ἡ δὲ Ἀφροδίτη τῆς δι' ὅλων διηκούσης ἐρωτικῆς ἐπιπνοίας ἐστὶν αἰτία πρωτουργός, καὶ πρὸς τὸ καλὸν οἰκειοῖ τὰς ἀναγομένας ὑφ' ἑαυτῆς ζωάς. *Orpheus* H. in Amor. LVII. καθαραῖς γνώμαις μύσταισι συνέρχου; φαύλους δ' ἐκτοπίους ὁρμὰς ἀπὸ τῶνδ' ἀπόπεμπε.

IV.

Hymnus in Venerem.

¶. 445.] Etiam hic Hymnus exſtat ap. *Stob.* Flor. LXI. p. 389. Gesn. 249. Grot. — V. 1. σειρήν. Ordinem deórum (ſive virium) a Venere procedentium et ab ea pendentium. Vide ad Hymn. in Sol. 18. — V. 2. πηγήν. ipſam Venerem, unde, tanquam ex fonte, amatoriae quaedam vires (Amores) profluunt. Summus omnium rerum auctor et δημιουργὸς princeps πηγή; ab hoc orti dii ſuos quisque rivulos emittunt; quorum reſpectu ipſi quoque πηγαὶ eſſe videntur. Cf. *Mitſcherl.* ad Hymn. in Minerv. I. p. 25. ſq. et *Gale* ad *Jamblich.* Myſt. p. 299. — V. 3. πτερόεντες. Non ſine cauſa hoc epitheton additur. Reſpicitur enim ad vim Amoris animam incitandi et extollendi, quod *Platonem* alis animae ſubnaſcentibus ſignificaſſe, ſatis conſtat. *Plato* in Phaedro p. 251. B. C. (T. X. p. 331.) — V. 4. νοεροῖσι βελ. Non de vulgari amore, ſed de eo agitur, quo anima ad ſummam perfectionem tendit; hinc Amoribus νοερὰ βέλεμνα tribuuntur. His inſtructum eſt primum et nobiliſſimum Amorum genus, qui coeleſtium rerum deſiderium animae inſpirant. — ἀναγώγια κέντρα. Vide ad H. in Muſ. v. 1. — ἰδεῖν πυρισ. αὐλάς. Hymn. in Sol. 32.

ὑψιτε-

ὀφρυγνοῦς δὲ λάθοιντο πατρὸς πολυφεγγέος αὐλῆς. — V. 7. Aliud Amorum genus est, qui generis humani conservandi causa vitae terrestris cupiditatem animabus injiciunt. Hoc ad Venerem ipsam refert *Julianus* Or. IV. p. 150. B. ἐνδίδωσι δὲ τὸ γόνιμον τῇ γῇ προμηθουμένη καὶ αὐτὴ τῆς ἀειγενεσίας τῶν ζώων. Conspirat Oraculum Chaldaicum:

Ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος
πᾶσιν ἐνέσπειρεν δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος,
ὄφρα τὰ πάντα μένῃ, χρόνον εἰς ἀπέραντον ἐρῶντα.

—V. 10. Tertium et infimum Amorum genus connubio praeest. — ἐγγαμίων ὀάρων. Pro veneris fructu dixit *Leontius* Ep. XIV. ἁγνὸς ἐὼν Κυπριδίων ὀάρων. et alii. — V. 11. ἐποπτεύουσιν. Omnes cudd. et edd. quas vidi. — V. 12. θνητῆς ἀθάνατον. *Aristides* Or. I. p. 6. Jovi, ait, cum reliqua omnia debentur, tum, quod τὸ θνητὸν ὂν ἡμῶν γένος κατὰ μέρος ἀθάνατόν ἐστι τῇ διαδοχῇ. et Or. in Aescul. T. I. p. 37. μεγίστην δὲ καὶ κοινοτάτην εὐεργεσίαν εἰς ἅπαντας κατέθετο, ἀθάνατον ποιήσας τὸ γένος τῇ διαδοχῇ. — V. 16. ψυχήν. Hinc intelligitur, fuisse, qui a Venere animam mundi proficisci statuerent; alii autem Venerem in aethere supra septem mundorum circulos collocabant, et materiae (σειραῖς ἡμετέραις) vires insuperabiles tribuere putabant. Haec, fateor, mihi satis expedita non sunt, aliisque ea ex interiori philosophiae mysticae scientia explicanda relinquo.

MARINI NEAPOLITANI
DISTICHON.

I. 446.] Vat. Cod. p. 388. Edidit *Jensius* nr. 101. *Reisk.* Anthol. p. 155. nr. 753. Vitae Procli a Marino conscriptae praefixum. — V. 2. apogr. Guyeti vitiose

habet: τάδ' ἔπεμπε θέοντι. In marg. notata vera lectio quam membranae exhibent.

Marino tribuitur etiam Epigr. inter ἀδέσπ. DXCIV.

CLAUDIANI EPIGRAMMATA.

¶. 447.] *I.* Vat. Cod. p. 100. Hoc Epigr. et duo sequentia edidit *Heinsius*, a *Leone Allatio* accepta; post illum ea inter *Claudiani* carmina exhibuit *Gesnerus* nr. LXV – LXVII. p. 682. sqq. *Reisk.* in Miscell. Lips. IX. p. 132. nr. 311. — V. 1. εὐ γὰρ θοά. Vat. Cod. quod lectioni apographorum quorundam, quam *Br.* recepit, merito praetulit *Reiskius*. γὰρ referendum ad ἴλαθι. Veniam des, Phoebe, ejus, quod dicturus sum. Nam apparet, te, celerum sagittarum moderatorem, Amoris spiculis vulneratum esse. — V. 2. ἀπ' Ἐρ. ὑπ' ἀκυπ. Vat. Cod. ἐπ' Ἔρωτος ὑπ' dedit *Heins.* et *Gesn.* Ille etiam οἴστροις.

II. Vat. Cod. p. 378. Εἰς μιμάδα γηράσασαν καὶ καλλωπιζομένην. Primum vers. excitat *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 822. Integrum, post *Heinsium*, edidit *Jensius* nr. 47. — *Reisk.* in Anth. p. 132. nr. 697. primus aliquid deesse animadvertens, post tertium versum hunc inserendum censebat: κτεὶς βάπτει, μολίβου παῖς· ἤδη δ' ἀχλυόεσσα –. — V. 1. ἀνευάζουσα. Lasciviam et laetitiam, quam crotalistria nostra in saltando prae se ferebat, simpliciter indicat. χορεῖαι εὐκρόταλοι, saltationes ad crotalorum strepitum editae. Illud instrumentum, quod duabus virgulis aut laminis aëneis constabat, δίζυγα χαλκὸν vocat *Claudianus* v. 2. Comparat *Salmasius Nonnum* in Dionys. L. XLVI. χεῖρα δὲ δισσὴν θηλύνων ἐλέλιζεν ἀμοιβάδα δίζυγι χαλκῷ, οἷα γυνὴ παίζουσα χορείτυπος. *Virgilius* in

Copa v. 2. — *crispum sub crotalo docta movere latus. Ebria fumosa saltat lasciva taberna.* — V. 3. Cum verbum desit, quo ὑποκλέπτων referatur, dubitari nequit, quin unus aut alter versus interciderit. Rem minime salvam praestat *Gesneri* conjectura κτεὶς μὲν ὑποκλέπτων — Canos crines γείτονα μοίρης vocat, aetatem nimirum indicantes in Orcum pronam. — V. 4. Male Vat. Cod. αὐγῇ. *Gesnerus* αὐγὴν legens, totum versum inepte exposuit. De oculorum ὑπογραφῇ accipiendus videtur, quo efficitur, ut majores et splendidiores appareant oculi. De hoc veterum more vide, praeter *Casaubonum* ad *Athen.* XII. p. 840., *Trillerum* in Obss. crit. p. 401. sqq. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 53. Pro χαρίεσσεται *Salmasius* tentabat κορύσσεται, quod, ut non ineptum, ita nec necessarium est. — V. 5. ἄχροος αἰδώς. *impudentiam* interpretatur *Reiskius*; quod verum puto. Proprium est pudori erubescere. Quod cum jamdudum facere desiisset vetula meretrix, falsum et mentitum sibi ruborem affricuit. Ut hic impudentia mentitum, sic pudor verum ruborem inducit vultui in *Chaeremonis* fragm. ap. *Athen.* XIII. p. 608. D. cum meis, tum *Hermanni* (ad Eurip. Hecub. p. 130.) emendationibus sic refingendo:

καὶ σώματος μὲν ὄψανα κατηυγάζετο,
στίλβοντα, λευκοχρώματ', εἴδει διαπρεπῆ·
αἰδὼς δ' ἐπερρύθμιζεν, ἠπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι.

— V. 6. μῆλα κενά. papillas sub strophio conditas, quippe quae nudae virorum oculos non amplius attrahant. νόθη ἀγλαΐη. De cerussa accipio, quibus illa sinum illinebat. στέφειν pro *ornare* passim obvium.

III. Vat. Cod. p. 378. Praeter *Heinsium* edidit *Du Cange* in Gloss. gr. med. aevi v. Βέλλιον. *Jensius* nr. 48. *Reisk.* in Anth. p. 132. nr. 698. Mutilum esse in fine monuit *Gesnerus.* — V. 1. χαλκεόπτιζαν. *Jens. Vestibu-*

Ium Heliconis Gesnerus interpretatur de auditorio, in quo acroasis esset. Cui interpretationi licet color conciliari possit ex Epigr. in Anath. Byz. XIII. T. III. p. 134. ubi Bibliotheca οἶκος Ἑλικῶνος vocatur, *Ruhnkenius* tamen in Epist. crit. p. 120. sine haesitatione corrigit: ἐνὶ προθύροις Στιλίχωνος, *in patroni mei*, *Stilichonis*, *vestibulo*. Idem *Piersono* in mentem venerat, et *Medenbachio* in Amoen. p. 10. — V. 3. Ad μεγίστῃ cum *Reiskio* ἐμοὶ intellige. Idem κλιδῆς mutavit in κλιδῇ, quod *Gesnerus* recepit citra necessitatem. Obscurior codicis lectio a *Claudiano* videtur posita, ut aenigmaticum acumen efficeret; hinc sellam, qua poëta recitans utebatur, *recitationis fulcimentum*, ὑπέρβαθρον κλιδῆς, vocat. — V. 4. θύραζε νῦν eleganter emendavit *Reiskius*. Ceterum errasse lemmatis auctorem, qui *Claudianum* servum illum verberasse ait, intelligitur ex πολύμητις, unde eum dolo usum esse et consilio verisimilius videtur.

IV. Vat. Cod. p. 479. Planud. p. 350. St. 489. W. unde hos versus *Raphelengius* in Syllogen carminum *Claudiani* recepit. Crystallinam sphaeram, quae aquam continebat, mundi imaginem esse ait, coelo mare tanquam ulnis amplectente. Ad *Euripidis* dictum (in Incert. fr. I.) fortasse respexit: Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις. *Hoc circum supraque, quod omnem Continet amplexu terram*. *Lucret.* V. 319. quae exposuit *Valcken.* in Diatr. p. 47. sqq. — II. 448.] V. 3. ἴχοντα. Ed. Ald. ἔχοντα pendet ab οὐρανὸν, hoc à δεῖξεν.

V. Cod. Vat. p. 479. Planud. l. c. — λίθῳ πεπ. ὕδωρ. i. e. εἰς λίθον. Persuadebant sibi veteres, crystallum glaciem esse consolidatam. Vide *Barthium* ad *Claudiani* Ep. LVI. *Possedit glacies naturae signa prioris: Et fit parte lapis, frigora parte negat. Sollers lusit hiems, imperfectoque rigore Nobilior, vivis gemma tumescit aquis.*

AMMONII EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 535. Ἀμμωνίδου. Plan. p. 141. St. 204. W.

II. Vat. Cod. p. 488. cujus auctoritate *Ammonio* nunc tribuitur. In Plan. p. 339. St. 479. W. ad *Platonem* refertur, cujus conf. Ep. XV.

SYNESII PHILOSOPHI EPIGRAMMATA.

T. 449.] *I.* „Synesii Epigramma de astrolabio in „ejus operibus legitur ed. Petavii p. 311.“ *Br.* Append. Anth. Plan. p. 532. St. *28. W. Scriptum videtur in Sphaeram κρικωτὴν sive ἐκ καλάμων, de qua nonnulla dedit *Th. Marcilius* ad *Propert.* IV. 1. 77. p. 721. ed. *Burm.*— V. 1. στίβον ἐς οὐρανόν. viam mortalibus antea negatam. Conf. loca veterum ap. *Mitscherl.* ad *Horat.* I. Carm. IV. 38. — ἃ μέγα θ. Vulgo. — V. 2. καὶ νόος. Et prudentia divina, supernis illis sedibus relictis, ad mortales descendit. Sic haec explicari possunt, nec opus emendatione *Huetii* p. 81. qui commode affert *Ovidium* I. Fastor. 297. de astronomia agentem: *Felices animas! quibus haec cognoscere primis, Inque domos superas scandere cura fuit. – Admovere oculis distantia sidera nostris; Aetheraque ingenio supposuere suo. Sic petitur coelum; non ut ferat Ossan Olympus; Summaque Peliacus sidera tangat apex.* Adde *Manilium* L. I. 13. *Jam nunc juvat ire per altum Aëra, et immenso spatiantem vivere coelo.* Ad secundi versus lectionem tuendam facit ejusdem poëtae v. 25. *Quem primum interius licuit cognoscere coelum Munere coelestum? Quis enim, nolenti-*

bus illis, Cepisset furto mundum, quo cuncta reguntur? Quis foret humano conatus pectore tantum, Invitis ut Dis cuperet Deus ipse videri? — V. 3. ἐκτετόρνατο. Vulgo. *Sapientia rotundam sphaerae superficiem ordinavit*, descripsit, circulis in ea notatis. — κύκλα ἴσα; circuli meridiani, quos vocant, aequatorem rectis angulis secantes, atque adeo omnes ejusdem magnitudinis; ἴσα. Hos secant τομαὶ οὐχ ὁμαλαὶ, circuli tropici et polares; inaequalibus intervallis distantes. — V. 5. ἄντυξ h. l. gyrus esse videtur, in quo collocatus Phoebus noctis et diei horas exaequat, i. e. linea aequinoctialis. ταλαντεύει. Convenit *Columella* L. X. 42. *Cum paribus Titan orbem libraverit horis.* νυκτὶ καὶ φάος. *Virgil.* Georg. 209. *Libra – medium luci atque umbris jam dividit orbem.* — V. 7. δέξο. Malim δέρκεο. Pro ζωδιακοῦ vulgo ζωοφόρου legitur, quod, quamvis insolentius, non tamen temere damnandum videtur. Sic certe Latini *signiferum orbem* sive *circulum* pro *zodiaco* dicere solent. *Vitruv.* L. VI. 1. et *Cicero* de Divin. II. §. 89. λοξώσεις. *Proclus* de Sphaera c. X. λοξὸς δέ ἐστι κύκλος ὁ τῶν ιβ ζωδίων. *Obliquus signorum ordo* ap. *Firmicum* I. 4. — V. 8. συνηλύσιος vulgo. — In μεσημβρίνης notanda penultimae productio, cujus etiam alia exempla profert *Rubnk.* Epist. crit. p. 165. sq. — κέντρα συνηλύσιας sunt polus uterque, quod in iis omnes circuli meridiani concurrunt.

II. Plan. p. 300. St. 440. W. Ex *Synesii* Epistola LV. ad Nicandrum: Τοὐπίγραμμά μου τὸ κλεινὸν, τῆς γὰρ οὐ κλεινὸν, ὅπερ ὁ μέγας ἐπῄνεσε Νίκανδρος; Τῆς χρυσῆς ..... ἐπίστασαι πάντως, ὅτι καὶ εἰς ἐμὴν ἀδελφὴν ἐποιήθη παρ' ἐμοῦ τότε. Hinc sculptor quidam ineptus operi anaglypho, feminam sedentem exhibenti, adscripsit: Ἡ Κόπριδος, ἡ Στρατονίκης. Vide *Maffei* Ars Crit. Lapid. p. 74.

III. Planud. p. 300. St. 440. W.

TROILI GRAMMATICI DISTICHON.

V. 450.] Plan. p. 296. St. 435. W. In Lyronis athletae statuam, publicis sumtibus ipsi positam. Lyrorem aliunde cognitum non habemus.

THEODORETI GRAMMATICI DISTICHON.

Plan. p. 291. St. 430. W. Philadelpheae, Lydiae urbis, cives Philippo munera miserunt, justitiae ejus memores. Hoc ex ipsis poëtae verbis prodit. Si lemmati fides, Philippus, cum ei haec munera mitterentur, Smyrnae praetor fuit.

THEOSEBIAE EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 295. Anth. Plan. p. 240. St. 348. W. In mortem Ablabii, medici, Hippocrati et Galeno comparandi. — V. 1. Ἀκεστορίῃ, quae et Ἀκεσὼ vocatur, Aesculapii et Epiones filia. Vide *Suid.* in Ἠπιόνη T. II. p. 66. et *Valcken.* in Diatr. p. 291. A. — V. 4. μετὰ κεῖνον. Vulgo. — Pudet illam post Ablabii fata inter homines conspici, quod nimirum tantum artis suae antistitem perire siverit.

ABLABII ILLUSTRII.

EPIGRAMMA.

¶. 451.] Vat. Cod. p. 480. In Plan. p. 379. St. 517. W. Ἀσκληπιάδου nomen inscriptum habet. In discum, eximio opere elaboratum. Hunc, Homeri exemplo, a diis ad homines pervenisse fingit. — V. 1. Κρόνῳ corrigit *Huetius* p. 36. sine causa et contra poëtae mentem. — Κυθείρῳ omnes veteres ante Steph. et Vat. Cod. — V. 3. ἔπορεν. Vat. — V. 4. Αἰνεάδαις. apud Romanos, ad quos illud κειμήλιον per Aeneam venerat.

TRYPHONIS EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 441. Planud. p. 54. St. 77. W. In membr. lemma est: Τρύφωνος εἰς τέρπην, τὴν κιθαρῳδὸν τὴν λειτουργήσασαν ὑπὸ πληγῆς σύκου. Ineptum hoc lemma, quod, ut plurima alia, a recentiore homine profectum est, *Salmasium* mire turbavit. Quum enim ejus auctori crederet, de femina citharistria agi, Τέρπης mutavit in Τέρπω, et participia κρέκων et πληγεὶς per enallagen de muliere dicta interpretabatur. Nos poëtae verba magis, quam lemmatis auctorem moramur. Quae apud illum de Terpis morte narrantur, in memoriam nobis revocant *Suidae* locum T. I. p. 486. Γλυκὺ μέλι καὶ πνιξάτω. Τερπάνδρου ᾄδοντος καὶ κεχηνότος πρὸς τὴν ᾠδήν, ἐμβαλόντες εἰς τὸν φάρυγγα σῦκον ἀπέπνιξε. Haec similitudo et mortis et nominis efficit, ut de eodem homine agi ap. *Tryphonem* et *Suidam* putem, sive idem fuerit nomen Τέρπου et Τερπάνδρου, sive librarii errore ap. *Suidam* illustrius *Terpandri* nomen pro Τέρπου temere scriptum sit. — V. 1. Τέρπην — ᾀειδόμενον κιθάρην. Vat. Cod. Τέρπης — ἐπιάδων κιθάρῃ. Plan.

τέρεν emendabat *Salmasius* in not. msc. Hoc ipsi merito reliquit cl. editor, recte recipiens ejusdem conjecturam *ἀοιδάν*. *κρέκειν ἀοιδὰν* dictum, ut *κρέκειν μέλος* ap. *Meleagr.* Ep. LXXXVIII. *Mnasalc.* Ep. X. et *percutere lyrae carmen* ap. *Propertium* L. II. 1. 9. Vide *Huschk.* in Ep. crit. p. 8. sq. In *σκιάδεσσιν* interpretando idem a vero aberrat, de urbe Arcadiae Sciade agi arbitratus, quae etiam *Brodaei* fuit opinio, et *L. Holstenii*, qui hoc Epigramma laudat ad *Steph. Byz.* v. Σκιάς p. 297. Verum sensum paucis verbis indicavit cl. editor: „σκιάδεσσιν. „Sic recte Vat. membr. i. e. ἐν τοῖς Καρνείοις. Vide Meur„sii Graeciam feriatam in Κάρνεια." Hoc festo, quod Spartae in Apollinis honorem actum esse constat, *σκιάδες*, *umbracula*, exstruebantur, sub quibus Lacedaemonii conveniebant. Erat etiam Spartae in foro *σκιάς*, ubi conventus agebantur *Pausaniae* tempore, quem vide L. III. 12. p. 383. ed. *Fac.* In Carneïs musica certamina instituebantur, de quibus post *Meursium* collegit quaedam *Barnesius* ad *Euripid.* Alcest. 450. — V. 2. Memorabilis Vat. Cod. lectio *κάτθαν' ἐνοστήσας ἐν Λ.* quam nemo notavit. Si fuit *κάτθανε νοστήσας*, significatur, eum a festo redeuntem periisse. Sed hoc neque cum praecedentibus congruit, ubi inter canendum, *κρέκων ἀοιδάν*, periisse indicatur, neque cum *Suida*. Doctior itaque lectio latere videtur, quam aliis investigandam relinquo. Nam *ἐξαπίνης* non *Tryphonis* lectionem esse, sed *Planudis* emendationem, nullus equidem dubito. — V. 3. *πληγεὶς ἐν βέλει*. In his praepositio abundat, ut saepe. Vide multa similia suppeditantem *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 523. ed. Bip.

ZOSIMI THASII

EPIGRAMMATA.

T. 452.] *I.* Vat. Cod. p. 173. Plan. p. 432. St. 566. W. Hoc et duo sqq. Epigrammata versantur in notissimo et usque ad fastidium tractato argumento de tribus fratribus, Pani dona ferentibus. — V. 2. κυνηγεσίης. Vulgo. — V. 3. πτηνῶν. Vulg. — V. 6. cum parte praecedentis laudat *Suidas* in Ἥρως ὄγμοι T. II. p. 48. ubi male τῆςδε ἴδιον exhibetur. Vocem εὔαγρον illustrat *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 159.

II. Vat. Cod. p. 173. Plan. l. c. — V. 2. τέχνας. Vat. Cod. — V. 3. πτηνοῖσιν vulgo. Doricam formam exhibent membranae Vat. et *Suidas*, qui hoc distichon laudat in βολίς T. I. p. 440. — V. 4. κλίτος. *Suid.* — θηρσὶν Vat. — V. 5. τὸν μέν τι δὲ. Vulgo.

III. Vat. Cod. p. 173. Plan. p. 433. St. 567. W.

T. 453.] *IV.* Cod. Vat. p. 364. Plan. p. 72. St. 105. W. In Anaximenis scutum, quod herum suum non in pugna tantum, sed etiam in maris fluctibus servaverat. Cf. *Dioclis* Ep. III. Tom. II. p. 182. — V. 2. Ἀνιξαμένους. Vat. — V. 3. ἐσχίσε. naufragio facto. — V. 4. νηξαμένης. Vat. Cod. pessime. — V. 6. θάνατον. Vat. Cod.

EUGENIS

EPIGRAMMA.

Anth. Plan. p. 368. St. 507. W. In Anacreontis ebrii statuam. Expressum carmen ex *Leonid. Tarent.* Ep. XXXVIIII. ubi vide not. — V. 1. ἱμερίω. Ed. Flor.

In marg. Wechel. γρ. καὶ ταῖς. — V. 2. „Λυαῖ', Ἀνακρέοντα. Sic recte exhibet unus Planudeae regiorum „codd. Alius, ut Flor. ed. Λυαῖον." *Br.* Vulgo Λυαῖος, quod Aldus in Lectt. notavit. In Λυαῖ' sponte incidit *Jos. Scaliger* in not. msc. — Τήϊος κύκνος est ex *Antip. Sidon.* Ep. LXXVI. Cf. *Mitscherl.* ad *Horat.* IV. Carm. II. 25. — V. 3. ὑγρῇ ᾽ν μελιηδόνι. pro ὑγρῷ νέκταρι, supplantasti eum dulci latice, cui deditus erat. — V. 4. περὶ σφυροῖς. talos ambit ora sive limbus vestis, pallio non collecto, quod ebriorum est. *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόναν. — V. 5. μονοζυγὲς σάνδαλον, pro μόνον. ut οἰόζωνος ἀνὴρ eodem sensu ap. *Sophocl.* Oedip. T. 866. et μονόστολον δόρυ ap. *Eurip.* Phoen. 749. — ῥιφθεῖσα. Vulgo. — V. 7. ἀθροΐζεται. In marg. Wech. γρ. καὶ ἀγλαΐζεται. Prius verius puto propter quaesitum orationis genus in hoc carmine. Lyra, carmina amatoria resonans, eorum particulas et singulas voces *sibi* quasi *colligere* dicitur, integrum sibi carmen, a poëta paulo ante recitatum, revocare et iterare cupiens. *Jos. Scaliger* in not. msc. αὖ θροΐζεται; et certe ejusmodi lectio vulgata longe foret commodior. Sed primum αὖ mire languet, nec forma θροΐζεται ulla auctoritate nititur.

CYRI EPIGRAMMATA.

T. 454.] *I.* Vat. Cod. p. 377. cum lemmate: Κύρου τοῦ μεγάλου ποιητοῦ, ἡνίκα ἔμελλε ἐξορίζεσθαι ἐκ τῆς πόλεως, θρῆνος, ὃν εἶπε πρὸς αὐτῇ τῇ πύλῃ τῆς ἀκροπόλεως. In Planudea ἄδηλον est p. 110. St. 161. W. De Cyri exilio dicemus in Historia Poët. Anthol. v. Κῦρος. — V. 3. τέρπεσκον ἀνίας. ut curas fallerem, aegritudinem cantando lenirem. — V. 6. κηφῆνε. Cf. notata ad *Dioscorid.* Ep.

XXX. 2. T. I. P. II. p. 401. quibus adde *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 158. qui multa hujus generis collegit.

II. Vat. Cod. p. 667. Κύρου ποιητοῦ ἐγκώμιον εἰς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα. Edidit *Reisk.* in Anthol. nr. 633. p. 102. et ante eum *Wolf.* in Fr. Poëtr. Gr. p. 18. Theodosium cum praestantissimis Homeri heroïbus comparans, eum egregias eorum virtutes nullis vitiis inquinare praedicat. — V. 1. ἀριδείκετα. Vat. Cod. — V. 2. λοχαίου καὶ ἔρωτος. Cod. λοχαῖος Achillis ἔρως, *amor clandestinus*, is esse videtur, cui Achilles ap. Lycomedem indulgebat. — V. 3. νόθον ἦμαρ. spuria origo, *conditio* nothi; secundum Homericum δούλιον ἦμαρ. — μορφήν. Respicitur ad Il. β. 477. sq. Il. γ. 166. sq. — οἶνος. propter epitheton τοῦ οἰνοβαρέος, quod Achilles ei tribuit. — V. 5. πινυτόν. Reisk. πινυτή. σύνεσις. φρόνησις. πινυτήν, σωφροσύνην. *Hesych.* In fine vers. πᾶν σε ἔισκω Cod. et *Reisk.* — V. 6. πολιοῦ δὲ γ. *Reisk.* — V. 8. πρὶν χρ. ἀθρήσεις. Cod. In marg. ap. Lips. πλήν. — Pro τριτάτης *Wolfius* oscitanter τετράτης exhibuit.

III. Vat. Cod. p. 295. Plan. p. 229. St. 334. W. „Lemma in Cod. Vat. Εἰς Μαύην τινα γυναῖκα τριάκοντα „καὶ τρεῖς χρόνους ζήσασαν. et v. 1. Μαύης. Mulieris hujus, „quae XXXIII. vixit annos, χρόνος enim annum signifi- „cat, nomen fuit forte Μαρίη, quod depravatum in „Μαύη.“ *Br.* — V. 1. Μαίης. Plan. — δεκάδας Edit. pr. — τρία, ἔτεα scil. Quod Plutoni βέλος tribuitur, id ex poëtica dicendi ratione videtur derivatum, qua mortales Apollinis Dianaeve sagittis configi dicuntur. — V. 3. ἤρπαξεν. Vat. Cod. — V. 4. Texendi solertia Penelopae similis. πάντ' ἀπομαξαμένην ἔργα. Artifices, qui alicujus formam et vultum ad vivum exprimunt, eum ἀπομάττεσθαι dicuntur. Lysippus Alexandri ὅλαν ἀπεμάξατο μορφάν, ap. *Archelaum* Ep. T. II. p. 58. οὐ γραπτόν, ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο. *Leonid. Tar.* Ep. XLI. Hinc imitandi

et exprimendi notio in hoc verbo obtinuit. Aratus Hesiodi ἔπος τὸ μελιχρότατον ἀπεμάξατο ap. *Callimach.* Ep. XXXV. discipulus magistrum ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἐξεμάξατο. *Alciphr.* L. III. Ep. LXIV. p. 434.

T. 455.] *IV.* Cod. Vat. p. 462. Plan. p. 353. St. 493. W. — V. 2. χάριν. amoenitatem, qua illud balneum erat conspicuum. Conf. Ep. ἀδέσπ. CCCXXIV. CCCXLIII.

V. Vat. Cod. p. 487. sine auctoris nomine. „In uno „e Planudeae regiis codd. distichon hoc reperi, in cujus „pentametro scriptum ἔγραψε τὴν σοφίην. Est autem in „libri IV. cap. εἰς εἰκόνας γυναικῶν post Synesii monosti„chon in sororis suae imaginem." *Br.* Scriptum in statuam Sophiae cujusdam, ante Justitiae templum vel dicasterium aliquod collocatam. — V. 2. ἔγραψε τὴν σοφίην. Vat. Cod. omisso εἶναι.

VI. Vat. Cod. p. 486. Plan. p. 361. St. 500. W. De Maximini domo, CPoli ad maris litus magnifice exstructa. Fallitur *Du Cangius* in CPoli Christ. P. I. II. p. 174. qui Maximinum putat esse eum, qui sub Justiniano praefectus praetorio Italiae fuit. Is, quem Cyrus significat, sub Theodosio juniore quaestor palatii fuit, in codice Justinianeo commemoratus. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. XII. p. 341. — V. 1. In marg. Wech. γρ. καὶ Μαξιμῖνος. ἀνθ᾽ οὗ ἐγὼ Μαξιμῖνος γράπτεον ἡγοῦμαι. In nominibus propriis seriores illi poëtae multum sibi licere putaverunt. — V. 3. ἀντιπέρην Vat. Cod. — V. 7. ἡμετέρης et ἐλθόντεσσι. Vat. Cod. — Ad ipsum Bosporum illa domus exstructa erat, et quidem ita, ut fundamenta ejus mare, cui superstructa erant, transmitterent. Sic *Grotius* quoque haec intellexit:

Subter opus nostrum secuto tramite labens
Pontus in aequoreas reditum tamen invenit undas.

Simplicius tamen de undis Bospori, domus fundamenta alluentibus, dum sese in Propontidem effundunt, acce-

peris. — Sequentem versum non satis intelligo. Fortasse χθονὸς in ποδὸς mutandum: Tantum aqua alluit, quantum sufficit ad extremos pedes meos, (i. e. fundamenta) madefaciendos. — V. 9. ἐξεμέθεν. Vulgo.

VII. Cod. Vat. p. 487. Plan. p. 367. St. 506. W. — V. 1. Κύρας ἔχει. versu mutilo, Vat. Cod. Praesentis forma ἐγείρει, huic loco non satis apta. Fortasse ἔγειρεν antiquitus fuit.

CHRISTODORI COPTITAE

EPIGRAMMATA.

I.

Ecphrasis.

¶. 456.] Vat. Cod. p. 64 – 76. cum lemmate: Χριστοδώρου ποιητοῦ Θηβαίου Κοπτίτου ἔκφρασις τῶν ἀγαλμάτων, τῶν εἰς τὸ δημόσιον γυμνάσιον τοῦ ἐπικαλουμένου Ζευξίππου. Plan. p. 383. St. 521. W. unde eam repetivit *Banduri* in Antiqq. Constantinop. L. VII. cum ceteris Epigrammatis ad Historiam Byzantinam spectantibus. His omnibus *Bradani* notas addidit T. II. p. 862. sqq. Describuntur hoc carmine statuae, quibus Zeuxippus, balnei publici id nomen fuit, erat ornatus. Zeuxippi, a Severo conditi, magnificentia laudatur a *Cedreno*, anno quinto Justiniani, quo anno, seditione orta, igne consumtus est: Τότε ἀνεπρήσθη τὸ λεγόμενον Ζεύξιππος, ἐν ᾧ ποικίλη τις ἦν θεωρία καὶ λαμπρότης τεχνῶν, τῶν τε μαρμάρων καὶ λίθων καὶ ψηφίδων καὶ εἰκόνων διὰ χαλκοῦ πεποιημένων, τῶν ἐπ' αἰῶνας ἀνδρῶν ἔργα, μόνον τὸ μὴ παρεῖναι αὐταῖς ψυχὰς τῶν ἐς οὓς ἐγένοντο. Deinde addit: Στῆλαι δὲ ἦσαν ἐκ χαλκοῦ πεποιημέναι τῶν σοφῶν ἁπάντων, τῶν ὑψηλῶν καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων, καὶ ὅσοι ἐπ' ἀνδρείᾳ ἐγένοντο διαβόητοι. Vide *Du Cange* in

CPoli christ. L. I. p. 89. sq. In *Christodori* autem carmine non tam artis notationes deprehendas, quam potius versificatoris studium ornandi singula poëtica licentia; ordo narrandi nihil habet certae rationis; videri itaque potest adumbratus ex ipso statuarum ordine in Zeuxippo; *Heynii* verba sunt in Comment. Soc. reg. T. XI. p. 7. — „Poëma hoc malo consilio auctor fuit „Aldus in particulas discerpendi, singulis praefigendo „titulos, quos absque ulla necessitate librarii in codicis „ora apposuerant, tamquam si singulae hae partes di„versa constituerent Epigrammata. Hinc orta prava „distinctio, quae plurimorum locorum sensum turbat, „aliquot versuum hemistichiis finalibus, quibus nova in„cipit descriptio, praecedentibus contributis. Quod ra„tio et poëmatis natura suadebant, feci, Florentini edi„toris exemplum secutus. Multa in praestanti hoc poë„mate e Vat. membr. emendavi, paucula quaedam, „eaque levioris momenti, absque codicis auctoritate." *Br.* — V. 1. In ipso Zeuxippi introitu, ut videtur, Deïphobi statua collocata erat in basi anaglyphis ornata, ἐν βωμῷ εὐγλύπτῳ. Hanc vocis βωμὸς significationem illustravit *Vauvilliers* ad *Sophocl.* Oedip. T. 16. Statura corporis erat talis, ut Menelao, Troja capta Deïphobi domum impugnanti, obviam fieri existimari posset ad defendendam Helenam. Vide not. ad *Tzetzae* Posthom. v. 601. et 729. Progredienti similis, corpore in obliquum inclinato, oculos circumferebat, hostilem impetum vitans. Hunc Deïphobi statum aliquam similitudinem habere cum Gladiatoris Borghesii statu, monuit *Heynius*, simul diversitatem, quae inter utrumque opus erat, significans. — V. 3. ἐπ' ἀγνωσσέτῃ. vulgo. — V. 4. ἰών. Vat. Cod. — V. 6. δόχμιος ἦν. ut Amycus ap. *Theocrit.* Id. XXII. 120. δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς. Ex eodem poëta fortasse sequentia adumbrata. Id. XXV. 245. de leone, impetum faciente in hostem: κυρτὴ δὲ

βάχις γένετ' ἠδὲ τόξον, Πάντοθεν εἰλυσθέντος ὑπαὶ λαγόνας τε καὶ ἰξύν. — V. 11. ἀντιβίου. Vulgo. In marg. Wechel. ἀντιβίοιο. quod et *Jos. Scaliger* in exemplo suo notavit. ἀντιβίοιο — ἐλάσαι. Vat. Cod. vulgo ἐλάσσειν. — V. 12. Furore percitus vulneraret Menelaum, si natura aeris id permitteret. — V. 13. Proxime adstabat *Aeschines*, rhetor, verba facientis specie; hoc contractae genae significant. οἷα ἀεθλεύων. de victoria contendere videbatur in foro. πολυτρόχαλον ab oratore ad locum, ubi dicit, translatum. *Verbosi garrula verba fori* dixit *Ovid.* III. Trist. XII. 18. — Post Κεκροπίδης abest δ' in Vat. Cod. unde ἄνθεμα recepit cl. editor, pro vulgato ἄνθεα. Formam ἄνθεμον exemplis illustrat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 717. Nostro loco similis est versus ap. *Philodemum* Ep. XXXI. σάβακῶν ἄνθεμα Σαλμακίδων. ubi vide T. II. P. I. p. 242. Aeschinem πειθοῦς ἄνθεμα vocat, ut *Ennius* Cethegum *florem delibatum populi suadaeque medullam*, ap. *Ciceron.* in Brut. c. XV. — V. 17. Prope Aeschinem *Aristoteles* erat, meditabundus, manibusque complicatis. Vulgo Aristotelem *brachio exserto* fictum esse, *Heynius* docet p. 19. ex *Sidonio Apollin.* IV. Ep. 9. loco memorabili: *per gymnasia pinguntur areopagitica vel prytaneum: Speusippus cervice curva, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus cute distenta, Diogenes barba comante, Socrates coma candente, Aristoteles brachio exserto, Xenocrates crure collecto, Heraclitus fletu oculis clausis, Democritus risu labris apertis, Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis, Euclides propter mensurarum spatia laxatis, Cleanthes propter utrumque corrosis.* — ¶. 457.] V. 20. συνεστάμεναι. genae contractae, sive etiam placide compositae, immobiles. — ἀμφιέλισσαν. Vulgo et in Vat. Cod. Nota antithesin inter vultum tranquillum et mentem irrequietam philosophi. — V. 21. τροχαλαὶ ὀπωπαί. pro epitheto ornante cum *Heynio* accipe, quatenus omnes oculi *mobiles* sunt. Alias enim

τροχα-

τροχαλά oculi cogitantis conditioni non satis conveniunt. — V. 24. Juxta Aeschinem *Demosthenes* stabat, eo habitu, ut orationem adversus Macedonas meditari videretur. — σάλπιγξ. Pindarum σάλπιγγα Πιερικὴν appellat *Antip. Sidon.* LXXIX. De eloquentia *Symmach.* L. IV. Ep. 3. p. 228. *Tuam tubam totus quà patuit orbis venerabitur.* ubi vide *Savaron.* p. 233. — V. 28. τεθωμένος. Cerberus ap. *Hermesian.* v. 11. ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένος. ubi vide *Ruhnken.* p. 287. Cratinus ap. Nostrum infra v. 359. θυμολεκοῦς ἰδέαν κεντιστῆρος ἰάμβους. — V. 29. Et sane vocem editurus esset, nisi aes ipsi silentium imponeret. — τέχνη. artis natura eum cohibet. — ὑπὸ σφρηγῖδι. Vulg. — V. 32. *Euripides* nomen ab Euripo duxisse putabatur. Vid. *Barnes.* in Vit. Eurip. §. VII. — V. 34. διανεύμενος, a διανέω, versans in casto aliquo et pudico opere; ut dicitur ap. poëtas ἔρχεσθαι, βαίνειν δι' ὁδόντος et similia, quae illustravit *Valcken.* ad Phoeniss. 1554. p. 525. sq. Respiciuntur autem casti *Euripidis* mores, quos in tragoediis suis adumbrans, scenam sanctimoniae et pudicitiae disciplinam reddidit. ἔργα σαοφροσύνης per periphrasin dictum, ut multa hujus generis; quae vide ap. *Rittersbus.* Oppian. I. Halieut. 107. — V. 35. θύρσα. Putes θύσθλα poëtam scripsisse. Euripides, ut Bacchi antistes, in scena thyrsum concutere fingitur. — V. 36. *Palaephatus*, vates, lauro coronatus, vaticinium reddenti similis. Vide de eo *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 182. — V. 37. στεψάμενος. Vat. Cod. — V. 38. *Hesiodus* conspicitur quasi cum Musis colloquens. Referenda sunt haec ad initium Theogoniae. — χαλκὸν δὲ βιάζετο. Vat. Cod. Furore poëtico inflammatus aeris naturae vim facere videtur, ut divinum carmen edat. — V. 40. Prope Hesiodum erat *Polyidus*, in fabulis satis notus. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* p. 544. sqq. — T. 458.] V. 45. *Simonides*, cum lyra, cantus, ut videtur, etiamnum cupidus. εὔνασας. fortasse ductum ex

Simonidis Ep. LV. in Anacreontem: μολπῆς δ' οὐ λήθην μελιτερπέος, ἀλλ' ἔτ' ἐκεῖνο βάρβιτον οὐδὲ θανὼν εὔνασεν εἰν Ἀΐδῃ. — Σιμωνίδῃ vulgo legitur et in membr. Vat. Hoc cur mutaverit cl. editor, non exputo. — V. 46. οὐ χερσίν. Nec tamen tibi manibus lyram pulsare conceditur. Digitis in lyram intentis fictus fuisse videtur, fere ut Amphion ap. *Philostratum* I. Icon. X. p. 778: ὁ ἑτέρᾳ χειρὶ τείνει τὸν νοῦν εἰς τὴν πηκτίδα. — V. 47. πλάσας. Vat. Cod. — Mox iterum et codd. et edd. Σιμωνίδες exhibent. — V. 47. Nam vel mutum aes, te reveritum, ad lyrae sonum cantum editurum esset. Recte h. l. cl. editor ἀνίχει, quod edd. habent et Vat. Cod., in ἀντήχει mutavit. — ἐναοιδῆς αἰδόμενος. Vat. Cod. — V. 50. *Anaximenes* philosophus, meditantis habitu. Diversus hic ab historico, cujus imaginem Olympiae vidit *Pausan.* VI. 18. p. 495. — V. 52. *Calchas* Thestorides, diviso inter misericordiam et metum animo. Respicitur locus ap. *Homerum* Il. α. 68. sqq. ubi Calchas, metu Agamemnonis, oraculum, quod animo tenet, κεύθει, edere veretur. Hic, si vers. 54. abesset, multo melior oratio procederet. Nunc Calchas responsum animo celare sive tenere dicitur, aut misericordia Graecorum commotus, aut regis timore; quod sensum idoneum non habet. Deletis verbis,

ἢ στρατὸν οἰκτείρων Ἑλλήνων, ἢ ἔτι θυμῷ,

nihil difficultatis supererit. Tum Calchas similis est vaticinium edituro; sed id animo condit et celat, δειμαίνων βασιλῆα. — V. 56. *Pyrrhus*, Achillis filius, inermis, sed armorum tractandorum cupiditate flagrans. — V. 58. μιν Cod. Vat. a pr. man. — ὑψόσε. oculis in altum directis Trojam, quam expugnare debebat secundum oraculorum effata (vide not. ad *Tzetzae* Posthom. v. 523.), spectare visus. Comparanda similis imago Capanei in *Euripid.* Phoeniss. 184. προσβάσεις τεκμαίρεται Πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν. *Philostr.* I. Icon. IV.

p. 767. Καταντικρὺ δὲ τὰ τείχη βλέπει, περιφεροῦν τὰς ἐπάλξεις, ὡς κλίμακι ἁλωτάς. — V. 61. *Amymone* et *Neptunus*. Stabat illa capite non velato, coma a tergo revincta, oculis in deum adstantem conjectis; Neptunus contra capillis demissis, delphinum manibus gerens, ut munus sponsae offerendum. Acute *Brodaeus* monuit, delphinum a Neptuno tanquam μνηστῆρα (sive potius μαστῆρα) ad Amphitriten fuisse missum, qui ei persuaderet, ut in dei amplexum veniret. Hinc factum, ut Neptunus delphinum manu gerere soleret, tradente *Eratosthene* in Catast. c. 31. ὅσοι δ' ἂν αὐτῷ τῷ Ποσειδῶνι χαρίσασθαι θέλωσιν, ἐν τῇ χειρὶ ποιοῦσιν ἔχοντα τὸν δελφῖνα τῆς εὐεργεσίας μεγίστην δόξαν αὐτῷ ἀπονέμοντες. *Hyginus* Poët. Astron. XVII. *Qui Neptuno simulacra faciunt, delphinum aut in manu, aut sub pede ejus constituere videmus, quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur.* — V. 61 – 64. omittit Vat. Cod. — V. 66. πλόκαμος. Vat. Cod. a pr. man. — V. 68. δῶρα. Ineptam poëtae interpretationem judicat *Heynius*. — V. 69. *Sappho* cogitabunda sedens, quasi carmen meditaretur. — V. 70. ἔνυμνον. Vulgo. — μέλος ὑφαίνων. Infra similiter v. 350. Homerus Πιερικῆς Σειρῆνος ἀηδόνα ἔργον ὑφαίνων. *Alcaeus Messen.* Ep. VII. παῖδες – ἐκ Μουσέων γρῖφον ὑφηνάμενοι. Similiter Philostorgius historiam dicitur contexuisse Ep. DLXXXVII. πρήγματ' ἀληθείης ποικίλ' ὑφηνάμενος. — In Vat. Cod. est vitiose ὑφαίνων – ἀναψαμένην. — Μούσαις. tota mente in Musas defixa. — ¶. 459.] V. 72. *Phoebus* coma retro vincta, libere tamen per tergum vagante. — χαίτην. Vat. Cod. a man. sec. — σφίγξας, vitta, puta, crines cohibente. — Nudus erat, cujus rei duplicem causam poëta affert, sive quod omnibus nudam veritatem oraculis indicat, sive quod sol omnium oculis purum splendorem ostendit. — τρισσοδιδάλλας vulgo. — V. 75. δῖνα. Vat. Cod. — V. 77. τηλέσκοπον. Vat. Cod. — V. 78. *Venus* pectore nudo; inferior pars corporis veste tecta; capilli velo (καλύπτρῃ.

vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VII. 9.) constricti. ἠλέκτρου ab aere venustas videbatur destillare. Eadem metaphora *Philodem.* Ep. XVIII. καὶ χρὼς ἀμβροσίη ἔτ' ἀμβροσίη, ἔτι πειθώ, Πᾶσαι ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων. — ἄντυξ μηρῶν nove dictum de femoribus formoso tumore surgentibus et sese rotundantibus. — V. 82. *Alcibiades* pulchritudine conspicuus, in concione verba facienti similis. — ἐν ἔπλετο. Vat. Cod. — Alcibiades (proprie artifex dicendus erat) splendorem pulcritudinis conjunxit cum aere. Similiter supra v. 47. ἄφελε χαλκῷ συγκεράσαι μέλος ἦν. — V. 84. μητέρι μύθων. quia vera eloquentia Athenis et nata et educata esse putabatur. Obversabatur *Christodoro* Homericum μητέρα μήλων. — V. 85. ἀγείρων. Vulgo et in Vat. Cod. Hoc sine causa idonea in ἀγορεύ mutavit *Brunckius.* Ad οἷός περ subaudi ἦν, qualis erat, *cum* Atheniensibus consilia daret. — V. 86. *Chryses* sacerdos eo habitu, quo ad Graecorum castra accessit, Il. α. 14. statura elatiore, ut heros, supplicanti similis, barba demissa, cincinnis caput obumbrantibus. — δ' αὖ ἱερ. Vulgo. — V. 91. ἄπλατος vulgo. In marg. Wechel. ἀπλεκτος. Idem exhibet Vat. Cod. — βότρυς ἀθείρης. εὐπλέκτου βότρυν ἔρυξε κόμης. *Agathias* Ep. XXI. In descriptione Apollinis *Apoll. Rhod.* L. II. 676. χρύσεοι δὲ παρειῶν ἑκάτερθε πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπερρώοντο κιόντι: — In fine versus vett. edd. ante Ascens. αἰθείρης legunt, unde *Brodaeus* ἀθείρης fecit. — V 92. *Julius Caesar*, Jovis habitu repraesentatus, cum aegide et fulmine. — ἔλαμπεν. *Horatium* I. Carm. XII. 46. *micat inter omnes Julium sidus* comparavit *Fabric.* ad *Dion. Cass.* T. I. p. 424. idque ad stellam crinitam refert, quae, post Caesaris mortem visa, pro illius anima est habita. Hanc interpretationem, doctiorem procul dubio, quam veriorem, *Tristano* debebat in *Comment. Histor.* T. I. p. 35. et 36. — V. 93. βοείαις. scutis, spoliis, hostium ornavit. — ἀμετρήτοισιν, *innumerabilibus*, ut passim. *Theocrit.*

XV. 45. μύρμηκες ἀνάριθμοι καὶ ἄμετροι. — V. 94. ἐγγείνατο Vat. Cod. — V. 96. νέος om. Vat. Cod. in contextu νέος Ζεύς. Vide *Meleagri* Ep. XXIII. ubi *Reiskius* Ζεὺς νέος non sine probabilitatis specie emendavit. Cf. *Ruhnk.* ad *Vellej. Paterc.* II. 82. 4. — V. 97. *Plato*, qui Atheniensibus secretum virtutis divinae tramitem demonstravit. — T. 460.] V. 99. Aliud *Veneris* simulacrum, idque nudum. Memorabilis cesti commemoratio, de quo poëtam tam obscure locutum esse, doleas. A cervice, sive ab humeris, in pectus descendebat versus femina, sicuti lorum, unde milites gladium suspensum gerunt. — V. 102. *Hermaphroditus* muliebrem pulchritudinem in corpore virili ostendens, papillis turgescentibus, genitalibus viri instructus. In hunc modum veterum ars Hermaphroditos repraesentare solet, neque usquam inventa est statua sive anaglyphum, quod utriusque sexus genitalia ostenderet. *Ovid.* Metam. IV. 377. *Sic ubi complexu coierunt membra tenaci, Nec duo sunt et forma duplex, nec femina dici Nec puer ut possint, neutrumque et utrumque videntur.* — V. 106. ἐφαίνετο. Vat. Cod. — V. 107. κεκερασμένη — φαίνων. Vat. Cod. Posterius verum puto; participium enim non referri debet ad σχῆμα, sed ad Hermaphroditum: Et cum virilis et muliebris (ξυνῆς) pulcritudinis signa commixta haberet (φαίνων), formam (σχῆμα) virilium pudendorum ostendebat. Ejusdem verbi intra duos versus repetitio, a qua nec meliores poëtae abstinuerunt, in *Christodoro* non debet offendere. — V. 108. *Erinna* sedens, non muliebri opere, sed poësi occupata. Similis color in Epigrammate *Antip. Sid.* LXXXII. 1. 2. — V. 110. ἐπιθάμεναι. Vat. Cod. ὑποσταλάουσα. Ibid. a pr. man. — V. 111. *Terpander* canenti similis. Hunc poëtam, quem barbiton excogitasse ferunt, magno apud Lacedaemonios honore floruisse constat. Primus in Carneorum certamine vicit; teste *Athen.* XIV. p. 635. E. Eum ad seditionem

musices ope sedandam a Lacedaemoniis advocatum esse, narrat *Plutarch.* T. II. p. 1146. B. et *Diodorus Sic.* ap. *Tzetz.* Chil. I. XVI. T. II. p. 639. 16. ed. *Wessel.* Cf. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII. 50. Amyclaeenses novas res molitos esse, et inde seditionem exortam, ex hoc *Christodori* locó suspicari licet, quem nemo, quod sciam, animadvertit. — μεί με Vat. Cod. — V. 112. εὔπνοον. Edd. quaedam veteres. — V. 113. νενουμένοις. Vat. Cod. — ἀνέπλασε. ut supra v. 70. μέλος εὔθυμον ὑφαίνειν. — μύστιδα, quam a diis commota mente acceperat; ut mox μυστιπόλῳ (μυστοπόλῳ Ed. pr. et Ald. 1.) φόρμιγγι, pro ἱερῷ. — V. 116. Ἀμυκλαῖον. Vat. Cod. — V. 117. *Pericles*, oratoris habitu, ut eum Atheniensibus sive legem aliquam, sive bellum contra Peloponnesiacos suscipiendum suadere existimes. — ἐνέπτοις. tanta tua est eloquentia, ut eam vel cum muto aere communicare posse videaris. Plane sic supra v. 48. σὺ δ' ἂν καὶ χαλκὸν ἀναυδῆς Αἰδόμενος ῥυθμοῖσι λόγοις ἀντήχεε μολπήν. — V. 120. οὐ μόθον. Vulgo, quam lectionem prava hujus loci interpretatio peperit. ἐντύνων μόθον h. l. non est de bellatore accipiendum, qui res bellicas parat, sed de oratore, qui audientium animos ad bellum gerendum excitat. ἢ μόθον igitur recte ex Vat. membr. revocatum est. Hoc vidit etiam auctor scholii in edit. Wechel. quod male relatum ad v. 121. et proinde depravatum est: ὃ γεγονέναι ἐστὶ τοῦ οὐ (sic lege pro ἀλλ')· οὗτος γὰρ σχεδὸν ἦν αἴτιος τῶν Πελοποννησιακῶν, ὡς δῆλον τοῖς μετιοῦσι τὰ Θουκυδίδου. — V. 120. *Pythagoras*, gravissimarum curarum plenus, nec in terra, sed in Olympo versari visus. ἀχράντοισιν ὀπωπαῖς ad mentis et corporis puritatem referendum videtur, quam Pythagorae disciplina commendabat. — V. 122. ἠδόνησε. Vulgo et in Vat. Cod. — T. 461.] V. 125. *Stesichorus*, Siculus, quem Apollinem in ipso matris utero poësin docuisse apparuit inde, quod in infantis recens nati ore luscinia consedit. *Plinius* H. N. X.

43. de lusciniae cantu agens — *omnia tam parvulis in faucibus, quae exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit: ut non sit dubium hanc suavitatem praemonstratam efficaci auspicio, cum in ore Stesichori cecinit infantis.* — V. 126. λύγνα ἐδίδαξεν. Vat. Cod. Posterius est etiam in Planud. — V. 128. τικτόμενοι. Vat. Cod. — V. 129. ἱερόφοιτος. Vulgo. quod ex membr. emendatum est. νυκτίφοιτος vocatur luscinia, quae noctu cantat. — V. 131. *Democritus*, Abderita, propter studium naturae rerum impensum laudandus. λεπτὰ ἔργα ad tenuissimas illas atomos, a Democrito primum excogitatas, refert *Brodaeus*; perperam. ἔργα Μούσης ipsum philosophiae studium esse videtur, nisi accipere malis de iis artibus, quas veteres *musicas* appellare solebant. Democritum τοὺς ἐγκυκλίους λόγους calluisse, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν ἐμπειρίαν ἔχειν narrat *Diogen. Laert.* IX. 37. idemque inter ejus opera librum refert περὶ ῥυθμῶν, περὶ ποιήσεως, περὶ ῥημάτων, et alios hujus generis, de quibus cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. II. p. 638. Ad haec cum subtili opus sit ingenio, λεπτὰ ἔργα dixit. λεπτοσύνη φρενῶν sophistis tribuitur et philosophis. — V. 134. ἐγέλαις. Vat. Cod. — Vana et inania ridebas hominum studia, ea, tanquam certa bona, appetentium, quae quam maxime incerta et mutabilia esse cerneres. — γέρων sic adjective positum illustrat *Valcken.* ad Phoen. p. 38. ὁ γεράσμιος χρόνος est ap. *Aeschylum* Prom. 981. et νέαιρετα γεράσμια χρόνος *Incertus* ap. *Stob.* in Ecl. phys. T. I. p. 228. nr. 11. — V. 136. *Hercules* imberbis, mala manu gerens, et juxta eum *Auge*, Minervae sacerdos, manibus sublatis preces ad Minervam, ut videtur, faciens. Augen ab Hercule vitiatam Telephum peperisse, eumque in Minervae luco occultasse, mythographi narrant. Vide *Apollodor.* III. 9. 1. et quae nos de hac fabula collegimus ad Anaglypha Cyzicena in Exercitt. crit. T. II. p. 148. — V. 137. μῆλα χερ. Herculem, poma manu gerentem,

passim obvium, etiam in numis, illustrat *Tristan.* Comment. Histor. T. I. p. 487. — V. 138. Λεβοτίδος. Vett. edd. et Vat. Cod. — V. 140. ὑποστείλασα corrigit *Hermann.* ad *Euripid.* Hecub. 1056. p. 165. At Auge pallam non collegisse, sed *demisisse* videtur; cui significationi neutra lectio satis apta videtur. Male hunc locum accepit *H. Stephanus* in Thes. Gr. L. T. III. p. 1004. A. — οὐ γὰρ ἐθείρας. Vat. Cod. οὐ γὰρ etiam Plan. Et palla, et crinibus solutis adstabat, qui supplicantium habitus. — V. 143. δειράδος. Vat. Cod. — Τεγέης. Notum Minervae Aleae templum ap. Tegeatas. *Pausan.* VIII. 45. p. 693. — V. 143. *Aeneas*, in cujus oculis verecundia cum dignitate mixta originem a Venere significabat. αἰδὼς περιλείβεται. ut supra v. 78. Venus ἔλειβε ἀγλαΐης μαρμαρυγάς. — V. 148. *Creusa*, Aeneae conjux, tristitia consumta, velo in utramque genam deducto, instita ad pedes usque demissa, patriam expugnatam lugere videbatur. — V. 150. ἀφειλκύσασα. Vat. Cod. — κρήδεμνον. fascia lata, qua complicata comam religabant, sive explicuissent, totus vultus velari poterat; *Heynii* verba sunt p. 24. laudantis Odyss. α. 334. Il. ξ. 184. Hymn. in Cerer. 41. 42. His adde nostrum v. 199. — ¶. 462.] V. 153. ἐμαντεύοντο, *significabant.* Quid fuerit in hac imagine, quod Creusam potius, quam aliam quandam ex Trojanis mulieribus indicaret, ex *Christodori* descriptione intelligi nequit. Ipse secutus est nomina in basi adscripta. — V. 155. *Helenus*, Priami filius, pateram manu tenens, Graecis fausta et secunda vaticinari deosque, ut imminens Trojae excidium signo aliquo portendant, precari videtur. Loca veterum de Heleni vaticiniis cum Graecis communicatis collegi ad *Tzetzae* Posthom. 571. De ejusdem cum Priamo simultate an alius tradiderit, nunc quidem ignoro. — V. 158. καλλονὴ θήκης. Vat. Cod. — V. 155. ἐμαντεύετο. Vulg. et in Vat. Cod. — V. 160. *Andromache*

ante Hectoris, ut videtur, interitum Trojaeque expugnationem repraesentata; quare nullum in ejus habitu luctus vestigium. — V. 164. ἐλήλαντο. Vat. Cod. — V. 165. *Menelaus* victoria elatus, stans prope *Helenam*, cujus pulchritudo ipso metallo venustatem conciliare videbatur. Illum post expugnatam Deiphobi domum Helenamque receptam ab artifice fictum esse, interpretatur *Christodorus*; nisi νίκην malis accipere de victoria, quam Menelaus in Helenae petitione de reliquis procis retulerat. — V. 169. ἀγλαΐη. Idem fere h. l. quod ἄγαλμα, conjuncta notione venustatis. — V. 171. *Ulysses* callidum ingenium vultu prodens, tacito gaudio laetus, quod Trojam dolo everterit. — κόσμον σοφίης φρενός vertit *Grotius*: *se monstrat in ore Majestas animi* — minus recte, nec Ulyssis convenienter ingenio. Est simpliciter: *prudentia*, *quae hunc virum ornabat*. — V. 174. ἐγέγηθεν. Vat. Cod. — V. 175. *Hecuba* prope adstans, capite palla velato, stola usque ad talos defluente. — τίς δάκρυα. qui fit, ut in muta imagine (ἀφωνήτῳ ἐνὶ χάλκῳ) lacrymas fundas? — τέχνη οἰκτίρασα. Similia passim occurrunt. Cf. Epigr. *Glauci* V. Mosor. CCXCIV. — λύσσης. de vehementissimo dolore, quo quae abripiuntur, cum Bacchis et Maenadibus comparantur, ut Andromache ap. *Homer.* Il. χ. 460. Cf. *Mitscherl.* ad H. in Cerer. v. 386. p. 201. sq. — Vulgatum δυσαλγέος ex membr. Vat. emendatum est. — ¶. 463.] V. 180. Neque Hectoris mortem, ut in Iliade, neque Andromachae, Astyanacte suo privatae, mala, ut in Tragoediis, sed patriam a Graecis expugnatam ploras. — V. 182. πεσοῦσα. Vat. Cod. — V. 187. ἔσβεσε. Statuarium laudare videtur, quod, cum toto vultus habitu Hecubam plorare indicasset, ipsas tamen lacrymas non expresserit. — αὐχμὸς ἀνίης. squalor lugentium. — V. 189. *Cassandra*, jam sancti furoris plena, Trojae interitum vaticinari videtur. — μεμφομένη γενε-

πήρα. Fato Trojano imperio instante, Priamus Cassandram, ut furibundam, in carcerem conjici jussit. Vide *Tzetzem* ad *Lycophr.* v. 350. In Tabula Iliaca nr. 99. Priamus ipse Cassandram, Trojanos, ne fatalem machinam in urbem reciperent, dehortantem retrahit. — V. 192. *Pyrrhi* alia statua (cf. v. 57.), neque galea tecti, neque ense armati: manum attollit, ut *Christodorus* interpretatur, sibi ipse victoriae testimonium dicens; ut *Heynius* censet, puellae inferiis destinatae fatum denuntians. *Tristanus* Comment. histor. T. I. p. 75. Augusti, manus extendentis effigiem in numis comparans, δεξιτερὴν ἀνέτεινεν de manu projecta et versus populum protensa interpretatur. — Vulgo ἀνέτεινεν ἐήν. Vat. Cod. ἐὴν omittit. — V. 196. ὄμματι vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. — V. 197. *Polyxena*, lacrymas fundens, sed vultu velato, quasi dolorem pudore occultans. Tantam autem ejus in aere pulchritudinem esse ait, ut, si talem vidisset Neoptolemus, eam procul dubio in matrimonium duxisset. — τίς τοι ἀνάγκη. ut v. 176. — V. 199. Explicato κρηδέμνῳ genas velabat. Cf. ad v. 150. — V. 201. Nonne potius scribendum: μή δή σε — ληΐδα Πύῤῥος ἄγοι φθ. σὺ δέ οἱ μορφή — — luges animo et times, ne te Pyrrhus, ut praedam, domum ducat. At te pulchritudo tua non servavit, nec tetigisti Neoptolemi animum, ut olim Achillis. — τεοῦ φονῆος. Neoptolemus eam in Achillis tumulo immolavit. — V. 205. εἰς λίνον — ὀλέθρου. in mortis laqueos. *Apollon. Rhod.* L. I. 1035. de fato fatali: τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι θνητοῖσι· πάντῃ δὲ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος. De insidiis agitur, quibus oppressus Achilles in Apollinis templo periit. — V. 207. ξυνήϊον λέκτρων. Vat. Cod. — ¶. 464.] V. 208. πραϋνόν. omni paternae caedis memoria omissa, cujus nempe ulciscendae causa Polyxena immolata est. — V. 209. *Ajax*, Oileï filius, inermis quidem, sed fortitudine pollens. — ἀπτέρμονα. Vat. Cod. unde πελώριον est editum

pro πελάριος. — V. 211. Nondum lanugo ejus genas obumbrabat. De Ajace in veteribus monimentis modo barbato, modo imberbi, vide *Boettigerum* in Differt. de Olla vetere Caffandrae raptum exhibente p. 52. not. 46. — V. 214. ἰλίγξε. Bellicofum et proelia fpirantem vultum fignificari, fponte apparet; fed metaphoram poëtae non fatis expedio. — V. 215. *Paris* cum *Oenone*. Ille peccati fibi confcius priorem conjugem adfpicere veretur, oculosque avertit; haec autem zelotypiae ftimulis percuffa, obliquis oculis Alexandrum intuetur, minanti fimilis et conjugem dextra repellenti. — V. 215 – 217. in Vat. Cod. poft v. 221. ponuntur. — V. 218. ἵζων. Ed. pr. et Aldinae tres. — V. 219. δ' ἐπέλειπε vulgo et in Vat. Cod. cujus lectionis vitium primus intellexit *Huetius*, qui p. 37. δέ γ' ἔλειπε five δ' ἔκλειπε emendavit; elegantius *Br.* ἐπέλειπε. — V. 220. ἀπειλήν. Hoc referendum ad ea tempora, cum Paris, morti proximus, Oenones auxilium fruftra implorabat. Vide not. ad *Tzetzae* Pofthom. v. 596. et *Meziriac* Comm. fur les Epitres d'Ovide T. I. p. 456. fq. Jam fignificabat igitur (ἤγγελλεν) obfcuris nutibus iram et *minas*. Sic haec verba commode explicari poffunt, in quibus haud fcio quid offenderit *Bernardum*, qui in Epift. ad Reisk. p. 343. κρυφίην ἤγγελλεν ἐπ' εὐνήν, five κρυφίη ἤ. ἀπειλῇ tentavit. In vett. edd. omnibus ἀπειλὴν habetur; in Steph. vitiofe ἀπειλή. — V. 222. *Dares* et *Entellus* valido caeftu decernentes; ille martialem ardorem fpirans, hic minacibus oculis adverfarium intuens. Notus uterque peritia caeftu pugnandi ex *Virgil.* Aen. V. 369. 387. ubi de Entello, Siciliae heroë, vid. *Heynius* in Exc. III. p. 651. — Vulgo v. 222 – 227. poftponuntur v. 240. In Cod. Vat. v. 222 – 224. omittuntur. — ἀλαλήμ. *Apollon. Rhod.* II. 52. in defcriptione pugnae Amyci et Pollucis: Λυκώοργος ὄφρα πάροιθε παλὴν δεινὸς ἐπέτραφεν ἀφάντης 'Ωριδῆς, ἀνζαλλοις, πάρι δ' αἱ. γ' ἄντην ἀσάλατεο. —

V. 223. κήρυκα. Eodem sensu ἄγγελον frequentius ponunt poëtae, tragici inprimis. Cf. *Abresch.* Anim. ad Aesch. T. II. p. 146. κήρυξ tamen sic metaphorice usurpavit *Pindar.* Nem. VIII. 1. ὥρα πότνια, κάρυξ Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων. — V. 224. ἔπνεε — ὀπωπαῖς. Haec seculi, quo *Christodorus* scripsit, vitium redolent. Optime aliquis dicitur Ἄρη, θυμόν, ὀργὴν πνεῖν, in quibus ad concitatiorem spiritum, quo pectus agitatur, videtur respici; sed qui ὀπωπαῖς iram spirare dixerit, veterum novi neminem. — V. 225. Pro Ἔντελλος Vat. Cod. εὐαλκὴς exhibet, librarii oculis ad vers. 222. initium aberrantibus. — V. 226. μύρμηκας. ἔξω τοῦ ζώου καὶ οἱ πυκτικοὶ ἱμάντες. *Hesych.* De πυγμαχίᾳ agens *Pollux* L. III. 150. καὶ μύρμηκες δὲ τὰ ὅπλα, καὶ ἱμάντες. Cf. not. ad *Lucill.* Ep. XVIII. T. II. P. II. p. 451. — V. 227. ὤδινε. Etiam haec verba tumor orationis corrupit. Verbum ὠδίνειν in simili re adhibuit *Heliodor.* L. X. p. 504. pugil τὸ ὅλον σῶμα σφηκώσας, εἱστήκει τὰς λαβὰς τῶν παλαισμάτων ὠδίνων. Idem L. II. p. 95. ὤδινε δὲ οὕτω πρός τινας ἐξειπεῖν. — Vulgo φόνον δεψῶσαν. In Vat. Cod. φόνον δεψώουσαν. Nihil erat, quod *Br.* vulgatam φόνον immutaret. — V. 228. Sequebatur ordine *pugilis* statua, cui *Philonis*, an *Philemmonis*, an *Milonis* denique tribuendum sit nomen, se fluctuare testatur poëta. Nomen basi statuae insculptum obscurum fuisse puta. Barbam habebat in pectus demissam, capillos horridos, musculos in brachiis praesertim et in tergo eminentes. — V. 228. ἢ δέ. Vulgo. — V. 233. ἠνορέην et εἵλκετο. Vulgo. Posterius habet etiam Vat. Cod. — ¶. 465.] V. 237. Manibus in pugnum compactis, brachiorum musculi surgebant, rigidi sicut lapides. Derivata sunt haec ex *Theocrito* Eid. XXII. 48. ἐν δὲ μύες στερεοῖσι βραχίοσιν ἄκρον ὑπ' ὦμον ἕστασαν, ἠΰτε πέτροι ὀλοίτροχοι. ἐσφήκωντο igitur de contractis et extantibus musculis. — V. 240. εὐγνάμπτοιο. Vulgo. — κυρτὸν αὐτὸν αὐχένος. cervicis circumscriptio. αὐλὸς enim

de angusto tramite usurpatur. — In antiquis quibusdam edd. ἐνέρων legitur. — Caeterum *Philon*, Corcyrensis, pugil, commemoratur in Epigrammate *Simonidis* LXXII. ubi vide not. *Philammon* illustris pugil, de quo praeclarus locus ap. *Demosthen* pro Coron. p. 331. 1. ed. R. Athenienfem vocat eum *Eustath.* Il. ψ. p. 1324. et *Suidas* in Φιλάμμων. Cf. *Themistium* Or. XXI. p. 249. Nostri loci *Corsinus* si memor fuisset, plura de hoc pugile ex *Brodaei* notis potuisset dare. — V. 241. *Charidemus*, orator et dux Atheniensium, unus eorum, quos Alexander, ut faces belli, sibi tradendos poposcerat. Vide *Arrian.* de Alex. Exped. I. 10. 8. et 11. *Wesseling.* ad *Diodor.* T. II. p. 181. 6. — V. 243. *Melampus* oracula reddenti similis. — μαντευτάων. Vulgo. — V. 245. θεοτερπέα ἄεθμα. divinam oraculorum vocem. — τιταίνων. Vat. Cod. — V. 246. *Panthus*, Trojanus, et quidem primoribus Trojanorum annumeratus, simul cum *Thymoete* commemoratur ap. *Homer.* Il. γ. 146. — V. 247. Ἀγγιμάων: Vat. Cod. — V. 249. ἀμφασίης πλέγματι ἀλυσίεσσ. *Alta virum mersere silentia*, eleganter *Grotius*, tumorem Graeci poëtae nonnihil compescens et constringens. — Videbatur *Thymoetes* consilium contexere, quibus res Trojanas adjuvaret. ἔτι, etiamnum, quamvis aëneus. Sic haec fortasse expediri debent, *Christodori* ingenio convenienter; quamvis ἔτι et jejunum nec satis perspicuum. *Heynius* comparans *Virgil.* Aen. II. 30. ubi Thymoetes Trojanos, ut equum durateum intra urbem ducerent, primus hortatur, verba *Christodori* sic explicat: adversus Trojanos consilia animo volvens; suspicatus praeterea, ἐνὶ Τρωσί fuisse lectum. Ceterum idem Thymoetes phrygiae poëseos inventor fuisse dicitur ap. *Diodor. Sic.* T. I. p. 237. — V. 251. 252. vulgo leguntur post v. 255. *Clytius* et *Lampus*, principes Trojanorum. Il. γ. 147. Ille manus constringebat, quo dolorem ob urbem captam

significaret. *Lampus* tristitia affectus videbatur, quod nullum amplius Trojanis servandis reperiret consilium. Λάμπος legendum esse vidit *Brodaeus*, cum in Vat. Cod. et in edd. Λάμπων legatur, in quo non haesit *Bapt. Pius* in Annot. Poster. Syll. III. c. 192. (*Gruter*. Lamp. crit. T. I. p. 571.) Caeterum v. 253 – 255. leguntur in Vat. Cod. post v. 258. — V. 256. *Isocrates*, dicentis habitu. Obscuriora sunt verba ἀφωνήτῳ πόνῳ, pro ἀφώνητον. Quamvis te mutum finxit ars, tamen loqui videris. — I. 466.] V. 259. *Amphiaraus* vates, coronatus, subtristis, praedicere videtur Argivis, neminem eorum ex bello Thebano rediturum esse. — V. 261. βιώκτιτος. Vat. Cod. — Quid *Christodorum* commoverit, ut vocem ἀνδράσι bis poneret, sine ulla gravitate, non satis intelligo. Fortasse alterum depravatum est. — V. 262. ὑπότρομον. Vat. Cod. — V. 263. *Aglaus*, vates, Polyidi, et item vatis, pater habitus. Hunc tamen omnes *Coeranum* appellare solent. Vide *Heynium* in Not. ad Apollodor. p. 546. Quare *Christodorum* in nomine peccasse, ita ut epitheton pro nomine proprio haberet, suspicatur *Heynius* in Commentat. l. c. p. 15. — φασὶν μαντιπόλων – Πολυΐδου. Vat. Cod. — Pro χρυσεμπορέως, quod ex membr. receptum est, vulgo χρυσομολόγος legitur. — V. 266. *Apollo*, cincinnis in humeros defluentibus conspicuus. — ἀναιρεπόμενος Vulgo. — V. 267. ἀθμίτροισι – χαίτην. Vat. Cod. posterius etiam in edd. habetur. Male. Ipsi enim capilli cum floribus comparantur. Similiter *Theocrit*. Eid. XIX. 23. χαίταις δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισιν ἔχοντα. — V. 270. πλόκαμα. Vat. Cod. — V. 271. *Ajax*, Telamonis filius, imberbis, comas mitra revinctus, patris formam et fortitudinem referens. Falsum nomen aeri adscriptum fuisse, suspicatur *Heynius* p. 15. — V. 276. ἀνέφαινε ἄγερον. Vat. Cod. — V. 277. *Sarpedon*, Lyciorum dux, insigni robore conspicuus, genis prima lanugine florentibus, nudo corpore, nisi quod galea tegeba-

tur caput. ἄκρα χάρασσε γενειάδος. ut v. 211. ἄνθεϊ λαχνήεντι γενειάδες ἄκρα χαράξαι. — V. 282. ἀντέτρεψεν. Vat. Cod. ut etiam v. 294. μῦθον δ' ἀντέτρεψεν ἀπειλήν. pro ἀνέστρεψεν. — V. 283. Tertia *Apollinis* statua. Adstabat deus cincinnis humeros circumfluentibus. τερποδιλλέλος: Vulgo. Cf. v. 72. De Apollinis coma multi dixerunt, etiam h. l. laudans *Tristanus* Comment. Histor. T. I. p. 79. — I. 467.] V. 289. Tertium *Veneris* simulacrum; vestis obumbrabat sinum, et cestus ambibat papillas. Ex hoc loco *Heynius* judicat p. 23. diversum fuisse cestum a cingulo, quo vestis circum femora constringebatur. — V. 291. Achilles imberbis, sine galea, dextra hastam, laeva scutum attollere visus, audaciam spirans et in oculis Aeacidarum virtutem ostendens. — V. 292. „In hoc uno loco liberiori conjectura usus sum: „Vulgo legitur:

„γυμνὸς ἐὼν σακέων· ἐδόκευε μὲν ἔγχος ἀείρειν
„δεξιτερῇ, σκαιῇ δὲ σάκος χάλκειον ἀείρειν.

„Quae absurda et sibi contraria sunt. Nam si Achillem „aes exhibebat σακέων γυμνόν, altero versu dici non potuit „σκαιῇ σάκος χάλκειον ἀείρειν. Repraesentaverat eum arti„fex nudo capite, γυμνὸν κόρυθος, ut heroum omnium „pulcherrimi venusti oris decor, nullo imminutus tegmi„ne, magis appareret. Caetera armatus erat.“ *Br.* Audax haec conjectura certe non in textum recipi debuit. Fortasse ne depravata quidem vulgata lectio, sed acumen habet, non probandum illud quidem, sed *Christodori* aevo et indoli condonandum. Nudum artifex Achillem repraesentaverat, sed in toto ejus habitu tam expressa erat fortitudinis et bellicae virtutis imago, ut spectantium oculos falleret, qui arma gerere et hastam vibrare putarent eum, qui inermis adstabat. — V. 294. ἀντέτρεψεν. Vat. Cod. ut supra v. 282. — V. 295. τεθηγμένος. audacia incitatus. *Aeschyl.* VII. c. Theb. 721. τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ. Cf. *Valckenaer.* ad

Hippol. p. 239. E. — Pro αἱ γὰρ Vat. Cod. εἰ γὰρ legit. — V. 297. *Mercurius* ad exsequenda patris mandata sese accingens, oculis in altum conversis, quasi ad Jovis verba attendens; dextra manu calcei alati vincula adstringebat, laevam tendebat versus dextrum pedem, genu inflexo. Status itaque, si recte assequor, videtur fuisse hic, ut dextro pedi inflexo talaria adaptaret, dextra manu admota, laeva versus eam protenta: fere eo habitu, quo Iasonem videmus, ante Qu. Cincinnatum vulgo dictum, et quo Aen. L. IV. 239. *et primum pedibus talaria nectit aurea. Heynii* verba sunt l. c. p. 8. — V. 301. χεῖρα ταθεῖσαν ἴεν. Vulgo. — V. 302. ἐπιπροφέροντες. Vulg. — V. 303. *Appulejus*, cujus magna fuit cum eloquentiae tum multo magis artis fama. Ad magiae scientiam referebat *Brodaeus* ὄργια ἄφθεγκτα, quae equidem de eloquentia et poëtica facultate accipere malim. De Musarum sacris *Propert.* III. 1. 4. *Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos Itala per Grajos orgia ferre choros.* De Democriti sapientia noster v. 133. λεπτὰ μαιομένων πολυίδμονος ὄργια Μούσης. Epitheton ἄφθεγκτα aut simpliciter ornat, quatenus omnia orgia ἄφθεγκτα sunt et ἄῤῥητα; aut eo referendum, quod de statua agitur. Similiter supra v. 71. μέλος δ' εὔϋμνον ὑφαίνειν Σιγαλέαις ἤσκησεν ἀναψαμένη φρένα Μούσαις. et v. 109. Erinna ἐπὶ σιγῇ Πιερικῆς ψαλάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης. — V. 304. μονολύϊος. Vat. Cod. — ὄντινα. quem latina Seiren (eloquentia) initiavit ineffabili sapientiae. Σειρῆνες pro facultate persuadendi passim in hoc carmine et alibi. Cf. *Abresch.* Lectt. Aristaen. p. 5. *Bergler* ad *Alciphron.* p. 179. — V. 306. Diana neque arcu neque sagitta instructa; vestis ad genua usque adducta, crines nullo vinculo cohibiti, sed libere vagantes. — V. 308. ἰοδόκην. Vat. Cod. — V. 309. λεγνωτόν. Ducta sunt haec ex *Callimachi* H. in Dian. v. 11. ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα ζώννυσθαι λεγνωτόν, ὄφρ' ἄγρια θηρία καίνω. ubi multa de

χιτῶνι

χιτῶνι λευκωτῷ disputavit *Spanhem.* p. 173. sqq. Adde *Interpp. Hesych.* v. λέγνα. Non fimbriata vestis erat, sed virgata potius, virgulis aureis aut purpureis utrimque in veste adsutis aut intextis. Vide *Polluc.* VII. 14. — V. 310. ἐνεμμένη πλεκάμου α. Vat. Cod. — T. 468.] V. 311—350. *Homeri* statua fuse et paulo elatiore spiritu describitur; quare adscripsit nescio quis in marg. Vat. Cod. v. 320. ἠράσθης, ὦ φίλος, τοῦ κάλλους καὶ τῶν λόγων Ὁμήρου καὶ τοῦτον πατέρα τὸν ἐκάλεσας διὰ τὴν τὴν εὐφωνίαν καὶ, ναὶ μὰ τοὺς λόγους, οὐ μακρὰν ἧς τῆς ἐκείνου ψυχῆς καὶ τῶν ἐκείνου χαρίτων. Fere eodem modo Homeri imaginem delineasse *Cedrenum* Hist. Comp. p. 369. sq. monet *Heynius* p. 19. qui eum *Christodori* versus ante oculos habuisse suspicatur. — V. 311. »Omnino scribendum »ἔμφρονα χαλκὸς Ὅμηρον ἐδείκνυεν, et sic scripseram, quod »nescio quo casu, aut qua oscitantia inter corrigendum »folium mutatum fuit.« *Br.* Felici igitur casu typothetae non obtemperarunt viro clarissimo, qui sanam scripturam tentavit, poëtae mentem minime adsecutus. Vulgaris quidem dicendi ratio ita tulisset, ut diceretur, metallum Homerum ostendere quasi animatum, neque quidquam ei deesse praeter vocem; sed *Christodorus* communia mutavit et argutius extulit, Homerum dicens a sculptore fictum ipsi metallo animam mentemque tribuere. Plane eodem acumine v. 117. Pericles καὶ αὐτῷ χαλκῷ ἐνεπνεύσατο δημηγόρον ἦθος ἀνάπτειν dicitur, et v. 168. Helena καὶ αὐτῷ χαλκῷ κόσμον ἔδωκε πανίμερον. Haec vulgatae lectionis sinceritatem abunde adstruunt. — V. 313. θυιὰς τέχνη, facultas poëtica; quia male sani poëtae. V. 39. de Hesiodo, χαλκὸν ἐβιάζετο θυιάδι λέσχῃ. — V. 314. ἐμῇ. Vat. Cod. — Deus hoc signum simul cum ipso Homeri corpore finxit; mortalis enim viri opus esse nequit. — V. 316. θάσσων. Vat. Cod. — V. 317. Minerva, simul cum Apolline in Homero habitans, et divinos illos cantus edens, illum manibus suis finxit. —

V. 318. ἐπισταμένη τόνπερ ᾔκουσεν. Vat. Cod. — V. 320. δ' post πατὴρ omittit Vat. Cod. — V. 322. τοῦτο. Senectus ipsa ei venustatem aliquam et amoenitatem conciliabat, cum grata dignitate commixtam. Pro κεκέραστο Vat. Cod. solemni errore καὶ κέραστο. — V. 325. Cervix paululum incurvata erat, sive ut desuper spectantis, sive ut senis annorum pondere gravati. — βότρυς χαίτης. Similia comparavit *Lennep.* ad *Coluth.* p. 42. — V. 329. ἐπαύετο ex ed. Ascens. assumsit Stephan. In antiquioribus edd. ἀπεπαύετο, quod ex optimo Vatic. emendatum est. — V. 332. σαοφροσύνη κουροτρ. Ad sapientiae praecepta referendum videtur, quibus pueri Homericorum carminum lectione imbuebantur. — ὀφρῦς. Supercilia valde prominentia finxerat statuarius, ut caecos viri oculos celaret. Hinc factum, ut non caecus esse videretur, sed cavis oculorum sedibus venustas quaedam insideret. In membr. ora scripta haec nota: τυφλὸς ἦν ὁ πλάστης αὐτόν, ἐπεὶ Ὅμηρος πολλῶν ἀνδρῶν ἔβλεπε κρείττω. Memineris verborum *Velleji* L. I. 5. 4. de Homero: *Quem si quis caecum genitum putat, omnibus sensibus orbus est.* — V. 337. τοῦτο τέλεσσε. Vat. Cod. et vulg. — ¶. 469.] V. 341. Αἰδώς. Hanc cum Virtute junxit Timotheus ap. *Plutarch.* T. II. p. 323. B. αἰδῶ συνεργὸν ἀρετᾶς δοριμάχου. — V. 343. ὠδίνουσα. Cogitasse nostrum puto de fabula illa, quae de Pindaro puero circumferebatur, apes in ejus ore mellificasse. Vide ad *Antip. Sidon.* Ep. XLVIII., et quae notavimus in Exercitt. crit. T. II. p. 101. — V. 344. Baculo nititur senex, manu manui imposita. — ἀλλήλῃσι. Vulgo. — V. 345. Caput ad dextrum latus nonnihil inclinatum, eum Apollinem dictantem audire Musarumve aliquam prope adstantem, videtur significare. — V. 348. νόος πεφόρητο. Ad varias res convertit mentem ex penetralibus pectoris quasi emissam et solutam. Similiter *Aristoph.* Nub. 759. ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα, λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθην τοῦ ποδός. —

V. 351. *Pherecydes*, coelum ſpectans, tanquam ſedem ſapientiae. Mira locutio, σοφίης κέντρα νομεύειν, de viro in philoſophia regnante. Ducta videtur imago ab agricola ſive auriga, ſtimulo, κέντρῳ, armato et jumenta regente. νομεύειν h. l. idem quod νωμᾶν. — V. 354. *Heraclitus* Epheſius, generis humani imbecillitatem plorans et miſeriam. Cf. *Lucian.* Vitar. Auct. §. 14. T. III. p. 96. — V. 357. *Cratinus*, veteris comoediae auctor, qui mordaces jambos in improbos Athenienſium demagogos acuere ſolebat. Ἴωνας Athenienſes ab eorum origine vocat. ἰδέεσσιν. Vide ad v. 28. — θυμοδακεῖς ἰάμβους. Cf. ad *Meleagr.* CXIX. T. I. P. I. p. 132. et ad *Hadriani* Ep. V. T. II. P. II. p. 326. — V. 360. κῶμον. comoediam exornans et ad altiorem laudem evehens. — V. 361. Juxta eum, ut videtur, *Menander* erat poſitus, novae comoediae auctor et quaſi ſidus. — ἔρωτας παρθενικῶν. quod praecipuum comoediae novae argumentum. — V. 364. Jambos venuſtiſſimos indotatae virginitatis raptores vocans, ſuo more rem vulgarem exornare cupiens, obſcurus evaſit. Num etiam haec verba ad Menandreae comoediae argumentum referenda ſunt, cujus haud contemnenda pars erant vitiatae virgines et furta amoris; an potius ipſum novae comoediae inventum κορείης vocabulo ſignificavit, ut jambi Menandri Comoediam virginem ſibi vindicaſſe, eamque ἀέδνωτον, a nullo alio poëta dotatam (i. e. cultam et exornatam) primi duxiſſe dicantur? Durum hoc, fateor, ſed a *Christodori* ingenio fortaſſe non alienum. — ¶. 470.] V. 367. *Amphitryon* laurea coronatus et propterea vati ſimilis; ſed laurus, poëta interprete, victoriam de Taphiis reportatam ſignificabat. — V. 370. ἐφάρμενον. Vat. Cod. — V. 372. *Thucydides* conſpiciebatur meditabundus eoque habitu, qui oratoriam facultatem, in ejus hiſtoria conſpicuam, ſignificaret. δημηγόρον ἦθος ἱστορίης, genus eſt hiſtoriae eloquens, ſive quod ei in-

textae sint orationes, sive quod narratio oratoriam colorem habeat. — V. 374. Manum attollebat, etiamnum bellum inter Spartanos et Athenienses recitare visus. Carmini epico Thucydidis historiam poëta comparat, cum propter argumentum, tum propter rerum contextum; magis tamen ob prius. Manus sublata et rhapsodo et oratori convenit. — V. 375. sequenti postponit Ed. pr. Flor. quem errorem sqq. edd. correxerunt. — ξυνοριάδων. Ed. pr. Flor. — ἀμητῆρα lyrice de bello, qui pugnantes *metit*. (Cf. *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* X. 146. et *Burmann.* ad *Valer. Flacc.* III. 670.) *Incertus* in Heroic. ἐλέγειον. XXI. 25. (T. III. p. 147.) Ἑλλάδος ἀμάων ἄγαμον στάχυν. *Philostratus* Heroic. p. 690. de Ajace: τοὺς τὰ παίδια ἀποκτείνοντας θεριστὰς ἡγεῖτο μέγα μηδὲν ἀμῶντας. Plura hujus generis collegit, *Aeschyli* versum eximie corrigens, *Valcken.* in Diatr. p. 225. Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ γ' ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν στρατοῦ. — V. 377. *Herodotus*, qui priscorum virorum gloriam, cum eorum, qui in Asia, tum, qui in Europa floruerunt, novem libris conditam Musis dedicavit. — Ἁλικαρνασοῦ, uno σ, plurimae edd. veteres; *Stephanus* Ἁλικαρνασσοῦ. — In fine versus Vat. Cod. θέσπις ἀηδών, cui in posterum vulgata lectio ἀοιδὸς cedet. — V. 379. δοιάς. Vat. Cod. — Ionicae dialecti suavitatem cum facundia conjunxit. — V. 382. *Pindarus* ab ipso Apolline artem musicam edoctus. — V. 384. Βιάτιοιο. Vat. Cod. — V. 386. λιγυροῖσι et mox ἀνεπλέξαντο Vat. Cod. De fabula vide *Pausan.* IX. 23. p. 755. et not. ad vers. 342. — 388. *Xenophon*, auctor historiae de Cyro, Platonicae eloquentiae aemulus. De Anabasi hunc locum accepit *Brodaeus*; fortasse recte: nec tamen male Cyropaediam intellexeris. — λιγαίνειν. Vat. Cod. — φιλέγγραπτος μελέτην sapientiae studium esse videtur. Philosophiae igitur cum historia conjunctionem miratur in *Xenophontis* opere. — V. 393. Prope Xenophontem adstabat signum, cui *Alcmaeonis* vatis nomen appositum erat;

cum tamen ei laurea corona deesset, *Christodorus* suspicabatur, *Alcmanis* nomen reponendum esse. Cui suspicioni obloquitur *Brodaeus*, non vatem, sed alium quendam Alcmaeonem, Atheniensem, illa statua repraesentatum esse existimans. Hic enim suorum civium primus Olympiae vicerat, teste *Herodoto* VI. 125. Sed mentem *Christodori* non recte percepisse *Brodaeum*, bene monuit *Huetius* p. 37. qui post *Salmasium* ad *Solin.* p. 580. D. E. notavit, idem esse nomen Ἀλκμαίων et Ἀλκμάν, nec igitur *Christodorum* nomen basi insculptum mutare, sed interpretari. Unice huc facit *Eustath.* ad Il. ξ. p. 1379. 12. de verbo καιάων agens, γίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ παιάν, ὡς Ἀλκμάων Ἀλκμάν, καὶ Ἀμυθάων Ἀμυθὰν παρὰ Πινδάρῳ. Notandum, membranas Vat. non Ἀλκμαίων exhibere ap. nostrum, sed Ἀλκμάων, plane ut ap. *Eustathium*. Hunc Doriensium metaplasmum attigit *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoeniss. p. 65. — ¶. 471.] V. 394. ὁ βοώμενος. illustris ille vates, Amphiarai filius, cujus pietatem et furorem tragoedia repraesentavit. — Pro οὐδ'. Vat. Cod. οὐ legit. — V. 398 – 406. In his poëta *Pompeji Magni* laudem cum laude Anastasii imperatoris connectit. Fictus erat ille gladios pedibus calcans, quod de victoria de Isauris interpretatur noster, ut inde occasionem caperet laudandi Anastasii, qui de Isauria triumphaverat. Attingebat Isaurica regio Pamphyliam et Ciliciam, cujus provinciae partem Isauri, gens bello et latrociniis dedita, invaserant. Jam cum Pompejus de piratis Cilicibus triumphaverit, idem h. l. victoriam de Isauris reportasse dicitur. De latrociniis Isaurorum et bellis Romanorum cum hac gente vide *Fabric.* ad *Dion. Cass.* L. LV. p. 880. 51. — V. 403. Anastasium a Pompejo descendisse, commentum sive poëtae, sive aulicorum. Obscura enim hujus Imperatoris origo, de qua vide *Du Cangium* de Famil. Byz. 85. De ejusdem conditione, antequam solium Caesarum adscendit, egregie

disputavit *Villoison.* in Anecd. T. II. p. 30. sq. not. 2. — V. 406. λιπέας. Vat. Cod. et ἴδεα γαίης. ἔνθεα Ald. 1. et Asc. — V. 407. *Homeri* altera statua; at non antiqui illius, sed recentioris imaginem esse suspicatur Noster. Erat hic Myrus, Byzantinae, filius, qui sub Ptolemaei Philadelphi regno tragoediae operam dedit. Vide *Menag.* ad *Diogen. Laert.* IX. 113. — V. 410. Μοιρώ. Vat. Cod. solemni circa hoc nomen errore. — πινυτήν. Vat. Cod. et antiq. edd. usque ad Stephan. — V. 412. κεῖνος γάρ. Vat. Cod. et Plan. — V. 414. Ultimum locum occupat *Virgilius*, alter Homerus. — Θυμβριάδι ἠχώ. Lingua Latina. — Nomen poëtae Βεργίλλιος effert Vat. Cod. ut etiam ap. alios Byzantinos scriptores reperitur. Vide *Fabric.* Bibl. Lat. T. I. p. 305. ed. *Ernest.*

¶. 472.] *II.* Cod. Vat. p. 317. „Hoc Epigramma „edidit Berkelius ad Stephan. p. 347. — Factum est, „ut et sequens etiam Epigr. in Joannem praefectum „Illyrici sub Anastasio, qui et consul fuit, ut alterum „testatur Epigramma, cujusque consulatus ad annum D. „refertur a Du Cange in Famil. Byzant. p. 86." *Br.* Post *Berkelium* edidit *Jensius* nr. 117. *Reiske* in Anthol. p. 161. nr. 768. — V. 1. „Cod. αὐτός, pro quo κλεινός „melius videtur: *Reiskius* contra metrum κλυτός: at „κεῖμαι recte in κεῖται mutavit. Ab eo etiam v. 2. ἀριφα„νέων sumsi; cod. ἐπιφανέων." *Br.* Optima *Reiskii* emendatio in versus exitu; nam urbs Epidamnus loquitur; at initio αὐτὸς neutiquam sollicitandum erat. Fefellit clar. editorem verbum κεῖμαι, quod h. l. non de cadavere in terra posito, sed de statua Joannis accipiendum est. Hoc sensu *Euripid.* in Hecub. v. 16. γῆς ὀρθ' ἔκειθ' ἐρείσματα, *stabant.* quam lectionem a quibusdam sollicitatam tuetur *Markland.* ad Suppl. v. 665. p. 163. κεῖμαι idem quod εἶναι significare judicans; non satis subtiliter. *Ponendi* significatio in eo obtinet, cum θρόνος, τράπεζα

κεῖσθαι dicitur; de quo vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 453. Jam cum de statua h. l. agatur, sponte apparet, verissimum esse αὐτὸς Ἰωάννης, quibus, ut multis aliis in locis, expressa signi cum homine similitudo indicatur. *Julian. Aegypt.* Ep. XL. αὐτὴν Θεοδότην ὁ ζωγράφος. In Stat. Athlet. Ep. VIII. αὐτὸν Πορφύριον μὲν ἀπηκριβώσατο χαλκῷ Ὁ πλάστης. Cf. Ep. ἀδέσπ. DXIV. — V. 3. Μουσάων. Vat. Cod. Liberalitatem Joannis erga poëtas his verbis laudari existimo, qui Epidamnum adducti ipsam urbem praesentia et carminibus suis illustrarunt. — ὅς πλέον. Vat. Cod. ὁ emendatum in marg. ap. Guyet. ξένιος δαίμων, *hospitalitas*; similiter ut *Euripid.* Hecub. 345. πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία, pro, *supplicationem.* εὐρύνας, i. e. αὐξήσας. Insigniter itaque hospitalitatem exercebat ille. Sic mihi haec commode explicari posse videntur. Aliter tamen *Reiskius*: »Joannes civitate Epidamnius erat, non ori»gine; Lychnide enim, urbe Illyrii, oriundus erat. »Propterea urbs, loqui ficta, eum ait erga se amplificasse »beneficentiam hospitalis alicujus numinis, i. e. amplissi»mis beneficentiae modis excepisse Epidamnum, velut »peregrinum ad se venientem, quibus ullum numen »hospitale peregrinos ad se venientes excipere queat.« Mihi haec interpretatio obscura et contorta videtur. — V. 5. παμφόρβην. pascentem manum et alentem. — ἥντινα μούνην. Sensus est: cum in omnibus aliis rebus modum sibi statuisset vir insignis temperantiae, in una beneficentia modum et fines non noverat; nullos manui suae beneficae fines praescripserat. — Versus brevior in membr. nonnihil depravatus: μέτριον ἀριζόμενον. μέτρον emendavit *Salmasius.* *Reiskius* scribebat: ἥντινι μούνῃ οὐκ ἔτ' ἔθ' μέτρον ὁριζόμενον. Brunckiana lectio doctior est et *Christodori* ingenio accommodatior. (In ed. Lips. omissum colon in fine versus.) — V. 7. Post νύξησε lacuna est in Vat. Cod. quam sagaciter implevit *Reiskius*, qui etiam ὑπήνην in ἀπήνην mutavit. ἀπήνη, *carruca*, supra-

mae dignitatis insigne. — V. 11. ἰάνας apogr. Goth. non ἰάδεας, ut *Br.* in Vat. Cod. extare ait. In fine carminis autem γινομένων ibi legitur. Joannes Musarum antistites amore plus quam paterno amplectebatur. Cf. ad vers. 3. — Caeterum *Reiskius Du Cangio* oblocutus hunc Joannem Anastasii Dicori generum fuisse putat. Ejus sententiae rationes ap. ipsum vide. Cf. *Br.* ad *Julian. Aeg.* Ep. LXIX.

III. Vat. Cod. p. 316. sq. Plan. p. 191. St. 279. W. Inficete poëta in nomine patriae ejusdem Joannis ludit. — V. 1. Ἐπιδάμνου ἄστρον, propter honores magna cum laude in illa urbe gestos. — ἦν πρὶν Vat. Cod. Ab Heraclidis conditam esse Epidamnum, auctor est *Thucydid.* L. I. 24. ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τῶν ἀφ' Ἡρακλέους. quem locum cum nostro contendit *L. Holstenius* ad *Stephan. Byz.* p. 115. — μέρμερος ἥρως de Hercule interpretatur *Brodaeus*, quod sensum idoneum non facit. De ipso Joanne accipe, qui improborum audaciam contudit, secutus exemplum Herculis, cujus tota vita perpetuum contra improbos bellum fuit. — μέρμερον. Vat. Cod. — V. 5. εὐσεβῶν. Vat. Cod. — V. 6. Λέχναιον vulgo; sed vera est lectio membr. Λυχνιδόν. Cf. *L. Holsten.* ad *Stephan.* p. 194. Quae *Christodorus* h. l. de hujus urbis originibus tradit, aliunde cognita non habemus. — V. 7. λύχνος, lychnus, Joannes Heliconis, quia Lychnide ortus. Merito hunc lusum *Brodaeus* frigidum vocat; nec, quae sequuntur, minus inepta sunt: Quia Cadmus Graecos literas docuit, Joannes autem ex urbe a Cadmo exstructa originem ducebat, doctissimus hic erat et Heliconis ornamentum! — V. 8. ἀμέλαμψε. Vat. Cod. Fortasse:

ἀμ' ἔλαμψε.

ISIDORI AEGEATAE
EPIGRAMMATA.

T. 473.] *I.* Vat. Cod. p. 371. Εἰς πολύπουν καὶ λαγωόν. — Ἰσιδώρου Αἰγεάτου. In Plan. p. 61. St. 88. W. gentile varie exhibetur. γεαδότου Ed. pr. Flor. Ald. 1. 3. αἰγεάτου. Ald. 2. et Nic. Sab. αἰγειώδοτου Ascens. et Steph. — Idem argumentum tractavit *Antiphil. Byz.* Ep. XXIII. et *Bianor* Ep. II. — V. 1. Τύννιχος. Sic ultro emendavit *G. Koen.* ad *Gregor.* de D. p. 135. quod Laconicum nomen occurrit ap. *Dioscorid.* Ep. XXXIII. et ap. *Polyaen.* V. 23. Emendationem Vat. Cod. confirmat. Vulgo γύννιχος. — εἰς γῆν man. rec. in Vat. Cod. addidit. — V. 3. ὃ δ' ἐφ', et ἐνέδησε vulgo. — V. 5. Tynnichus polypum in mare conjecit, qui se, leporis munere, quasi redemerat. — δ' post ἀγρευθεὶς omittit Vat. Cod.

II. Vat. Cod. p. 248. Plan. p. 246. St. 357. W. cum lemmate: ἀπὸ ναυηγοῦ πρὸς γεηπόνον, quod tamen desideratur in Ed. pr. Flor. Cautius is, qui lemma scripsit in Vat. Cod. εἰς τάφον ἐπὶ χέρσας κείμενον ἀροτρευομένης. nam naufragum hîc loqui, ex ipso quidem Epigrammate non cognoscitur. Serius alius in iisdem membr. versui primo appinxit haec: ἀπὸ ναυηγοῦ πρὸς γεωπόνον. Expressum est ex *Heraclid. Sinop.* III. T. II. p. 261. — V. 1, τῆς β. Vat. Cod. — V. 3. τοιαύταν. Vat. Cod. — De ὕνις vide ad *Philippi* Ep. XIV. T. II. P. II. p. 157.

III. Vat. Cod. p. 291. Ἰσ. αἰγεάτου εἰς Ἐτεοκλέα ναυαγὸν ἐν τῷ τυῤῥηνικῷ πελάγει ναυηγήσαντα. Plan. p. 257. St. 372. W. Eteocles, cujus naufragium hoc carmine memoratur, antequam mercaturam exercere instituisset, agrum coluit. Elegans Epigramma et nativa venustate commendabile. — V. 1. ἐκ γεωμορίης vulgo. Hîc praenomen μοι desiderari, acute intelligens *Scaliger*, in not.

msc. εἴλκυσέ μ', ὀθνείης — tentavit. — Ὀθνείη ἐργασίη, peregrinarum mercium permutandarum et comparandarum negotium. — V. 3. ἀλλάμενοι. Vat. Cod. — V. 4. κείνης ὕδασιν. maris Tyrrheni undis. Paulo jejunius pronomen κείνης. — V. 5. ἐμβρίσαντος. Vat. Cod. et edd. vett. usque ad Steph. ἐμβρίσαντος probabat etiam *Scalig.* in not. msc. — V. 6. αὐτός. Vat. Cod. Vaeh ventus, qui aream perflat, nimium diversus ab eo, qui vela implet! Venustum hoc. Agricolae ingemiscentis et novam inexpectatamque rem mirantis vocem nobis audire videmur. — ἀλωάς. in ventilatione puta.

¶. 474.] *IV.* Vat. Cod. p. 250. Ἰσιδ. αἰγεάτου εἰς Νικόφημον ναυηγήσαντα ὑπὸ δίψους ἐν τῇ θαλάσσῃ. In Plan. p. 247. St. 358. W. *Isidori* nomini gentile non additum. Ex cod. emendatum protulit hoc carmen *Dorvillius* ad haec *Charitonis*. L. III. p. 46. de piratis: θαλαττεύσαντες πολὺν χρόνον, ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν τῶν ἀναγκαίων, μάλιστα τοῦ ποτοῦ καὶ — διψῶντες ἀπέθνησκον ἐν χρυσῷ. — V. 2. κύματος vulgo et in Vat. Cod. ubi praeterea κατ' ἔκλυσεν. Enotavit *Dorvill.* l. c. p. 272. lectionem in Cod. marg. κύματ' οὐ, quam certe in Vat. Cod. non reperit. Huic conjecturae – nam Viri Docti conjecturam esse vix dubito – ille praeferebat, et recte quidem, ut mihi videtur, emendationem *Huetii* p. 23. ἀλὸς Λιβύσσης κύμασιν κατέκλυσεν. Nec tempestas, nec siderum occasus Nicophemum Libyci maris fluctibus merserunt. — V. 4. πλόῳ. Vulgo et in Vat. Cod. quod a cl. editore mutari non debebat. ἀπνόῳ πλόῳ idem est, quod νηνεμίᾳ, qua quasi vinctus et impeditus ille periit. — Mox vulgatum δίψης cum lectione membr. δίψευς commutavit *Dorvillius*. Facit huc etiam alius *Charitonis* locus L. III. p. 48. ἐξαπίνης δὲ πνεύμασιν ἐξωσθῆμεν εἰς ταύτην τὴν θάλασσαν· εἶτα γαλήνης μακρᾶς γενομένης δίψει πάντες ἀνηρέθημεν. — V. 6. venti nautis perniciosi et flantes et cum silent.

V. Vat. Cod. p. 229. Ἰσιδώρου Αἰγεάτου. Sine gentili in Plan. p. 240. St. 349. W. In Eumelum aucupem, qui tenui victu contentus libertatem servabat, neque unquam ad serviles artes descendere necesse habebat. — V. 3. ξανθὴν χέρα. De parasitorum humilitate in patronorum manibus osculandis vide, praeter ea, quae *Brodaeus* collegit ad h. l., *Barthii* Not. ad *Statii* IV. Silv. I. 3. et ad *Claudian.* Rufin. II. 443. Ad nostrum inprimis facit Ep. Anthol. Lat. L. III. LXI. p. 498. *Parvula securo tegitur mihi culmine sedes — Si vero alitibus fraudem contexere * * * Seu magis imbelles libuit circumdare cervos, Aut tereti lino pavidum subducere piscem: Has tantum novere dolos mea sordida rura. I nunc, et vitae fugientis tempora vende Divitibus coenis.* — V. 6. In voce πτερὰ explicanda fluctuat *Brodaeus.* Primum noctuas esse putat, quarum pellibus, foeno impletis, aucupes utantur ad alliciendas aves; deinde retium genus esse suspicatur, perperam laudans *Gregorium:* καὶ ἰξευτὴς καλάμους οἰκοδομεῖ, καὶ ὑποβλέπει πτέρθους καὶ περιεργάζεται πτερὸν ὄρνιθος — ubi ipsa avis, cujus plumas auceps visco tangere conatur, intelligenda est. Alia igitur anquirenda interpretatio. Sunt πτερὰ aves, quibus aucupes ad decipiendas aves utebantur. *Eutecnius* de Aucup. L. III. c. I. p. 193. varias aucupii rationes recensens, aucupem, ait, uti ἰξῷ, ἢ θριξὶν ἱππείαις, ἢ λίνοις κ. τ. λ. deinde etiam συμφύλοις ὄρνισι. Conf. *Simmias Rhod.* Ep. IV. T. I. p. 204. et *Wernsdorf.* ad Poëtas min. Tom. I. p. 126. seq.

ISIDORI SCHOLASTICI

EPIGRAMMA.

Vat. Cod. p. 151. Ἰσιδ. σχολ. βολβυθιώτου. Plan. p. 417. St. 553. W. Gentile in Vat. Cod. additum Salmaf. in not. mſc. in βαλβυτιώτου mutandum cenſebat. Βαλβυτίνη urbs Aegypti. Idem poſtea βολβιαιώτης emendabat, a Bolbis, urbe Cariae. Fingit Epigrammatis auctor, Endymionem, ſenem factum, Lunae torum et ſtragulam veſtem, qua ille torus inſtratus erat, dedicare. — μάτην μίμνοντα. fruſtra adventum tuum expectantem. ἀπεῤῥίκτου. otioſi lecti. In re amatoria paſſim hujus verbi uſus. *Philodem.* Ep. V. τοὔνεκ' ἐν ἀπεῤῥίκτοισι καθήμεθα. *Strato* Ep. LXXIX. ὄρχεις ἄπρηκτοι. — V. 2. σοὶ φίλος. Vulgo. σὸς ex Cod. Vat. emendavit *Salmaſius.* — V. 4. πάζει. Vat. Cod. et Ed. pr. Flor. Vulgo male σώζει.

DAMASCII PHILOSOPHI

DISTICHON.

T. 475.] Vat. Cod. p. 294. Plan. p. 235. St. 341. W. In Zoſimam, ſervam ingenuae indolis, morte ſervili conditione liberatam. — μόνῳ τῷ σώματι. ut ap. *Sophoclem* in *Stob.* Tit. LX. p. 384. τὸ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος. et *Euripides* ibidem: πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρόν, ἡ δὲ φρὴν τῶν οὐχὶ δούλων ἐστ' ἐλευθερωτέρα. Quod autem Zoſima dicitur morte etiam corporis libertatem adepta eſſe, id ad liberum ſepulchrum referendum eſt, quo domini bonos ſervos honorare ſolebant. Cf. *Dioscorid.* Ep. XXXV. *Martial* L. I. Ep. CII. de ſervo Demetrio: *Ne tamen ad Stygias famulus deſcenderet umbras, Ureret implicitum cum ſcelerata lues, Cavimus, et domini jus*

omne remisimus aegro: Munere dignus erat convaluisse meo. Sensit deficiens sua praemia, meque patronum Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

QUINTI SMYRNAEI [1]

EPIGRAMMA.

„Extat in Planud. p. 308. St. 448. W. absque „auctoris nomine, qui e Joanne Tzetza notus Chil. II. „38. [et II. 490.] Edit. Basil. anni 1546. p. 31. ubi „hi versus leguntur, fere uti hic eos exhibui. Totidem „sunt, quot certamina. Ex ultimo male nescio quis duos „concinnavit. In uno Regiorum codd. titulus est: εἰς „τὸ αὐτὸ Κοΐντου Σμυρναίου, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ." *Br.* Ex hoc fortasse Epigrammate expressi sunt pessimi versus, quibus item Herculis labores recensentur ap. *Reinesium* Inscr. p. 344. et *Donium* p. 36. ubi v. 7. fortasse supplendum Θρήϊκος ἵππους ἔξελ. et versu ultimo: Γηρυόνην ἔκτεινεν ἐλῶν ταύρους ἀγελάτας. Ejusdem farinae est, quod in eodem argumento versatur carmen, editum a *Gaëtano Marini* Iscrizioni Antiche delle Ville e de' Palazzi Albani. Roma. 1785. p. 154. In eo primus versus ex hoc carmine mutuo sumtus. — V. 1. Νεμέῃ. Vulgo. — V. 2. „Planudeae lectionem ὤλεσεν ὕδραν, quae melior est, praetulissem, ni vidissem, ἔκτανεν scriptum etiam esse in veteri „cod. Bibliothecae Laurentianae, Catal. T. II. p. 74." *Br.* — V. 4. ὑψίκερων δ' ἔλ. Idem Cod. Laur. — V. 5. στυμφηλίδας. Ald. 1. 2. Ascens. στυμφαλίδας. Aldin. 3. — V. 8. ὄγδοον ἐκ Θρῄκης Διομήδεος ἤλασεν ἵππους, Ἔννατον ἐκ Κρήτης πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον. Cod. Laur. — V. 10. βόας ἤγαγεν. Vulgo. — V. 11. Κέρβερον ἐνδέκατον, μέν' ἄνηγ' Vulgo. ἑνδέκατον δ' ἀνάγωει (ἀνάγει) κύνα Κέρβερον ἐξ Ἀΐδαο

Cod. Laurent. — V. 12. ἃ δ' ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλ. Vulgo. — V. 13. Planudes fic habet:

> Τὸ τρισκαιδέκατον τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον
> Μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούραις.

Pro Θεστίου Cod. Laur. Θυστίου.

METRODORI EPIGRAMMATA.

¶. 476.] „Epigrammatis primi et problematum „arithmeticorum plerorumque auctor effe poteft Metro„dorus Scepfius, qui Mithridatis aetate vixit. At Epigr. „II. et problematum quaedam aliis cognominibus tri„buenda funt. Varios Metrodoros recenfet Jonfius de „Scr. Hift. Phil. l. 20." *Br.* — *I.* Vat. Cod. p. 416. Plan. p. 17. St. 28. W. *Metrodorus* fibi *Pofidippi* Ep. XVI. hoc carmine refutandum fumfit, in omni vitae genere et conditione propria quaedam bona ineffe docens. — V. 2. κήδεα, quod poëtae menti adverfatur, in Steph. ed. operarum vitio legitur, pro κύδεα, quod omnes edd. vett. habent. Opponuntur haec verbis *Pofidippi:* εἰν ἀγορῇ μὲν Νείκεα καὶ χαλεπαὶ πρήξιες. Κύδεϊ ap. noftrum in Ep. *Juliani Aegypt.* XLIII., quod inprimis comparandum, refpondet εὖχος: ἄστεϊ μέσσῳ Εὖχος, ἑταιρείῃ. — V. 9. Non igitur opus eft, alterum ex duobus optare, ut aut nunquam natus fis, aut cito moriaris: omnes enim vitae partes habent, quo fe commendent. — βίος Vat. Cod. quod vulgatae praetulerim.

II. Vat. Cod. p. *476.* Μητροδώρου γραμματικοῦ ἐν Βυζ. In Plan. p. 294. St. 434. W. *Metrodoro* fimpliciter infcribitur. In Joannem quendam juris confultum magnae fapientiae et alterum Solonem. ὁ γέρων θεσμός. Leges antiquitus fcriptae ubi Joannem acceperant, i. e. ubi Joan-

nes ad magistratus honorem evectus est, dixerunt, quasi renovatae et juvenili denuo robore instructae: Solonem iterum nacti sumus.

PROBLEMATA ARITHMETICA

QUORUM PLURIMA METRODORI.

¶. 477.] Haec problemata tantum non omnia primus ex *Salmasii* codice edidit *Bachet de Meziriac* in *Diophanti* Arithm. Tolosae 1670. Libro V. p. 261. sq. cum versione latina et solutionibus. Quas solutiones hic reperient docti lectores, eas debent doctrinae et acumini Viri Cl. *Friderici Kries*, collegae mihi conjunctissimi, qui *Xylandri*, *Meziriaci*, et paucorum aliorum vestigia secutus, humaniores literas cum mathematicis studiis felicissime conjunxit. Leguntur autem priora horum problematum in Cod. Vat. p. 615. praemissis verbis: γυμνασίας χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόνοις προτίθημι, ἵνα γνῷς (f. γνῶσι), τί μὲν παλαιῶν παῖδες, τί δὲ νέων. Σωκράτους. Haec si vera est nominis inscriptio, hoc problema et plura fortasse alia referri debent ad *Socratem* illum, quem ἐπιγραμμάτων ποιητὴν appellat *Diogen. Laërt.* L. I. 47. p. 109. hominem aliunde penitus ignotum. Haud paucis horum Epigrammatum in membranis adscriptae sunt solutiones, modo literis appictis breviter indicatae, modo uberius explicatae. Has ne hoc loco repetam, facit obscura et intricata veterum arithmeticorum in talibus solvendis ratio, unde ad lectores, elegantiori recentiorum temporum methodo adsuetos, parum sive fructus sive utilitatis redundaturum esse, mihi persuasum habeo.

I. Vat. Cod. p. 615. Polycrates, Sami tyrannus, (vide *Diog. Laërt.* Vit. Pyth. VIII. 3. p. 489.) Pythagoram de discipulorum numero interrogasse fingitur. His

respondet, dimidiam eorum partem mathematicis ſtudiis operam dare; quartam in naturae arcanis perſcrutandis ſtudium ponere; ſeptimam ſilentem ſedere magiſtrique praecepta repetentem; eſſe autem praeterea tres mulieres, interque eas *Theano*, omnium praeſtantiſſimam. (Vide *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VIII. 43. p. 374. *Fabricii* Bibl. Gr. T. I. p. 884.) — Sit numerus diſcipulorum = x.

$$\frac{1}{2}x + \frac{1}{4}x + \frac{1}{7}x + 3 = x$$

ſeu, fractionibus ad eandem denominationem redactis:

$$\frac{14}{28}x + \frac{7}{28}x + \frac{4}{28}x + 3 = x$$

Summa fractionum eſt $= \frac{25}{28}$; erunt ergo

$$\frac{25}{28}x + 3 = x$$

$$3 = x - \frac{25}{28}x = \frac{3}{28}x$$

Jam cum $\frac{3}{28}$ totius numeri = 3, totus diſcipulorum numerus = 28; unde ſequitur, fuiſſe

14 mathematices ſtudioſos.
7 phyſices cultores.
4 ſilentio adſtrictos; quibus omnibus accedebant
3 mulieres.

28.

II. Vat. Cod. p. 615. qui v. 6. αὐτὰρ vitioſe; v. 12. κουφοτέροισιν habet. — V. 9. »Meziriacus τριηκόντων, quod imprudens mutavi [in τριήκοντα]. Ionicum »eſt: vide Etymol. M. p. 290. in δυοί, ubi ex Alcaeo »τὸν δυοκαίδεκον profert, et e Callimacho τῶν τριηκόντων, »pro τῶν τριάκοντα. Callimachi locus eſt inter fragmenta »a Bentlejo collecta LXVII. τριηκόντων eſt etiam ap. Heſiodum

„siodum ἔργ. 694. Recurrit infra Problem. XVII. 13. „τριηκόντων, ubi prava itidem sedulitate scripsi τριήκοντα, „metro quidem in neutro loco repugnante, sed absque „necessitate ulla, quum bona sit codicis scriptura, utro„bique restituenda.“ *Br.* Aliud exemplum vocis τριή-κοντα κλινομένης fuit supra in Ep. *Philodemi* XIV. T. II. p. 86. ἑπτὰ τριηκόντεσσιν ὑπέρχονται λυκάβαντες. Eadem fere, quae *Brunckius*, ex Grammaticis protulit *Fischerus* in Animadv. ad Welleri Gramm. Gr. T. II. p. 153. sq. — Amor apud matrem conqueritur, quod Musae ipsi magnam partem malorum, quae ex Helicone decerpserit, eripuissent. Quintam ei partem abstulerat Clio; duodecimam Euterpe; octavam Thalia; vicesimam Melpomene; quartam Terpsichore; septimam Erato; Polyhymnia triginta mala rapuerat; Urania centum et viginti; Calliope trecenta; ita ut spoliato nonnisi quinquaginta relinquerentur. Quaeritur, quantus malorum numerus fuerit. Ponatur ille = x; erit

$$\left(\frac{1}{5}+\frac{1}{12}+\frac{1}{8}+\frac{1}{20}+\frac{1}{4}+\frac{1}{7}\right)x+30+120+300+50=x.$$

id est: $\frac{168+70+105+42+210+120}{840}x+500=x$

sive $\frac{715}{840}x+500=x.$ ergo $500=x-\frac{715}{840}x$ $=\frac{125}{840}x.$ Quare pars centesima vicesima quarta numeri 500 (i. e. $\frac{500}{125}=4$) erit $\frac{1}{840}x$; ergo $x=4\cdot 840=3360.$ Hinc apparet, sumsisse sibi

Clio	672	mala;
Euterpen	280.	
Thaliam	420.	
Melpomenen	168.	
Terpfichoren	840.	
Erato	480.	
Polyhymniam	30.	
Uraniam	120.	
Calliopen	300.	His adde mala, quae Amor fervarit
	50	
Summa	3360.	

¶. 478.] *III.* Vat. Cod. p. 622. — V. 1. »Meziriacus, μῆλων καλάθοις φέρων, ἐν δὲ ἑκάστῃ – mendofe.« *Br.* In Cod. eft ἑκάστη. et fic v. 4. Trium Gratiarum unaquaeque aequalia poma habebat in calatho, et Mufis obviam factis quaelibet aequalem numerum tribuit; quo facto tres Gratiae et novem Mufae totidem poma habuiffe reperiuntur. Eft hoc problema ex numero indeterminatorum, i. e. eorum, quorum innumerae folutiones reperiri poffunt. Omnis enim res eo redit, ut, cum unaquaeque Gratiarum ante pomorum distributionem aequalem eorum numerum habuerit, poft illam cuilibet Gratiarum et Mufarum par pomorum affignetur numerus. Jam cum *tres* fint Charites, *ter ternae* Mufae, fponte apparet, quamlibet Gratiam ter tantum malorum distribuiffe, quantum ipfa retinuerit. — Sit igitur numerus pomorum, quae unaquaeque fibi fervat, $= x$; ea, quae distribuit, erunt $= 3x$; ergo ea, quae ante distributionem habuerunt, $= 4x$. Jam nihil prohibet τῷ x numerum, quemcunque libuerit, fubftituere. Ponamus

$x = 1$; quaelibet Gratia principio 4 mala habuit, et omnes conjunctim 12.

$x = 2$; — — — 8 — — 24.

$x = 3$; — — — 12 — — 36.

et fic porro.

IV. Vat. Cod. p. 622. — V. 1. *τεῦξόν μοι*. Cod. et Mez. — V. 2. *τ' ἅμα*. — V. 5. *ἅμ' ἠδὲ σιδ.* — V. 6. *κεράσαι*. Corona ſexaginta minarum ex auro, aere, ſtanno et ferro facienda proponitur. Aes et aurum duos totius ponderis trientes efficiat; aurum ſtanno mixtum, ternos quadrantes; idem cum ferro temperatum totidem *τετρατημόρια*. Quaeritur, quantum de unoquoque metallo huic coronae adhibendum ſit. Signentur quatuor metalla ex ordine literis a, b, c, d, quae conjunctim 60 minas pendunt; et quidem

$a + b\ \frac{2}{3}$ totius maſſae i. e. 40 minas.
$a + c\ \frac{3}{4}$ — — i. e. 45 —
$a + d\ \frac{3}{5}$ — — i. e. 36 —

ergo ſumma $3a + b + c + d = 121$ minis. Ab his auferantur $a + b + c + d = 60$ minis.

$2a = 61$ minis. Hinc efficitur, eſſe

$a = \frac{61}{2} = 30\frac{1}{2}$ min. Erat autem $a + b = 40$ min.
ergo $b = 9\frac{1}{2}$ — Porro $a + c = 45$ —
— $c = 14\frac{1}{2}$ — Poſtremo $a + d = 36$ —
— $d = 5\frac{1}{2}$ —

Sum. $a + b + c + d = 60$ minis.

V. Vat. Cod. p. 623. Hoc carmen ſic vertit *Meziriacus:*

Sume tibi phialae, faber ingenioſe, trientem,
Quartamque, et partem ſume duodecimam.
Injice fornaci ſimul omnia mixta; ſed inde
Prodeat unam aequans pondere maſſa minam.

Deinde problema ſic ſolvit: »Quaeritur numerus, cu»jus $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{12}$ ſimul conficiant 1. Eſto is 1 N. ergo $\frac{1}{3}$ N. »$\frac{1}{4}$ N. $\frac{1}{12}$. ſimul, hoc eſt $\frac{2}{3}$ N. aequantur unitati, unde »fit 1 N. $1\frac{1}{2}$. quot minas pendebat phiala.« Alio ſenſu

hoc problema accipiendum esse censebat cl. *Kries*. Sibi poëtam postulare videri, ut pars tertia, quarta et duodecima *uni*, i. e. *totius phialae* ponderi adjiciantur. Secundum hanc interpretationem, pondere phialae $= x$ posito, problema sic solvendum:

$$x + (\tfrac{1}{3} + \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{12})\, x = 1 \text{ minae, id est}$$

$$x + \tfrac{2}{3} x \text{ seu, conjunctim, } \tfrac{5}{3} x = 1 \text{ minae.}$$

Ergo $x = 1 : \frac{5}{3} = \frac{3}{5}$ unius minae.

¶. 479.] *VI*. Vat. Cod. p. 623. Tres hic ex ordine loquuntur. Primus se tantum pecuniae habere ait, quantum secundus, et praeterea partem tertiam ejus, quod tertius habeat; secundus tantum, quantum tertius et insuper tertiam partem ejus summae, quam primus possideat; tertius denique decem minas se habere gloriatur et tertiam partem ejus, quo primus gaudeat. Sint interlocutores A, B, C, et summa, quam quisque habet, a, b, c; erit ex hypothesi

$$1)\ a = b + \tfrac{1}{3} c.$$
$$2)\ b = c + \tfrac{1}{3} a.$$
$$3)\ c = 10 + \tfrac{1}{3} a.$$

Hinc sequitur, esse

$$b = 10 + \tfrac{1}{3} a + \tfrac{1}{3} a = 10 + \tfrac{2}{3} a.$$

His addatur $c = \qquad 10 + \frac{1}{3} a$

$b + c = 20 + a$. Hinc si auferas summam, quam A habet: $b + \frac{1}{3} c = \quad a$ sequitur, esse

$$\tfrac{2}{3} c = 20. \text{ ergo } \tfrac{1}{3} c = 10. \text{ ergo } c = 30.$$

Jam cum c sit $= 10 + \frac{1}{3} a$, sequitur $\frac{1}{3}$ a esse $= 20$; $a = 60$; b autem, compositum ex $c + \frac{1}{3}$ a est $= 50$. Itaque habebat

A 60 minas
B 50 —
C 30 —.

Sic hoc problema ſolvendum erat ſecundum lectionem, quam *Brunckius* ex *Meziriaci* exemplo protulit. Sed in membranis v. 3. non τὸ τοῦ πρώτου legitur, ſed τὸ τοῦ μέσου; unde tota res inſigniter mutatur. Tum tertia aequatio erit $c = 10 + \frac{1}{3} b$; et totius ſolutio

$$A = 45.$$
$$B = 37 \tfrac{1}{2}$$
$$C = 22 \tfrac{1}{2}.$$

VII. Vat. Cod. p. 619. Senſum carminis ſic explicat Diophanti editor: Volo legitimum filium de mille numis tot accipere, ut eorum quinta pars ſuperet numero 10 quadrantem eorum, quos nothus ſumet. Mille ſtateres igitur in duas partes dividendi, ita ut quinta pars unius quadrantem alterius denario ſuperet. Sit altera pars $= x$, erit altera $= 1000 - x$. et ex hypotheſi:

$$\tfrac{1}{5} x = \tfrac{1}{4}(1000 - x) + 10.$$
$$= 250 - \tfrac{1}{4} x + 10.$$
$$= 260 - \tfrac{1}{4} x.$$

ergo $\frac{1}{5} x + \frac{1}{4} x = 260.$

i. e. $\frac{9}{20} x = 260.$

ergo $x = 260 : \frac{9}{20} = \frac{5200}{9} = 577 \frac{7}{9}.$

Quum haec ſit filii legitimi portio, nothus (ſubtrahendo $577 \frac{7}{9}$ a 1000) accipiet $422 \frac{2}{9}$.

VIII. Vat. Cod. p. 619. qui v. 2. τὴν ἑτέρην et ἑτέρας ſuperſcripto η exhibet. Croeſus dedicat ſex pateras, junctim ſex minas pendentes, ſed ita factas, ut in tota earum ſerie proxima antecedentem drachmae pondere ſuperet. Jam uniuscujusque paterae pondus quaeritur. Ponamus pondus

minimae paterae $= x$.

Erit igitur pondus ſequentis $= x + 1$.
tertiae $= x + 2$.
quartae $= x + 3$.
quintae $= x + 4$.
ſextae $= x + 5$.

pondus omnium $= 6x + 15 = 600$ drachmis, cum ſex minae ſexcentas drachmas pendeant. Sunt ergo

$$6x = 600 - 15.$$

$$\text{ergo } x = \frac{585}{6} = 97\tfrac{3}{6} = 97\tfrac{1}{2}.$$

Fuit igitur pondus primae paterae $= 97\frac{1}{2}$ drachm.
ſecundae $= 98\frac{1}{2}$
tertiae $= 99\frac{1}{2}$
quartae $= 100\frac{1}{2}$
quintae $= 101\frac{1}{2}$
ſextae $= 102\frac{1}{2}$

Summa 600 drachm. ſive 6 min.

IX. Vat. Cod. p. 617. ubi πόσος et v. 2. πόσα exhibetur. Quaerenti, quota pars diei praeterlapſa ſit, reſpondetur, ſupereſſe adhuc bis geminos trientes ejus partis, quae jam peracta ſit. Pars diei peracta ſit $= x$; pars, quae ſupereſt, erit $=$ bis $\frac{2}{3}x$, i. e. $\frac{4}{3}x$; dies integer $= x + \frac{4}{3}x$ ſive $\frac{7}{3}x$. Jam cum dies apud Graecos in duodecim horas divideretur, ſequitur, eſſe

$$\tfrac{7}{3}x = 12 \text{ horis.}$$

$$\text{ergo } x = 12 : \tfrac{7}{3} = \frac{36}{7} = 5\tfrac{1}{7} \text{ horis.}$$

Transierant itaque horae $5\frac{1}{7}$; ſupererant $6\frac{6}{7}$. Nam duo trientes horarum $5\frac{1}{7} = 3\frac{3}{7}$, quod duplicatum $= 6\frac{6}{7}$.

X. Vat. Cod. p. 632. in margine: Μητροδώρου Ἐπιγράμματα ἀριθμητικά. Sequuntur problemata triginta (X – LX) eodem ordine, quo ap. *Brunckium* habentur, nisi quod uno auctiores sunt membranae (p. 636.), quod nuper edidit cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 299. Omnibus solutiones sunt additae. Haec igitur problemata in posterum *Metrodoro* optimo jure et Vat. Cod. auctoritate tribui poterunt. — In nostro carmine septem puellae puero nuces ad matrem ferendas eripuerant, easque ita inter se diviserant, ut prima septimam earum partem bis sumeret; altera duodecimam; tertia sextam; quarta tertiam; quinta viginti nuces; sexta duodecim; septima undecim sibi sumserat; una autem puero nux supererat. — Sit numerus quaesitus = x, erit

$$\left(\frac{2}{7} + \frac{1}{12} + \frac{1}{6} + \frac{1}{3}\right)x + 20 + 12 + 11 + 1 = x$$

$$\text{i. e. } \frac{73}{84}x + 44 = x$$

$$\text{ergo } 44 = x - \frac{73}{84}x = \frac{11}{84}x$$

$$\text{ergo } x = 44 : \frac{11}{84} = 336.$$

Habuit igitur prima puella	$\frac{2}{7}$	numeri 336, i. e.	96.
secunda	$\frac{1}{12}$	=	28.
tertia	$\frac{1}{6}$	=	56.
quarta	$\frac{1}{3}$	=	112.
reliquae conjunctim			44.
		Summa	336.

Ceterum in membranis v. 4. ἔχουσαν legitur, et v. 7. ἥνοςα καὶ δ' ἐγέλα γλαύκη. v. 8. καρύων.

¶. 480.] XI. Vat. Cod. p. 633. ubi v. 4. οἴχετ' legitur. V. 3. non ἀγανή, sed retracto accentu Ἀγάνη

fcribendum. Nota de nominibus propriis regula, quam expofuit *Reizius* de Accent. inclin. p. 116. fq. Problema antecedenti fimillimum. Quatuor Cadmi filiae puero poma abstulerunt, et quidem a $\frac{2}{6}$, b $\frac{1}{8}$, c $\frac{1}{4}$, d $\frac{1}{5}$ totius numeri; ipfi puero undecim mala fupererant, quorum unum fibi fervat, reliqua matri affert. Summa pomorum eft

$$\left(\frac{2}{6} + \frac{1}{8} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5}\right) x + 11 = x.$$

$$\text{id eft: } \frac{109}{120} x + 11 = x$$

$$\text{ergo} \quad 11 = x - \frac{109}{120} x = \frac{11}{120} x$$

$$\text{ergo} \quad x = 11 : \frac{11}{120} = 120.$$

Quum igitur fumma pomorum fit = 120, acceperat

prima	40.
fecunda	15.
tertia	30.
quarta	24.
adde reliqua	11.
	120.

XII. Vat. Cod. p. 633. fine varietate lectionis. Myrto poma inter fex amicas dividens primae tribuit $\frac{1}{5}$, fecundae $\frac{1}{4}$, tertiae $\frac{1}{19}$, quartae $\frac{1}{10}$, quintae $\frac{1}{20}$, fextae duodecim poma, ipfa fibi eorum 120 fervans. Hae fractiones conficiunt fummam $= \frac{248}{380}$; his fi addideris $\frac{132}{380}$, unitatem implebis. Jam cum numerus reliquorum pomorum fit = 120 + 12, i. e. 132, numerus pomorum, qui quaeritur, eft = 380. Distributio igitur facta eft hunc in modum: accepit

prima	76.
secunda	95.
tertia	20.
quarta	38.
quinta	19.
sexta	12.
adde quae Myrto retinuit	120.
	380.

XIII. Vat. Cod. p. 633. sine lectionis varietate. Ino et Semele inter duodecim puellas poma distribuunt; haec parem, illa imparem numerum. Ino tribus dat $\frac{3}{7}$, duabus $\frac{1}{5}$, sextae puellae 11 poma dividit, sibi ipsi duo servavit. Sit igitur numerus pomorum, quae Ino habuit, $= x$, erit

$$\left(\tfrac{3}{7} + \tfrac{1}{5}\right) x + 13 = x$$

$$\text{i. e. } \frac{22}{35} x + 13 = x$$

$$\text{ergo } \frac{13}{35} x = 13$$

$$\text{ergo } x = 35.$$

Ino ergo distribuit $\frac{3}{7} x =$	15.
porro $\frac{1}{5} x =$	7.
—	11
adde reliqua	2
	35.

Semele contra dedit quatuor puellis $\frac{2}{4}$, quintae $\frac{1}{6}$, i. e. dimidiam et insuper sextam partem totius numeri; sextae quatuor poma dedit, totidemque sibi servavit. Sit igitur totus numerus $= y$, erit

$$\left(\tfrac{1}{2} + \tfrac{1}{6}\right) y + 8 = y$$

i. e. $\tfrac{2}{3}\,y + 8 = y$

erit ergo $\tfrac{1}{3}\,y = 8$

$y = 24.$

¶. 481.] *XIV.* Vat. Cod. p. 634. ubi v. 5. ἀρίθυια. v. 6. Εὐρυνομείη l. μοίρην. — Versu 2. scribendum:

νῦν δέ τις ἐξαπίνης νιν ἀπέθρισεν.

nulla interrogandi nota addita. Sic quoque membranae. Problema hoc est: Dividuntur nuces inter quinque puellas, tres Gratias, novem Musas, ita ut prima accipiat $\tfrac{1}{5}$, secunda $\tfrac{1}{8}$, tertia $\tfrac{1}{4}$, quarta $\tfrac{1}{7}$, quinta $\tfrac{1}{6}$; Gratiae conjunctim 106; Musae novies novem = 81. Supersunt in arbore 7 nuces. Sit numerus omnium = x.

$$\left(\tfrac{1}{5} + \tfrac{1}{8} + \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{7} + \tfrac{1}{6}\right) x + 106 + 81 + 7 = x.$$

$$\text{id est: } \frac{743}{840}\,x + 194 = x.$$

$$\text{ergo } \frac{97}{840}\,x = 194.$$

$$\text{ergo } x = 194 : \frac{97}{840} = \frac{162960}{97} = 1680.$$

Hunc numerum 1680 si diviseris per denominatores fractionum supra expositarum, i. e. 5, 8, 4, 7, 6; nucum, quas quaelibet puella acceperit, numerum invenies.

XV. Vat. Cod. p. 634. Describitur hoc carmine via peregrinanti Gadibus inde usque Romam perficienda. — V. 2. Baetis fluvius, unde Baetica nomen habet, propter ovium in illa regione praestantiam illustris. *Martialis* XII. 99. *Baetis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.* Cf. VIII. 28. 5. 6. — V. 3. Ταύρη χθών, i. e. Vaccaei, Hispaniae populus.

„An alibi reperiatur, Pyladem eo coloniam deduxisse, „non succurrit." *Br.* Notanda vox εὐετίη, pro *felici abundantia;* ejusdem originis ac εὐετὰ (i. e. εὔετος) et εὐετής. In Cod. Vat. tamen est εὐεπίη, quo nihil absurdius. — V. 5. Πυρήνη. Usitatius τὰ Πυρηναῖα. Verum illud quoque occurrit. Vide *Berkel.* ad Steph. Byz. v. Πυρήνη. Epitheton ὀρθόκραιρος a tauris ad montes translatum: *altos tollentes vertices.* — V. 9. ἐρχομένους Vat. Cod. inepte. Φαέθοντος Ἠερίδ. pro ipso Eridano i. e. Pado, ob antiquam fabulam de electro ibi invento. — V. 12. Ταρταίη. Cod. Vat. De hoc probfemate sic disputat doctissimus *Kriesius:* Auctor carminis Romam a Gadibus 2500 stadia abesse dicit, addita sexta, quinta, octava, vicesima centesima, quarta et duodecima parte totius distantiae. Sic *Meziriacus* quidem poëtae verba interpretatur; nec male. Sed difficultas inest verbis v. 6.: ἡ δὲ μιῆς δωδέκατον δεκάδος. i. e. illa vero (Pyrene, sive via per montes Pyrenaeos) duodecima pars est unius *decadis.* Quid h. l. δεκὰς significat? Quum paulo inferius χιλιὰς et ἑκατοντὰς mille stadia et centum stadia significet, vocem δεκὰς pro *numero decem stadiorum* accipiendam esse dixeris; tunc duodecima pars unius decadis foret duodecima pars decem stadiorum, seu $\frac{10}{12}$ unius stadii. Jam cum stadium 120 passibus constet, $\frac{10}{12}$ unius stadii sunt = 100 passibus; quod spatium longe minus est quam ille viae tractus requirit. Quare Diophanti editor verba μιῆς δωδέκατον δεκάδος de vicesima centesima totius distantiae parte explicat, quandoquidem duodecima pars decimae partis = $\frac{1}{120}$. Et sane haec interpretatio optime ad totum problema quadrat. Num vero v. δεκὰς illo sensu accipi potest? Minime. Igitur nullus dubito, quin pro δεκάδος legendum sit δεκάτης, i. e. μερίδος, *decimae totius distantiae partis.* Quo admisso, expedita erit computatio et praecedenti similis. Sit distantia Romae a Gadibus = x.

$$\left(\tfrac{1}{6}+\tfrac{1}{5}+\tfrac{1}{8}+\tfrac{1}{120}+\tfrac{1}{4}+\tfrac{1}{12}\right)x+2500=x.$$

$$\text{i. e. } \frac{100}{120}x+2500=x.$$

$$\text{ergo } \frac{20}{120}x \text{ seu } \tfrac{1}{6}x=2500.$$

$$\text{ergo } x=6.\ 2500=15000.$$

¶. 482.] *XVI.* Vat. Cod. p. 635. ubi v. 4. δεκάδες vitiose. Improbus quidam, magna sibi re familiari fraudibus et dolo conquisita, nihil sibi superesse conqueritur, cum 40 talenta perfidis amicis dederit, inimicus autem dimidiam, tertiam et octavam ejus partem possideat. Quaeritur, quanta totius summa fuerit. Sit haec = x; erit

$$\left(\tfrac{1}{2}+\tfrac{1}{3}+\tfrac{1}{8}\right)x+40=x.$$

$$\text{i. e. } \frac{23}{24}+40=x.$$

$$\text{ergo } \tfrac{1}{24}x=40.$$

$$\text{ergo } x=24.\ 40=960.$$

XVII. Vat. Cod. p. 635. sq. ubi v. 4. ἕκτος ἔχει quod optime emendatum est. — V. 5. „Meziriacus „[ex membr.] ἀνεψιοὶ δύο, manifesta menda. Duo ultima „disticha protulit Salmas. ad Histor. Aug. p. 348. ubi „recte legitur ἐκ δὲ τριήκοντων [non τριήκοντα], quod re„ponendum jam monui.“ *Br.* Vide ad Ep. II. 9. — V: 6. εὔβολος. Vat. Cod. — V. 9. ὧδε. v. 10. δοιός idem. Acute *Davi* nomen reposuit sive *Salmasius*, sive *Meziriacus*. — V. 11. συνετή. Vat. Cod. male. Vide ad Ep. XI. 3. — Mox idem τίμιος. — V. 13. Is, qui hoc Epigrammate sive testamento potius bona sua inter cognatos et familiares distribuit, monumentum sibi triginta talentis exstrui et Jovi εὐδαίῳ sacrum fieri jubet. (Ζηνὶ

οὐδαῖος est Pluto. *Cyrill.* in Gloss. οὐδαίων. τῶν καταχθονίων δαιμόνων. *Hesych.* κατουδαῖοι. νεκροί. καταγειοι.) Idem duo talenta vult impendi rogo, fasciis et dapibus; totidem εἰς οἰκείην χάριν σώματος. Posteriora haec *Salmasius* ad Plin. p. 745. G. de unguentis interpretatur, quibus et cadaver et cineres inungebant; simul etiam odores rogo addendi significantur. *Plinius* Ep. V. 16. 7. de morte filiae Fundani agens: *Non possum exprimere verbis, quantum animo vulnus acceperim, cum acceperim, Fundanium ipsum – praecipientem, quod in vestem margarita, gemmas fuerat erogaturus hoc in tus et unguenta et odores impenderetur.* ubi vide *Cortium* p. 378. sq. — οἰκείη χάρις est, quam *sepulcri supervacuos honores* appellat *Horat.* II. Carm. XX. 23. quem comparant ad *Anacr.* Carm. IV. 11. 12. Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν; Τί δὲ γῇ χέειν μάταια; Adde *Virgil.* Aen. VI. 224. *Congesta cremantur Turea dona, dapes, fuso crateres olivo. Postquam conlapsi cineres et flamma quievit, Reliquias vino et bibulam lavere favillam.* Hic etiam dapium fit mentio, quae ap. nostrum sunt ἄλφιτα. — τελαμῶνες autem sunt fasciae, quibus corpus vinciebant pollinctores. Alio loco hoc vocabulum explicavimus. — Jam quaerenda est problematis solutio. Sint universae testatoris opes = x. Secundum earum in testamento distributionem erit

$$\left(\frac{1}{5}+\frac{1}{12}+\frac{7}{11}\right)x + 51 \text{ talenta} + 120 \text{ minae} = x.$$

Jam cum 120 minae = duobus talentis, summa talentorum erit = 53. Itaque

$$\frac{607}{660}x + 53 = x.$$

$$\text{ergo } \frac{53}{660}x = 53.$$

$$\text{ergo } x = 660.$$

Filius testatoris accipiet itaque $\frac{1}{5}$ x = 132.
conjux $\frac{1}{12}$ = 55.
quisque septem reliquorum $\frac{1}{11}$ x = 60
omnes conjunctim igitur = 420.
adde reliqua = 55.
660.

XVIII. Vat. Cod. p. 636. vbi v. 4. τρὶς δ' ἐμοὶ legitur. Quaeritur numerus liberorum Philinnae, quae omnem prolem suam, immatura morte exstinctam, tumulo condiderat. Quintam partem complebant pueri, tertiam puellae; sepeliverat praeterea tres recens nuptas. His accedebant quatuor per abortum editi. Sit numerus = x. Erit

$$\left(\frac{1}{5} + \frac{1}{3}\right) x + 7 = 15.$$

$$\text{i. e. } \frac{8}{15} x + 7 = 15.$$

$$\text{ergo } \frac{7}{15} x = 7.$$

$$\text{ergo } x = 15.$$

1. 483.] *XIX.* Vat. Cod. p. 636. sq. — V. 3. ἕκτῃ — ἔπαυσε μοίρῃ. Vat. — V. 4. δωδεκάτῃ. V. 5. ἐπ' ἑβδομάτῃ. — Junge ἐπὶ δὲ τῇ, scil. δωδεκάτῃ. *huic duodecimae addita septima.* — V. 6. *Brunckius* mallet ἐπέλευσεν, *vidit*, ipse scilicet Diophantus. — V. 8. Vat. Cod. τοῦ δὲ καὶ ἡ κουρεὸς μέτρον ὅλον βιότου. nec aliter *Meziriacus* edidit. Totum hunc versum sic refinxit *Br.* ut in Anal. legitur; audacter sane, sed sensu optimo. Diophanti puer semissem paternae aetatis viderat, cum obiret. — V. 12. σοφίῃ τέρμ' ἐπέρησε. Vat. — „Meziriacus: τῇ δὲ πόσον σοφίῃ — „et sic ultimum distichon vertit: *Quatuor aestates genitor lugere superstes Cogitur, hinc annos illius assequere.* „Longe diversus est graecorum sensus: πένθος δὲ πισύρεσσι

»ἐνιαυτοῖς παρηγορέων τῇδε τοῦ ποσοῦ σοφίῃ; i. e. *per qua-* »*tuor annos luctum mitigans hac quantitatis disciplina;* »*i. e. logisticae studio.* Si de auctore hujus epigrammatis »constaret, et compertum esset, Metrodori esse Scepsii, »Diophanti Alexandrini, de quo hic agitur, aetas ac- »curatius definiri posset.« *Br.* Vide ad Ep. X. et intelliges, vix dubitari posse, quin hoc carmen Metrodoro tribuendum sit. — Quaeritur numerus annorum, quos Diophantus mathematicus vivendo compleverit. Ille autem $\frac{1}{6}$ vitae peregerat puer; $\frac{1}{12}$ puber; post $\frac{1}{7}$ peractum uxorem duxit, unde ipsi 5 annis post natus est filius, quem morte amisit, cum dimidiam aetatis paternae partem attigisset. Tum pater, superstes filio quatuor adhuc annos vixit. Ergo

$$\left(\frac{1}{6} + \frac{1}{12} + \frac{1}{7} + \frac{1}{2}\right) x + 9 = x,$$

i. e. $\frac{75}{84} x + 9 = x$

ergo $\frac{9}{84} x = 9$. ergo $x = 84$.

XX. Vat. Cod. p. 637. ubi v. 1. ὅσου β. et v. 4. τρὶς καὶ δ. Simile problema praecedenti. Demochares puer $\frac{1}{4}$ aetatis, juvenis $\frac{1}{5}$, vir $\frac{1}{3}$, senex praeterea 13 annos vixerat. Est ergo summa annorum

$$\left(\frac{1}{4} + \frac{1}{5} + \frac{1}{3}\right) x + 13 = x.$$

i. e. $\frac{47}{60} x + 13 = x$

ergo $\frac{13}{60} x = 13$.

ergo $x = 60$.

XXI. Vat. Cod. p. 637. Conqueritur quidam de injuria a fratre accepta, qui patrimonium ita diviserat

ut ille nonnisi quintam partem septem undecimarum alterius acciperet, i. e. $\frac{1}{5} \cdot \frac{7}{11}$ seu $\frac{7}{55}$. Sit illa pars $= x$. Erit altera $= 5 - x$.

$$\text{et } x = \frac{7}{55}(5 - x)$$

$$= \frac{35}{55} - \frac{7}{55}x.$$

multip. per 55.

$$55x = 35 - 7x.$$

$$\text{ergo } 62x = 35.$$

$$\text{ergo } x = \frac{35}{62}.$$

Hinc apparet, $\frac{35}{62}$ unius talenti quaesitam partem esse; quare altera pars, quam avarus ille contra jus fasque sibi vindicaverat, erit $5 - \frac{35}{62}$, i.e. $4\frac{27}{62}$ talenti. — V. 4. Ζεῦ βαθὺν ὕπνον ἔχεις. Facete de Jove, res humanas et inprimis scelera non curante. Comparavit haec, ex *Meziriaci* editione ipsi cognita, *T. Hemsterh.* ad *Luciani* Timon. §. 6. T. I. p. 76. ed. Bip. ἤδη ποτὲ οὖν, ὦ Κρόνου καὶ Ῥέας υἱέ, τὸν βαθὺν τοῦτον ὕπνον ἀποσεισάμενος καὶ νήδυμον — — ubi similia congessit interpres omnium doctissimus p. 347.

XXII. Vat. Cod. p. 638. — V. 1. „πόρον Ἀδριακοῖο. Strabonis aetate primum, aut paulo ante, Adria„tici nomine appellatum mare est Ionicum totum, cujus „antea pars tantum Adriaticus sinus dicebatur. Hinc „apparet, hujus Epigr. auctorem Metrodorum Scepsium „non esse." *Br.* — V. 3. Κριοῦ μέτωπον est promontorium Cretae, in occidentali insulae latere. Vide *Strabon.* X. p. 327.

p. 327. *Pompon. Mel.* II. 7. Ab hoc promontorio usque ad Pelorum Siciliae 6000 stadiorum esse gubernator naviganti affirmat. Hujus itineris pars confecta erat; superarant autem bis bini quintantes partis confectae. Quaeritur, quota pars supersit. Problema antecedenti simillimum. Numerus 6000 dividendus in duas partes, quarum altera sit $= \frac{4}{5}$ alterius. Ponamus illam $= x$, erit altera $= 6000 - x$.

$$\text{et } x = \tfrac{4}{5}(6000 - x)$$
$$= 4800 - \tfrac{4}{5}x.$$
$$\text{multipl. per 5.}\quad 5x = 24000 - 4x.$$
$$\text{ergo } 9x = 24000$$
$$\text{ergo } x = \frac{24000}{9} = 2666\tfrac{2}{3}.$$

Pars itineris confecta erat igitur $= 3333\frac{1}{3}$; pars adhuc conficienda $= 2666\frac{2}{3}$.

¶. 484.] *XXIII.* Vat. Cod. p. 638. ubi v. 2. legitur δύο, quod probabiliter emendatum; ut et v. 3. πλήσουσιν codicis in πλήσουσιν. Quatuor sunt tubuli, quorum unus lacum suppositum uno die implet, alter binis diebus, tertius ternis, quartus quaternis. Alter igitur, quo tempore primus totum implebat lacum, nonnisi dimidiam ejus, tertius tertiam, quartus quartam ejusdem partem implebat aqua. Quare omnes conjunctim uno die implebunt $(1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4})$ cisternae illius seu $\frac{25}{12}$ cisternarum ejusdem magnitudinis. Quaerenda igitur pars diei, qua quatuor illi tubuli conjunctim unam illam cisternam implebunt. Sit haec pars $= x$, erit $x. \frac{25}{12} = 1$, ergo $x = \frac{12}{25}$, paulo minus quam dimidia pars diei.

XXIV. Vat. Cod. p. 638. — V. 3. 4. »Secundi »disticbi, si quid ego intelligo, hic est sensus: *dexter* »*autem totidem horis*, quatuor scilicet, *me inferior est*, »*mihi secundus est ad implendum lacum*: i. e. lacum im»plet horis VIII. *tertius denique bis totidem horis*, octo »scilicet, *me inferior est*: i. e. lacum implet horis XII. »Sic tubus medius lacum implet quatuor horis; dexter »VIII; sinister XII. Quaeritur, quot horis tres simul »aquam fundentes lacum implebunt. Si verum est, hunc »esse graecorum sensum, ab eo tota via aberravit Mezi»riacus, qui sic vertit:

»*Aequali dexter spatio, duploque sinister*
»*quando fluit, vitreis hunc tubus implet aquis.*

»Et proinde falsa est solutio, quam dedit. Indoli hujus»modi problematum repugnant duo tubi aequales: sa»tius fuisset unicum finxisse duabus horis lacum implen»tem. Hoc acumen Meziriaci fugisse miror.« *Br.* — V. 5. Longe aliter membranae: ῥέεν ἰσὸν ἐπείγεις. quod quamvis eleganter sit emendatum, dubites tamen, an non ἐπείγεις vera sit lectio. Licet enim scribere:

εἰ δ' ἄμφω σὺν ἐμοὶ κρουνίζειν ῥέεν εἰς ἓν ἐπείγεις.

εἰς ἓν. *in eundem locum.* — Jam solutionem problematis videamus. Sit numerus horarum, quibus tres illi tubuli conjunctim fluentes lacum implebunt, = x. Videamus primum, quotam cisternae partem unusquisque illorum tubulorum per *unius horae* spatium impleat. *Primus* implebit *quartam* ejus partem; *secundus*, octavam; *tertius*, duodecimam. Ergo omnes conjunctim *una* hora $(\frac{1}{4} + \frac{1}{8} + \frac{1}{12})$ i. e. $\frac{11}{24}$ partes cisternae implebunt. Quare

$$x \cdot \frac{11}{24} = 1$$

$$\text{ergo } x = \frac{24}{11} = 2\frac{2}{11}.$$

qui est horarum, quae quaeruntur, numerus.

XXV. Vat. Cod. p. 638. sq. — V. 1. Vat. vitiose κύκλωψ ἐγὼ Π. quod recte emendatum esse dubito. In ἐγὼ fortasse ἔργον latet, cujus epitheton vel aliud adhaerens vocabulum v. Πολύφημος, a glossatore additum, absorpsit. Describitur autem Polyphemus ex aere, ex cujus oculo, ore et manu aqua in cisternam prorumpebat. Minimus horum tubulorum tribus diebus, medius uno die, maximus denique duobus quintantibus diei implebat cisternam. Uno die igitur primus $\frac{1}{3}$ cisternae, secundus totam, tertius eandem bis et dimidiam ejus partem implebat; quare omnes conjunctim ($\frac{1}{3} + 1 + 2\frac{1}{2}$) i. e. $\frac{23}{6}$ cisternae. Quaeritur, quota diei parte = x omnes cisternam implebunt?

$$\text{Erit ergo } x. \frac{23}{6} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{6}{23}.$$

XXVI. Vat. Cod. p. 639. — V. 1. θεοὶ κτλ. Vat. et Mezir. quod Brunckius emendavit. — T. 485.] V. 3. Partem hujus vers. cum sequente integro excitavit Salmas. ad Solin. p. 295. F. ut doceret, πλήθειν pro implere dici. — V. 5. ἀναπλήσεται. membr. — V. 7. Ἀχελῷος δ' ἤματι σὺν δ' ἄμ. ibid. — V. 8. εἰν ὥραις κτλ. μὲν ἐ. — Fingitur crater, in quem Nili imago, Achelous et Bacchus laticem infundunt. Primus enim unius diei spatio implet, Bacchus trium, Achelous duorum. Uno igitur die Bacchus tertiam crateris partem, Achelous dimidiam implebat. Omnes conjunctim igitur implebunt . . . . .

$$(1 + \tfrac{1}{3} + \tfrac{1}{2}) \text{ i. e. } \frac{11}{6}.$$

$$\text{erit itaque } x \cdot \frac{11}{6} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{6}{11}.$$

XXVII. Vat. Cod. p. 639. — V. 2. „Mallet hic „quis forte αἰὲν ἀναγκαίων κέντρα φέρουσα πόνων, et meo „judicio melius esset." *Br.* — V. 6. in cod. legitur: ἀφοσλίζεις μνᾶν ἐρύσασα μόνον. quod sic, ut in Analectis habetur, emendavit *Salmas.* in Apogr. Lennep. ubi addit glossam: ὁ κανὼν h. l est μέτρος. Sensum esse voluit: illas nunc nendi labore unam quotidie minam conficere, unde sibi victum pararent. Quamvis nihil illa emendatione incertius, sensum tamen poëtae assecutus esse videtur. Mulierem ille fingit, quae olim unam quotidie lanae minam neverat; filia major natu minam cum triente; minor, dimidiam minae partem. Nunc autem omnes simul unam minam nebant. Quaeritur, quantum quaelibet neverit eadem servata proportione. Jam minimi numeri, qui proportionem numerorum 1, 1 $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{2}$, sine ulla fractione exprimunt, sunt 6, 8, 3, quorum summa est = 17. Itaque mater quotidie $\frac{6}{17}$, filia major $\frac{8}{17}$, minor $\frac{3}{17}$ minae nebant.

XXVIII. Vat. Cod. p. 640. sine lectionis diversitate. Tres Amorum in balneo statuae cisternam (εὔριπον. *Hesych.* Εὐρίπους, ὀχετὰς ὑδάτων.) aqua complent; ita ut primus, aquam ex alis fundens, sexta parte diei; alter ex amphora (ἀμφιφορεύς. Vide ad *Simonid.* Ep. LXXV. 91 Tom. I. P. I. p. 249.) quatuor horis; tertius ex arcu dimidio diei totam cisternam impleat. Quum dies sit = 12 horis, primus 2 horis, alter 4, tertius 6 horis implet euripum; unius igitur horae spatio primus dimi-

diam ejus partem, secundus quartam, tertius sextam implet. Quare omnes conjunctim una hora

$$\left(\frac{1}{2} + \frac{1}{4} + \frac{1}{6}\right) \text{ i. e. } \frac{11}{12} \text{ totius cisternae.}$$

Numerus horarum, quibus totam conjunctim implebunt, $= x$, erit

$$x \cdot \frac{11}{12} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{12}{11} = 1\frac{1}{11} \text{ horae seu } \frac{1}{11} \text{ totius diei.}$$

— V. 5. 6. laudat *Salmasius* ad Solin. p. 295. E. de verbo *κεφέειν* agens. Cf. Ep. XXVI. 3.

XXIX. Vat. Cod. p. 640. — V. 2. *ἀννέφελλον*. membr. — ¶. 486.] V. 5. „Vertit Meziriacus:

„— — *tantum solus formare solebas*
„*qualibet ipse die: sed centum filius; atqui*
„*illo quinquaginta minus gener edere suetus.*

„At in graecis res aliter se habet; nam filius ducentos, „gener totidem et quinquaginta insuper i. e. 250. quo„tidie formabat lateres. *παῖς ἀπέλυγεν ἐν καμάτοισι διηκο„σίας τετευγμένας· ὁ δ' αὖ γαμβρὸς τόσσας καὶ εἰσέτι πεντή„κοντα, τετευγμένας ἀπέλυγεν ἐκ τοῦ καμάτου.* Planum hoc „et perspicuum est. Inde manifestum est, solutionem „Meziriaci falsam esse.“ *Br.* De tribus operariis primus toto die 300 lateres conficit, alter 200, tertius 250; quaeritur, quota parte diei omnes conjunctim 300 lateres confecturi sint. Quum omnes toto die 750 lateribus conficiendis sufficiant, quaesita pars diei invenietur per regulam trium:

$$750 : 300 = 1 : x$$

$$\text{erit ergo } x = \frac{300}{750} = \frac{2}{5}.$$

XXX. Vat. Cod. p. 640. — V. 2. πεσών. — V. 3. οἷσιν θεὸς omissa copula. — V. 4. ὄπερ χ. recte. — V. 7. αὐτός τ' Ἀντ. — Hoc epitaphio numerus convivarum, qui ap. Antiochum epulantes gravi ruina domus oppressi fuerant, indagandus proponitur. Erant illi numero 23, et praeterea Spartanorum dimidia totius pars numeri, Atheniensium quinta quintae partis i. e. vicesima quinta. Sit numerus omnium convivarum = x; erit

$$\left(\frac{1}{2} + \frac{1}{25}\right) x + 23 = x$$

i. e. $\frac{27}{50} x + 23 = x$

ergo $\frac{23}{50} x = 23$

ergo $x = 50.$

XXXI. Vat. Cod. p. 641. vbi v. 2. legitur: καρύων κλεῖτ' ἔπορεν τὸ τρίτον. quod ut manifesto mendosum *Br.* mutavit. — V. 3. Ἀριστοδίκῃ et v. 6. Νικαρέτῃ. — Nicarete inter quinque amicas nuces distribuit, primae tertiam, alteri quartam, tertiae quintam, quartae vicesimam et iterum duodecimam, quintae vicesimam quartam partem tribuens; sibi ipsi quinquaginta nuces servat. Sit numerus, qui quaeritur, = x, erit

$$\left(\frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5} + \frac{1}{20} + \frac{1}{12} + \frac{1}{24}\right) x + 50 = x.$$

i. e. $\frac{115}{120} x + 50 = x.$

ergo $\frac{5}{120}$ seu $\frac{1}{24} x = 50.$

ergo $x = 24 . 50 = 1200.$

Hic numerus per denominatores fractionum, supra posi-

tarum, divisus, numerum nuum, quas singulae puellae acceperint, indicabit.

XXXII. Vat. Cod. p. 641. Emendatius hoc Ep. edidit *Salmasius* Exerc. Plin. p. 448. B. Nam in Cod. legitur v. 2. πόλιν ἦλ. χρ. κύκλα (non μῆλα, ut *Salmas.* ait, apographi sui vitio deceptus.) Recte Vir doctissimus emendavit πόλον, quod tamen, si quid video, non, quod ille volebat, vas illud significat, in quo gnomon erectus est, sed *coelum*, ut saepe. Deinde caveas, κύκλα mutes; qua lectione nihil verius est nec sincerius. κύκλα sunt rotae, tum ipse currus, quo Sol per coelum vehitur. Cf. *Schol. Apollon. Rhod.* L. III. 137. — Sol partem diurni itineris confecerat; id, quod ei restabat, erat $= \frac{2}{3}$ cursus peracti, quater sumtis. Pars, quae restat, sit $= x$,

erit $4 . \frac{3}{5} x$ seu $\frac{12}{5} x =$ reliquae diei parti; ergo

$$x + \frac{12}{5} x = \text{toti diei, sive XII horis.}$$

i. e. $\frac{17}{5} x = 12.$

ergo $x = 12 : \frac{17}{5} = \frac{60}{17} = 3 \frac{9}{17}$ horae.

Praeterlapsae erant itaque 3 horae integrae cum $\frac{9}{17}$.

Restabant 8 horae et $\frac{8}{17}$.

¶. 487.] *XXXIII.* Vat. Cod. p. 641. sq. Lunae lumen veneficarum artibus subito extinctum, cum noctis superessent $2 . (\frac{2}{6} + \frac{1}{7})$ partis jam peractae. Sit pars peracta $= x$. Erit altera

$$= 2 . (\frac{2}{6} + \frac{1}{7}) x = 2 . \frac{20}{42} x = \frac{40}{42} \text{ seu } \frac{20}{21} x.$$

Ergo $x + \frac{20}{21} x =$ toti nocti, seu 1.

i. e. $\frac{41}{21} x = 1.$

ergo $x = \frac{21}{41}$ totius noctis.

Unde conficitur, partem noctis jam peractae fuisse $= \frac{20}{41}$ totius noctis, sive 12 horarum, i. e. $6 \frac{6}{41}$ hor.; partem adhuc peragendam $= 5 \frac{35}{41}$ hor.

XXXIV. Cod. Vat. p. 642. sine lectionis diversitate. Astrologo tempus indicaturus quidam, cum uxor peperisset, Soli, ait, ad occasum 6. $\frac{2}{7}$ ejus partis, quam jam peregisset, conficiendas fuisse. Pars diei confecta sit $= x$; altera erit $= 6. \frac{2}{7} x = \frac{12}{7} x.$

Ergo $x + \frac{12}{7} x =$ toti diei $= 1.$

i. e. $\frac{19}{7} x = 1.$

ergo $x = \frac{7}{19}$ totius diei, seu $7 \frac{11}{19}$ horis.

Erat igitur pars confecta $= \frac{3}{43}$ totius diei, sive $\frac{36}{43}$ unius horae.

XXXV. Vat. Cod. p. 642. Lanificae ad opus faciendum excitantur, quod jam quinta pars trium octan-

tum reliqui diei praeterlapsa sit. Sit pars diei, quae restabat, $= x$, erit altera, quae transierat,

$$= \frac{1}{5} \cdot \frac{3}{8} x = \frac{3}{40} x.$$

$$\text{Ergo } x + \frac{3}{40} x = 1.$$

$$\text{i. e. } \frac{43}{40} x = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{40}{43} \text{ totius diei seu } 11 \frac{7}{43} \text{ horae.}$$

Pars diei jam praeterita erat igitur $= \frac{3}{43}$ totius diei seu $\frac{36}{43}$ unius horae.

XXXVI. Vat. Cod. p. 642. sine lectionis varietate, nisi quod v. 5. μητέρα habetur. Dividebantur quinque talenta, quae ex patris hereditate duobus filiis et conjugi obvenerant,, ita ut alter fratrum quatuor trientes ($\frac{4}{3}$) ejus sortis acciperet, quae alteri cecidisset, mater autem binos octantes partis aut utriusque filii aut certe alterius nancisceretur. Prima pars sit $= x$; altera $= 2 \cdot \frac{2}{3} x$, i. e. $\frac{4}{3} x$; tertia aut $= \frac{1}{4} \cdot \frac{4}{3} x$, i. e. $\frac{1}{3} x$, aut $= \frac{1}{4} (x + \frac{4}{3} x)$, i. e. $\frac{7}{12} x$. Quaeritur enim, v. ἡμετέρης vers. 5. utrum pro ἐμοῦ sit positum, ita ut *alterius* fratrum portionem significet, an propria vi *amborum* sortem indicet. Posterior interpretatio probabilior visa cl. *Kriesio*, quod auctor v. 3., ubi de altero tantum sermo est, ἐμεῖγε dixerit, non ἡμῖν. Altera ratio placuit *Meziriaco*, qui quinque illa talenta ita inter heredes divisit, ut prima pars esset $1 \frac{7}{8}$ talentorum, altera

$2\frac{1}{2}$ tal., tertia $\frac{5}{6}$. — Quodsi alteram interpretationem sequimur, erit

$$x + \frac{4}{3}x + \frac{7}{12}x = 5.$$

$$\text{i. e.}\quad 2\frac{11}{12}x \ \text{seu}\ \frac{35}{12}x = 5.$$

$$\text{ergo}\quad x = \frac{5.12}{35} = 1\frac{5}{7}.$$

Accepit itaque prior fratrum $1\frac{5}{7}$ tal.
alter — $2\frac{2}{7}$.
mater — 1.

Secundum hanc computationem portiones minus inter se discrepant, quam secundum priorem.

XXXVII. Vat. Cod. p. 642. sq. Duarum statuarum cum earum basibus pondus quaeritur. Erat autem utriusque pondus, si cum basi sua pendebatur, alteri aequum; sed separatim prior duplum basios alterius pendebat, secunda triplum basios prioris. Sint illae statuae A, B, earumque bases a, b; erit secundum hypothesin

$$A + a = B + b$$
$$\text{porro}\quad A = 2b$$
$$B = 3a.$$

Ex his datis pondus, quod vocant, absolutum nec statuarum nec basium inveniri potest, sed tantum rationes ponderum. Nempe si in prima aequatione τῶ A et B, ipsorum valores e duabus alteris aequationibus substituimus, habemus

$$2b + a = 3a + b$$
$$\text{ergo}\quad b = 2a.$$

Itaque pondus basios b est duplum ponderis basios a. Porro quum

A sit $= 2$ b, et b $= 2$ a, erit A $= 4$ a

Est vero B $= 3$ a

Erit ergo A : B $= 4$ a : 3 a

$= 4 : 3$

Itaque A erat tertia parte gravior quam B, et B tantum $\frac{3}{4}$ ponderis statuae A pendebat.

V. 488.] *XXXVIII.* Vat. Cod. p. 643. ubi v. 1. καὶ γ. et v. 2. πενθάπλους legitur. Problema et hujus et sequ. Epigr. duas quantitates ignotas continet. Ponamus priorem $= x$, alteram $= y$. Secundum hypothesin prioris versus erit

$$x + 10 = 3(y - 10)$$
$$= 3y - 30$$
$$\text{ergo} \quad x = 3y - 40.$$

Ex hypothesi posterioris versus erit

$$y + 10 = 5(x - 10)$$
$$\text{i.e. } y + 10 = 5x - 50.$$
$$\text{ergo} \quad y = 5x - 60.$$

Substituamus hunc valorem τοῦ y in priore aequatione $x = 3y - 40$; erit

$$x = 3(5x - 60) - 40$$
$$= 15x - 180 - 40$$
$$= 15x - 220$$
$$\text{ergo } 14x = 220$$
$$\text{ergo} \quad x = \frac{220}{14} = 15\frac{5}{7},$$

unde ex altera aequatione ($y = 5x - 60$) invenitur esse $y = 18\frac{4}{7}$.

XXXIX. Vat. Cod. p. 643. ubi iterum vs. 1. καὶ γίνομαι legitur. Prorsus simile hoc problema praecedenti.

Ponatur itaque iterum prior quantitas $= x$, altera $= y$. Ex priore hypothesi habemus

$$x + 2 = 2(y - 2)$$
$$= 2y - 4.$$
$$\text{ergo } x = 2y - 6.$$

Ex altera hypothesi est

$$y + 2 = 4(x - 2)$$
$$= 4x - 8$$
$$\text{ergo } y = 4x - 10.$$

Hunc valorem substituamus τῷ y in priore aequatione, erit:

$$x = 2(4x - 10) - 6$$
$$= 8x - 20 - 6$$
$$= 8x - 26.$$
$$\text{ergo } 7x = 26.$$
$$\text{ergo } x = \frac{26}{7} = 3\tfrac{5}{7}, \text{ unde invenitur esse}$$
$$y = 4\tfrac{6}{7}.$$

XL. Vat. Cod. p. 643. Facillimum problema, quod sola multiplicatione solvitur. Erant 7 foci et ad quemlibet focum 50 verua; ergo in summa 7. 50, i. e. 350 verua. In quolibet veru autem tantum carnis erat, quod nongentis militibus sufficeret. Fuerunt igitur 350. 9000, i. e. 315000 milites. „Extat hoc Epigr. „in Agone Homeri et Hesiodi graece edito, sed cor„ruptum; nam initium primi versus sic legitur:

„Πεντήκοντ' ἦσαν πυρὸς ἐσχάραι.

„unde non immerito agonis illius autor incredibilem, „quae inde colligitur, militum multitudinem miratur; „sic enim fieret eorum numerus 2,250000." *Meziriac.*

XLI. Vat. Cod. p. 614. Planud. p. 67. St. 97. W. In Palladis ſtatuam ex auro. — V. 1. Π. ἐγὼ τελέθω σφ. Vulgo, et in Cod. Gudiano. Noſtrum eſt in Vat. Cod. — V. 3. χαρίεσσ. Vulgo et membr. — V. 4. ἔθηκε Σ. Vulgo et in Gud. ἔδωκε Vat. — Aurum, unde haec ſtatua conflata erat, quinque juvenes contribuerant. Primus dederat $\frac{1}{2}$, ſecundus $\frac{1}{8}$, tertius $\frac{1}{10}$, quartus $\frac{1}{20}$; quintus denique, qui idem operis artifex fuit, novem talenta de ſuo addidit. Numerus talentorum, qui quaeritur, ſit = x.

$$\text{Erit } \left(\frac{1}{2} + \frac{1}{8} + \frac{1}{10} + \frac{1}{20}\right) x + 9 = x.$$

$$\text{i. e. } \frac{31}{40} x + 9 = x$$

$$\text{ergo } \frac{9}{40} x = 9$$

$$\text{ergo } x = 40.$$

XLII. Vat. Cod. p. 617. Planud. p. 67. St. 97. W. — V. 1. Ἀλκείδαο. omnes. *Brunckius* ſcribi vult Ἀλκαΐδαο. — V. 4. ὄχθος Κρόνου. collis, ad quem Piſa fuit condita. Veterum loca collegit *Brodaeus*. — V. 5. Ταραξίπποιο παρ' ἱερὸν Vat. Cod. οὖρον eſt in Plan. quod pro ὅρος, *terminus*, eſt poſitum. Cf. *Schol Homer.* Il. φ, 405. Sic appellari poterat ara Taraxippi, quae in ſtadio Olympiae erat poſita. *Pauſan.* VI. 29. p. 504. — T. 489.] V. 7. »Male in Planudea, quam ſequitur Meziriacus, »Ἀρκαδίῃ τρηκοστήν, metro claudicante. Vat. Cod. lectio»nem dedi.« *Br.* Errabat Vir doctiſſimus, qui h. l., ut in plurimis aliis, interpolati apographi lectione deceptus, Vat. Cod. ſcripturam ſe dare putabat, in quo tamen haud aliter legitur ac in Planudea. — V. 8. λεύσσεις. Vat. — Quaeritur numerus armentorum Augiae, quae in diverſis Elidis partibus paſcebantur. Sit numerus, qui quaeritur, = x, erit

$$\left(\frac{1}{2} + \frac{1}{8} + \frac{1}{12} + \frac{1}{16} + \frac{1}{48}\right) x + 50 = x$$

$$\text{i. e. } \frac{19}{24} x + 50 = x.$$

$$\text{ergo } \frac{5}{24} x = 50.$$

$$\text{ergo } x = \frac{50 . 24}{5} = 240.$$

XLIII. Vat. Cod. p. 617. Planud. p. 67. St. 98. W. — V. 2. καὶ στόμα καὶ θέναρ. Vat. Cod. καὶ τὸ θ. Cod. Gudian. quod verum videtur. Nostrum est in Planud. — V. 4. πισύρεσσι. Vat. — V. 5. ἐν δ' ἅμα. Vat. et Plan. male. — V. 6. εἰπὲ πόσον. Vat. Plan. Cod. Gud. — Describitur leo, ex cujus oculis, ore et pede aqua prosiliebat. Sunt igitur quatuor tubuli, quorum primus duobus, alter tribus, tertius quatuor diebus, quartus sex horis cisternam suppositam implet. Quaeritur, quot horis omnes simul ad eam implendam sufficiant. Falli videtur *Meziriacus*, qui diei h. l. nonnisi 12 horas tribuit, quum non de spatio, quod inter solis ortum et occasum effluit, sed de tempore lucis et noctis agatur. Quare tempus 24 horarum statuendum videtur. Quo facto, computatio sic instituenda. *Una* hora *primus* tubulus implet

$\frac{1}{48}$ totius cisternae

secundus $\frac{1}{72}$.

tertius $\frac{1}{96}$.

quartus $\frac{1}{6}$.

Ergo omnes conjunctim implent $\left(\frac{1}{48} + \frac{1}{72} + \frac{1}{96} + \frac{1}{6}\right)$, i. e. $\frac{61}{288}$ totius cisternae. Jam numerus horarum, ad totam implendam necessarius, sit $= x$, erit

$$x.\frac{61}{288} = 1.$$

$$\text{ergo } x = \frac{288}{61} = 4\frac{44}{61} \text{ horae.}$$

XLIV. Vat. Cod. p. 619. Planud. p. 68. St. 98. W. In statuas Zethi, Amphionis et matris eorum, Antiopae. — V. 2. λάβγε. Vat. Cod. Quatuor edd. Plan. λάβη. — V. 3. τὸ τέταρτον. Vat. — V. 4. ἐξ ἂν τὰ πάντ' ἀνευρὼν. Vat. Cod. — Statuae amborum fratrum viginti pendebant minas. Prioris autem pars tertia et alterius pars quarta conficiebant pondus 6 minarum, quas Antiopae statua pendebat. Sit pondus alterius statuae = x; cum ambae 20 minas pendeant, alterius pondus erit = 20 — x. Ex hypothesi autem est

$$\frac{1}{3}x + \frac{1}{4}(20 - x) = 6.$$

$$\text{i. e. } \frac{1}{3}x + 5 - \frac{1}{4}x = 6.$$

$$\text{ergo } \left(\frac{1}{3} - \frac{1}{4}\right)x = 6 - 5 = 1$$

$$\text{i. e. } \frac{1}{12}x = 1.$$

$$\text{ergo } x = 12.$$

Quum igitur altera statua 12 minas penderet, alteram 8 min. pependisse apparet.

ASCLEPIODOTI EPIGRAMMA.

V. 490.] Hoc Epigramma basi statuae Memnoniae insculptum primus edidit *R. Pocock* in Descript. Itin. Aegypt. T. I. p. 149. ubi corruptelis obsitum legitur. Medicinam afferre conatus est *Leisbius* in Novis ad Muratori. Thesaur. Emendatt. p. 85. sqq. quem a vero

ſenſu aberraſſe judicat *Dorvillius* ad *Chariton.* p. 530. Verum nec hunc veram carminis lectionem aſſecutum eſſe cenſebat *Toupius* in Emendatt. in Suid. P. III. p. 430. ſq. cujus emendationes, ex *Dorvillii* et *Leichii* lectionibus compoſitas, expreſſit *Brunckius.* Hanc inſcriptionem poſt Hadriani demum aetatem ſtatuae additam eſſe, *Leichius* inde conjicit, quod *Dio Chryſoſtomus*, qui ſub Trajano floruit, Memnonis coloſſum inſcriptione carere affirmet, Orat. XXXI. p. 338. D. — Adſcribam primum Epigramma ita, ut ap. *Pocockium* legitur:

ΖΩΕΙΝ ΕΙΝΑΛΙΗ ΘΕΤΙ . ΜΕΜΝΟΝΑ ΧΗΝ ΡΓΑ ΦΩΝΕΙΝ
ΜΑΝΘΑΝΕ ΜΗΤΡΩΗΙ ΛΑΔΙ . . . ΙΘΜΠΟΜΕΝΟΝ
ΑΙΓΥΠΤΟΥ ΛΙΒΥΚΙΗΣΙΝ ΥΠΟ . . . ΦΙΤΟΙΝΟΝΑΠΟΤΑΣΕΑ
ΚΑΛΛΙΠΥΛΩΝ ΘΗΒΗΝ ΕΥΡΑΟΣ ΕΛΑΥΝΟΜΕΝΟΣ
ΤΟΝΔΕ V ΑΧΗΣ ΑΚΟΡΗΤΟΝ ΑΧΙΛΛΗΑ ΜΗΤΕΝΙ ΤΡΩΩΝ
ΦΘΕΓΓΕΣΘΑΙ ΠΕΔΙΩΙ ΜΗΤΕΝΙ ΘΕΣΣΑΛΙΗΙ.

Ex his tam obſcuris verbis haec eliciebat *Leichius:*

Ζώειν εἰναλίῃ ἔτι Μέμνονα καὶ μέγα φωνεῖν
Μάνθανε, μητρῴῃ λαμπάδι θαλπόμενον.
Αἰγύπτου Λιβυκῆς ὃν ὑπ' ὀφρύσιν ἔντα ποτ' . . .
Καλλίπυλον Θήβην εὖρος ἐλαυνόμενος
Τὸν δὲ μάχης ἀκόρητον Ἀχιλλέα, μήτ' ἐνὶ Τρώων
. . . . . . πεδίῳ, μήτ' ἐνὶ Θεσσαλίῃ.

In his quaedam feliciter expedivit ille, a quibus nec *Dorvillius*, quamvis *Leichio* infeſtus, recedere audebat; in v. 1. autem, et magis etiam in v. 4. a vero aberravit. Praeclare vidit *Dorvillius*, in 1. v. εἰναλίῃ Θέτι legendum eſſe; ut ad Thetidem glorietur Aurorae filius, quod poſt fata adhuc vivat et cantum edat, cum Achilles neque apud Trojanos, neque in patriis terris vocem edat. At idem v. 2. male receſſit ab *Leichio*, legens: χάλκεα φωνεῖν Μάνθαν', ἐπὶ Τροίης ἄλλοτ' ἀπολλύμενον, *ad Trojam quondam occiſum.* *Toupius*, qui *Leichii* lectionem revocavit, apud compa-

compatat *Callistrat.* Stat. IX. p. 900. προσεφθέγγετο, ἐπισημαίνων τῇ φωνῇ τὴν χαράν, καὶ ἐπὶ ταῖς τῆς μητρὸς παρουσίαις φαιδρυνόμενος. — Verbum θαλπόμενον, materno affectui pingendo accommodatissimum, illustrat *Wakefield* in Sylv. crit. p. 133. — V. 3. 4. emendatio debetur *Dorvillii* acumini, a quo in hoc uno recessit *Toupius*, quod, cum ille οἷ ἀντέλλοντι legisset, hic ἔνθ' ἀντέλλοντι scriberet, praeter tantillam rem nihil novi afferens. Thebae a Nilo ita secabantur, ut pars urbis Libyae, pars Aegypto adjudicaretur; in Libyca autem parte Memnonis statua erat posita. — V. 5. ἐπὶ τε. *Dorvillius*, cui mox φθέγγεσθαι debetur, cujus vocabuli manifesta sunt in lectione *Pocockii* vestigia.

RUFI DOMESTICI DISTICHON.

Vat. Cod. p. 134. Ῥουφίνου Δομ. In Plan. p. 473. St. 615. W. Ad puellam scriptum videtur. — ἄκριτον ὄμμα. oculum probos ab improbis non distinguentem.

CYRILLI EPIGRAMMATA.

T. 491.] I. Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 65. St. 94. W. Brevitatem in Epigrammatis commendat. Optimum esse id, quod duobus versibus constet; quem modum si excesserit, non Epigramma esse, sed epos. — V. 1. Ed. pr. Flor. et Ald. 1. τῶν κακόν, inepto errore; nec minus tamen ineptum, quod ex Lect. Aldin. in posteriores edd. receptum est, et in Vat. quoque mem-

branis reperitur, τὸν καλόν. Hoc miror probasse magnum *Grotium*, qui vertit:

Versibus ex geminis bona sunt epigrammata —

Caeterum conf. *Parmenion.* Ep. I. T. II. p. 201.

II. Hoc Cyrilli Epitaphium in filium, tertio aetatis anno morte extinctum, edidit *Sponius* Misc. erud. Antiqu. p. 376. *Fabrett.* p. 287. et *Gorius* T. I. p. 421. — V. 2. τριετειον αφειλατο Μοιρα κρατερη. *Sponius.* quod emendavit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 262. lapidarios, non minus ac librarios, voces poëticas et e dialecto petitas in vulgares commutasse, notans. — V. 3. πέλος. *Spon.* Similiter *Simonid.* Ep. CII. ἱερατῆς ἥβης πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν. quae inter se et cum similibus comparavit *Mitscherlich* ad *Horat.* L. II. Carm. V. 14. p. 398. — V. 4. φθιμένοις. *Spon.* Ducta videtur formula ex *Platonis* Menexen. p. 248. B. ἀλλ' εἴτις ἐστὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων. *Antipater Sidon.* Ep. LXXII. εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα.

DIOGENIS EPISCOPI AMISENI

EPIGRAMMA.

T. 492.] Vat. Cod. p. 304. Plan. p. 260. St. 375. W. Diogenes ille, in cujus honorem haec scripsit Episcopus Amisenus, ad patruum profectus, sive ap. eum educatus, diem supremum immatura aetate obierat. Ei Phryx, pater, monimentum ad Ponti Euxini litora exstruxit, ubi Amisus posita est. — V. 3. ἄγεν. Huc te adduxit Dei voluntas, ut patruo tuo moriens luctum creares. πένθος ὀφειλόμενον, a fatis ipsi destinatum. Sic haec interpretanda sunt cum *Grotio*, qui vertit:

Deus hoc curarat, ut ires
Ad patruum, luctus causa futura brevi.

Minus recte *Huetius* p. 25. »Aequius exhibita fuissent »patruo tuo, jam decrepito et exactae aetatis viro, justa »haec, quae tibi a patre persolvuntur.« — V. 5. ἱερῷ τελλάμῳ τε καὶ εὐχῇ, ad ceremonias refer solemnes, quibus Diogenes episcopus in defuncti exequiis praefuerat. — γείτονα — χοροστασίης. tumulum in loco sancto, prope templum fuisse puta. Ductus color ex ethnicorum poëtarum locutionibus, qui beatorum χοροστασίας in Elysiis campis celebrant. Cf. *Marcelli* Dedic. Regillae v. 58.

JULIANI EX GENERE PRAEFECTORUM AEGYPTI

EPIGRAMMATA.

T. 493.] *I.* Plan. p. 484. St. 629. W. In Vat. Cod. inter Anacreontica legitur, cum quibus passim editum reperias. Vide *Anacreont. Fischeri* p. 223. Huic odario nisi *Juliani* nomen adscriptum esset, multi, qui antiquioribus magis quam recentibus delectantur, hoc genuinum Teji vatis foetum esse quovis pignore contenderent. Jam quid intersit inter hoc odarium et ea, quae sub *Anacreontis* nomine vulgo leguntur, equidem me non perspicere fateor. At illa non magis sunt veteris illius poëtae, quam Epistolae illae Menandri aut Demetrii inter *Alciphronis* Epistolas ab his viris conscriptae sunt. — V. 1. ποτ' Vat. Cod. — V. 5. ἔπιον vulgo et in Cod. quod *Brunckius* metri causa in ἔπινον mutavit. — V. 7. γαργαλίζει. Tanquam *Anacreontis* laudantur verba ἀλλ' ἰαίνει τῷ μ' Ἔρως ὁ γαργαλίζων σπλάγχνα — a *Scaligero* in A. P. II. 8. quae tamen, cum alibi non reperiantur, ab ipso *Scaligero* ficta esse probabiliter suspicatur *Pauwius* et alii.

II. Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 467. St. 607. W. In Mariam, nimis de pulchritudine sua superbientem. Conf. *Rufini* Ep. XXXI. et XXXII. — V. 3. ἐς τρίχας ἄξοι. Vulgo et in Vat. Cod. Haec satis arguta sunt. Dum bona precari videtur puellae, (cf. *Rhian.* Ep. IV. 11. 12.) cum eam ἐς τρίχας γήραος sive πολιὰς ἔρχεσθαι optat, revera ei mala imprecatur. — σκληρὸν ῥέθος per prolepsin, quod rugis aliquando secabitur. *Ovid.* II. A. A. 118. *Et tibi jam venient cani, formose, capilli; Jam venient rugae, quae tibi corpus arent.* Vide *Burm.* ad *Propert.* II. 14. 8. — V. 5. τίσειαν πολιαὶ τάδε δάκρυα. Parodia imprecationum Chrysae ap. *Homerum* Il. α. 42. τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν. — κάλλος. pulchritudo, peccatorum ejus fons et causa, quae superbia peccavit, expiet. — ὑπόσχοι ἀμπλ. breviter dictum pro ὑπόσχοι δίκην ἀμπλακίης.

III. Vat. Cod. p. 144. *Juliano* vindicat, quod *Planud.* p. 421. St. 556. W. ad *Lucianum* retulit. Lais, quae omnem Graeciam pulchritudine superavit, ipsa annis victa, speculum suum Veneri dedicat. Hoc et duo sequentia Epigrammata expressa ex *Platon.* Ep. VII. ubi vide not. T. I. P. I. p. 343. — V. 1. 2. Simili acumine Ep. ἀδεσπ. DCXXVIII. Τῇδέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος, ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου. — T. 494.] V. 3. μούνῳ δ' ἐν. Vat. Cod. Non opportuno loco posita copula sic fortasse melius collocabitur:

μούνῳ ἐνικήθη δ' ὑπὸ γήραϊ.

— V. 6. τῆς δέ. Vulgo. — Ut canos ipsos cum dolore videt, sic etiam eorum in speculo repraesentatam imaginem aversatur. σκιά et doctius σκιόεις τύπος est imago in speculo, ut ap. Latinos *umbra.* — σὺν ἐχθαίρει. Vat. Cod.

IV. Vat. Cod. p. 143. Planud. l. c. In membranis versus leguntur hoc ordine: 3. 2. 1. 4. 5. 6. sed literis

appositis describentis error corrigitur. — V. 2. γηραλέην Vulgo. — V. 3. ἐπ' ἰχθείρασα. Vat. Cod. — δεσποίνῃ κ. τ. λ. Veneri, deae pulchritudinis, qua et ipsa olim conspicua erat. — V. 6. δίσκος speculum, a forma rotunda. Venus ipsa speculo uti putabatur. Primus, ut videtur, *Sophocles* ἐν Κρισεῖ τῷ δράματι τὴν μὲν 'Αφροδίτην — μύρῳ ἀλειφομένην παράγει καὶ κατοπτριζομένην, ap. *Athen.* L. XV. p. 687. C. quem secutus est *Callimachus*, ubi Venerem Minervae opponit, in Lavacr. Pallad. v. 21. Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῖσα Παλλάκι, τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

V. Cod. Vat. p. 144. Plan. l. c. — V. 2. ὁ χρόνος ἐρπύζων. Temporis progressus pulchritudinis munus corrumpit. — V. 3. παραπταμένου. transfugit aetas. De tempore *Simonides* Fragm. II. ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας οὕτως ἁ μετάστασις. ubi similia quaedam notavi T. I. P. I. p. 203. sq. — V. 4. ἃ. καὶ δώρου. Vulgo.

VI. Vat. Cod. p. 145. Plan. p. 414. St. 549. W. Piscator, senectute debilitatus, Mercurio artis suae instrumenta dedicat. Plura ejusdem argumenti carmina in eodem Planudeae capite leguntur. »Alterum in »membranis extat Juliani in hoc argumentum Epigram»ma, quo carent schedae quibus sum usus. Distichon »ex eo profert Salmasius in Plinianis p. 699. 'Ερμείῃ »Βαίτων κ. τ. λ.« *Br.* Non *Juliani* est, sed *Macedonii Consulis* Epigramma, cujus distichon cl. editor excitat. Integrum edidit V. Cl. *Chardon de la Rochette* Magas. Encycl. an. VI. T. II. nr. 1. p. 101.

> 'Ερμείῃ Βαίτων ἁλινηχέος ὄργανα τέχνας
> ἄνθετο, δειμαίνων γήραος ἀδρανίην,
> ἄγκυραν, γυρόν τε λίθον, σπυρίδας δ' ἅμα φελλῷ,
> ἀγκιστρον, κώπην καὶ λίνα καὶ δόνακας.

Nostri Epigrammatis v. 1. laudat *Suidas* in ἱμάσθλῃ T. II. p. 116. — remus, quo navis, sicuti equus flagello, impellitur et incitatur. — V. 2. ἴτυς ἀγκίστρου. hami in

orbem flexi ambitus. Quot verba *Julianus* cumulavit ad curvitatem hami significandam! — Excitat h. v. *Suidas* in ἴτυς T. II. p. 158. Est autem ἡ ἴτυς ἡ ἐσχάτη περιφέρεια τῆς ἀσπίδος· ἡ τοῦ τροχοῦ ἀψίς. ἔστι δὲ καὶ παντὸς τοῦ περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος. *Apollonii* Lex. Homer. v. *Oppian.* Hal. V. 138. in hami descriptione, τόσσον ἴτυν κρυερὴν, ὅσσον περὶ χάσμα χαλκόψιν. — V. 3. περίπλεα. Vulgo et in Vat. Cod. — μολύβδῳ. Vat. Cod. a man. sec. Plumbum orae retis appensum, ut illud degravet et deprimat. Hinc poëta ap. *Plutarchum* T. II. p. 75. B. ἡ κακία περιθεμένη μολυβδὶς ὥστε δίκτυον κατέσπασε. — V. 4. φελλοὺς. cortices suberini, nassarum sub aqua latentium indices. Vide *Archiae* Ep. X. *Philipp.* Ep. V. XXII. XXIII. et, unde haec omnia, cum pluribus, expressa, *Leonid. Tar.* Ep. XXV. — V. 5. εὐπλεκέα. Vat. Cod. — ζεῦγος σπυρίδων, (δισσὰς σχοινοτενεῖς σπυρίδας dixit *Philippus*) ut infra Ep. XXVI. πτερύγων ζεῦγος ἐπωμάδιον. κυλίκων ζεῦγος *Ister* ap. *Athen.* XI. p. 471. B. Similia collegit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 649. et *Valckenar.* ad Phoeniss. p. 116. — V. 6. laudat *Suid.* in ἕδρανον T. I. p. 681. — ἕδρανον. qua naves nituntur et retinentur. — V. 7. *Suid.* v. γριπεὺς T. I. p. 498. omisso δαίτην. Idem exhibet v. 8. in ἀντιάσας T. I. p. 221.

¶. 495.] *VII.* Vat. Cod. p. 145. Planud. p. 413. St. 548. W. Cinyras piscator, senex factus, Nymphis retia detrita ponit. — V. 1. Κεκμηκὼς χρονίης π. ὁ. θήρης. Vulgo. Membr. Vat. κεκμηώς, in reliquis cum vulgata lectione conspirantes, quae fortasse mutari non debebat. δίκτυα χρονίης θήρης sunt retia, quibus ille jam diu piscaturam exercuerat. πεπονηκότα ornatus causa additum. — V. 2. Κινύρης. Vat. Cod. — V. 3. περὶ ἠϊόνα. Vat. Cod. — V. 5. εἰ δ'. Haec quoque nimis prolixa pro: εἰ δ' ὀλίγον δῶρον sive ὀλίγη ἡ δόσις. — V. 6. ἅλις ἐστὶ βίος. Similiter *Theocritus* Eid. XX. 14. enumerata piscatorum suppellectili: οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόνος, οὗτος ὁ πλοῦτος.

VIII. Vat. Cod. p. 145. Plan. l. c. Idem argumentum paulo aliter exornat. — V. 1. Κινύρης. Cod. Vat. a man. sec. — ἀκοντιστὴς μόχθος est labor retium in undas emittendorum, quem se, a senectute impeditum, ferre posse negat Cinyras. — V. 3. θαλάσσῃ. Cinyrae senectus mari, in quo ille quasi regnum exercebat, libertatem restituit.

IX. Vat. Cod. p. 142. Planud. p. 431. St. 565. W. Trium fratrum dedicationes. — V. 1. laudat *Suid.* in γνωτὸς T. I. p. 489. — V. 2. Πίγρις. Vat. Cod.

X. Vat. Cod. p. 153. Plan. p. 446. St. 579. W. In hoc et sq. Epigr. scriba Mercurio artis suae instrumenta dedicat. Multa hujus argumenti Epigrammata in Anthologia reperiuntur. Cf. *Phaniae* Ep. III. ibique notata T. II. P. I. p. 161. sqq. — V. 1. Plumbum stilo viam signat, unde ei nefas est deflectere. ἄγων, si verum est, ad Philodemum referri debet, cujus nomen infra est positum v. 7. Sed depravatum videtur vocabulum. Plumbum, quod inter librariorum instrumenta non postremum est, apud Epigrammatarios modo τροχόεν et τροχαλόν, modo κυκλοτερὲς et κυκλομόλιβδον, semel etiam ap. *Paul. Silent.* Ep. L. γυρὸν vocatur. Horum locorum comparatio efficit, ut corrigendum existimem:

τὸν μόλιβον γυρόν, καὶ μολίβου κανόνα.

— V. 3. 4. laudat *Suidas* in λᾶας T. II. p. 406. — θῆγε, Stephan. ex ed. Ascens. recepit. Antiquiores θῆκε legunt. — V. 5. μυστήρια φωνῆς. Obscurius dictum. Sic atramentum vocatur, quo vox humana arcanis quibusdam notis significatur et a vulgi cognitione quasi secernitur. — V. 6. σμίλης. Edd. vett. ante Ascens.

T. 496.] *XI.* Vat. Cod. p. 153. Planud. l. c. — V. 1. κύκλιον, quia rotundum est plumbum. — V. 2.

τρογθεὶς. Vat. Cod. unde apparet, librarium cogitasse de τραχέως.

Quod non spernendum. Quamvis enim τραχθεὶς de plumbo vetusto et diuturno usu hic illic exeso sine difficultate explicari potest, illa tamen lectio verior videtur, quod reliqua anathemata, quae hoc carmine recensentur, nullum ejusmodi epitheton habent; nec in reliquis ejusdem argumenti carminibus quidquam tale reperitur. τρηχέος μόλιβδος occurrit in Ep. *Paul. Sil.* LI. Si quis opposuerit, vim hujus epitheti in κέκλασαι jam expressam esse, is, velim, *Juliani* nostri Epigrammata attento animo perlegat, et multa loca inveniet, propter inanem quandam verborum copiam et vitiosam luxuriem reprehendenda. — V. 4. θηγαλέης. Vulgo. — V. 5. 6. laudat *Suidas* v. γέρας T. I. p. 481. — ᾧ θεμιστός. cui Mars et Musae suum in hac arte tribuerunt munus; Mars, quia ferreum, Musae, quia scribendi artificio adhibetur. — V. 10. λειπ. βίον. cum ipsi jam victus desit, tu, Mercuri, qui lucro et quaestui praees, ejus vitam regas et tuearis.

XII. Planud. p. 331. St. 470. W. Phryne Amori imaginem Amoris dedicat, a Praxitele, qui ejus archetypum ex suo ipsius pectore duxerat, Phrynae donatam. Expressum carmen ex *Simonid.* Ep. XC. ubi vide not. T. I. P. I. p. 258. — V. 1. κλίνας. Amoris impotentiam, amantium haud aliter ac servorum cervicibus instantis, eadem imagine significat *Propert.* L. I. 1. 4. *caput impositis pressit Amor pedibus.* II. 23. 59. *Instat semper Amor supra caput, instat amanti, Et gravis ipsa super libera colla sedet.* *Meleager* Ep. XXVIII. κεῖμαι· λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγριε δαῖμον — ubi similia quaedam comparavi, p. 49. — V. 2. χερσὶ λυθείσαις. victis manibus. Ἁπαλαῖς λυθείσαις. Noster supra dixit Ep. III. *fidibus, mollis, facilibus manibus,* malit *Heynius* in Comm.

ment. Soc. Reg. T. X. p. 91. — V. 4. *χαλκέους*. Falsum hoc quidem. Illud enim Amoris simulacrum, quod Phrynae donavit Praxiteles, ex marmore fuit. Vide *Junium* in Catal. p. 180. Duo tamen alia Amoris signa idem artifex fecit, quae descripsit *Callistr.* Stat. III. et XI.

XIII. In prioribus Vat. Cod. paginis. Scriptum est in statuam Adonidis, qui, quamvis Venere juxta stante, oculos tamen in canes conjicit. — V. 1. *ἐς κ.* Vat. — V. 2. Verba *σχέτλι' Ἔρως*, quibus poëta hanc Adonidis severitatem ad Amorem referre videtur, parum commode interposita sunt.

XIV. Sine auctoris nomine legitur in Vat. Cod. p. 477. quod etiam in Planud. p. 304. St. 444. W. omissum est. Unde igitur novit cl. editor, *Juliani* esse hoc distichon? nisi forte in uno regiorum codd., quibus usus est, nomen adscriptum fuit. — V. 1. *τέχνα* et v. 2. *τὰν ψυχὰν* Vat. Cod.

¶. 497.] *XV.* Vat. Cod. p. 485. Planud. l. c. — Antitheseos efficiendae cupiditas poëtam ad ineptias deduxit. Verba *ἡ φύσις ἄπνους ἐστιν* vix sensum habent.

XVI. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. Pastorem fingit Myronis vaccam stimulo urgentem. Cf. Epigr. *ἀδέσπ.* CCXVII. quod antiquius esse, apparet ex parodia *Lucillii* in carmine, *Philippi* Epigrammatibus temere interposito, nr. XL. T. II. p. 222. — V. 1. *τῇ*. Vat. Cod. — V. 2. *καὶ τόδ'*. cum omnia reliqua mihi tribuerit, currere tamen non dedit. — *καὶ τόδ' ἔδωκεν ἔχειν*. Vulgo.

XVII. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. Compar. Ep. *Leonidae Tar.* XLII.

XVIII. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. Fur Myronis vaccam avertere conatus, non prius errorem cognovit, quam eam tangeret. — V. 2. *ποσσὶ*. Ald. 1. 2. 3.

XIX. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. — V. 1. αἰθ' ἔρδων. Cod. Vat. — V. 2. γειτονόνεις. Ibid. et in fine τ' ὠδόνην. Ductus color ex *Demetrii Bith.* Ep. l. T. II. p. 65.

XX. Vat. Cod. p. 485. Plan. l. c. — V. 2. τέχνην. Edd. Ald. 1. 2. 3. „Scribendum videtur:

„α. τλῆθι φύσις, τέχνη δε βιάζεται. β. ἄπνοον ἔργον.

„Naturam poëta alloquitur: *Perfer, Natura; tibi vim* „*ars facit.* Cui Natura respondet: *At vita caret opus:* „*ex natura ars est, non enim naturam reperit ars.* Ser„vata vulgata lectione τλῆθι Μύρων, nullum in his sen„sum video.“ *Br.* Crediderim tamen, lectionem Cod. et edd. explicari posse. Myronem sibi subtristem finxit *Julianus*, quod, cum operi suo omnia tribuerit, ita ut animatum esse videretur, vitam tamen non haberet. Quam ejus aegritudinem leniturus Noster, Fer, Myron, ait, quod mutari non potest; artis, quam exerces, natura tibi vim facit, teque impedit, ne vaccae, praeter omnia alia, etiam spiritum dones. Inanimatum opus, nec aliter esse potest, cum ars naturae originem debeat, nec ars naturae opus facere possit. Sic *Grotius* quoque hoc distichon accepisse, ex ejus versione apparet:

Quod non spirat opus, perfer Myro; nam jubet ars hoc.
Non ars Naturam genuit, Natura sed artem.

XXI. Vat. Cod. p. 477. Planud. l. c. — V. 1. ἐμέ-γοντο. *Callistrat.* Stat. VI. p. 897. Lysippum Occasionem finxisse dicit, πρὸς τὴν φύσιν ἁμιλλωμένης τῆς τέχνης. — V. 3. Etiam hujus Epigrammatis acumen ineptum est, et prava antithesis.

¶. 498.] XXII. Vat. Cod. p. 477. Plan. l. c. Asilum Myronis vaccam stimulo petere *Julianus* fingit; quod mirandum esse negat, cum illud opus ipsorum

pastorum oculos deceperit. μύωπα *Brodaeus* inepte *luscio-sum* vertit. — V. 2. χαλκοχύτοις. Vat. Cod. quod revocandum. — V. 3. αὐτός. Vat. Cod. — V. 4: ἠπερόπευε. Id.

XXIII. Quae sequuntur Epigrammata usque ad nr. XXXIII. desiderantur in Vat. Cod., ut plurima, quae artis opera celebrant. Plan. p. 307. St. 446. W. Prometheus conqueritur, quod, cum artium facem primus inter homines extulerit, artifices suis donis, arte et igne, abutentes eum perpetuos dolores perferre cogant. Erat enim in illa statua gravissimi doloris significatio, ut apparet ex verbis ἀλλήκτου πήματος ὄψιν ἔχω. Idem color in Epigr. ἀδεσπ. CCXCIV. Pictam Promethei vincti imaginem diserte descripsit *Achill. Tat.* L. III. p. 167. *Salm.* statuam ejusdem *Libanius* T. IV p. 1116. sqq. *Reisk.* Nota ejus imago, a Parrhasio ad senis, inter tormenta exspirantis, exemplar picta; de qua tradidit *Seneca* Controv. L. XII. 10. — V. 2. Fallitur *Huetius* p. 30. qui ἄλληκτον πῆμα de catenis, ignis ope factis, interpretatur. Sunt potius cruciatus, quos ars quodammodo perpetuos fecit. Acumen hisce poëtis familiare. *Glaucus* Ep. V. T. II. p. 348. de Philoctetis imagine: ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀναπαῦσαι Ἀνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει. — V. 3. εἶχε. ut Ep. XXII. 3. εἶχε suspicabatur *Heynius* in Comm. S. R. X. p. 93.

XXIV. Plan. p. 307. St. 446. W. In eandem Promethei statuam. — V. 1. Aëneus hic Prometheus, gravissimis cruciatibus affectus (τειρόμενος), *Homerum* errasse docet, cum χαλκὸν diceret ἀτειρέα. Ineptum acumen. — V. 5. Irascendum tibi est, o Hercules, quod statuarius Prometheum a te liberatum aeternis vinculis et cruciatibus denuo tradidit. — φαρέτρην. post sagittas, quibus Hercules aquilam confixisse traditur. Vide *Apollodor.* L. II. 5. p. 139.

XXV. Planud. p. 311. St. 451. W. In Icari statuam aëneam in balneo stantem. Balneum prope Tripolin, propter Icari signum, in eo positum, Ἴκαρον appellatum, commemorat *Malala* T. II. p. 73. — V. 1. Quod vulgo legitur νῦν δέ σε κηρῷ, *Brodaeum* induxit, ut seq. versu χαλκοτύπον per κηροπλάστην interpretaretur; quo nihil ineptius. *Brunckius* vulgatam tacite mutavit, ex conjectura, ne dubites. Sed aëneam statuam fuisse, jam satis intelligitur, cum χαλκοτύπος eam fecisse commemoretur; quare in κηρῷ aliud quid latere putaverim. Fortasse

νῦν δέ σε καινὴν
ἤγαγεν εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοτύπος.

vel simile quid. — V. 3. ἀλλ' ἄγε. Vulgo. — Iterum in Epigrammatis fine poëta lapsus est. Monet Icarum, ne volare ausus, balneum reddat Icarium pelagus. At quod malum inde ad Icarum redundaturum esset? Hoc dicere voluit: Sol aeneas tuas alas non minus liquefecerit, quam cereas; quare cave, ne ad eum evoles, et denuo casum patiaris. — τελέσεις. Ed. pr. Flor.

T. 499.] *XXVI.* Planud. p. 311. St. 451. W. — V. 1. τέχνη. ne ars te decipiat, quae te tantum non vivum et animatum expressit, neque alae, quas artifex tibi addidit. — ζεῦγος. Vide ad Ep. VI. 5. — V. 4. χάλκεον εἶδος ἔχων pro χάλκεος ὤν.

XXVII. Planud. p. 312. St. 452. W. Expressum videtur ex *Glauci* Ep. V. Tabula picta describitur, non aëneum illud signum, quod laudatur in Ep. ἀδεσπ. CCXCIV. Philocteten, vulnere tabescentem *Antipho* pinxit, tradente *Plutarcho* T. II. p. 18. et p. 674. A. — V. 4. αὐσταλέην. In marg. Wech. γρ. καὶ αὐαλέην. Coma hirsuta, per longum tempus nec pexa nec uncta. Talem Philocteten describit *Philostr. Jun.* XVII. p. 889. κόμην δὲ καὶ αὐχμοῦ πλήρη δεικνύς, καὶ τὴν γενειάδα [illegible] καὶ

φείτων. — τριχαλέας. Capillorum epitheton ad colores translatum. — V. 5. Cutis arida, rugosa et squalida, ut esse solet in iis, qui corpus diu non curarunt. De Phineo *Apollon. Rhod.* L. II. 198. πίνῳ δέ οἱ αὐσταλέος χρὼς Ἐσκλήκει, ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. — καρφαλέων, *Archilochus* in Enchir. Hephaest. p. 19. οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα, κάρφεται γὰρ ἤδη. Vide Animadv. T. I. P. I. p. 170. — V. 7. ξηροῖσιν. ὀφθαλμοὺς ἐκπληκτικὰς vocat *Glaucus* l. c. ξηρὰ ἄκλαυστα ὄμματα *Aeschyl.* VII. c. Theb. 702. Oresti ὀμμάτων ξηραὶ κόραι tribuuntur ap. *Euripid.* in Tragoedia illius nominis v. 389. Ap. *Aeschylum* VII. c. Theb. 681. Furiam ξηροῖς ἀκλαύτοις ὄμμασι sibi assidere ait Eteocles. — δάκρυα πηγόντα. *Homer.* Odyss. 211. ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισιν. quem locum plures expresserunt, quos *Clarke* laudat, etiam *Themist.* Or. XX. p. 234. A.

XXVIII. Planud. p. 316. St. 456. W. Statua ex marmore, *Nioben*, liberos plorantem, repraesentans. — V. 2. ἐπιμυρομένης. Ed. pr. Flor. — V. 3. ἔλαχε. Edd. vett. ante Steph. — Animam statuae adjecisset artifex, nisi mulierem in saxum mutatam finxisset. Simili acumine Auctor Ep. ἀδεσπ. DXIV. in imaginem Pythagorae: Αὐτὸν Πυθαγόρην ὁ ζωγράφος, ὃν μετὰ φωνῆς Εἶδες ἄν, εἰ γε λαλεῖν ἤθελε Πυθαγόρης.

XXIX. Planud. p. 318. St. 458. W. ubi plurima sunt Epigrammata in eandem Medeae a Timomacho pictam imaginem. Nostrum inprimis expressum ex *Antiphili* Ep. XX. τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ, Ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν. ubi vide not. T. II. P. II. p. 52. sq.

¶. 500.] XXX. Planud. p. 322. St. 461. W. In Minervae armatae signum Athenis. Nullam causam esse ait, cur dea in media urbe arma gerat. εἶξε Ποσ. Respi-

citur ad notam illam de contentione inter Minervam et Neptunum fabulam.

XXXI. Planud. p. 325. St. 464. W. In Venerem armatam Lacedaemone. Lusus poëtarum de hoc signo recensuit et exposuit *Heynius* in Comment. Soc. R. T. IX. p. 108. — V. 3. Venerem poëta Lycurgi legibus obtemperantem, Spartanosque non, ut alios mortales, sagittis, sed gravioribus telis vulnerantem fingit. Turpe putabant Spartani arcu et sagittis uti, nec eminus, sed cominus pugnare didicerant. Itaque Venus quoque Spartanos aggreditur cominus τεύχεσιν ἐγχειμάχοις. — V. 5. Κυθέρης. Edd. vett. ante Stephan.

XXXII. Planud. p. 326. St. 465. W. ubi et alia sunt in Venerem Anadyomenen Epigrammata. Noster ante oculos habuit *Antip. Sidon.* Ep. XXXII. ubi vide not. T. II. P. I. p. 40. — θαλασσαίης λοχείης. *Leonid. Tar.* Ep. XLI. Venerem ματρὸς ἐκ κόλπων ἐκφυγοῦν dicitur; quanto rectius quam apud Nostrum! — V. 2. ἀπειλλαίην. Vulgo. Forma ἀπέλλειος est ap. *Antip. Sid.* l. c. — V. 5. Si tanta pulchritudine conspicua fuit Venus eo tempore, quo ante Paridem stetit, immerito Pallas Paridi succensuit, tam formosae deae pulchritudinis praemium tribuenti.

¶. 501.] XXXIII. Planud. p. 378. St. 516. W. Lemmati fidem non habeo. Scriptum videtur hoc distichon in pateram, cujus imo fundo pisciculi insculpti erant, in concava vasis parte, tanquam in maris sinu, natantes. Respicitur autem verbis, οὕτω Βάκχον ἔδεκτο Θέτις, ad fabulam de Bacchi ex Thracia fuga, ap. *Homer.* Il. Z. 130. Simile toreuma describit *Martial.* L. III. 35. *Artis Phidiacae toreuma clarum, Pisces adspicis: adde aquam, natabunt.*

XXXIV. Planud. p. 380. St. 518. W. In Pythagorae statuam, quae non docentem, sed silentem illum re-

praesentavit. Similiter lusit Anonymus auctor Ep. ἀδεσπ. DXIV. quod etiam *Juliani* esse suspicor. — V. 1. αὐτὸν Ed. pr. Flor. contra poëtae mentem, ut ex sq. disticho apparet. — φύσιν ἀριθμῶν. numerorum naturam, unde Pythagoras omnium rerum ortum explicabat. — V. 3. τὸν ἐν σιγῇ. Quia discipulos silentio erudivisse dicitur. Huc referendus locus *Claudiani* de Fl. Mallii Cons. v. 90: *Quicquid Democritus risit dixitque tacendo Pythagoras.* Cf. *Palladas* Ep. LXXVII. et quae collegit C. *Rittershus.* ad *Porphyr.* de Vita Pyth. nr. 19. p. 20. sqq. ed. Kust. — V. 4. Haereo in ἔνθεν, quod quo commode referam, non habeo: *Hinc* (ut illum prudenter silentem repraesentaret) *vocem occultavit* — vehementer jejunum et tautologicum est. Fortasse scribendum:

καὶ τάχα φωνὴν

ἔνδον ἀπεκρύψατο (sive ἀπεκρύψατεν), καὶ τόδ᾽ ἔχων ὄπλον...

Statuarius vocem, quam operi suo tribuere potuisset, *intus* occultare maluit. Hunc sensum poëtam efficere voluisse, probabile est ex disticho supra adscripto ad Ep. XXVIII. Ad postrema verba cf. *Ovid.* Heroid. XIII. 155. de cerea Protesilai imagine: *Crede mihi; plus est, quam quod videatur imago. Adde sonum cerae, Protesilaus erit.* *Anacr.* Od. XXVIII. fin.

XXXV. Vat. Cod. p. 467. Plan. p. 358. St. 498. W. — V. 2. τοὔλιπτίς. Ald. 2. 3. Asc. Steph. τοὔλλιπτίς. Ed. pr. Flor. et Ald. pr. Veteres in exstruendis aedificiis, et interioribus eorum partibus distribuendis coeli et temporum anni rationem habuisse, apparet ex *Vitruvio* VI. 7.

XXXVI. Vat. Cod. p. 467. Plan. p. 359. St. 498. W. πυθαστικὸν esse in lemmate notatur, sed perperam. Conf. Ep. *Leonidae Alex.* (seu *Tarentini* potius) XXX. T. II. p. 196.

XXXVII. Vat. Cod. p. 468. Plan. p. 360. St. 500. W. Suggestum, de quo Craterus Sophista verba solebat fa-

cere, fortunam suam sibi gratulatur. — V. 2. ἀντιφθόγγων. δένδρον ἀμφιστρεφὲς illustravimus in Exercitt. crit. T. II. p. 77. — λιγυροὶ ἄνεμοι, circum arborem dulci susurro ludentes, et aves canorae in ejus frondibus considentes, suaviorem et graviorem eloquentiae Crateri sonum portendebant. — V. 4. ἐπιμίγνυ. Vat. Cod. — ¶. 502.] V. 5. In eundem Craterum vide Ep. LXIV. et LXV. — ἄρδομαι. perfundor Crateri eloquentia, et quasi nutrior, ut olim ventis et pluvia. Verbi ἄρδεσθαι nutriendi significationem illustravit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 117. sq. et *Heynius* ad *Pindar.* Ol. V. 55. p. 64.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 378. St. 516. W.

XXXIX. Vat. Cod. p. 435. sq. Planud. p. 28. St. 43. W. In Tatianum quendam, incorruptae probitatis virum, quem cum Imperator gravioribus negotiis adhibere vellet, ille paterna rura et otium splendidiori conditioni praetulit. — Ceterum incertum est viri nomen. Nam in Planudeae edd. omnibus Τιτιανὸς vocatur, in Vat. Cod. Τιττιανός. Haec cl. editor pro arbitrio suo in Χριστιανὸς mutavit. — V. 3. ἐν βίου γ. γαλήνῃ passim de vita tranquilla. *Philetas* ap. *Stob.* Tit. CII. p. 482. ἢ μὲν δὴ πολέεσσι προφέρομαι χαλεποῖσι, Θυμέ, γαληναίῃ δ' ἐκτρέψομαι οὐδ' ὅσον ὅσσον. — V. 5. Patrimonium tuum, juste partum, colis et auges, civium tuorum bona minime attingens. τῶν ἀρχομένων. Magistratum fuisse Tatianum, sed in parva urbe, hinc apparet. — ἀ. πρὶν Vat. Cod. et in marg. πλήν. — V. 6. πλοῦτος Vat. Cod. a pr. man. — σύνθρονος Δίκη. Justitia, quae tibi jus reddenti haud secus ac Jovi assidet. *Hesiod.* Ἔ. καὶ Ἡ. 258. Δίκη — Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι. Similiter regi justitiam assidere ait *Themist.* Or. XVI. p. 201. Δίκη πάρεδρος βασιλείας καὶ κόσμος τῆς αὐλῆς. De Basilio proconsule *Himerius* Or. XIII. p. 602. in loco mutilo et sic fortasse constituendo:

tuendo: Ἐκεῖνος (Achilles) μὲν ὅπλα ἔχων χρυσᾶ [ἡρίστευσε]. καὶ διέσωζε [τοὺς] Ἕλληνας· σὺ δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπλα χρυσᾶ, δίκην δὲ ἔδειξας (vulgo τινα) χρυσῆν καὶ θέμιν. ταύτας δὴ τὰς τοῦ πατρὸς [ἀρετὰς] παρέδρους λαβὼν ἦλθες εἰς Ἕλληνας. Ad hunc locum *Wernsdorfius* similia, etiam nostrum carmen excitavit.

XL. Vat. Cod. p. 296. Planud. p. 229. St. 334. W. — V. 1. αὐτήν. De expressa similitudine. Vide ad *Christodori* Ep. II. p. 472. — αἴθε. Tam bene et ad vivum expressam Theodotes cum videmus imaginem, luctuosa ejus memoria tantopere refricatur, ut optandum sit, pictorem a fine proposito aberrasse.

XLI. Vat. Cod. p. 301. Planud. p. 241. St. 357. W. — V. 1. γλυκερόν. quae dulcem simul et fortem vocem pectore edebat. Generalis haec laus citharistriae, nec ad Ionicam et Doricam modulationem cum *Brodaeo* referri debet. — θρόον ῥηξαμένη. *Agathias* Ep. X. εἶποτε δὲ τεχνικῷ ῥοιζήματι ῥήξατο φωνήν. Epigr. ἀδεσπ. CCCCLV. ἄῤῥενα ῥηξαμένα φθόγγον ἐπὶ κταμένῳ. *Eurip*. Suppl. v. 710. ἔῤῥηξε δ' αὐδὴν ὥσθ' ὑπηχῆσαι χθόνα. ubi similia protulit *Marklandus*. — V. 2. θηλυτέρης. Vat. Cod. quod Planudeae lectioni non videtur praeferendum. — V. 4. λιγυρά. Ed. Steph.

T. 503.] *XLII.* Vat. Cod. p. 301. Bis in Planudea exstat, p. 241. St. 351. W. et p. 282. St. 408. W. — V. 1. οὔτι. Vat. Cod. *Fortem* Calliopes vocem, quam praecedens carmen laudat, etiam h. l. miratur poëta. Hanc vocis vim et virtutem, quam nec muliebris naturae imbecillitas, nec senectus fregerat, vix demum cum vita amisisti. — V. 4. „Vulgo legitur: φεῦ, φεῦ, Καλλιόπη, σὴν κατέλυσας ὄπα. Quod dedi multo acutius ex admodum verisimili conjectura est cl. Reiskii.“ *Br.* Acutam esse hanc conjecturam non nego; an vera sit

eadem, dubito. Certe *Julianus* sic potius, quam librarii vitium corrigi videtur.

XLIII. Vat. Cod. p. 436. Anth. Plan. p. 18. St. 29. W. Expressum ex *Metrodori* parodia carminis *Posidippi*, T. II. p. 476. — V. 2. εὖχος ἑταιρείων. Duo haec vocabula vulgo commate sejunguntur. Et sic *Grotius: dans fora nosci, Dans decus.* Huic interpunctioni nonnihil favet Ep. *Metrodori:* εἰν ἀγορῇ μὲν κῦδεα καὶ πινυταὶ πρήξιες. ubi κῦδεα respondent τῷ εὖχος. Elegantior tamen et gravior sensus ex Brunckiana interpunctione emergit. — In fine vers. vulgatum ἄκη, quod cum κρυπτὰ non bene coit, ex Vat. Cod. emendatum est. Meliorem hanc lectionem expressit *Grotius: abscondit, si qua molesta, domus.* — V. 6. φροῦδος. Orbi liberis non timent. — V. 7. ὀπάζειν. Vulgo.

XLIV. In Vat. Cod. p. 359. hoc distichon annexum est Epigrammati *Julii Polyaeni* II. probante doctissimo *Chardon de la Rochette* Mag. Encycl. T. I. VI. an. nr. 3. p. 322. Mihi secus videtur. *Polyaeni* Epigramma bene terminatur v. 4. Nec in nostro disticho quidquam ad integritatem desiderabis, si γνώμην esse reputes, qualia multa seriores inprimis Epigrammatarii conscripserunt. Ceterum *Juliano* inscribitur, nescio quam bene, in Plan. p. 70. St. 101. W. In Cod. Laurent. certe *Palladae* tribuitur, in Cod. Band. p. 99.

XLV. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 79. St. 115. W. In navigium, quod, cum maris pericula effugisset, in terra incendio crematum est. Expressum carmen ex *Leonidae Tar.* LXII. ubi vide not. T. I. P. II. p. 119. — V. 2. μητρείαις. Vulgo. δημητρίας. Vat. Cod.

XLVI. Vat. Cod. p. 299. Plan. p. 196. St. 285. W. In eodem argumento luserunt *Antiphil.* Ep. XLII. *Hetrusc. Mess.* Ep. T. II. p. 307. — V. 1. αὐτόθεν τελέος. Sua

ipſius cymba, non Charontis uſus. Alio ſenſu αὐτόκωπον rocat Leandrum *Muſaeus* v. 255. — ¶. 504.] V. 6. συλλήξας. Ap. *Hetruſc. Meſſen.* l. c. κοινὰ λαχοῦσα τέλη piſcatoris navis, tuetur vulgatam *Juliani* lectionem contra *Caſauboni* conjecturam συννήσας tentantis. Mydon cum ad vitae finem perveniſſet, una cum incenſa cymba eſſe deſiit. — V. 7. πέλεν ἐκ. Vat. Cod. — ἀέξων. Ed. pr. Flor. — V. 8. Μύγδον. Vat. Cod. — ἐς βίον. ad victum comparandum, vitamque ſustentandam.

XLVII. Bis legitur in membr. Vat. p. 241. in marg. et p. 436. Planud. p. 6. St. 11. W. Hiſtoria, ſaepe ab Epigrammatariis tractata, de matre Spartana filium ignavum ſua manu necante. Cf. *Tymnis* Ep. IV. *Antip. Theſſ.* XXVI. Ep. ἀδέσπ. CCCCLV. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in μυῆστις T. II. p. 569. — V. 2. ἔκτουνεν. Vat. Cod. — γνήσιον αἷμα. Lacedaemon genuinam ſobolem non patria et genere, ſed fortitudine, in bello exhibita, dijudicat. Nec mirum itaque, matrem ignavum filium tanquam alienum et extraneum interfeciſſe.

XLVIII. Planud. p. 207. St. 301. W. »Duo diverſa »ſunt Epigrammata in membranis (p. 298. ſq.), ſingula »unius diſtichi, quae ſeparanda eſſe ex aliorum in idem »argumentum comparatione palam eſt.« *Br.* Conf. inprimis Epigr. ἀδέσπ. CCCCLXXIII. - CCCCLXXVIII. quae omnia expreſſa ſunt ex archetypo *Simonidis* Ep. LIX. T. I. p. 137.

XLIX. Vat. Cod. p. 299. Planud. p. 251. St. 364. W. Naufragum poëta alloquutus, Ne, inquit, ventos et undas accuſes, cum tua te cupiditas perdiderit.— V. 1. πόντος ὤλεσε καὶ οὐ σύ.. Vulgo et in Vat. Cod. quo tacite mutato *Brunckius* verſum dedit minime elegantem. — V. 3. ὀλίγος βίος. *Propert.* L. III. 5. 70. *Viveret ante ſuos dulcis conviva penates, Pauper, at in terra,*

nil ubi flere potest. Terrae et agriculturae bona cum navigationis periculis eleganter comparata vide in Ep. Anthol. Lat. L. III. 62. p. 501. sqq. et ap. *Libanium* T. IV. p. 992. sqq. ed. *Reisk.* — V. 4. κέρδος ἀπαλλόμαχον. *Leonid. Alex.* Ep. XXVIII. δέδοικα γὰρ οὖς πάρος ἔτλην Κινδύνους, ἀνέμοις ἀντικορυσσόμενος. Similia vide ap. *Dorvillium* ad *Charitonem* p. 87.

L. Vat. Cod. p. 253. in marg. inferiore, et p. 298. hoc Epigramma *Juliano* vindicat. In Plan. p. 219. St. 318. W. ἄδηλον inscribitur. Fingit poëta Timonem in trivio sepultum et de hominum circa illum locum frequentia conquerentem. Conf. ad *Hegesippi* Ep. VIII. T. I. P. II. p. 76. — V. 2. τύχη. Vat. Cod. utroque loco; in priore tamen ει superscriptum. — ¶. 505.] V. 3. πάντ' ἐπεὶ Τίμων νέκυν. Vat. Cod. loco pr. — Pro καλέουσιν idem loco sec. πατέουσιν, quod non plane spernendum. Vulgata tamen Timonis ingenium melius videtur exprimere. — V. 4. καὶ μόνος. Ductus color ex *Archiae* Ep. XXXIII. in naufragum ad maris litus sepultum: μόχθων δ' οὐδ' Ἀΐδης με κατεύνασεν, ἡνίκα μοῦνος Οὐδὲ θανὼν λείῃ πέπλιμαι ψευχίῃ. ubi vulgatam lectionem λείῃ ψευχίῃ nuper egregie munivit *Huschke* in Analect. crit. p. 122. sq.

LI. Vat. Cod. p. 301. Planud. p. 230. St. 334. W. Epitaphium in mulierem et nomine et forma *Pulchram*, eandemque castissimam. — V. 2. Χαρίτων ἔαρ. Charitum jucundissima. Ep. LVII. Similiter *Antip. Sidon.* Ep. LXXV. σύδει καὶ Σμέρδις, τὸ Πόθων ἔαρ. Amoenissimam totius populi partem, juvenes, τὸ τοῦ δήμου ἔαρ appellabat *Demades rhetor* ap. *Athen.* L. III. p. 99. D. cui similia dedit *Valcken.* ad *Herodot.* L. VII. 162. p. 580. Parum diversum, quod noster habet Ep. LVI. εὐθαλέων Χαρίτων ἄνθος, Ἀναστασίη. — V. 3. τιμηέντι μαύνῳ. *Hyperides* ap. *Stob.* T. LXXII. p. 441. 18. τοὺς (καλλωπισμοὺς) περὶ τὰς ἐξόδους

οὐκέτι πρὸς τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἑτέρους. — V. 5. τίς λίθος. Epigr. ἀδεσπ. DCLVI. Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε, σέθεν φθιμένοιο, Κασάνδρου; Τίς πέτρος, ὃς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης; Pro ἐξήρπαξε in vulgatis edd. et ἐξήρπασε et ἐξήρπασεν, legitur.

LII. Vat. Cod. p. 302. Planud. p. 230. St. 335. W. Facetum Epigramma. Gratias agit maritus conjugi, quod sibi morte libertatem reddiderit. — V. 2. ῥέζεια. Pauperibus eleemosynam distribuit, ut animam tuam ex flammis et cruciatibus solveret.

LIII. Vat. Cod. p. 299. Plan. p. 250. St. 363. W. In naufragum, cujus cadaver undae in patriam detulerant. — V. 1. Ventis irasci debes, non undis. — V. 3. ἐθάψαμεν. Vat. Cod. Ed. Flor. Ald. 1. 2. 3. Ascens. Nic. Sab. Eaedem edd. sequ. versu ἐξεκύλισε.

Т. 506.] *LIV.* Vat. Cod. p. 299. Plan. p. 250. St. 363. W. Naufragus nautis, qui ejus cadaver ex undis exceperant et humaverant, gratias agens, ut salvi in portum perveniant, precatur, aut, si quid acciderit, ut idem illis ab aliis beneficium contingat. — V. 2. Μαλειάων. Periculosissima nautis loca. Iis, quae notavimus ad *Gaetulici* Ep. VII. T. II. P. II. p. 35. adde *Propert.* L. III. 17. 7. ἀδύνατα cumulantem: *Et placidum Syrtes portum, et bona litora nautis Praebeat hospitio saeva Malea suo. Ovidius* II. Amor. XVI. 24. cum domina *Nec timeam vestros, curva* (f. *torva*) *Malea, sinus.* — V. 3. ῥέξει. Vat. Cod. — Minus recte *Jos. Scaliger* in not. msc. tentabat ἢν ἄλλον ῥέξῃ, i. e. εἰ ῥ. quam formam Dorienfibus propriam hoc carmen non admittit. Idem v. 1. corrigebat καὶ σῆμά τι χώσας – non magis feliciter. Vulgo quidem σῆμα, τάφον χεῦσαί τινι dicitur. *Sophocl.* Antig. 80. τάφον χώσουσ' ἀδελφῷ. Ibid. v. 1203. τύμβον ὀρθόκρανον χώσαντες. Plura cumulare mihil attinet. Quum

autem verbum χωννύναι proprie sit, aggerere. [illegible] terram, significare coepit etiam sepelire operire terra: cujus significationis vi cum ablativo rei, quem vertunt, jungitur. Euripid. Orest. 1585. [illegible] qui locus nostram lectionem [illegible] confirmat. Item conficit Ep. Nostri LXX. 3. [illegible] — V. 4. [illegible] Vat. Cod. Cf. Ep. XLVIII. 4.

LV. Cod. Vat. p. 299. sq. Plan. p. 251. St. 364. W. Pamphilum, philosophum, *Suidas* commemorat T. III. p. 14. ubi conf. *Kusterus*, an eundem, de quo hoc Epigr. agit, haud dixerim. — V. 1. ἔτλης. Vat. Cod. οὐ τλῆς. Vulgo. — δόμος Πλουτῆος h. l. nihil aliud est nisi sepulchrum, quod Ἀΐδης, Ἀΐδου οἶκος appellatur; dicendi usum docte illustravit *Hufchke* in Anal. crit. p. 124. sqq. — V. 2. οὐρανόν. De Hercule *Euripides* in Heracl. v. 910. ἔστιν ἐν οὐρανῷ βεβακὼς θεὸς γόνος — φεύγει λόγον, ὡς τὸν Ἅιδα δόμον κατέβα, — V. 3. Non adversae fortunae hoc tribuendum, quod in maris fluctibus periisti, sed potius eam ob causam tibi evenit, ut omnium deorum regnis (κλήροις, partibus, quas quisque deorum in sortitione accepit) ornamento sis. Sic haec acceperunt *Brodaeus* et *Grotius*, qui vertit:

Non hoc passus eras, ut naufragus; optime, sed tu,
Pamphile, ut ornares omnia regna Deûm.

Alium tamen sensum quaerebat *Is. Casaubonus*, qui in not. msc. κόσμον ἔχεις tentavit, sensu non satis expedito.

LVI. Vat. Cod. p. 301. sq. *Juliano* auctori tribuit, quod in Plan. p. 259. St. 378. W. *Paulo Silentiario* inscribitur. Hoc et sq. Epigramma scriptum est in Anastasiam, quae haud major sedecim annis, cum vix duodecim menses cum marito exegisset, immatura morte exstincta est. — V. 1. αἰαῖ σε πάντας. Vulgata lectio, membranarum lectioni fortasse anteferenda. — V. 2.

χαρ. ἄνθος. Cf. ad Ep. LI. 2. — V. 3. κατκλάκρυα. junctim edd. ante Stephan.

LVII. Vat. Cod. p. 302. etiam hoc carmen ad *Julianum* refert, cum in Planud. p. 259. St. 374. W. *Eratosthenis* nomen gerat. Equidem *Juliani* esse vix puto, sed imitatoris cujusdam, ejusque minime boni. — V. 1. Tempestas ab inferis exorta, sive hiems apud inferos, quae te circumdat, ver tuum perdidit. — χαρίτων ἔαρ. ex Ep. LI. 2. Ad rem comparandus *Statius* III. Sylv. III. 126. *media cecidere abrupta juventa Gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos; Qualia pallentes declinant lilia culmos, Pubentesque rosae primos moriuntur ad austros, Aut ubi verna novis exspirat purpura pratis.* — ὠμοφάγων. *Mors, quae perpetuo cunctos absorbet hiatu.* Anthol. Lat. L. IV. 63. p. 45. — ¶. 507.] V. 5. ἀλάωσεν. Vat. Cod. et edd. nec mutanda lectio. Verbum pendet a τύμβος, et accurate sibi respondent verba: σὲ μὲν ἥρπαξε τύμβος ἀπ' ἠελιῶτιδος αἴγλης et τύμβος σὸν πόσιν τε ἀλάωσεν ἀνίαις. Mors et te solis lumine privavit, et conjugem tuum patremque luctu obcoecavit, quandoquidem tu illis pro face eras.

LVIII. Vat. Cod. p. 302. Plan. p. 259. St. 374. W. Colloquium de juvenis cujusdam immatura morte. Alter interlocutorum illum voluptatibus, alter malis vitae ereptum esse demonstrat. — V. 3. ἀλλά. De puero Ep. Anth. Lat. L. IV. 308. p. 229. *Vicisti priscos longaeva aetate parentes, Annis parve quidem, sed gravitate senex.* In mentem venit illud poëtae Itali: *Sotto biondi capei canuta mente.* — V. 3. ἀπεστυφάλιξε. Ed. pr. Flor.

LIX. Vat. Cod. p. 218. Plan. p. 271. St. 391. W. De Archilochi ad inferos descensu, ad Cerberum. V. 1. 2. *Suidas* laudat in δειμαλέος T. I. p. 530. Errabat *Toupius* in Epist. crit. p. 125. cum de Diogene mortuo

agi putaret. — V. 3. θυμὸν ἰάμβων δριμύν. Jambis tribuitur, quod poëtae fuit, quem *proprio rabies armavit iambo. Horat.* ad Pison. 79. — πικροχόλου. *Gaetulic.* Ep. VI. in tumulum Archilochi, ὅς ποτε πικρὴν Μοῦσαν ἐχίδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ. — V. 5. Nosti, quantum ipsius vox valeat, quae etiam Lycambis filias ad inferos coëgit descendere. — „διεσάς. Vulgo. τρισσάς. Cod. „Lascaris, quod ideo recepi, quia in antiquioris poëtae „carmine, quod Gaetulici est, supra p. 167. trium „Lycambis filiarum mentio.“ *Br.* At in talibus saepenumero discrepant scriptores (vide *Bayle* Dict. v. *Archilochus*, not. D.); nec *Gaetulicum* expressit Noster, sed alium quendam, cujus Epigramma periit.

LX. Vat. Cod. p. 218. Planud. l. c. Archilocho inferna regna accedente, Cerberum poëta hortatur, ut curatius quam antea Orci portas observet, ne umbrae Archilochicorum carminum timore ad fugam compellantur. — V. 1. τὸ πάροιθε, divisim, vulgo et ap. *Suidam*, qui hoc distichon laudat in βέρεθρον T. I. p. 430. — τρισσέ. triceps Cerbere. — V. 3. 4. *Suidas* in ἀλυσκάζειν T. I. p. 128. et in Λυκαμβιάδες T. II. p. 467. Utroque loco φθέγμα exhibetur, ut est in Plan. In Vat. Cod. φλέγμα, sed superscriptum γρ. θεγμα. Eadem est diversitas in *Erycii Cyzic.* Ep. XI. 4. ubi Parthenius, Homeri censor, Πιερίδεσσιν ἐνήμεσε μύρια κεῖνα φλέγματα. — V. 3. ἔλιπον. quaedam edd. vett. et ἀλυσκάζουσαι.

LXI. Vat. Cod. p. 213. Planud. p. 277. St. 401. W. Cum hoc disticho in edit. Flor. conjungitur aliud, quod in Planudea proximo loco legitur (inter ἀδέσπ. DXXVII.); unde *Schneiderus* in Peric. crit. p. 122. totum carmen sic constituendum existimat:

Πολλάκι μὲν τόδ' ἄεισα, καὶ ἐκ τύμβου δὲ βοήσω·
πίνετε, πρὶν ταύτην ἀμφιβάλησθε κόνιν·
ἀλλὰ πιὼν τέθνηκας, Ἀνακρέον. — ἀλλὰ τρυφήσας,
καὶ σὺ δέ, μὴ πίνων ἵξεαι εἰς Ἀΐδην.

Huic sententiae non solum hoc patrocinatur, quod sic sensus efficitur longe argutior, verum etiam hoc, quod alterum distichon *Juliano* diserte tribuitur in Vat. membr. Εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ. Vel sic tamen membranarum auctoritatem sequendam et duo haec disticha separatim a *Juliano* scripta esse existimo. Huic enim poëtae argutas lectiones et acumina ex conjectura tribuentes, vereri debemus, ne ei affingamus, quod ipse non agnoverit.

T. 508.] *LXII.* Vat. Cod. p. 301. „Planudeae re„giorum codd. optimus, ut Vatic. membrana, epigram„ma hoc Juliano adscribit. Non omnia vulgatae Antho„logiae vitia Planudi sunt tribuenda; multorum culpa „liberandus est, quae in librariorum socordia haeret, „quod saepe animadverti ex comparatione antiqui illius „codicis cum Vat. membranis." *Br.* In Planud. p. 281. St. 407. W. ἄδηλον est. Scriptum est in Theodorum quendam, cum quo *Julianus* omnem veterum poëtarum multitudinem interiisse ait; quae *Brodaeus* de Theodoro interpretatur poëta, quem cum alia heroïca, tum carmen de Cleopatra scripsisse tradit *Suidas* in Θεόδωρος T. II. p. 176. Quod si verum est, *Julianus* Theodorum omnes veterum poëtarum virtutes carminibus suis expressisse et quasi comprehendisse ait, ita ut illi, dum viveret, revixisse, et simul cum eodem periisse viderentur. Alius fuit Theodorus, admodum illustris, Tragoediarum actor, quem Aëropes (sive Meropes, vide *Valcken.* Diatr. p. 182. A.) partes agentem crudelissimo tyranno lacrymas elicuisse tradit *Aelianus* V. H. XIV. 40. ubi vide *Perizon.* quemque inter clarissimos hujus generis homines recenset *Plutarch.* T. II. p. 348. E. Cf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. II. p. 324. ed. *Harl.* Sed *Julianum* suae aetatis scriptorem celebrasse verisimile est. Eum Grammaticum fuisse, ex seq. Epigr. suspicari licet. — V. 3. πᾶσα γὰρ ἔμπν. Vulgo. ἡ γὰρ ἅπαν... Hic ut *Brunckius*

optime dedit ἐμπνείοντι, ſic γὰρ, quod praecedentis enuntiationis cauſam reddit, temere ab eo mutatum eſſe puto. — V. 4. πάντα. Quaſi, illis cum Theodoro ſepultis, nihil jam ſuperſit, quod in cenſum venire mereatur.

LXIII. Vat. Cod. p. 301. Plan. p. 282. St. 408. W. Ἰουλιανοῦ. In eundem Theodorum. — V. 1. μνῆμα. non tumulus tibi exſtructus, ſed libri, quos edidiſti, pro monimento tuo habendi ſunt. οὐδ᾽ ἐνὶ τ. Vulgo. — V. 2. ἐνὶ β. Vat. Cod. quod ſuavius ad aures accidit. — V. 3. αἶεν. Theodorus libris ſuis veterum poëtarum memoriam ab oblivione vindicaverat. μόχθος opera eorum ſignificare debet. *Huetius* p. 28. hinc colligebat, Theodorum veteres poëtas carmine celebraſſe. Eadem tamen de eo praedicare potuit noſter, ſi veterum vitas enarravit et opera recenſuit. Ex plurimis Theodoris nullus eſt, ad quem haec apte referri poſſint. — V. 4. νεκρῶν Vat. Cod. et edd. Cauſam mutationis, quae quidem ſat gravis ſit, non reperio.

LXIV. Vat. Cod. p. 295. ſq. Planud. p. 285ª. St. 412. W. in Craterum ſophiſtam, cujus cathedra Ep. XXXVII. commemoratur. Ex hoc carmine eum immatura morte periiſſe intelligitur. — V. 2. ἄξιον. priſcorum illorum temporum heroibus virtute comparandus. Similiter fere *Antip. Theſſ.* Ep. XXIV. στίχον αἴνεσον Ἀντιμάχοιο, Ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων. — V. 3. ἀνιγραῖς ἀντιπάλοις. peſſimis adverſariis. ἀνιγρὸς ὁ φαῦλος λέγεται, καὶ ἀνιγρὸν τὸ ἀνιαρόν. *Suidas*, ubi vid. *Kuſterus*. — γόῳ inſolenter de morte ipſa, cum proprie luctum de mortuis ſignificet. An μόρῳ ſcribendum? — V. 4. δάκρυα. Vat. Cod. — V. 6. κόσμον ἄκοσμον. mundum mundo ſuo (ornamento) privare voluit.

LXV. Vat. Cod. p. 296. Planud. p. 285ª. St. 413. W. Ejusdem Crateri eloquentiam et apud omnes

admirationem celebrans, illo defuncto, ait, omnes rhetores obmutuisse, cum nemo inveniretur, qui dicentibus aurem praeberet; eloquentiam igitur una cum Cratero interiisse. — V. 1. τί σοι πλέον. Quid tibi nunc prodest, quod eloquentiae tuae aemulis et dicendi et tacendi causa fuisti? — V. 3. Te vivente omnes loquebantur. — Nova laudandi ratio, cujus vim non penitus perspicio. Magnorum oratorum eloquentia, tantum abest, ut alios ad dicendum excitet, ut iis potius silentium imponere soleat. Acumen igitur in his latere videtur, quod non extrico. — ὑμετέρης. Notandus pluralis numeri usus pro singulari, τῆς σῆς. — ἔδησαν ὦτα. de obmutescentibus. Alio sensu δέδεται στόμα dixit *Lucillius* Ep. XLVIII. 2. — V. 5. ταυύσσαι ὦτα λόγοις. arrectas dicentibus aures praebere. Taedet homines reliquorum sophistarum, quos tu dicendo tantopere superabas. — Κρατερῷ. Cratero et eloquentiae idem finis.

1. 509.] *LXVI.* Vat. Cod. p. 216. *Juliano* vindicat, quod in Planud. p. 283 b. St. 419. W. ἄδηλον est. De Democrito ad Proserpinam, ut ridentem ejus animam benigne recipiat, Cereris memor, cujus vehementem luctum risus leniverit et temperaverit. — V. 1. laudat *Suidas* in ἀμείδητος T. I. p. 138. qui Περσεφόνη legit. — Male vulgo inciditur post Δημοκρίτου, cum εὐμενέως ad δέχνυσο pertineat. — V. 4. ἔκαμψε γέλως. Nota fabula. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* I. 5. 1.

LXVII. Vat. Cod. p. 216. Planud. p. 289. St. 427. W. Vulgo sine auctoris nomine prostat. Paulo vividior foret oratio, si loquentem fecisset Democritum sic forte:

Πλούτων δέξο μ', ἄναξ, Δημόκριτον,

idque ipsum olim reponendum putabam. Nunc languidiorem lectionem *Juliani* ingenio magis convenire existimo. — V. 2. γελῶντα. Vulgo.

LXVIII. Vat. Cod. p. 298. Planud. p. 289. St. 426. W. in Pyrrhonem Scepticum. Ridet philosophum de omnibus, etiam de morte sua dubitantem. — V. 1. κάτθανεν. Vat. Cod. — ἐπέχω. Cf. *Luciani* Vitar. Auct. §. 27. T. III. p. 114. sq. ed Bip. — V. 2. ἐπέχῃ. Vat. Cod. — σκέψιν ἔπαυσε τ. Nihil hîc dicit poëta, quod Pyrrhonem ejusque in disputando rationem propius tangat. Inter vitam mortemque nihil interesse dicebat Pyrrho, cujus de hac re dictum laudat *Stob.* T. CXX. p. 607. Πύῤῥων ἔλεγεν μηδὲν διαφέρειν ζῆν ἢ τεθνάναι· καί τις ἔφη πρὸς αὐτόν· Τί οὖν σὺ οὐκ ἀποθνήσκεις; ὁ δέ, ὅτι, εἶπεν, οὐδὲν διαφέρει.

LXIX. Vat. Cod. p. 300. Planud. p. 191. St. 279. W. „Lemma in cod. Vat. Εἰς Ἰωάννην τὸν γαμβρὸν Εὐφημίας γυ„ναικὸς Ἰουστίνου. At falsum est. Justinus enim ex Eu„phemia conjuge prolem nullam suscepit. Joannes au„tem, de quo hic agitur, Hypatii, imperatoris Anastasii „fratris, fuit nepos et uxorem duxit Praejectam Vigi„lantiae, Justiniani Imper. sororis, filiam, quae Vigi„lantia hic ἀνάσσης nomine designatur.“ *Br.* — V. 4. ἄρσεναι. Sententia passim ap. veteres occurrit. Similes locos collegit *Rittershus.* ad *Oppian.* Halieut. L. II. 640. p. 251.

LXX. Planudem hoc carmen non intellexisse apparet inde, quod illud p. 251. St. 364. W. in caput de Naufragis retulit. „Hypatius, Magnae, Anastasii Imp. „sororis, filius. Vide *Du Cangium* de Famil. Byzant. „p. 87. auctoresque ibi laudatos. In mari non periit, „ut imperite Brodaeus interpretatur; sed Justiniani „jussu capite multatus est, et cadaver in mare pro„jectum. Argutum est Epigramma, quo laudatur Hy„patius absque pessimi imperatoris invidia. In eundem „Hypatium factum est etiam sequens carmen, ex quo „apparet, Justinianum, postquam sublato rivali deferbuit

„ira, cenotaphii honorem manibus concessisse, quod „factum putida adulatione extollit Julianus. Unius „assis non sunt, quae satis prolixe de hoc carmine dis„putavit Reiskius.“ *Br.* Brodaeus de *viro consulari* agi putabat hoc carmine, de Hypatio ne cogitans quidem. Vide de eo *Gibbon History of the Decl. and Fall of the R. E.* VII. p. 70. Bas. Cenotaphium loquitur. — V. 3. Terra sese minus dignam putans, quae tantum virum tegeret, eum oceano potius tradidit.

¶. 510.] *LXXI.* Vat. Cod. p. 300. in cujus margine adscripta sunt haec: οὗτος ὁ πατρίκιος παρὰ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐστεφθη ἐν περιγκήπῳ (sive περιγκίπῳ quae est pars Constantinopolis. Vide *Du Cange* Glossar. p. 1227.) ἦν δὲ ἀνεψιὸς Ἀναστασίου τοῦ πρώην βασιλεύσαντος. τοῦτον ἔστεψεν ὁ δῆμος μὴ βουλόμενον ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα ἔπαθεν. Deinde: ἐῤῥίφη δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπὸ προστάξεως Ἰουστινιανοῦ καὶ ταφῆς οὐκ ἔτυχεν. Edidit *Jensius* nr. 90. *Reisk.* in Anthol. p. 152. nr. 741. Vide *Brunck.* ad praeced. Epigr. Putidam *Juliani* adulationem, quam in eo reprehendit cl. editor, equidem non agnosco, sed eum potius sub laudantis specie Justinianum irridere puto, qui cenotaphium exstruxerit ei, quem prius trucidari et fluctibus committi jussisset. — V. 1. αὐτὸς ἄναξ. Justinianus ipse irascebatur fluctibus maris, qui Hypatii cadaver submersissent. πολυφλοίσβοισι. Vat. Cod. Idem v. 2. καλυψάμενος. Utrumque emendavit *Salmas.* in Ap. Guyet. — V. 4. Mare Hypatium occultans impedimento fuit, quominus Imperatoris munificentia et benignitas sese exsereret. — V. 5. μέγα δεῖμα. Vat. Cod. quod emendavit *Salmasius.* Cum *Jensius* edidisset κραδίης σήματι τῷδε, *Leichius* in Praef. ad Carm. Sepulcr. p. XIII. nomen ejus, qui cenotaphium exstruxisset, excidisse putabat. Sed μέγα δεῖγμα reponendum esse, verbo monuit *Dorvillius* ad *Charit.* p. 81.

cui, quamvis nullam auctoritatem afferenti, obsecutus est *Reiskius*.

Juliano Vat. Cod. tribuit Ep. ἀδέσπ. DXXVII. Conf. not. ad Ep. LXI.

MENSES AEGYPTIORUM.

Vat. Cod. p. 423. Planud. p. 122. St. 176. W. *Palladio* hos versus tribuit, nescio qua auctoritate, *Salmasius* ad *Solin.* p. 304. A. De Aegyptiorum anno ejusque in menses descriptione consulendus *Scaliger* de Emend. Temp. p. 194. et 236. Nostro carmine in recensendis mensium nominibus usus est *Jo. Baptista Pius* Annot. Poster. Syll. III. 65. (Lamp. crit. T. I. p. 472.) — V. 2. φαῶθι. Vulgo. φαωφί. Vat. Cod. et sic emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. — V. 3. φαίνουσαν. In marg. Wech. γρ. καὶ δύνουσαν. — V. 5. Τυβί. Respondet Romanorum Januario. Schol. edit. Wech. Ἐν γὰρ τῷ Ἰανουαρίῳ τοὺς ὑπάτους οἱ Ῥωμαῖοι καθίστασαν. — V. 6. omittit Vat. Cod. — V. 7. Ἄρεως. Vat. Cod. — V. 9. δρεπάνησι φυλάττει. Vat. Cod. In marg. Wech. γρ. χαράσσει. — V. 11. Ἐπηφί. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 12. φυσίζωον. Vat. Cod.

MARIANI SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

1. 511.] I. Planud. p. 330. St. 469. W. In simulacrum Amoris coelestis, pro arcu reliquoque apparatu, quo vulgo instructus incedit, tres coronas manu, unam in capite gerentis. Amorem quatuor coronis ornatum

commemorat auctor Ep. ἀδεσπ. CCLIII. binas idem gerit in gemma exhibita a *Begero* in Thesauro Brandenb. p. 39. ubi nostrum carmen excitatur. Amorem armis et, alis carentem sibi fingit *Themistius* Orat. XXII. p. 281. C. cujus verba adscribam, ut a vitio liberem: τὸ δὲ παιδίον ἐκεῖνο τὸ σεμνότερον τῆς ἡλικίας, ὃ τὰ χρύσεα φέρει δεσμὰ τοῖν χεροῖν, Ἔρως φιλίας ἐστὶν ὑπουργός. οὐκ ἔχει δὲ οὐδὲ πτερὰ οὐδὲ βέλη. οὔτε γὰρ πέτεσθαι βούλεται, καὶ ἀναίμακτον αὐτοῦ τὸ ἔργον. ἀλλ' οἵους ἂν καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ οὕτως ἁρμόζοντας (f. καὶ εὖ προσαρμόζοντας), τούτους συγκολλᾷ καὶ συνδεῖ. — V. 5. Dicta sunt haec de Amore οὐρανίῳ ad mentem Pausaniae ap. *Platonem* in Conviv. p. 180. sq. T. X. p. 182. sqq. ed. Bip. — V. 9. Pro πισύρων Schedae Krohn. τεσσάρων ex glossa. — Quatuor sunt virtutes, quas cardinales vocant, inter quas sapientia primum locum tenet. Hujus coronam in capite gerit Amor.

II. Vat. Cod. p. 469. sq. Planud. p. 374. St. 513. W. In suburbium Amaseae, propter insignem amoenitatem Ἔρωτος nomine ornatum. Eodem nomine appellati cubiculi mentionem facit *Constantin. Porphyr*, in Ceremon. p. 118. A. quod lavacrum fuisse suspicatur *Reiskius* p. 81. Color descriptionis in nostro carmine ductus ex *Theocriti* Ep. IV. 5. sqq. — V. 3. ἱερσίης. Vat. Cod. — V. 4. πελόν. Vat. Cod. — ἰοστεφάνων καλύκων, rosae esse videntur violis cinctae. ut Ep. III. 6. ὑγρὸν ἴον ῥοδέῃ κιρνάμενον κάλυκι. κάλυξ enim cum florum folliculum in universum, tum rosas per excellentiam significat. — V. 5. Ex triplici ordine fistularum aqua prosiliebat. μαστός. Pars tubuli sive fistulae fuisse videtur, ex qua aqua exprimebatur. Latini eandem ob similitudinem *papillam* vocant, sive *mamillam*; utrumque enim legitur ap. *Varron.* de R. R. L. III. 14. 2. *si adduxeris fistulam, et in illam papillas imposueris tenues, quae eructent aquam.* — ἄλσος ἐπ' ἄλλῳ. Vat. Cod. — V. 6. Ναϊάδες. Ibid. —

¶. 512.] V. 7. Erat illud suburbium haud procul a loco nemoroso, quem Iris alluebat. *Etymol. M.* Ἄλυς. ποταμὸς Παφλαγονίας κατὰ Οἰνάπην. Ἶριν δὲ αὐτὸν λέγει Καλλίμαχος. Irin ab Haly distinguit *Apollon. Rhod.* L. II. 366. ἀκτῇ ἐπὶ προβλῆτι βοαὶ Ἄλυος ποταμοῖο Δεινὸν ἐρεύγονται· μετὰ τὸν δ' ἀγχίῤῥοος Ἶρις Μειότερος λευκῇσιν ἑλίσσεται εἰς ἅλα δίναις. In γέρων haerebat *Jos. Scaliger*, qui in not. msc. ῥέων tentavit, quod codd. lectioni minime anteferendum. — δενδρήεντι. Vat. Cod. — V. 8. ἀβρόκομον. Vat. Cod. ἀφροκόμων invenit Aldus in Cod. quodam. — V. 9. Verba sic jungenda: ἀνὰ ὀργάδα εὔβοτρυν ἱμεροφύλλων θηλοτέρων θάλλει πάντοσε καρπὸς λιπαρῆς ἐλαίης. — θηλοτέρων. edd. ante Stephan. Vide ad *Aristonis* Ep. III. T. II. P. II. p. 261. — Pro πάντοσε, quod ex Vat. Cod. receptum est, vulgo πάντοθι. — V. 11. ὅς δέ, pro οὗτος δέ, non valde elegans. Debebat esse ὁ δὲ τέττιξ, quod idem valet ac οἱ δὲ τέττιγες. *Scaliger* tentavit in not. msc. ὡς δὲ – quod non magis satisfacit. — ἀντῳδόν. Cicadae obstrepunt lusciniis. — V. 13. τὸν ἀκλήϊστον δόμον. Ineum appellat, quem quisque accedere potest. — λιτῆς ἀντίασον ξενίης. parvum munus, quale hospitibus porrigi solet, a me accipias; aliquid de fructibus, puta, quos hortus ferebat. Nescio, quid *Brodaeo* in mentem venerit, ut verteret: *has meas preces audi.* Nec *Grotius* satis accurate:

noli transire, viator,
Non quaesita nimis prandia si quis amas.

III. Vat. Cod. p. 470. Planud. p. 374. St. 514. W. Idem locus describitur. — V. 1. Haec similia sunt verbis in Ep. ἀδεσπ. nuper edito a cl. *Husckke* in Anal. crit. p. 232. τῇδ' ὑπὸ τὴν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες, ὁδῖται, Εὕια παρ' Ἑρμείᾳ σμικρὸν ὁδοῦ φύλακι. cum quibus conf. Ep. ἀδεσπ. CCLX. T. III. p. 203. et *Anytes* Ep. VI. — V. 2. πολυπλανίας. Ald. L. 3. et Ascens. — V. 3. Junge: ὅπου

ὅπου ὕδωρ αὐτόῤῥυτον καλῶς προΐει ἐκ πολυκρούνων στομάτων ἐς μέσον χῶρον πλατάνων. Aquae ſalientis fiſtulas platanis circumdatas fuiſſe hinc apparet. — V. 5. πορφυρέης. florentis, ſplendentibus floribus ornatae. In voce πορφύρεος enim ſaepe, nulla coloris ratione habita, ad ſplendorem tantum et varietatem reſpicitur. *Virgil.* Georg. IV. 54. *Apes – ſaltus ſylvasque peragrans, Purpureosque metunt flores.* Eleg. in obit. Maec. v. 62. *purpurea candidiora nive.* Huc faciunt etiam *purpurei olores* ap. *Horatium* IV. Carm. I. 10. — V. 6. κρινάμενον. Vat. Cod. — V. 7. ἔρεψεν. Vat. Cod. — Hederae coma humida prata ornat. κισσὸς εὐχαίτης. πλόκαμοι κισσοῦ dixit *Anacr.* VI. 5. quod recte interpretatur *Fiſcherus* p. 31. — V. 9. λασίην ὄχθην. arboribus et fruticibus conſitam. Vide ad *Erycii* Ep. III. T. II. P. II. p. 354. — V. 10. ὑποξύων. *Dionyſ.* in Periegeſi v. 61. ἢ δρέων ἢ πέζαν ὑποξύουσα πολήων. *Callimach.* Ep. VI. ὑποτρώγων ἥσυχος ποταμός. *Silius Ital.* IV. 350. *Liris – perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.* quae expreſſa videntur ex *Horatii* I. Carm. XXXI. 8. *rura, quae Liris quieta Mordet aqua, taciturnus amnis.* ubi inter plura ſimilia nec noſtrum locum omiſit *Mitſcherlich.*

IV. Vat. Cod. p. 463. Planud. p. 354. St. 493. W. Balnei cujusdam laudatur amoenitas, cujus cauſam poëta ab Amore repetit, qui Venerem in eo laverit ipſasque aquas face accenderit. Comparandum Ep. Anth. Lat. T. I. p. 476. XXVIII. de Bajis: *Ante bonam Venerem gelidae per litora Bajae; Illa natare lacus cum lampade juſſit Amorem. Dum natat, algentes cecidit ſcintilla per undas. Hinc vapor uſſit aquas; quicunque natavit, amavit.* Apud *Longum* L. II. p. 35. ed. *Moll.* Amor, ταῖς πηγαῖς, inquit, ταύταις λούομαι· διὰ τοῦτο καλὰ καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ φυτά, τοῖς ἐμοῖς φυτοῖς ἀρδόμενα. — V. 3. Suavis odor, quem aqua ſpirat, huic balneo ab eo inde tempore proprius eſt, quo Veneris ſudor ſe cum aqua

miscuit. *Plinius* H. N. XXXI. 3. 22. *Unus in toto orbe traditur fons aquae jucunde olentis in Mesopotamia, Chabura. Fabulae rationem afferunt, quoniam eo Juno perfusa sit.* Eandem fabulam commemorat *Aelian.* H. A. XII. 30. p. 697. ed. *Gron.* Haud absimile, quod *Marianus* tradidit de fluvio Paphlagoniae Παρθένιος vocato, quem καλὸν εἶναι λόγος, ὅτι λουτρὸν Ἀρτέμιδι γένοιτο (f. ἐγένετο). — ¶. 513.] V. 4. πνοιῆς ἔαρ, de odore suavissimo. Cf. ad *Julian. Aegypt.* Ep. LI. 2. Sic hoc malim interpretari ex usu dicendi poëtico, quam *vim odoris* (ἦρ. ἀλκή. *Hesych.* cujus interpretationis originem recte indicavit *Alberti*) cum *Wakefieldio* in Sylv. crit. T. II. p. 112.

V. Vat. Cod. p. 463. Planud. p. 354. St. 494. W. Earundem thermarum originem alia ratione interpretatur. Nymphas fingit, quum forte Amorem juxta fontem in platanorum umbra dormientem invenissent, ejusque facem extinguere conarentur, ipsam aquam incendisse. — V. 1. τῇδ' ὑπὸ τ. π. ἁ. πεπεδημένος ὕπνῳ. Vulgo. Hoc ex Vat. Cod. emendatum est, in quo tamen vulgari errore τετυμμένος legitur. Insolentius dictum τετρυμένος ὕπνῳ pro lassitudine confectus et in somnum delapsus. Nec hoc verbum cum ἁπαλῷ bene coire videtur. In talibus non satis diligentes fuerunt sequioris aevi poëtae, quos orationis variandae et a recepto usu abducendae studium saepe in errores induxit. Hoc quidem loco *Marianus*, si meliores poëtas sequi, quam nova fingere maluisset, scribere poterat:

ἁπαλῷ δεδμημένος ὕπνῳ.

ut est in Iliad. Κ. 2. εὗδον παννύχιοι, μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ. — V. 3. τούτῳ recte servatum est ex Planud. In Vat. Cod. τοῦτο, idque probabat *Salmas.* in not. msc. — V. 6. Ἐρωτίδες. Ald. 1. 2. 3. Ἐρωτιάδας poëta Nymphas vocat ob nomen Ἔρως, thermis illis tributum. — λουτροχοεῦσιν. Vat. Cod. — ὡς ἂν ἔφλεξε. Sched. Krohn.

MUSARUM INVENTA.

Vat. Cod. p. 443. Planud. p. 94. St. 138. W. cum lemmate: Ὅσαι Μοῦσαι καὶ οἷαι. Cf. Fulv. Ursin. in Famil. Rom. p. 213. sqq. — V. 4. εὗρε ex Vat. Cod. receptum est (idque sua sponte invenit *Jos. Scalig.* in not. msc.) pro vulgato ἦρε. quod ortum ex ηὗρε, ut in marg. membr. Vat. legitur. Hoc potissimum probabat *Salmas.* in not. ined. — V. 7. Post hunc versum vulgo et in membr. Vat. legitur alius, in eandem Musam:

Ἁρμονίην πάσῃσι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς.

quem composuit aliquis, qui Polyhymniam musices potius quam saltationis praesidem esse putabat. At in muneribus Musis tribuendis minime inter se conveniunt veteres. Cf. *Heynium* in Opusc. Acad. T. II. p. 309. — V. 9. τε omittit Vat. Cod. — Latina carmina duo, nostro similia, vide in Anth. Lat. L. I. nr. LXXIII. LXXIV. p. 50. sq.

THEAETETI SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

I. 514.] I. Vat. Cod. p. 145. Planud. p. 413. St. 549. W. Baeton piscator, senio confectus, artis piscatoriae instrumenta diis marinis dedicat. Ejusdem argumenti Epigrammata laudavi ad *Leonid. Tarent.* Ep. XXV. T. I. P. II. p. 86. *Philipp.* Ep. XXII. T. II. P. II. p. 165. — V. 1. λῖνον πολυωπὸν καὶ εὔθηρον, alterum variavit: ἀπ' εὐθήρου ἄγρης, quae verba cum πόρε jungenda sunt. : πολυωπὸν (πολυωπὸς Vat. Cod.) epitheton ornans retis, propter maculas. — V. 3. πιστῶν. Vat. Cod. — V. 4.

»κροόματι. Vulgo. κροόματι in Vat. Cod. scriptum esse »jam notaverat *Dorvill.* in *Charit.* p. 179.« *Br.* κρούματι habet *Suidas*, qui h. v. laudat in ἀντιπνοιῇσιν T. I. p. 230. — V. 5. laudat *Suidas* in Ἐχενηΐς T. I. p. 927. Anchora ἐχενηΐς, quae navem retinet; *remoram* appelles nomine pisciculi, quem, quia navium cursum morari putabatur, ἐχενηΐς vocabant. *Plin.* H. N. IX. 25. XXXII. 1. — δεσμῶν Vat. — Durius dicta anchora δεσμὸς κέλλης, vinculum navis, ne tempestatibus abripiatur, impediens. — V. 7. »Melius scripsisset θαλασσοπόρος θέτο ε. quam »θαλασσοπόρος πόρε.« *Br.* — V. 8. laudat *Suidas* in βριθομένη T. I. p. 456. Hoc sumtum a *Philippo* l. c. ἔντρομος ἤδη Δεξιτερήν, πολλοῖς ἀχθόμενος καμάτοις.

II. Cod. Vat. p. 492. Planud. p. 77. St. 113. W. ubi multa hujus argumenti Epigrammata leguntur. Cum nostro inprimis comparandum Ep. *Agathiae* LVII. In his carminibus ipse Priapus, vere ineunte, nautas hortatus, ut, sacris ipsi factis, navigationem instituant. Hunc igitur deum etiam nostro carmine loqui existimo, licet v. 11. de eo, ut de tertio quodam, agatur. Parum tamen interest, utrum haec omnia ex poëtae, an ex Priapi persona dicta accipias. — V. 1. Ager, poëta ait, vernis Zephyris emollitus, segetem *parturit*, cujus prima folia ex purpureis folliculis, erumpunt. ἐπὶ εὐκάρποισι λοχείαις. In his ἐπὶ caussam indicat; quasi dixisset: ἐπ' ἐλπίδι εὐκάρπων λοχειῶν i. e. καρπῶν; seges, fruges aliquando prolatura. — Pro καλύκων Vat. Cod. κυλίκων habet. — V. 3. ἰσοζυγέων si nihil aliud significat quam *aequales*, *ejusdem altitudinis*, elumbe est epitheton. Sed ad ramorum sibi oppositorum ordines videtur respici. — V. 4. μουσ. Haec ducta videntur ex *Theocrito* Eid. XVI. 94. νεοὶ δ' ἀκροτάτοισι πετηλοῖς, ... τέττιξ ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος ἕνδοθι δένδρων Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν. μουσομανὴς autem cicada, quae ingenti Musarum percus-

sa amore indesinenter canit. — V. 5. γεῖσσα. Vulgo, Modo uno, modo duplici σ scribitur. Vocem illustrarunt *Valcken.* ad Phoeniss. 1165. p. 401. et *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 65. — V. 6. Pullos hirundo nutrit in luteo nido. χελιδὼν — καρφίτην πηλοδομεῖ θάλαμον. *M. Argentar.* Ep. XXIV. κάρφεσι κολλητὸν πήξαμένη θάλαμον. *Agath. Schol.* Ep. LVII. — V. 6. ὑπνώει θάλασσα. Simili, sed felici audacia *Alcman* ap. *Apollon. Soph.* v. Κνώδαλον: Εὕδουσι δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες, Πρώνές τε καὶ χαράδραι. — γαλήνης πεπταμένης. *Oppian.* Hal. I. 781. γαληναίης δὲ ταθείσης. *Homer.* Od. Z. 45. αἴθρη Πέπταται ἀνέφελος. quae *Bergler.* comparavit ad *Alciphron.* I. 1. p. 3. — πεπταμένη. Ed. Flor. et Ald. pr. — V. 9. nec contra navium puppes arietat mare. πρυμναίοισι κορύμβοις. *Hesych.* κόρυμβα. τὰ ἐπ' ἐνίων ἄφλαστα, τὰ ἀκροστόλια, τὰ ἄκρα τῶν πρυμνῶν. τὰ ἐπεξυσμένα πρὸς κόσμον τῶν νεῶν ἄκρα, καὶ ἐπικεκαμμένα, ἅ ἐστι κατὰ τὴν πρύμναν καὶ κατὰ τὴν πρῷραν. — ¶. 515.] V. 11. παντομέδοντι. Vat. Cod. — V. 12. τευθίς. Latinorum *loligo.* Vide de eo *Aristotel.* Hist. An. IV. 1. V. 18. *Schneiderum* in Hist. nat. Sepiarum p. 114. et ad *Aeliani* H. A. IX. 52. p. 304. — De τρίγλη vide ad *Apollonidae* Ep. VII. T. II. P. I. p. 356. — ἴτυς de rotunda hujus piscis forma accipiendum. Vide ad *Julian. Aegypt.* Ep. VI. 2. — V. 13. σκάρον αὐδήεντα. *Oppian.* Hal. I. 134. Καὶ σκάρον, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις Φθέγγεται ἰκμαλέην λαλαγήν. — παρὰ vulgo. παραὶ Planud. Codd. Cf. *Agathiam* Ep. LVII. μοῦνον ἐνορμίταο παραὶ βωμοῖσι Πριήπου Ἢ σκάρον ἢ βάιας φλέξον ἐρευθομένους. — V. 14. ἄτρομος. Vat. Cod.

III. Planud. p. 337. St. 476. W. In Panis statuam, post Persas devictos a Miltiade positam. Vide not. ad *Simonid.* Ep. XXVIII. T. I. P. I. p. 219. — V. 2. μαλοφύλαξ. custos ovium, h. l. cum αἰγίλας conjunctum, *custos* simpliciter. — V. 3. τὸ πολύσπορος eo sensu intel-

„ligi potest, quo exponunt Lexica; vel *multorum semi-„nibus concretus:* quippe cujus mater Penelope ab „omnibus procis compressa fuerat.“ *Br.* — V. 3. μετανάστας. Vulgo is est, qui, patria relicta, in peregrina terra degit, nihil diversus a μέτοικος, (vide *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 110. sq.) hoc loco autem latiori significatione is est, qui ad auxilium ferendum accurrit, βοηθὸς, σύμμαχος. *Hesychius:* Μετανάσται. μέτοικοι. φυγάδες. σύμμαχοι. Pan autem tum temporis nondum colebatur Athenis. *Herodot.* VI. 105. 106. Itaque Miltiades ei statuam posuit ξείνια ἀκλήτου συμμαχίης, *gratiam ei pro auxilio ultro lato referens*, hoc donum ei tanquam hospiti tribuens. — V. 7. ἄλλοις. Haec Minervam spectant, quae, quamvis in ipsa Athenarum arce culta, Atheniensibus tamen in illo bello praesens auxilium non tulit. Ipsi Pani post pugnam Marathoniam antrum sub arce dedicatum est. — μαραθωνομάχαις. Ducta vox ex *Aristoph.* Nub. 982. et Acharn. 180. His campus Marathonius quasi sacer putabatur, utpote ibi sepultis, id quod illis propter singularem virtutem tributum est. Vid. *Thucyd.* II. 34.

IV. Planud. p. 334. St. 473. W. In Nemesios simulacrum ex marmore a Persis advecto sculptum. Vide ad *Parmenion.* Ep. VI. T. II. p. 113. — V. 1. χιονέην. Ad colorem marmoris Parii refer, unde haec Nemesis facta. *Pausan.* L. I. 33. p. 81. Sic *niveos lapillos* dixit *Horat.* I. Serm. II. 80. Frustra igitur ad hoc vocabulum offendisse videtur *Scaliger*, qui in not. mss. ἠιόνην (*in litore inventam*) tentavit. — παλιναύξεος περιωπῆς. Lapicidinae circumscriptio, quatenus saxa in monte sese ipsa restaurant. — V. 3. ὄπως. ut tropaeum inde facerent, in victoriae, quam se ab Atheniensibus reportaturos esse sperabant, memoriam. χαρμονίην. τὴν ἐκ χαρμονῆς νίκην. *Schol. Homeri* Il. ψ. 661. Cf. *Interpp. Hesychii*

v. *Plutarch.* de Aud. Poët. c. 5. καδμείαν δὲ νίκην Αἰολεῖς (καλοῦσιν) τὴν ἐξ ἐπιμονῆς καὶ καρτερίας. Hoc loco de victoria simpliciter accipiendum. — V. 5. Μαραθών. pugna Marathonia, Persis adversa. ἀντέκυρσε. Tumidum vocabulum de bellatoribus hosti fortiter obnitentibus. — V. 9. ἀντιταλαντεύω. Levibus hominum nimia sperantium consiliis Nemesis infesta, suam illis vim et robur opponit. — Νίκη. Atheniensium victoriam, Persarum cladem et ultionem significo. Marmor, unde haec Nemesis facta, victoria partum esse indicaturus Phidias, deae capiti coronam imposuerat, Victoriae sigillis exornatam. Vide *Pausan.* l. c.

516.] *V.* Vat. Cod. p. 468. Planud. p. 360. St. 500. W. In idem Praetorium, Justino regnante, Domnini cura refectum, legitur Ep. *Pauli Silent.* LXV. Justitia sibi gratulatur, quod filium invenerit Domninum, qui ipsi senectute confectae opitularetur, et splendoris a matre accepti memor, gratiam ei referret. Praetorium CPolitanum ao. XII. imperii Arcadii incendio absumtum, plebe, cum annonae inopia laboraret, ignem subjiciente. Vide Chronic. Alex. p. 717. Post Domnini restaurationem bis conflagravit. *Du Cange* CPolis Christ. L. II. p. 152. sq.

VI. Planud. p. 291. St. 430. W. Ad Salvium Julianum, qui Hadriano imperante edictum perpetuum condidit, hoc distichon retulit *Brodaeus* et alii, quos propterea notat *Menagius* in Amoen. Iur. Civ. c. XXIV. p. 131. qui cum *Pithoeo* in capite Epitomes Novellarum, et *Fabroto* in Not. prioribus ad Theophilum, Julianum Patricium, Antecessorem CPolitanum, significari suspicatur. Conf. de hoc viro *Guil. Grotius* in Vit. Jure Conf. II. 6. p. 122. — V. 2. Ῥώμη. Julianum illum Constantinopoli Professorem Juris fuisse constat; eodem autem munere eum Romae esse functum, nemo

tradidit. Jam cum hoc loco Roma cum Beroa commemoretur, haeret *Menagius*, qui tum non meminerat, etiam Constantinopolin modo Ῥώμην, modo νέην Ῥώμην vocari. — Βερόη in Βηρυτὸς frustra mutandum censebat *Bertrandus* de Jurisper. I, 1. p. 30. cum Beroë et Berytus diversa sint ejusdem urbis nomina.

HYMNUS IN BACCHUM.

¶. 517.] Vat. Cod. p. 446. Planud. p. 58. St. 82. W. et in *Eudociae* Violar. p. 123. — V. 1. in calce carminis repetitur in Vat. Cod. — εἰραφιώτην. Ductum ex *Orphei* Hymn. XLVII. 2. εἰραφιώτην Μηρῷ ἐγκατέραψας. Varia Bacchi epitheta illustrans *Eudocia* p. 121. εἰραφιώτην, παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός, ἢ ἀπὸ τοῦ ἔριν φαίνειν καὶ ἀφιέναι. Cf. *Interpp. Hesychii* v. p. 1112. — V. 1. ἀγροικον. qui in agris habitat. — V. 4. γιγαντολέτην. *Horat.* II. Carm. XIX. 21. *Tu, quum parentis regna per arduum Cohors gigantum scanderet impia, Rhoetum retorsisti leonis Unguibus horribilique mala.* — γελῶντα. *choreis aptior et jocis Ludoque dictus.* Ibid. v. 25. ἐγερσίγελως. *Paul. Silent.* Ep. XL. — V. 5. δίγονον. διμάτωρ ap. *Orpheum* Hymn. XLIX. 1. — διθυραμβογενής. Ridiculam hujus vocabuli explicationem dedit *Suidas*: Διθύραμβος. ὁ Διόνυσος. παρὰ τὸ δύο θύρας βῆναι, τήν τε τῆς μητρὸς Σεμέλης, καὶ τῶν μηρῶν τοῦ Διός. Alia non minus inepta vide ap. *Eudociam* p. 121. Satius erat, originem hujus vocabuli incertam fateri. — V. 6. εὐχαίτην. Intonsi Bacchi crines notissimi; sed magis etiam recondita significatio huic vocabulo subest, quam illustrat *Wernsdorf.* ad haec *Himerii* Or. XXI. 8. p. 742. Τιμῶμεν νῦν αὐτὸν μὲν ὡς ἥλιον, ὅταν ἐξ ὠκεανοῦ λουσάμενος ὑπὲρ γῆς ἐπιβὰς πυρσῷ κατάκομος λάμποντι· νῦν δὲ ὡς εὐχαίτην

Διόνυσον, ὅταν κοιμίσας τὴν φλόγα χερσὶς ἐνδύσῃ καὶ μέλεσι. — ἐγερσίκωμον. Vat. Cod. quod in marg. corrigitur. — V. 7. ζηλαῖον. Ex hoc loco *invidum* interpretantur, quod quomodo in Bacchum cadat, non video. Quum ζῆλος omnem fervidiorem animi affectum significet, ζηλαῖον eum esse puto, qui, quodcunque animo destinaverit, magno cum ardore exsequitur. — V. 8. ἠπεροπῆα. qui mortales decipit, sive propter varias, quas induit, formas, sive propter muneris suavitatem, qua se in hominum pectora leniter insinuat. — V. 9. θυρσοφόρον, θρήϊκα. Vat. Cod. — θυμολέοντα. ob fortitudinem in bello contra Gigantas praestitam. — V. 10. εἰραφιώτην. Vulgo et ap. Eüd. contra literarum ordinem. — V. 13. μαινόλιον. *Clemens Alex.* Protrept. p. 11. Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι. Plura de hoc vocabulo collegit *Arnaldus* in Animadv. p. 261. — μεθυδώτην omnes edd. vett. ante Stephan. ubi μεθυδότην. — V. 14. Νυκτέλιον. Aram Bacchi Nyctelii commemorat *Pausan.* I. 40. p. 97. *Ovidius* varia Bacchi epitheta recensens Metam. IV. 11. *Bacchumque vocant, Bromiumque Lyaeumque, Ignigenamque satumque iterum* (δίγονον), *solumque bimatrem. Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus, Et cum Lenaeo genialis consitor uvae, Nyctelius Eleleusque parens, et Iacchus et Evan.* Cf. Eund. in A. A. I. 567. Propter sacra noctu peragi solita *nocturnus Bacchus* vocatur ap. *Virgil.* Georg. IV. 521. — νεβρόδεα. Vat. Cod. — V. 15. ξυστοβόλον. qui hastas jaculatur. Thyrsum, Bacchantium arma, significat, cujus ἐπ' ἀκροτάτῳ κορύμβῳ Χαλκοβαρὴς πετάλοισι κατάσκιος ἦεν ἀκωκή. *Nonni* Dionys. XIV. 244. Cf. *Euripid.* Bacch. v. 751. *Salmas.* ad *Solin.* p. 379. — „ξενοδώτην. Ita vetus codex. Sed ad oram correctum ξεινοδώτην. *hospitalia dantem munera.* quod non deterius „est.“ *Br.* ξενοδώτης appellatur propter sodalitatem mysteriorum. — V. 18. ῥηξίνοον. vim faciens animis, lene tormentum ingeniis adhibens. — ῥηξικέλευθα. Vat.

Cod. ῥικνώδης vocatur a ſaltatione et motibus vehementioribus, quibus Bacchici utuntur. *Pollux* IV. 99. ῥικνοῦσθαι, ὅπερ ἦν τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. *Suidas*: ῥικνοῦσθαι — τὸ καμπύλον γίνεσθαι ἐσχημένως, καὶ κατὰ συνουσίαν καὶ ὀρχησιν κάμπτοντα τὴν ὀσφύν. Cf. *Salkier.* ad *Moer. Att.* p. 335. *Toup* Emend. in Heſych. P. I. p. 301. — Mox vulgo ῥηνοχοεῖα legitur, quod *Joſ. Scaliger* in not. mſc. cum ῥινοτορῖα permutandum cenſebat. In Vat. Cod. τῷ χ ſuperſcriptum eſt φ. ῥηνοφορεῖδε idem eſt quod ſupra νεβριδόπεπλος. — V. 19. σκιρτητήν, τὸ σκιρτᾶν Satyris proprium. Hinc ad Bacchum translatum. *Eudocia* p. 119. Ἐκστάσεως δὲ σύμβολόν εἰσιν οἱ Σάτυροι — καὶ οἱ Σκιρτοὶ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν. Exercitt. critic. T. II. p. 9. — σεμελογενέτην. Vat. Cod. — V. 20. τυρηνολέτην. Vat. Cod. Nota fabula de piratis Tyrrhenis, a Baccho in delphinos mutatis. — V. 21. ὑπναφόβην. qui ſomnum pellit propter ſacra nocturna. — ὑμενήϊον. ad venereos amplexus provocantem. — V. 22. In marg. Vat. Cod. φηρομανῆ. φηρομανής, qui inter feras verſatur easque amat. De tigribus cogitandum aliisque feris, quas ille mitigaſſe dicitur. Cf. *Mitſcherlich.* ad *Horat.* II. Carm. XIX. 19. p. 540. et ad III. Carm. 3. 14. p. 42. — V. 23. χρυσόκερων. *aureo cornu decorus. Horat.* l. c. 29. — χαλίφρονα. Vocabulum Homericum, Odyſſ. δ. 371. ſive a χαλᾷν derivandum, ſive a χάλις, χάλιξ, οἶνος. Vide *Villoiſ.* et *Tollium* ad *Apoll. Soph.* Lex. Hom. p. 705. ed. T. — V. 24. ψυχοπλανῆ. Vat. Cod. — ψοφομηδέα. qui clamorem meditatur, clamoſum; propter ſtrepitum Bacchantium. — V. 25. ὠμονομιστήν, ὀρεσσιτροφον, ὀρεσσίλοιπον. Vat. Cod. ὀρεσίτροφον edd. vett. ante Stephan. qui ὀρεσσίτροφον dedit. ὀρείτροφον emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. Idem ſq. vocabulum ὀρεσσίλοιπον, nam ſic in Planudea legitur, in ὀρεσσίκοιτον mutabat. — ὠμηστήν de Bacchis crudis ferarum carnibus veſcentibus docte interpretatur *Brodaeus.*

HYMNUS IN APOLLINEM.

¶. 518.] Vat. Cod. p. 447. Planud. p. 58. St. 84. W. — V. 1. Hic versus in fine carminis repetitur. — „Typothetae errore excusum est ὑμνεύω pro „ὑμνεῖω. At neutrum rectum est. Scribendum ὑμνέωμεν, „ut in praecedenti μέλπωμεν. In Vat. membr. primus „singulorum Hymnorum versus initio non legitur, sed „in fine, et iterum summae orae appositus. Scriptum „autem in membr. ὑμέομεν omisso ν. [In Apogr. Gotha-„no ὑμνέομεν, et in fine ὑμνέωμεν legitur.] Bonum qui-„dem est ὑμνέομεν, et sic saepe apud Homerum et alios „poëtas indicativus pro subjunctivo occurrit; sed alte-„rum ὑμνέωμεν probabilius est. Est autem trisyllabum, „facta synizesi vocalium εω, ut in isto Homerici in Apol-„linem Hymni:

„αὐτὰρ ἐγὼν οὐ λήξω ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα
„ὑμνέων ἀργυρότοξον, ὃν ἠΰκομος τέκε Λητώ."

Br. — V. 4. γιγαντολέτην. Propter Tityum, terrae filium, ab Apolline sagittis confixum. — V. 5. δρακοντολέτην. qui Pythonem interemit. Vide *Exercitt. crit.* T. II. p. 161. — V. 7. ζηνόφρονα. *Brodaeus* de divinandi facultate a Jove accepta interpretatur. Idem mox ζηλοδοτῆρα legit, studii honesti datorem. Emendatione vix opus. Idem significant epitheta ζηνόφρων et ζηνοδοτής, nempe eum, qui oracula sive consilia Jovis cum mortalibus communicat. Apollo ap. *Aesch.* Eum. 602. οὐ πώποτ' εἶπον, ait, μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις — Ὃ μὴ κελεύσῃ Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ. — V. 8. ἠπιόχειρα. Ad medicae artis peritiam referendum videtur. Ob eandem causam conjux Aesculapii Ἠπιόνη vocatur, cui μαλακὰς χεῖρας tribuit *Crinagoras* Ep. XIII, 4. Cf. *Valckenar.* Diatr. p. 290. B. C. — V. 9. θηροφόνον. Apollinem λυκοκτόνον significat.

Vide *Schol.* ad *Soph.* Electr. v. 6. et ad *Aeschyli* VII. c. Th. v. 147. — V. 10. ἰαφέτην. qui sagittas jaculatur. ἰήϊος ὁ Ἀπόλλων, εἰς ὃν ἡ ἀγγελία τῶν λοιμῶν ἀναφέρεται· ἢ ὅτι ἐπίφθεγμα κοινόν ἐστι καὶ Ἀρτέμιδος. *Schol. Sophocl.* Oed. T. 172. Cf. *Callim.* H. in Apoll. 98. *Apollon. Rhod.* L. II. 714. — V. 11. κοσμοπλόκον. ornatum quasi nectens, i. e. ornans omnia et coelestia et terrestria. ἀκτῖνας ἀμπλέκειν Solem dicit *Dionys.* in Hymno v. 12. T. II. p. 254. Fortasse tamen κοσμοπλόκος is est, qui universum mundum quasi nectit i. e. ordinat. Sic quidem de Apolline *Orpheus* H. XXXIII. 16. σὺ δὲ πάντα πόλον κιθάρῃ πολυκρέκτῳ Ἁρμόζεις. — Κλάριον. De nobilissimo Apollinis Clarii oraculo in Colophoniorum agro vide *Spanhem.* ad *Callim.* p. 123. — V. 12. λυροθηγέα. Vat. Cod. — V. 13. μυστοπόλον. Vulgo. — μυριόμορφον. quia Sol sub multis nominibus colitur, quod *Macrobius* plurimis in locis docere conatus est. — V. 14. „νευροχαρῆ. Vulgo „male νεβροχαρῆ legitur, quod epitheton Baccho, non „Apollini convenit. In libris calamo exaratis frequen„tissima permutatio literarum υ et β, de qua Casaubo„nus ad Athen. p. 334. et Hesychii interpp. in νεβρίς, „Inde in formis expressis multae corruptelae. νευρο„χαρής, *nervis*, citharae scilicet, *gaudens*." *Br.* — νηφαλίον τε. Vat. Cod. — V. 15. ξεινοδοτῆρα. in notis habet *Brodaeus.* Cf. Hymn. in Bacch. v. 15. Vulgata lectio et omnia hujus versus epitheta ad Solem omnibus communem spectant. — V. 18. ἰασίπονον. propter medicam facultatem, ut puto. *Brodaeus* ad Solem occidentem retulit, laboribus finem imponentem. ῥηξικέλευθον idem de Sole oriente, viatoribus iter ostendente et quasi aperiente, interpretatur. — V. 20. τερψίχορον. cui stellae choreas agunt, quique iis laetatur. Vide ad *Dionysii* Hymn. 14. T. II. P. II. p. 249. — τελέστορα. quatenus tempora, rerumque adeo initia et fines designat. *Orpheus* Hymn. XXXIII. 15. καὶ τ' ἀρχὴ τε τελευτή τ' ἐστὶ

μέλουσα. — V. 21. »ὑετόεντα expungendum est. Apol»lini non convenit hoc epitheton, quod Jovi proprium »est. In Vat. membr. scriptum est ὕψοεντα [ὑψόεντα] per»peram pro ὑψήεντα, quod reponendum, nisi quis malit »ὑψιμέδοντα. In Planudeae codd. reperitur ὑετόωντα et »ὑετόεντα.« *Br.* — V. 23. χρυμαγόρην. Vat. Cod. et mox χρυσόχροον. — V. 24. ψυχοδοτῆρα, omnibus vitam tribuentem, secundum eos philosophos, qui animam igneae naturae, ignemque omnes naturae partes penetrare censebant. — V. 25. ἀκύπορον. Vat. Cod. — Ultimum vocabulum in ὀρεσικοίτην mutandum putabat *Jos. Scaliger* in not. msc. quem ὠρεσικοίτην spiritu leni scripsisse existimo, *in montibus cubantem*, νόμιον, significans.

MENSES ROMANORUM.

¶. 519.] Vat. Cod. p. 423. sq. Planud. p. 123. St. 177. W. Ejusdem argumenti carmen vide inter *Leontis* reliquias T. III. p. 130. nr. VII. et in Anthol. Lat. T. II. p. 358. sqq. — V. 1. Januarius, initium anni et consularis ap. Romanos dignitatis. *Ovid.* Fast. I. 81. *Jamque novi praeeunt fasces; nova purpura fulget: Et nova conspicuum pondera sentit ebur.* Plurima alia huc facientia ex latinis poëtis collegit *Burmann.* ad Anth. L. p. 362. — Vulgo ὑπ' ἠελίοιο θόρετρα. In Vat. Cod. ἀενναοίοιο. Bis hoc distichon tentavit *Jos. Scaliger* in not. msc. Primum ὑπηνέμου, quam conjecturam commemorat etiam *Huetius* p. 13. (qui ipse ὑπηελίοιο, *anni solaris*, corrigit) deinde: ἐξ ἐμέθεν λυκάβαντος ὑπ' ἠελίοιο θόρετρα Αὐσονίοις· ὕψος (sive ὑψοῦ) δ' ἔρχεται ἠέλιος. Idem vir sagacissimus ὕψος in ὕπατοις i. e. ὑπάτοις mutandum suspicabatur. Omnium harum conjecturarum nulla accedit ad

elegantiam lectionis Brunckianae, de qua cl. editor, ne verbum quidem monuit. — V. 2. Αὐσονίοις. Vulgo et in Vat. Cod. — δέχεται. Aldin. 2. 3. — Quum ego anni januam aperui, Sol summum Ausoniae honorem (consules in Capitolium adscendentes et magistratum auspicantes) videt. — V. 3. θαμινῆς γάλην. Vulgo quod ex membr. Vat. emendatum est. — V. 5. ἐπ' ἐμεῖο. Primum Martii diem loqui puta. — γλάγος ἦδυ est ex emendatione *Huetii* p. 13. — Vulgo et in Vat. membr. ἦδυ habetur. Poëta Martium mensem describens in Anth. Lat. p. 363. *Tempus vernum hoedus petulans et garrula hirundo Indicat, et* s i n u s l a c t i s e t h e r b a v i r e n s. — V. 7. Mensem Aprilem ab insitione significat. Praeclaram lectionem ἐπ' ἀγροτέρῃ unde sumserit, non indicat *Br.* Vulgo ἐπ' ἀκροτάτῃ Versu praeced. τῆμος, omisso δε, Vat. Cod. — V. 10. ὥριον. tempus est naves ex portubus in mare educere. Pro ἄγειν Vat. Cod. ὕγειν. — V. 11. Junius medius inter rosas et lilia, illis jam deciduis, his adhuc florentibus. Poëta latinus in hujus mensis descriptione p. 364. *Lampas maturas Cereris designat aristas, Floralesque fugas lilia fusa docens.* — V. 13. Καρκίνος. Vat. Cod. a pr. m. μετανίσσεται. Ibid. — V. 14. καρφαλέας. Vat. Cod. — V. 15. πυῤῥόν. Vulgo. *flava grana* vertit *Brodaeus.* πυρὸν emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. Sed revocanda est Cod. Vat. lectio:

Κρίνω ἐγὼ Δηώ.

Cererem a paleis secerno. Ap. *Homerum* ipsa Ceres frumenti grana secernit, Il. ε. 500. ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ Κρίνει ἐπειγομένων ἀνέμων καρπόν τε καὶ ἄχνας. — V. 16. ἀγρεῦτα. Hunc versum priores interpretes non attigerunt. *Grotius* vertit: *Naiadum nunquam purius unda fluit* — fortasse quia mense Augusto rarius pluit; nec igitur fontes pluvia aqua miscentur. Sed verum hujus loci sensum aperit Ep. *Antiphili* XXXI. in torrentem:

Ἢ μεθύεις ὄμβροιο, καὶ οὐ Νύμφαισι διαυγὲς
  νᾶμα φέρεις, θολεραὶ δ' ἠράνισάν νεφέλαι.
ὄψομαι ἠελίῳ σε κεκαυμένον, ὅστις ἐλέγχειν
  καὶ γόνιμον ποταμὸν, καὶ νόθον οἶδεν ὕδωρ.

ἀτρεκέα χεύματα nihil mihi differre videntur a γονίμῳ ποταμῷ, sive *genuino flumine*, non ex imbribus nato, sed ab ipsis Naïadibus effuso. — V. 17. πλέει. Vat. Cod. — V. 19. „Pro πέλει scribendum πέλοι. τίς δ' ἂν πέλοι." *Br.* Sic emendavit etiam *Jos. Scaliger* in not. msc. — V. 20. „Vat. membr. ληνῷ ἐπικατάγω – et vox ληνῷ in „fine praecedentis deest. Planudea ἡδὺ ἐπικατάγω, clau„dicante itidem metro. ἡδυπότης frequens Baechi epithe„ton. In superiori hymno, ubi ejus attributa κατὰ στοι„χεῖον recensentur, ἡδύθροος dicitur, quod idem est." *Br.* Egregia emendatio. *Jos. Scaliger* in not. msc. ἡδὺ ἐπισταλάω minus feliciter emendavit. — V. 22. καμάτων de palaestrae laboribus interpretatur *Huetius*, cui accedit *Grotius* vertens:

Exprime, tempus adest, jam baccas Palladis; inde
  Quod fluet auxilium grande laboris erit.

— V. 23. γλαγόωντι. succi plenae. *lactentes herbas* vocat *Nemesian.* Cyneg. v. 291. — V. 24. ῥιγεδανή. Vat. Cod.

IN MUSARUM IMAGINES.

¶. 520.] Vat. Cod. p. 443. sq. Planud. p. 94. St. 138. W. — V. 1. Etiamsi pictor Terpsichoren non viderit, tamen ejus simulacrum, tanquam vivum et spirans, oculos spectantium fallit. Οἶν ἴδε. color, ut ap. *Platon.* Ep. IX. 5. — V. 2. Felici emendatione, nihil tamen monitis lectoribus, *Brunckius* δείκελον reposuit,

pro εἴκελος, quod vulgo legitur. εἴκελον ἀτρεκίῃ Vat. Cod. — V. 3. ἀκοβεῦς. Vat. Cod. — V. 4. ἐριτήμονα. Vat. Cod. unde εὑρήμονα *Salmasius* corrigebat in not. ined. Cogites de εἰδήμονα; sed hoc contextui vix satis accommodatum est. — V. 5. λιγαίνω. Vat. Cod. a man. sec. Spiritus, quo tibia inflatur, cum cantum suavissimum edat, ὀχετηγὸς σοφῆς μελίσσης, i. e. suavitatis cum arte conjunctae, vocatur. De vocis suavitate vocabulum μέλισσα passim occurrit. Ap. *Christodorum* in Ecphr. v. 109. Erinna ἐνὶ σιγῇ Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης. Etiam *Agathias* Ep. XLIII. Sophistae cuidam imagines positas esse ait ὑπὲρ μύθων τε καὶ εὐτροχάλοιο μελίσσης. — Ad ἀπισπείρουσα ex praecedentibus δονάκεσσι subaudiendum est. Hujus versus lectio mihi sincera videtur, quam tamen doctissimus *Visconti* (Museo Pio-Clement. T. I. p. 36.) sensum habere negans, corrigit: ἐπισπείρουσα μελίης pro εὐμελίης, epitheton σοφῆς, quod etiam api tribuitur, corruptelae locum dedisse suspicatus. — V. 7. θάλεια vett. edd. omnes usque ad Stephan. — V. 8. θηλυτέρῃσι. Vat. Cod. — οὐχ ὁσίων. Solebat nimirum vetus Comoedia, *si quis erat dignus describi, quod malus aut fur, Quod moechus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notare. Horat.* I. Serm. IV. 3. — φιλοκροτάλοισιν. ob spectatorum plausum. — V. 9. σῆς. Vat. Cod. Flor. pr. et Ald. 1. — Sapientiae specta imaginem; nam Calliopen videns ipsam tibi sapientiam spectare videberis. — ¶. 521.] V. 13. ἀνάγκην ἀστέρων. astra certa ratione sese moventia et eodem orbe redeuntia. — μέτρῳ ψήφοιο. calculorum ope, ratione mathematica. — V. 15. ἐκέκτο. Vat. Cod. — V. 17. »Distichi in Polymniam pessime »vulgo legitur hexameter: σιγῶ φθεγγομένης παλάμης »θελξίφρονα παλμόν. Vaticanus et Planudeae codd. ha»bent φθεγγομένην, quod ut verum est, ita necessarium »erat reponere θελξίφρονι παλμῷ. Poëta latinus in simili

»de Musis carmine: *Signat cuncta manu, loquitur Po-»lymnia gestu.*" *Br.* Apte *Schneiderus* comparat *Nonni* Dion. L. V. p. 146. de eadem Musa: μιμηλὴν δ' ἐχάραξεν ἀναυδέος εἰκόνα φωνῆς, φθεγγομένη παλάμῃσι σοφὸν τύπον ἔμφρονι σιγῇ. Translata sunt in Musam, quae in pantomimis conspiciuntur, quorum *loquaces digiti* laudari solent. Inprimis huc facit *Cassiodorus* Var. I. Ep. 20. *His sunt additae orchestrarum loquacissimae manus, linguosi digiti, clamosum silentium, expositio tacita.* quem locum cum aliis adscripsimus Epigrammati *Antip. Thess.* XXVII. T. II. P. I. p. 309. Aliam hujus loci interpretationem dedit vulgatae inhaerens *Viscontì* in Museo Pio-Clem. T. I. p. 46. »Polyhymnia, inquit, Musa »memoriae est. Haec animi facultas cum maxime firme»tur et robboretur mente in se ipsam conversa et col»lecta (per mezzo del raccoglimento), statuarii hanc »Musam cogitabundam finxere et peplo involutam. »Hinc factum, ut eidem silentium et taciturnitas quasi »propria tribuerentur. In picturis Herculanensibus con»spicitur digito labris imposito, qui gestus egregie con»firmatur Epigrammate graeco:

»Σιγῶ, φθεγγομένης παλάμης θελξίφρονα παλμόν,
»νεύματι φωνήεσσαν ἐπαγγέλλουσα σιωπήν.

»*Taccio, ma parla in grazioso gesto*
»*Mossa la mano, e taciturna in atto*
»*Un loquace silenzio a tutti accenno.*"

Finis Partis tertiae Voluminis secundi.

Emendanda.

P. 9. 8. l. εἰς Ἀντίπατρον.
P. 19. 3. a fin. dele *tamen*.
P. 76. med. post *possis* ponendum ?
P. 88. 8. a fin. ἐπανισθῆναί τε.
P. 95. 10. a fin. *verbo*.
P. 119. 14. qud ἐν κεράγρων.
P. 135. 12. *iter* pro *inter*.
P. 138. lin. ult. πόλις.
P. 285. l. 20. αὐτίς.
P. 287. l. 12. copulantur.
P. 395. 4. Lyronem.

Einige

Verlagsbücher

der

Dykischen Buchhandlung

in Leipzig.

Jacobs, Fr., Exercitationes criticae in scriptores veteres. T. I. Auch unter dem Titel: Curae posteriores in *Euripidem*. 8vo maj. Auf Schreibp. 1 Thlr.
Auf Druckp. 18 Gr.

— — Exercitationes etc. Tom. II. Auch unter dem Titel: Animadversiones criticae in Callistrati Statuas et Philostratorum Imagines. Accedit Descriptio nondum edita anaglyphorum in templo Apolloniadis. 8vo maj. Auf Schreibp. 1 Thlr.
Auf Druckp. 18 Gr.

Cajus Vellejus' Paterculus römische Geschichte; übersetzt von *Friedrich Jakobs*. 8vo. 20 Gr.

Jakobs, C. W., Ideen über Gegenstände der Criminal-Gesetzgebung. gr. 8vo. 20 Gr.

(Der vierte Aufsatz betrifft die Hinrichtung Ludwigs XVI.)

Beck, Christ. Daniel, Commentarii historici Decretorum Religionis Christianae et Formulae Lutheriae. 8vo maj. 3 Thlr. 12 Gr.

Manso, J. C. F., Sparta; ein Versuch zur Aufklärung und Geschichte dieses Staates. Erster Band in zwey Theilen. gr. 8vo. Auf Schreibp. 3 Thlr. 8 Gr.
Auf Druckp. 2 Thlr. 18 Gr.

(Der zweyte Band ist unter der Presse.)

— — Versuche über Gegenstände aus der Mythologie der Griechen und Römer. (Venus, Amor, die Grazien, Horen etc.) gr. 8. 1 Thlr. 12 Gr.

Manso, *J. C. F.*, vermischte Schriften. 2 Theile. 8vo. 2 Thlr. 12 Gr.

— — das befreyte Jerusalem, ein episches Gedicht in zwanzig Gesängen. Nach dem Italienischen des *Torquato Tasso*. Erster Band. 8vo. 1 Thlr.

— — die Kunst zu lieben; ein Lehrgedicht in drey Büchern. Mit 7 Vignetten. 8vo. 1 Thlr. 12 Gr.

Charaktere der vornehmsten Dichter aller Nationen, als Nachträge zu *Sulzers* allgemeiner Theorie der schönen Künste; von einer Gesellschaft von Gelehrten, (den Herren *Jakobs*, *Manso*, *Schaz*, *Maaſs*, *Eberhard*, *Horstig* und einigen andern). gr. 8. 5 Bände, und 6ten Bandes 1stes Stück; jedes Stück 16 Gr. 7 Thlr. 8 Gr.

(Wird fortgesetzt.)

Epimenides aus Kreta; eine kritisch-historische Zusammenstellung aus Bruchstücken des Alterthums, nebst zwey kleinern antiquarischen Versuchen; von *Carl Friedrich Heinrich*. gr. 8. 16 Gr.

Platon's Leben; nebst Bemerkungen über dessen schriftstellerischen und philosophischen Charakter. Aus dem Englischen übersetzt und mit Anmerkungen und Zusätzen versehen von *Karl Morgenstern*. gr. 8vo. 16 Gr.

Morgenstern, *Karl*, Ueber des Herrn Grafen *Friedrich Leopold zu Stollberg* Uebersetzung auserlesener Gespräche *Platon's*. gr. 8vo. 3 Gr.

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. XI.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS TERTII PARS PRIMA.

FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS TERTII

PARS PRIMA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCCII.

ORPHEI

DE TERRAE MOTIBUS.

§. 1.] „Poëma de terrae motuum significationibus in „plerisque Codicibus Hermeti Trismegisto „tribuitur; at Orpheo potius adscribendum esse mon„strat Fabricius Biblioth. Gr. T. I. p. 115. a quo dis„sensit nuperus Orphicorum editor. Antiquorum li„brorum ope destitutus quaedam in hoc carmine emen„davi, quae si eruditi non probaverint, meliora forte „aliquando dabo. Nam quaecunque in haec analecta „ex editis libris retuli, decretum mihi est omnia ad „Mss. codices exigere, unde sinceriora iterum et ube„riora prodire poterunt.“ *Br.* Extat hoc carmen in Append. Anthol. Planud. p. 494. St. *4. Wech. cum titulo: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ σεισμῶν. ἐν ἄλλῳ Ὀρφέως. Orpheo tribuitur in quibusdam codd. Vide Catalog. Bibl. Lugd. Bat. p. 400. nr. 15. *Bandini* Catal. Bibl. Medic. II. p. 119. Sub Orphei nomine prodiit Parisiis ap. Morellum 1586. 4. cum vers. metrica Antonii Baifii. Repetitum ex Apographo Bibliothecae Laurentiano-Medicaeae, quod *Eschenbachio* miserat *Antonius Magliabechius*, sub titulo: Ὀρφέως περὶ σεισμῶν. *Orphei de Terrae motibus Catalecton* – edidit C. C. F. 1691. 4. Siglas in titulo C. C. F. *Schlaegerus*, cujus exemplari utor, sic interpretabatur: *Christophorus Conradus Falknerus*; sed *Schoderum* libelli editorem esse dixit *Willius* in Nürnberg. Gelehrten-Lexicon Vol. I. p. 360. Vide *Harlesium* ad Fabr. B. Gr. T. I. p. 159.

Sub Trismegisti nomine Miscellaneis Graecorum carminibus hoc carmen inseruit *Maittaire*. Londin. 1722. 4. — Quod ad argumentum ejus attinet, nititur opinione, terrae motibus varia portendi secundum anni et diei, quo fiunt, tempora. Sequitur itaque poëta Solem per zodiaci signa euntem, quo totum carmen in duodecim partes dividitur, in quarum quaque primum, quid nocturnus, deinde, quid diurnus motus portendat, docet. — V. 1. φίλον τέκος Cod. Medic. metro reclamante. — V. 2. κινήσει. Idem. — V. 3. ὅττι omnes, quos vidi, sensu perturbato. Verba enim sic jungenda: φράζεο, ὅ τι βροτοῖς φράζει Κυανοχαίτης, ὁππότε γαῖαν κινήσῃ ἄν. — Mox Medic. ἐπί τ' ἀτυχίῃ κακότητα φράζε. — V. 4. In marg. Ἥλιος ἐν κριῷ. in Medic. additum μηνὶ Ἀπρίλλιος. Ibidem ὁππότ' ἂν et ἐνημερινήν. — V. 5. κριῷ δέ. Steph. Wech. Medic. διεκτρέχει ἔνθ' ἄρα τῆγε Medic. sine sensu. — V. 6. νυκτερίῃ γ. ἀμφισαλίζῃ. Med. — V. 7. ἀλαπαδνὴ omnes; quod vitium bene emendavit *Brunckius*. Signum hoc est, urbem aliquam ex insignioribus defecturam. — V. 8. φρ. τόδε Med. — V. 10. πημοσύναις τε ὕβρεις. Med. — V. 11. Ἥλιος ἐν ταύρῳ. Μηνὶ Μαΐῳ. marg. Med. — ἐφορμήσῃ. Med. soloece. — V. 14. ἔσσεται· ἠμερινὸς δὲ φ. π. μέγα ἔργον Ἐρχομένου, τοῖς ἠρέσσειν ἀλλὰ φυλάσσου. Medic. In his melior lectio videtur latere, quam corrupit omissum verbum ἔσσεται. Scribendum nimirum:

εἰρήνη τεθαλυῖα

ἔσσεται· ἠμερινὸς δὲ φέρει πολέμου μεγάλοιο

ἔργον ἐπερχομένου τοῖς κρείσσοσιν· ἀλλὰ φυλάσσου.

— V. 16. Ἥλιος ἐν Διδύμοις. μηνὶ Ἰουνίῳ. marg. — V. 18. mutilus versus in antiq. edd. sic exhibetur: Δυσμενέες βροτοὶ ἐγχεσίχειρες. quem *Huetius* sic explevit, ut βροτέοι κακοπράγμονες legat. Cod. Med. h. v. penitus omittit. — ¶. 2.] V. 19. ὑπ' ἄλγεα et ἡμετέρην. Vulgo. Cod. Med. corruptissime: ἡμέρην πολλὰ σεισὴν ὑπάλγεα. Fortasse vi-

tium latet in verbo. — V. 21. ἔσσοιτ' — διὰ μῆνας ἃ. Medic. quod fortasse non spernendum. Verbum διομηνίη an aliam, praeter hunc locum, auctoritatem habeat, ignoro equidem. — Sensus est: Reges et duces deorum ira honore privabuntur. Minus recte Grotius: *sine nomine reges Ignavique duces superûm mittentur ab ira.* — V. 22. Ἥλιος ἐν καρκίνῳ. μηνὶ Ἰουλίῳ. marg. — μοίρη est pars zodiaci, astro cuidam assignata. In Med. ἠοῖ ἦν τε κ. — V. 23. τότε δή. Vulgo et in Medic. *Brunckii* emendationi patrocinatur v. 51. ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο Χειμεριναί. Ut in hoc loco plurali numero poëta utitur, sic v. 23. etiam, praeëunte Mediceo, θερειναὶ τροπαὶ legendum videtur. — V. 24. ἡ κίνησις τοῦτο φέρει. Medic. — V. 26. ἐκπέσωσιν. Omnes. — αὐτοῖς opponitur τοῖς οἴκοις, quod latet in ὀλεσίοικον, habitatores domibus. Hunc pronominis usum illustravit *Casaub.* ad Theophr. Char. c. 11. *Abresch.* in Lect. Aristaen. p. 207. sq. et alii. — V. 27. Ἥλιος ἐν λέοντι. μηνὶ Αὐγούστῳ. marg. — μοῖρ' ἰόντος. Medic. — V. 30. ἕξουσιν. Medic. Notandum καὶ ταύτῃ pro ταὐτὰ, *haec eadem.* — V. 31. Ἡλ. ἐν παρθένῳ. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ. marg. — ἠελίοιο. Med. — V. 32. λιμὸς vulgo; cujus lectionis vitium seq. versus demonstrat, ubi iterum fames ex frugum inopia commemoratur. Veram lectionem λοιμὸς, quam *Br.* conjectura assecutus est, servavit Cod. Medic. qui v. 33. καρπὸν exhibet. — V. 34. Ἡλ. ἐν ζυγῷ. μηνὶ Ὀκτωβρίῳ. marg. Εἰ δ' ἂν ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερινὴν ἄ. Vulgo et in Medic. Paulo violentior *Brunckii* correctio, nec necessaria, modo corrigas:

ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερίην τ' ἀφίκηται.

quod dictum ad figuram apud poëtas crebro obviam, pro ἰσημερίην φθινοπώρου. — V. 35. χηλὰς ὁ. Medic. — νυκτερινός, Neptunus scil. Cf. v. 6. 46. — V. 36. φθορὰν ἐξαναφάντων. Med. Ibid. v. 37. χαλεπὸν τ. φράζον, et v. 38. πολλὴν δ' αὐτὸν κ. γαῖαν κλέψει. — V. 39. Ἡλ. ἐν σκορπίῳ. μηνὶ Νοεμβρίῳ. marg. — V. 42. τότε δὴ τότε. In

hac repetitione magnam quaesiverunt emphasin. *Eurip.* Orest. 1483. τότε δὴ τότε διαπρεπεῖς Ἐγένοντο Φρύγες. *Lucian.* T. IV. p. 211. τότε δὴ τότε ἐπημείβονται. Conf. *Schütz.* V. Cl. ad *Hoogeveen* de Partic. p. 202. — V. 44. Hunc vers. omittit Medic. fortasse recte. Eum adscriptum fuisse puta versui 40. sive 41. Fortasse etiam in v. 41. duplex fuit lectio: altera, quae nunc habetur; altera haec: Ζηνὸς μεγάλου διὰ βουλάς. — V. 45. Ἠλ. ἐν τοξότῃ. Δεκέμβριος margo. — τοῦ τόξου. Med. Idem v. 46. κινύσει. — V. 47. ἔμμεναι omnes. — §. 3.] V. 48. πολίων βασιλεῖ εἶ. — V. 49. ἄλλην et φεύγοντα. Med. — V. 50. Ἠλ. ἐν αἰγοκέρωτι. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ. marg. — εἰ δέ κεν αἰγ. Vulgo et Med. Scribe: εἰ δέ κ' ἐν αἰγ. — V. 52. σύνυχος. Med. — V. 53. Recepta erat ap. veteres sententia, terrae motum ventis in terra latentibus exitumque quaerentibus effici. *Aristotel.* in Meteorol. II. p. 782. C. δεῖ γὰρ νοεῖν, ὅτι, ὥσπερ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν καὶ τρόμων καὶ σφυγμῶν αἴτιόν ἐστιν ἡ τοῦ πνεύματος ἐναπολαμβανομένου δύναμις, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ τὸ πνεῦμα παραπλήσια ποιεῖν, καὶ τὸν μὲν τῶν σεισμῶν οἷον τρόμον εἶναι, τὸν δ' οἷον σφυγμόν. *Seneca* Qu. Natur. VI. 12. *Spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et sub mari; deinde cum est obstructus ille trames, per quem descenderat, reditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc et illuc fertur et sibi ipse occurrens terram labefactat.* Sed haec uberius explicata dedit *Schneiderus* V. Cl. in Not. ad Eclog. Physic. T. II. p. 108. sqq. — V. 54. πόλεμον δακρυτόν τε Med. unde fere suspiceris fuisse: πολ. πολυδάκρυτόν τε γενέσθαι. — V. 56. Ἠλ. ἐν ὑδροχόῳ. μηνὶ Φεβρουαρίῳ. marg. εἰ δέ κεν ὑδροχόῳ διανείσσεται ᾖ. Vulgo. Ὑδροχόῳ δ' αὖτ' ἂν διανείσσεται. Medic. Etiam hoc loco violentior Brunckii medicina. Vitium haerere videtur in διανείσσεται. Suspicabar:

εἰ δέ κ' ἐν ὑδροχόῳ ἀνιόντι σέλειο
φέγγος, νυκτερίῃ δ' ἑλελιχθῇ —

Conf. v. 34. 35. δινεύειν, significatione neutra, idem quod στρωφᾶσθαι, quo vocabulo in hac re utitur noster v. 16. 46. 60. — V. 57. νυκτερινῇ. Medic. — V. 61. Ἠλ. ἐν ἰχθύσι. μηνὶ Μαρτίῳ. marg τῶν ἰχθύων. Med. — V. 62. ὅσσοις προγένωνται ex Medic. praeferendum. Nam in multis compositis vi fere caret praepositio πρό. Vide *Fischer.* ad Velleri Gramm. III. 2. p. 133. In eodem cod. θεοὶ διὰ νύκτα habetur, omissis verbis τότ' ἔσται. — V. 63. π. μὲν πολίεσσι διάστασις. Medic. quod fortasse praeferendum. Nec tamen περίστασις temere repudiandum. *Hesych.* περίστασις. θλίψις. ἀνάγκη. μέριμνα. Fuse hoc vocabulum explicavit *Gataker.* ad M. Anton. IX. 13. p. 271. — εἰ δέ κεν ἠῶ. et ἠοῖ vulgo et in Med. — V. 64. γαίης κινηθῇ π. Medic. recte. Cf. v. 28. — V. 65. εἰδῶν. Vulgo. ἰδών. Medic. — V. 66. φθορά. Medic.

THEONIS ALEXANDRINI CARMINA.

Vide Animadverss. Tom. II. P. III. p. 196. sqq.

SECUNDI EPIGRAMMATA.

¶. 5.] *I.* Planud. p. 333. St. 472. W. Opus caelatum describitur, quod Cupidines arma deorum humeris gestantes repraesentabat. Expressum carmen ex *Philipp.* Ep. LVII. Utrumque respexit Auctor Carm. VIII. in Priapejis, ubi deorum arma recensita leguntur, quod animadvertit *I. B. Pius* Annotatt. Poster. c. CLIV. et *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 486. Amorem exuvias leonis et fulmen gerentem exhibet gemma ap. *Begerum* in Thes. Brand. p. 183. — V. 2. „νήπι' ἀγαλλόμενοι. νήπια „pro νηπίως. Male vulgo legitur ἀγαλλόμενα." *Br.* Emen-

dationis veritas apparet ex *Philippi* Ep. l. c. Ἔρωτες — ἀθανάτων σκῦλα φρυασσόμενοι. — V. 5. ἁλίου. θαλαττίου. ἅλιον. θαλάσσιον. *Hesych.* Hoc loco ipsum Neptunum significat. — V. 7. τί πλέον. Quid praesidii mortalibus superest, sive, quomodo mortales Cupidini resistent, cum hic vel ipsum Olympum expugnaverit, deorumque arma spoliaverit Venus?

II. Vat. Cod. p. 406. εἰς ὄνον ἐν ἅλωνι ἀναγκαζόμενον μετὰ ἵππων συμπατεῖν τοὺς ἀστάχυας. Planud. p. 47. St. 68. W. Asinus novum sibi laborem praeter caetera impositum conqueritur. — V. 1. ὀγκηστήν. Vat. Cod. Verbum ὀγκᾶσθαι de asinis proprium, quamvis refragatur *Thom. Mag.* p. 173. ut *oncare* ap. Latinos. Vide *Gesnerum* in H. An. T. I. p. 14. et *Gatack.* Adverſ. Posth. II. p. 420. — ἐν ἵπποις ἀλωειναῖς, *equis triturantibus.* Femininum genus poëta ut elegantius praetulit. — V. 2. δρόμῳ. Vat. Cod. γυρὸς δρόμος. *Aream* enim *esse oportet potissimum rotundam;* verba sunt *Varron.* R. R. I. 51. *Seneca* Qu. Nat. I. 2. *quia fere terendis frugibus loca destinata sunt rotunda.* *Aelian.* N. A. IV. 25. ὅταν ἀλοητὸς ᾖ καὶ στρέφωνται περὶ τὸν δῖνον οἱ βόες. Propter rotundam formam τὴν ἅλω Telesilla prima δῖνον vocavit, secundum *Athen.* L. XI. p. 467. F. Vide inprimis *Ruhnken.* Ep. crit. p. 179. — V. 3. ἄχθος ἀνάγκης μύλοιο. onus a necessitate impositum molae circumagendae. Veterum loca, ubi asini huic negotio adhibiti commemorantur, collegit *Burmann.* in Anth. Lat. T. I. p. 627. et T. II. p. 371. sq. Adde *Bochartum* in Hieroz. L. II. p. 188. — σπειρηδόν. id quod στρεφόμενος, *cursu flexuoso.* — σκοτόεις. *Lucian.* in Asin. §. 42. T. VI. p. 181. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐδόνην τοῖς ὄμμασιν ἐπιπετάσαντες ὑποζευγνύουσί με τῇ κώπῃ τῆς μύλης, εἶτα ἤλαυνον. unde *Appulej.* Metam. L. IX. *die sequenti molae, quae maxima videbatur, matutinus adstituor, et illico velata facie propellor ad incurva spatia flexuosi canalis.* — V. 5. Vulgo post ἐρίζομεν interro-

gandi signum ponitur; perperam. — Mox vulgo legitur: ἢ δ' ἔτι λοιπὸν ἦν. quod ex Cod. Vat. emendatum. Arationi, quamvis raro, adhibitos tamen esse asinos docet *Plinius* H. N. VII. 68. p. 469. et *Varro* de R. R. II. 6. *Plerique deducuntur ad molas – aut etiam ad arandum, ubi levis est terra, ut in Campania.* Plura in hanc rem dabit *Bochartus* in Hieroz. L. II. 13. p. 186. — V. 6. σκολιήν. *Hesych.* σκολιά. — δυσχερῆ. ἐπικαμπῆ. ἄνισα. δύσκολα.

¶. 6.] *III.* Vat. Cod. p. 363. Plan. p. 79. St. 115. W. In navigium post multa itinera flammis consumtum. Ejusdem argumenti carmina laudavimus ad *Leonid. Tar.* LXII. T. I. P. II. p. 118. — V. 1. Vett. edd. ante Stephanum πολέμου· inepte. πελάγευς exhibet etiam Vat. Cod. Expressus versus ex *Antiphilo Byz.* Ep. XXVI. μυρία με τρίψασαν ἀμετρήτοιο θαλάσσης Κύματα. — V. 3. μέλας Εὖρος. *Horat.* Epod. X. 5. *Niger rudentes Eurus, inverso mari, Fractosque remos differat.* ubi vide *Mitscherl.* Adde *Casaubon.* ad *Strabon.* IV. p. 276. D. — V. 5. ναυηγὸς ἐν πυρὶ argute de nave, quae in flammis periit. Simile est, si quis in terra naufragium fecisse dicitur. Cf. notata ad *Zeloti* Ep. I. T. II. P. III. p. 184. — χθονὶ ἀπίστῳ. etiam hoc epitheton, quod mari plerumque tribuitur, argute ad terram translatum, praeeunte *Leonida* l. c. ἀλλὰ θαλάσσης Τὴν ἐμὰ γεινάμενην εὗρον ἀπιστοτέρην. — V. 6. ἡμετέρης. quae mihi favit, me incolumem servavit. — ὕδατος Vat. Cod. a pr. man.

THEODORI PROCONSULIS
DISTICHA.

I. Vat. Cod. p. 535. Plan. p. 140. St. 203. W. Hermocratem quendam ingenti naso instructum fuisse, ita *Theodorus* significat, ut illum nasi sui partem esse

dicat, Ἑρμοκράτης τῆς ῥινός. Quum enim majora pro toto, minora pro parte habenda ſint, Hermocrates autem naſo ſuo longe ſit minor, perperam dici *naſum Hermocratis.* χαριζόμεθα. tribuimus longiora (ut partem) brevioribus (tanquam toti.) — V. 1. τὰς (τᾶς) ῥινὸς et τὰν pro τήν. Vat. Cod.

II. Vat. Cod. p. 295. εἰς Σάτυρον τὸν μιμολόγον. in contextu tamen Τίτυρε legitur. Illud doctrinae, ſed parum aptae, oſtentatori deberi puto, qui Tityri nomen ſibi interpretandum ſumebat. *Scholiaſt. Theocrit.* Eid. III. 2. ὄνομα κύριον ὁ Τίτυρος. τινὲς δέ φασιν, ὅτι Σειληνός τις, οὐ Σικελιώτης. ἄλλοι δὲ τοὺς τράγους, ἕτεροι τοὺς Σατύρους. *Euſtath.* Il. σ. p. 1214. Τίτυροι γὰρ Δωρικῶς οἱ Σάτυροι. Vide inprimis *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III. 40. p. 231. ed. Lipſ. — Cum argumento carminis comparandum *Juliani Aegypt.* Ep. LXVI. LXVII. — μιμολόγον. *Eubodus* II. T. II. p. 288. Ἠχὼ μιμολόγον. — V. 1. quaedam edd. ἐγέλασε.

GABRIELII PRAEFECTI

DISTICHON.

¶. 7.] Planud. p. 332. St. 471. W. Hoc diſtichon ſine lemmate non intelligeremus. πιπερόκαστον (in Aldin. 1. πιπεροκάστη habetur) vox eſt barbara, quam *Opſopoeus* libum pipere inſperſum interpretatur. Equidem vaſculum eſſe putaverim, quo piper appoſitum inſpergebatur cibis. Hujusmodi vaſculo inſculptus Amor inepto huic diſticho occaſionem dedit. — V. 1. κατακνώσσων. Cf. *Alphei* Ep. III. 3. 4. — ἄπνοος, quia ſculptus ſcil. — πυριστάκτου δήγματος. propter piperis naturam, ὅτι δάκνει. Jam amoris cruciatus paſſim morſibus comparantur. Poëta ap. *Plutarch.* T. II. p. 77. B. ὅτῳ δ'

ἔρωτος θῆγμα παιδικοῦ πρόσεστιν — quae Sophoclea esse, ex eodem scriptore p. 619. A. docuit *Valcken.* ad Phoen. p. 138. γλυκὺς ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει. *Lucian.* T. II. p. 400.

TIBERII ILLUSTRIS
EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 358. Planud. p. 43. St.' 62. W. Expressum ex *Polyaeni* Ep. IV. T. II. p. 287. ubi vide not. p. 329. — V. 2. δακέτων. Scr. δακετῶν. — V. 4. τὸν κείνης θάνατον. ipsum venenum exsuxit, quo facto mater servata est, pullus periit.

II. Vat. Cod. p. 420. Plan. p. 43. St. 62. W. In damam, quae, cum, sylva relicta, in mare descendisset, a piscatoribus capta est. — V. 2. τὸν ἀπὸ γῆς. mortem, quam terra minabatur, in fluctibus obii. — V. 3. ὑπέδραμον. Vat. Cod. quod praeferendum videtur. — εἷλέ με vulgo et in Vat. Cod. — V. 5. ἡ μάταιη φυγάς. peccavi, quod temere terram reliqui, *nec* immerito piscatorum praeda sum facta, cum ex sylvis meis et montibus aufugerim. Scribendum οὐδ' ἀδίκως, quod Vat. Cod. praestat. — V. 7. ἄγρην. Vat. Cod. male. ἀνέσχετον ἄγρης pro ἄνευ ἄγρης. nunquam in posterum non plenis redibitis manibus, cum jam non piscibus tantum, sed etiam feris tendatis retia.

EUTOLMII SCHOLASTICI
EPIGRAMMATA.

V. 8.] *I.* Vat. Cod. p. 157. cum lemmate: εἰς τὸ παιχθὲν ὑπὸ Παλλαδᾶ, τὸν δὲ etc. Cf. Ep. *Palladae* XCII.

quod in membranis praecedit. Planud. p. 443. St. 576. W. Nomen auctoris depravatum in Cod. Med. in Εὐνομίῳ. Cf. *Bandin.* p. 103. — V. 1. πέρας et Ἀθήνης Vat. Cod. — V. 2. μεμβλιάδης. Ed. Flor. Ceterae μεμβιάδης. Verum nomen restituit *Huetius* p. 42. assentiente Cod. Vat.

II. Vat. Cod. p. 457. cujus auctoritate *Eutolmio* redditum. In Plan. enim p. 379. St. 517. W. auctoris nomine caret. Scriptum est in θερμοχύτην, i. e. vasculum, unde calida defundebatur. Calidae usum in potationibus illustravit *Athen.* L. III. p. 123. *Pollux* IX. 67. sqq. et peculiari libello *Freinshem.* Argentorati. 1636. 8. in *Gronovii* Thes. T. IX. adde *Lipsium* in Electis I. 4. p. 28. θερμοχύτης formatum vocabulum, ut προχύτης, nec fortasse ad calidam tantum, verum etiam ad frigidam aquam adhibebatur. In talibus enim etymologia non nimis urgenda est. Quod si admiseris, sensus epigrammatis perspicuus. Thermochyta quasi medius inter vinum et Nymphas, quia inde vinum aqua temperatur, et quidem modo calida, cujus natura Baccho propior, modo frigida, quae tota Nympharum est. τὸν παραλειπόμενον. id quod deest; i. e. nimis calidam potionem frigida, frigidiorem calida tempero. Facit huc *Tacitus* Annal. XIII. 16. *Innoxia adhuc et praecalida, et libata gustu potio tradita Britannico: deinde, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua affunditur venenum.* ubi vid. Interpretes. — τὸν παραλειβόμενον tentabat *Huetius* p. 36.

III. Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 231. St. 335. W. In Menippam, quae, filio immatura morte exstincto, et ipsa inter luctum et gemitus animam efflavit. Conf. *Bianor.* Ep. XVII. Nostrum Ep. *Burmannus* admovit epitaphio in Anth. Lat. T. II. p. 56. LXXXII. in Addend. p. 683.

IV. Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 260. W. 375. St. Expressum ex *Parmenionis* Ep. XIII. et XIV. — V. 3. Proci omnes eodem luctu affecti sunt. Nam cum nulli desponsata esset, omnes eam ut suam plorare poterant.

JULIANI ANTECESSORIS
DISTICHA.

¶. 9.] *I.* Vat. Cod. p. 558. Planud. p. 141. St. 205. W. In hominem deformem. — V. 1. *παρομοῖον*. Vat. Cod. et *μετέθεικε* a pr. man. — *στρουθῷ*. *τῷ λιβυκῷ ἢ ἀγρίῳ ἢ μεγάλῳ ἢ στρουθοκαμήλῳ*. *Scholiast*. *στρουθὸν* simpliciter pro *στρουθοκαμήλῳ* poni, ut ap. Latinos *struthionem*, docuit *Brunck.* ad Av. 874. Acharn. 1105. cum quo tamen conferendus *Locella* ad *Xenoph.* Ephes. p. 155. sq. Sed magis ad rem facit, quod struthionis appellatio in conviciis erat, si quis stolidum et magnae molis hominem rideret. Vide *Boettiger.* ad Terent. Eunuch. p. 54.

II. Cod. Vat. p. 558. Planud. l. c. — *ἀμητός*. Pilis totus tibi vultus horret haud secus ac spicis ager; huic igitur messi non forcipes, sed falces immittendae sunt.

III. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 133. St. 192. W. „Lemma in Vat. Cod. *εἰς κονδόν*. Vox est barbara, de „qua videndus Ducangius in Glossario.“ *Br.* *κονδὸς* est *curtus*, *parvus*. — Homini cuidam pygmaeis simili poëta suadet, ut in urbe habitet potius, ubi minus, quam in agro, gruum injuriis sit expositus.

IRENAEI REFERENDARII EPIGRAMMATA.

T. 10.] *I.* Vat. Cod. p. 127. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. T. IX. p. 669. nr. 375. Ad puellam, quae, pristina superbia deposita, poëtam amplexibus tenebat. — V. 2. κόμπον ἐκπετασμένη. *Paulus Silent.* Ep. XXXVI. τὸ πρὶν ἐπ' ἀγλαΐῃ θάρσος ἐκπετασμένη. — V. 3. δεσμοῖς. *Tibull.* El. I. 1. 55. *Me retinent vinctum formosae vincla puellae.* *Propert.* II. 12. 25. *Atque utinam haerentes sic nos vincire catena Velles, ut nunquam solveret ulla dies*; quibus simillima haec *Tibulli* L. IV. 5. 13. *valida teneamur uterque catena, Nulla queat posthac quam soluisse dies.* Cf. Miscell. Obss. T. V. p. 116. et *Interpp. Horatii* I. Carm. XIII. 14. — V. 4. ἐλευθερίης. nec libertatem desiderans. Ductum fortasse ex *Anacr.* XXX. ubi Amor Pulchritudini in servitium traditus, κἢν λύῃ τις αὐτὸν, οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δέ· Δουλεύειν δεδίδακται. — V. 5. οὕτω γάρ. membr. et *Reisk.* recte, ut mihi videtur. Causa praecedentis enuntiationis redditur: In hoc complexu, ubi corpora et animae junguntur, libertatem non desidero. In φωτῶν haerebat *Cornel. de Pauw*, qui sic *homines* in universum appellari posse dubitans, ἐρωτῶν inepte conjiciebat. Si quid mutandum sit, legerim: σώματ' ἐρώντων. — Sic animae et corpora commiscentur amoris impetu. Conf. not. ad *Platon.* Ep. II. T. I. P. I. p. 337. — Pro ἔκχυτα *Reiskius* ἔκλυτα mallet, quod corpori magis, quam illud, convenire censebat. At illud quoque locum habet. *Paul. Sil.* Ep. XII. Μενεκρατὶς ἔκχυτος ὕπνῳ κεῖτο. *Sosipater* sive potius *Dioscorides* Ep. II. Δωρὶς παρέτοις ἐξεχύθη μέλεσι. — V. 6. μιγνύμενοι Cod. Vat. quod emendavit *Reisk.* — ῥεύματα φιλίης, amoris et cupiditatis impetus. Vide ad *Pallad.* Ep. XLVIII. 2. T. II. P. III. p. 228.

II. Vat.

II. Vat. Cod. p. 127. Edidit *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. p. 672. nr. 378. Puellam deſcribit pudore impeditam, quominus ad amantis preces reſpondeat. Hanc rogat, ut nutu ſaltem, quid velit, ſignificet. — κάτω νεύουσα. prae pudore ſcil. Cf. ad *Straton.* Ep. VII. 5. T. II. P. III. p. 58. — V. 2. „ἀκρολυτεῖν eſt nodum zonae „ita vexare, ut nihil proficiatur in ſolvendo; neque ap„pareat, ſolvere velis nec ne." *Reiske.* — V. 3. πέλει ex marg. Ap. Lipſ. in contextu poſuit *Reiskius*; rectius cl. editor membranarum ſcripturam ſervavit: Venus nihil cum pudore commune habet. Huc facit *Addaei* Ep. ab *Huſchkio* editum in Anal. cr. p. 260. αἰδώς σου κλείσει τὴν ἐπὶ τοὔργον ὁδόν.

III. Vat. Cod. p. 127. Εἰρηναίου ῥεφερενδ. In Planud. p. 466. St. 606. W. Ἀρηναίου ῥαιφερενδαρίου (in editt. ante Steph. ῥαιφερενδ.) inſcribitur. — In mulierem meretriciis moribus, et, quamvis marceſcentem, nondum tamen humilem. — V. 1. ἰνδάλματα. oculòs ſpeciem occulti amoris et reconditae flammae ſimulacrum oſtendentes. ὅσσε ἰνδάλλοντο *Apollon. Rhod.* I. 1297. II. 545. Cf. *Ruhnken.* ad *Tim.* p. 150. — V. 2. En oris ad riſum *valgiter* diducti deſcriptionem ſatis vividam! ἀκροβαφῆ. labia fucata intelligo. In toto hoc loco *Irenaeus* ante oculos habuit *Theocrit.* Eid. XX. 13. χείλεσι μυχθίζοισα, καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα· Καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρὸς Καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν. — V. 3. Laudat h. v. ſed cum inſigni depravatione, *Suidas* T. III. p. 344. σοβεῖ. διώκει. κομπάζει. ἐν Ἐπιγρ. καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖ ἱερ. α. quod *Kuſterus* ex ingenio emendare conatus ſomnia dedit. Epigramma, unde depromtus locus, indicavit *Toup.* ad Suid. T. III. p. 344. — κιχλίζειν de riſu meretricio. Vid. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 136. et infra ad *Macedon.* Ep. VII. — εὐβόστρυχον αἴγλην, multos ſplendidosque cincinnos. — V. 4. Manus effuſas, ἐκχυμένας, accipio de crebra brachiorum jactatione, qua vix

vidioris ingenii mulieres utuntur. Longe aliter *Grotius*, qui omnino in horum versuum interpretatione a veritate aberrasse videtur:

Lumina bina rotas flammae simulacra latentis:
Labra sed obliquum quae trahis arte rubent.
Rides cirrigeros quatiens lasciva capillos:
Sed fluit in laxa pelle superba manus.

Frustra vir summus in his versibus ἀντιθέσεις quaesivit, quae continuam meretriculae imaginem sistunt. — V. 5. ὄγκος. in marg. Vat. Cod. γρ. ὀγκάς. — V. 6. οὔπω. Vat. Cod. — Sententiarum nexus hic est: Quamvis micantibus oculis, ore, risu, brachiorum motu animum amore inflammatum prodere videris, fallentur tamen, qui te facilem fore existimabunt; nondum fracta est animi tui superbia, neque, marcescens licet, emollita es.

SYNESII SCHOLASTICI EPIGRAMMA.

¶. 11.] Planud. p. 345. St. 485. W. Eusebio, Byzantino, ob insignem eloquentiam a CPolitanis permissum erat, ut imaginem, nescio ubi, collocaret. Ille vero non suam, sed Hippocratis imaginem in loco destinato posuit, ex honore tanto viro habito ipse sibi honorem petens, *non magis decorum et insigne esse* existimans, *imaginem in foro habere quam ponere*, ut est ap. *Plinium* I. Epist. XVII. — Eusebius ille quis fuerit, non satis constat. Eloquentem fuisse, ex hoc ipso carmine apparet; sed quid fuerit, quod Hippocratem inprimis imaginis honore dignaretur, ignoramus. In eundem fortasse virum scriptum est Ep. ἀδέσπ. CCCCIII. ubi Eusebius orator statua decoratus traditur. Fuit etiam Eusebius

Patricius illis temporibus clarus, cujus aedem commemorat Codinus p. 54. Sed tantus fuit hominum hujus nominis numerus, (vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. VII. p. 409. ſqq.) ut vix quidquam certi definiri poſſit.

JOANNIS BARBUCALLI
EPIGRAMMATA.

I. Planud. p. 334. St. 473. W. In puellam, nomine Calliopen, eamque mimam, ſcriptum eſſe ſuſpicor ex *Julian. Aeg.* Ep. XLI. XLII. Eam ſub Melpomenes ſpecie pinxerat pictor. Hoc niſi admiſeris, nec acumen nec ſenſum huic diſticho ineſſe fateberis. — Hanc autem explicationem confirmat

II. ap. Planud. l. c. in Polyhymniam quandam, Muſae, cujus nomen gerit, forma quoque ſimilem. — καὶ σὺ Μούσης. tu Muſam ore refers. — ἀμφοτέροις. Vulgo.

§. 12.] *III.* Vat. Cod. p. 150. Planud. p. 441. St. 574. W. — Dedicatorium paſtoris ante nuptias. V. 1. laudat *Suidas* T. III. p. 109. Πειθοῖ καὶ Παφίῃ πηκτὰν καὶ κηρία σίμβλων ἀνέθηκεν ὁ βουκόλος. Haec iterum profert v. σίμβλοι. T. III. p. 314. — Suada Veneri jungitur. *Nonnus* Dionyſ. III. p. 90. Κάδμον — δι' ἄστεος ἤγαγε Πειθὼ — Πομπὸς ὁδοῦ Παφίης ὑπὸ νεύμασι. Cauſam reddit *Cornutus* de N. D. p. 197. qui Venerem comites habere ait Gratias, Mercurium et Πειθὼ, διὰ τὸ πειθοῖ προσάγεσθαι καὶ λόγῳ. καὶ χάρισι τοὺς ἐρωμένους. — V. 1. Παφίῃ Vat. Cod. — V. 2. τὰς (τᾶς) Id. — Εὐρυνόμης. Vulgo. — V. 4. Auctorem de ſimilitudine quadam horum munerum cum iis, quorum nomine offeruntur, cogitaſſe, vix dubito. In πακτὰ reſpicitur candidus

puellae color, ut ap. *Theocrit.* XI. 20. λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν. — In μέλι aut ad cantus ſuavitatem, aut ad colorem μελίχλωρον, qui in juvenibus praecipue laudabatur, reſpicitur.

IV. Planud. p. 292. St. 431. W. In Syneſium fortitudine non minus quam juſtitiae amore excellentem. Virtutis ſpecimina dederat ille, ut ex lemmate diſcimus, in pugna ad Berytum commiſſa. Suſpicari licet, pugnatum eſſe illud proëlium in bello cum Chosroë, Perſarum rege, qui anno p. Chr. 540. Syriam invadens usque ad Antiochiam penetravit. — V. 1. Syneſius fortitudine Spartanos, juſtitia Athenienſes exaequat. — παρ' Εὐρώτᾳ ἀνέρες. Spartani ſe ſolos eſſe viros gloriabantur. Qua de re laudatur dictum Gorgûs, conjugis Leonidae ap. *Plutarch.* V. Lycurg. c. XIV. εἰπούσης γάρ τινος, ὡς ἔοικε, ξένης πρὸς αὐτήν, ὡς μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι, Μόναι γάρ, ἔφη, τίκτομεν ἄνδρας. — V. 2. παρ' Ἰλισσῷ. propter juris et legum ſtudium, quod Athenis inprimis floruerat. — V. 2. Ἰλλισσῷ quaedam edd. vett.

V. Bis legitur in membranis Vat. p. 463. et p. 472. Planud. p. 354. St. 494. W. Falſum eſt lemma, ut recte vidit *Huetius* p. 34. Ipſum balneum loquitur ſuamque praeſtantiam praedicat. Si te, Pindare, ait, mea aqua potius quam alia laviſſet, non aquam in genere, ſed meam unice ἄριστον eſſe dixiſſes. Cf. *Cyri* Ep. VII. T. II. p. 455.

VI. Planud. p. 380. St. 518. W. Prudenter feciſſe ait pictorem, qui imaginem Socratis totam non [illegible], ne [illegible] eum cogeret in corpus redire, quod pro animae carcere habere [illegible]. [illegible] ad Ep. *Pallad.* CXXXI. T. II. P. III. p. 260. [illegible] Oxf. Sacr. IV. p. 52. — [illegible] Epigr. [illegible] CCXXVI. [illegible]

VII. Vat. Cod. p. 458. fine auctoris nomine. Planud. l. c.

¶. 13.] *VIII.* Vat. Cod. p. 431. Plan. p. 102. St. 151.* W. Nobilis urbs Berytus ob Jurisprudentiae Scholam, quae ibi inde a tertio post Chr. seculo floruit. Peculiaribus libellis de hac Academia egerunt plures, quos v. ap. *Bachium* in Hist. Jur. LIII. c. II. 45. p. 486. Hinc ap. *Nonnum* Dionys. XLI. fin. Βηρυτὸς βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη. Urbs terrae motu concussa a. p. Chr. 348. paulo post iterum florere coepit. Vide *Cedren.* Annal. p. 299. et *Spanhem.* ad *Juliani* Orat. p. 120. sq. Tandem terrae motu eversa est Justiniano imperante a. Chr. 551. secundum *Theophanem* p. 192. secundum *Agathiam* vero L. II. p. 51. sq. post bellum demum Italicum c. ann. 554. Conf. Ep. ἀδέσπ. CCCCXLI. sq. — V. 1. ἄπολις πόλις. urbs eversa. Similiter de classe, quae apud Salamina perierat, *Aeschyl.* Pers. v. 678. ἐξέφθινθ' αἱ τρίσκαλμοι νᾶες, ἄνᾶες νᾶες. — V. 3. Primum terrae motu concussa, deinde igne absumta. — V. 4. κάλλεος εἶμι. omnes edd. ante Steph. — V. 5. στοναχήσατε. omnes edd. et Vat. Cod. — V. 6. καὶ φθιμένῃ. nam urbes quoque *fata* sua habent. *Auson.* Ep. XXXIV. *Miramur periisse homines, monimenta fatiscunt, Mors etiam saxis nominibusque venit.* *Rutil.* Itiner. I. 409. *Agnosci nequeunt aevi monimenta prioris: Grandia consumsit moenia tempus edax. Sola manent interceptis vestigia muris: Ruderibus late tecta sepulta jacent. Nos indignemur, mortalia corpora solvi? Cernimus exemplis oppida posse mori.* ubi *Wernsdorf.* similia quaedam notavit. Adde *T. H.* ad *Lucian.* T. III. p. 410. Bip.

IX. Vat. Cod. p. 431. Plan. l. c. »Male divulsit »Planudes [primum distichon separatim exhibens]. »Conjuncta sunt tria disticha in veteribus membranis.« *Br.* — V. 1. Κύπρις. Antiquiori aevo Venerem, Syro-

rum tutelarem deam, etiam Beryti cultam esse probabile videri debet, licet proprie sub Neptuni praesidio fuerit, teste *Eusebio*, quem laudat *Brodaeus*: καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν θεᾷ Βααλτίδι, τῇ καὶ Διώνῃ, δίδωσι, Βηρυτὸν δὲ Ποσειδῶνι καὶ Καβείροις. Fortasse tamen h. l. ad urbis pulcritudinem potissimum respicitur, quam *pulcherrimam* appellat *Justinianus* Praef. in Digesta de Jur. docendi ratione. Βηρυτοῦ δ' αἶαν ἐραννήν. *Dionys.* Perieg. 911. Cf. *Berkel.* ad *Steph. Byz.* p. 221. — ὄφρα νοήσῃ: ut videat, urbem, quae olim Gratiarum templum fuit, nunc mortuorum sedem esse. εἴδωλα, *Manes*. — V. 3. ἀταρχύτων. Non justam sepulturam nacti sunt, sed ipsae urbis ruinae pro tumulo fuerunt. Argutius ille in Anthol. Lat. III. 1. p. 453. in Graeciae ruinam: *cinis ipse jacentis Visitur, et tumulo est nunc quoque sacra suo.* — V. 4. Βερόης. Eadem fuit urbs Beroë et Berytus; quod diserte docet *Nonnus* Dion. XLI. p. 1076.:

Πρωτοφανὴς Βερόη πόλις σύγχρονος ἥλικι κόσμῳ,
νύμφης ὀψιγόνοιο φερώνυμος, ἣν μετανάσται
παῖδες Αὐσονίων ὑπατηΐα φέγγεα Ῥώμης
Βηρυτὸν καλέουσι. —

et mox idem:

Ῥώμῃ μὲν ζαθέῃ δωρήσεται Αὐσόνιος Ζεὺς
σκηπτοῦχον, Βερόῃ δὲ χαρίζεται ἡνία θεσμῶν.

Conf. *Menagium* in Jur. civ. Amoenit. c. XXIV. p. 132. sq. — V. 5. γνώψατ' et λύσω Vat. Cod. a pr. man.

X. Vat. Cod. p. 431. Planud. l. c. Urbs eversa nautas, olim huc appellere solitos, monet, ut alium sibi portum quaerant. Portum habebat eximium Berytus, arte munitum. *Joh. Phocas* in Itiner. a *Berkelio* excitatus: Βηρυτός — κάλλει λιμένος λαμπρυνομένη· οὐ γὰρ φυσικός ἐστιν ὁ λιμήν, ἀλλὰ τεχνικῆς γνώμης. Mercaturam urbs exercebat vestium sericarum, quarum fabricas valde

illustres habuit, teste *Procopio* in Hist. Arc. p. 139. — V. 4. *δουπήσει κώπη.* Vulgo. Nostrum est in membranis. Nove dictum *δουπήσεις κώπην*, *torquebis strepitantem remum.* — V. 5. *τοῦτο.* Sic Neptuno (*ἐνοσίχθονι* et urbis patrono) reliquisque diis hospitalibus placuit, quorum auspiciis olim ad nos divertere solebatis. Haec cum doloris et indignationis sensu prolata puta. — *θεοῖσιν.* Vat. Cod.

¶. 14.] *XI.* Vat. Cod. p. 294. sq. ubi lemmati addita sunt verba: *μήποτε ἡ γυνὴ αὐτῆ.* (*αὐτοῦ*) *fortasse ipsius poëtae conjux significatur.* Planud. p. 229. St. 333. W. „Hoc etiam in Planudea, separato a superio„ribus ultimo disticho, in duo carmina divulsum est.“ *Br.* Erroris causa apparet in Vat. Cod. ubi postremum distichon novae paginae initium facit, cum novo lemmate, (ut saepius) *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτήν.* Ita Planudes in suo quoque Cod. invenit. Et certe, quamvis tria haec disticha nonnisi unum epigramma constituunt, mora tamen facienda post v. 4. ut appareat, Nostûs, hoc enim nomen mulieris, sermone finito, alius cujusdam verba sequi. — Elegans Epigramma et perspicuum. — V. 2. *ξεῖνα.* et inferos deos laudo et nuptiales: illos, quod me, quam virum, rapuere maluerunt; hos, quod me tali viro copulaverunt.

NILI SCHOLASTICI
EPIGRAMMA.

Planud. p. 340. St. 480. W. In Satyri imaginem ex opere musivo. Risum Satyri poëta ita interpretatur, ut eum, quomodo ex lapillis paulatim compositis extiterit, reputantem ridere dicat. — De simulacro ex lapillis et gemmis facto minus recte accipiebat Boulenger. de Pictura L. I. 19. in Gron. Thes. T. IX. p. 848.

COMETAE SCHOLASTICI

EPIGRAMMATA.

¶. 15.] *I.* Vat. Cod. p. 130. Κομητᾶ Χαρτουλ. εἰς ἑαυτὸν ἐκδεχόμενον κόρην. i. e. *ad se ipsum, cum puellam exspectaret.* Temere lemma mutavit cl. editor. In Ap. Lipf. ἄλλο inscriptum, quasi *Pauli Silentiarii* esset, cujus praecedunt carmina. Quod verum esse merito dubitabat *Reiskius* Mifcell. Lipf. IX. p. 679. nr. 383. qui tamen in eo fallebatur, quod tam bene tornatum et simplex carmen melioris seculi proventum esse censebat. Idem in sensu carminis interpretando a vero aberravit. Non enim ipse Demophoon v. 3. loquitur, sed Cometas Demophoontis historiam sibi accommodavit. „Ut Phyllis „olim amantem perfidum exspectavit in litore, sic nunc, „conversa fabula, te, alteram Phyllidem, frustra ex„specto.“ — V. 1. ὄμματα. Phyllis ap. *Ovidium* II. Heroid. 121. *Moesta tamen scopulos fruticosaque litora calco: Quaque patent oculis aequora lata meis.* — ὅρκος ἀλήτης. ventis et undis videbantur tradita verba, quibus Demophoon reditum puellae promiserat: *Demophoon ventis et verba et vela dedisti: Vela queror reditu, verba carere fide.* Ibid. v. 25.

II. Vat. Cod. p. 458. cum lemmate, Κομητᾶ σχολ. ἐν Ἀζαρβῷ; et sic, nisi quod Ἀναζαρβῷ ibi est, Planud. p. 301. St. 441. W. Votivae quodammodo tabulae inscriptio. Antoninus quidam gravi membrorum morbo, quo lumbi pedesque debilitati et inutiles redditi erant, sanatus, Philippi medici imaginem, in memoriam grati animi, dedicabat. — V. 3. Se ipsum Antoninus dicit μεταίχμιον, i. e. μέσον, inter vitam et mortem positum, pro ἐν μεταιχμίῳ ὤν. Altera enim pars corporis adhuc vivebat, altera defuncta videbatur. Hunc vocis μεταίχμιος

usum illustravit *Abresch.* ad *Aeschyl.* T. I. p. 91. et ad *Aristaen.* p. 32. — V. 6. ζώγρησεν. Vat. Cod. morti destinatum recreavit. Eodem sensu Il. ε. 696. τὸν δ' ἔλιπε ψυχὴ — Αὖτις δ' ἀμπνύνθη, περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο Ζ ώ γ ρ ε ι ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. quod bene explicatum dedit *Eustath.* p. 453. 4. — V. 8. ποσὶ πεζεύω. non amplius alienis pedibus usus, sed meis incedo. — ὅλως. Vat. Cod.

III. Vat. Cod. p. 457. Κομητᾶ χαρτ. ἀμοιβαῖον. Plan. p. 374. St. 513. W. Scriptum in agrum amoenum, vitibus et oleis consitum. — V. 4. Ἶρις. Vat. Cod. qui error ex prava pronuntiatione ortus. — ¶. 16.] V. 5. πάμφιλε. Vat. Cod. a pr. man. — Panis imaginem in eodem agro positam intelligi vult Cometas. πηκτὶς ap. poëtas illius aetatis pro fistula usurpatur. *Hesychius:* πηκτίς. πανδούριον. ψαλτήριον. σύριγξ. ὄργανον. Ap. *Pollucem* IV. 59. inter ea instrumenta recensetur, quae pulsantur. *Theocrit.* Eid. V. πηκτίδ' ἀειράμενος Ἀρξεῦμαί τι κρέκειν. κροτητὰ πηκτίδων μέλη dixit *Sophocl.* ap. *Athen.* IV. p. 175. Phryges, Pelopis comites, primi in Graecia ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον secundum *Telestem Selinuntium* ap. *Athen.* L. XIV. p. 626. A. Ex iis, quae *Athenaeus* l. c. p. 635. disputat, apparet, jam tum nihil certi de illo instrumento constitisse. Verum, ut dixi, Cometae aevo pro *fistula* sumebatur. πηκτὶς tribuitur Pani etiam ap. *Arabium* Ep. VI. p. 110. et ap. *Agathiam* Ep. XLV. δόναξ et πηκτὶς tanquam synonyma componuntur.

IV. „Hoc et quae sequuntur duo Epigrammata edi„dit *Leo Allatius* de Patria Homeri p. 106." *Br.* Vat. Cod. p. 696. Cometas se duo Homeri carmina vehementer obsoleta invenisse eaque ut juvenescere viderentur effecisse gloriatur. Hoc ita interpretatur *Villoison.* in Prolegg. ad Hom. Il. p. VI. ut Cometam antiquas et

obſoletas Homeri formas cum uſitatioribus permutaſſe, et totum carmen ad ſui ſeculi conſuetudinem accommodaſſe exiſtimet. — V. 3. γῆρας ἀποξύσας. Homerica locutio. Il. ι. 446. et in Hymn. in Vener. 225. ἤτεεν αἰτῆσαι, ξῦσαί τ' ἄπο γῆρας ὀλοιόν. Hinc auctor τῶν Νόστων in Argum. Medeae *Euripidis:* αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα Γῆρας ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι. — Pro μερόπεσσι *Allatius* τε βροτοῖσιν exhibuit, ut eſt in Vat. Cod.

V. Vat. Cod. p. 695. Ejusdem cum praeced. argumenti. — V. 1. ἀμφοτέραις. Vat. Cod. ἀθρόαις. *Allat.* et Vat. Cod. quod de Piſiſtrato dici potuit, non item de Cometa. — κύρβεις h. l. ſunt *volumina*, ipſa Homeri carmina. Propriam vocabuli ſignificationem explicuerunt multi, quos vide ap. *Interpp. Heſychii* V. Adde *Rubnk.* ad *Tim.* p. 170. Cum dilectu hoc vocabulum poſuit Cometas, ut indicaret, Homeri carmina eadem auctoritate eſſe, qua Solonis leges, et ipſa quodammodo pro legibus habenda eſſe.

VI. Vat. Cod. p. 696. Ex *Allatio* repetivit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 369. ed. *Harl.* et *Villoiſon.* l. c. p. VI. Hoc carmine Cometas ſe Homerum non modo expoliviſſe, ſed etiam interpunxiſſe gloriatur. Huic rei inſigniorem operam primus videtur navaſſe Nicanor Alexandrinus, Hadriano imperante clarus, qui librum peculiarem ſcripſit περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ, unde στιγματίας appellatus eſt. Conf. *Villoiſon.* in Anecd. T. II. p. 134. et 137. ubi hoc ipſum Epigr. protulit; et Ep. *Eupitbii* T. II. p. 402. — V. 1. Ὁμηρείους habet *Fabric.* et Vat. Cod. Ὁμηρικοὺς *Allat.* Ὁμηρικὰς *Villoiſ.* — V. 3. διεσμίλευσα. expolivi, elegantiores ut apparerent, effeci. Vide not. ad *Dioſcorid.* Ep. XVII. T. I. P. II. p. 385. — V. 4. σαπρία. σῆψις. σάθρωμα. *Heſych.* ubi vid. *Interpp.* Mox ῥίψας pro ῥήξας Vat. Cod. recte. Eaedem membr. verſum addunt: γράψας ἐκαινούργησα τὴν ἀχρηστίαν, quae pro varia lectione habenda ſunt. —

V. 5. τοὺς ἐνοφαλμένους. *Fabr.* — μαθητιᾷν, quod proprie discendi cupiditate teneri significat, (v. *Schol. Aristoph.* Nub. 183. et *Fischeri* Ann. ad Veller. T. III. 1. p. 9. sq.) h. l. pro simplici μαθεῖν positum est.

IN STATUAS ATHLETARUM
IN HIPPODROMO CPOLITANO.

Haec Epigrammata I. – LXI. implent posteriorem partem Libri V. Anthologiae Planudeae (p. 398. – 409. St. 534. – 544. W.), cujus priorem *Christodori* ἐκφρασις statuarum in Zeuxippo occupat, eamque solam ob caussam, ni fallor, *Brodaeus* ea p. 541. eidem poëtae tribuit. Vicinus erat Zeuxippus Hippodromo, idque Planudem movisse videtur, ut duo haec Epigrammatum capita in eodem libro conjungeret. Hippodromum quis primus aedificaverit, quis perfecerit, quibus calamitatibus afflictus fuerit, diserte tradidit *Ducange* in CPoli Christ. L. II. p. 202. sqq. Quae ejus fuerit species paulo ante CPolin a Turcis expugnatam, discere licet ex *Petri Gyllii* Topographia CPolis L. II. unde quae huc faciunt excerpsit *Onuphrius Panvinius* de Lud. Circens. L. I. c. XXVII. p. 56. Ornaverat eum Constantinus plurimis statuis, Româ et aliunde advectis, quarum plurimas a Francis conflatas esse narrat *Nicetas* ap. Lambec. ad Codin. p. 167. De Athletarum autem statuis, in Hippodromo positis, nihil aliunde constat. Ex his ipsis carminibus apparet, eas modo a factione, cui nomen dederant, fautoribusve illius factionis, modo a populo, modo ab Imperatore, modo a populo et senatu fuisse positas.

Prima XXXIII. Epigrammata scripta sunt in Porphyrium, qui etiam Calliopas appellabatur, Calchantis

filium, quem et multae victoriae in Hippodromo et bellica virtus illustravit. Conf. *Jo. Malalam* Chron. T. II. p. 110. Fuit initio in Venetorum factione, deinde ad Prasinos transiit. Constat autem, initio duas fuisse agitatorum in Circo factiones, coloribus distinctas, coeruleam sive Venetam, et prasinam sive viridem; deinde duas alias accessisse, albatam sive auratam, russatam sive purpuream. Vide de his *Ruben.* Elector. II. 27. *Bandurium* in Imper. Orient. T. II. p. 501. *Salmasium* ad *Solin.* p. 628. sqq. Quantas turbas hae factiones dederint, nemo disertius explicavit *Gibbono* in *the History of the Decl. and Fall of the R. E.* c. XL. T. VII. p. 61. sqq. ed. Basil.

¶. 17.] *I.* Ἄναξ καὶ δῆμος. Justinianus, quem Venetis favisse constat, (v. *Euagrium* Hist. Eccl. IV. 32.) et factio. Distinguitur ap. Byzantinos inter ὁ δῆμος et οἱ πολῖται, de qua distinctione multis egit *Reiske* ad *Constantin. Porphyrog.* p. 9. sq. — V. 5. Oportuisset eum aurea statua donari, non tantum aënea, quam et alii aurigae nacti sunt. — V. 6. τοῦτον τοῖς. Vulgo. ubi cum aut μιν aut τοῦτον abundet, *Brodaeus* οὐ τὸν, *Stephanus* ἔπρεπε μὴν emendavit.

II. Τέτραχα. Sensus esse videtur, jam quatuor curruum missus fuisse factos, antequam Porphyrius prodiret. Hunc tamen unice omnes desiderabant, idque desiderium magno significabant clamore. Fortasse autem τέτραχα est omnino pro *saepius:* jam repetitis clamoribus populus suum Porphyrii desiderium declaraverat. — V. 3. θώκου. Tribunal, seu thronus imperatoris in Hippodromo; κάθισμα θεωρίου βασιλικοῦ — in cujus dextra parte porticus erat factionis Venetae. Cf. *Procop.* de Bell. Pers. L. I. 24. *Ducange* CP. Christ. L. II. 103. — V. 4. ἐνθέμενος. ἔχων, nihil amplius: cum loris et cingulo equestri. Zona et galea instructi erant bigarii.

Vide *Conſtant. Porphyr.* Cerem. p. 192. C. — V. 5. μεσσηγὺ δ' ἀέθλων. antequam aetatis cauſa a Circenſibus receſſerat, quo tempore aurigis ſtatuae collocari ſolebant. Hunc verum ſenſum eſſe, apparet ex Ep. VI. et VII. αἱ πάντων ψῆφοί με καὶ εἰσέτι διφρεύοντα Ἔστησαν. et Ep. LV. κῦδος, ἀπ' ἀμφοτέρων ἤλλαχεν Οὐράνιος Εἰσέτι διφρεύων. — V. 7. Quamvis hoc ſtatuae praemium ei ante tempus conſuetum, θοώτερον ἐτέων, obtigit, tamen, ſi victoriarum et coronarum numerum ſpectas, ſero venit.

III. Ut antiquis temporibus Venus Anchiſem, Luna Endymionem, ſic nunc Victoria Porphyrium amare videtur, qui tot victorias easque fere ſine labore et contentione reportavit. Hinc expreſſum Ep. *Leontii* XII. in eundem Porphyrium. — ¶. 18.] V. 3. Factum eſt nonnunquam, ut, qui victoriam ſuis equis reportaverant, adverſarii curru conſcenſo ſuoque illi tradito, denuo certarent. Conf. Ep. V. VI. XII. etc. Ejusmodi equorum et curruum permutatio *diverſium*, διβέρσιον, appellabatur. Vide *Reisk.* ad Conſt. Porph. Cerem. p. 105. Hinc lux noſtro loco affulget: Porphyrius paſſim et ſuos ipſius equos et ſuae factionis currus ſuperaverat. — V. 6. οὐ μογέων. fere ſine contentione. Non tam ipſe ceteros ſuperare, quam illi ſponte ſua ceſſare videbantur.

IV. V. 1. ἠϊθέων. edd. ante Stephan. ἠϊθέῳ emendavit *Brodaeus.* — ὀψὲ μόλις. Cf. Ep. II. 7. 8. Utrumque jungit *Themiſt.* Or. XIII. p. 165. A. Delenda diſtinctio poſt πολιοῖς. — V. 3. ἀριθμήσασα. Eodem colore *Martial.* X. Ep. LIII.:

Ille ego ſum Scorpus, clamoſi gloria Circi,
Plauſus, Roma, tui, deliciaeque breves,
Invida quem Lacheſis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

XII. Vat. Cod. p. 709. — V. 1. Ῥώμη. Constantinopolis. — V. 3. χρώματος. sive cum Prasinis, sive cum Venetis certaret. — V. 5. »Legitur vulgo καὶ νῦν μὲν πρῶτος, ποτὲ δ' ὕστατος, quod, licet minus elegans, tamen »servari poterat.« *Br.* Restituenda Vat. Cod. lectio:

νῦν μὲν ἐὼν πρῶτος, ποτὲ δ' ἔσχατος —

Caeterum haec non ad locum, quem ille inter currendum in ipso stadio tenebat, referri debent, sed ad locum, unde currus prodibant. Hi autem loci non ejusdem conditionis erant. Qui primis metis, mediaeque circi areae proximus erat, is optimus, ceteri, ut quisque remotior ab illa parte, ita deterioris conditionis erat. Vide *Salmas.* ad Solin. p. 633. D. Porphyrius autem, ex quocunque tandem ostio currum emisisset, victoriam reportabat.

XIII. ἐγγύθι τῆς Νίκης. Cf. Ep. VII. — Ἀλεξάνδρου. Statua aliunde non nota. Vid. *Heynium* in Commentat. Soc. Reg. T. XI. p. 22.

XIV. Constantia fortunae Porphyrii laudatur. Sensum optime expressit Grotius:

Res alias obiter Fortunae lumina cernunt,
Uno in Porphyrii fixa labore manent.

Diversa structura, sed eodem sensu, verbum ἕλκειν occurrit ap. *Xenoph.* Sympos. I. 9. οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις ἐφ' ἑαυτό. Epigr. ἀδέσπ. VIII. ἀλλ' ἐπὶ πάντων κάλλεϊ πουλυμανῆ κανθὸν ἐφελκόμεθα.

XV. Vat. Cod. p. 708. »In Stephani editione ope»rarum errore excusum μήτρην, quod servavit Weche»lianae curator, hoc insuper addito flagitio, quod in »Brodaei nota μήτρην etiam exhibuerit, licet editio Ba»sileensis, cujus exemplar secutus est, μίτρην in nota et »in textu habeat. Uterque repetitus error in Bandu»rii Imperio Orientali, cujus VII. liber ex Epigramma»tibus

»tibus e Planudea non multo cum judicio delectis, con»flatus est.« *Br.* μίτρῃ, idem quod supra ζώνῃ ἱππότης. Porphyrius cum jam desiisset in Circensibus certare, tamen, ut populi desiderio satisfaceret, iterum conscendit currum. — V. 2. ἀντ' ἀρετῆς χάλκεον. Cf. Ep. X. 6. — V. 3. Novi ipsi honores, argentea et aënea statua, decreti erant. — V. 4. πρέσβυν. Vat. Cod. — ξείνων γέρ. novorum et singularium, ut Ep. XXIII. et ap. *Agath.* Ep. I. ξεῖνον γέρας. — V. 5. παλίνορσον. i. e. πάλιν. ut ap. *Eutolmium* Ep. III. p. 8. — V. 6. δὶς ἡβήσας. ad fabulam de Iolao videtur respici. — μαίνεσθαι de incitatiore et ardentiore studio illustravit *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 346. — Duobus his versibus Constantinum a Veneta factione exceptum esse tradit *Anonymus* in *Bandurii* Antiqq. CPol. L. V. p. 91. Cf. T. II. p. 788.

XVI. Porphyrium non solum in circo peritia, verum etiam in bello fortitudine excelluisse docet, praeter hoc carmen, Ep. XXI. XXII. XXX. Factiones enim et urbanis negotiis adhibebantur, et, necessitate urgente, militum fungebantur officiis. Vide *Reisk.* ad Constant. Cerem. p. 10. — μάστιγα, aurigandi artem: ἀσπίδα, in pugnando virtutem. — ¶. 21.] V. 3. διχθά. ut in animo tuo utraque virtus et facultas commiscetur nec discindi potest, ita aes quoque binas tui species repraesentare noluit. — Intricata sententia et obtusum acumen.

XVII. Hoc et sequ. Epigr. extra ordinem Brunckianum leguntur in Planud. p. 408. St. 543. W. »Vulgato lemmati Planudeae codicum unus haec verba, mul»tum ad hujus et aliorum jambicorum carminum intel»ligentiam facientia, addit: τούτων αἱ εἰκόνες ἦσαν γεγραμ»μέναι ἐν τῇ στέγῃ τοῦ βασιλικοῦ προκοιτωνίου· ἦσαν δ' οὗτοι »ἀρχαῖοι ἡνίοχοι. *Pictae in camera throni imperatorii.*« *Br.* Honor Porphyrio habitus obscurioribus metaphoris, ex

adulatorio Byzantinorum sermone ductis, significatur. Illi enim locum, quo Imperator versabatur, coelum, aethera vocabant, (quamquam nec Romani a talibus abhorrebant. Cf. *Horatium* II. Sat. VI. 52.) Ad hunc elatus ille, cum ipso Sole currendo certaturus esse dicitur, postquam omnes, quotquot sunt in terra, aurigas superavit.

XVIII. Pictura vivida et animata laudatur, inprimis equi, spirantibus similes. Hos, ait, si scutica tetigerit, denuo current et victoriam reportabunt. — V. 2. „Vat. Cod. Βεννέτου. Et ita quidem pronuntiandum est, ut versui modulus constet." *Br.*

XIX. Ex hoc et sq. Ep. apparet, Porphyrium per aliquod tempus Prasinorum adhaesisse factioni, quae ei, Caesare jubente, statuam dicavit.

¶. 22.] *XXI.* Vat. Cod. p. 710. Bellicae Porphyrii laudes celebrantur. Cf. Ep. XVI. — V. 1. ὅπλα. armis militaribus statua tua ornata esse deberet, non his aurigarum vestibus. — V. 3. Porphyrius imperatorem in bellum comitatus fuerat. ὀλεσσιτύραννος. De quo bello agatur, quibusve tyrannis, non constat. Tyranni autem illis temporibus appellabantur, qui in parte aliqua Imperii Romani regnare ausi essent; qualis fuit, Justiniano imperante, Julianus Samarita, de quo tyranno v. *Jo. Antiochen.* T. II. p. 180. sq. item Hypatius, qui in memorabili illa seditione, ann. 532. excitata, imperium susceperat, quo capto et interfecto ὁ βασιλεὺς ἐσήμανε τὴν ἑαυτοῦ νίκην ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι, καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τυράννων. Ibid. p. 218.

XXII. Ad similem historiam referendum videtur, quo praecedens. Imperator bellum adversus tyrannum gerens, Prasinorum auxilio usus, hostem vicit; quo facto illis honorem habuit, Porphyrio autem sta-

tuam decrevit. De seditione inter factiones orta agi, apparere videtur ex verbis ἐπιφθιμένης Ῥώμης, quod incendia, caedem aliaque inter hos tumultus urbis detrimenta indicat. Bello autem finito Prasina factio, cui victoria obtigerat, pristinam suam dignitatem, τὸ γέρας, ὡς πάρος εἶχον, recepisse dicitur. — V. 1. ἐν om. ed. Flor. pr. — κατέστρεψε eadem. — V. 6. ἦμαρ ἐλευθερίης. tyranno oppresso et Imperatoris auctoritate denuo firmata.

XXIII. De statua Porphyrio ab utraque factione collocata. — V. 1. ὑμετέρων ἀγώνων: tuarum victoriarum. Sic ap. *Julian. Aeg.* Ep. LXV. 3. Heroic. ἀδέσπ. XIII. 2. *Agathiam* LXXIV. et passim ὑμέτερος pro singulari pron. secundae pers. ponitur. — V. 3. Nam omnes adversarios tuos, modo hujus, modo illius factionis, ἀμειβαδίην, superas. — παίγνιον. id quod tibi, pro tua in agitando peritia, merus lusus. — V. 5. ξεῖνον, novum et singulare. Cf. Ep. XV.

XXIV. Sculptor similem quidem reddidit Porphyrio statuam, sed artis praestantiam et pulcritudinem, quae utraque eximia est in illo, reddere non potuit. — V. 2. ὄγκον. ut ap. *Eurip.* Phoen. 724. ἔχει τίν' ὄγκον Ἀργος Ἑλλήνων στράτα; — ¶. 23.] V. 3. ὀψὲ τεκοῦσα. post multa tandem molimina tantam praestantiam effinxit. — V. 4. ὠδίνειν. Conf. *Julian. Aeg.* LXIV.

XXV. Nisi invidia homines impediret, in judicio de Circensibus omnes, quotquot sunt, Porphyrio virtutis testimonium dicerent. — V. 3. Pro victoriarum numero parvum munus esse dicerent, quamvis livor hoc ipsum ei fortasse invideat. — V. 5. ὅσσα. Nam omnes virtutes, quae singulae singulos ornant aurigas, unus habens ad tantam tamque eximiam pervenit praestantiam. Minus recte haec explicavit *Brodaeus*.

XXVI. Porphyrius aurea statua dignus, eamque accepisset, nisi civitas Nemesin iratam esset verita. —

V. 3. Si Prasini tuas victorias celebrant, ut faciunt, hi omnes, laudum tuarum praecones, pro totidem statuis, iisque vivis et spirantibus habendi sunt. Nulla autem vel aurea statua cum ejusmodi praeconio comparari poterit.

XXVII. Ab una factione ad alteram transiisse videtur Porphyrius, quem poëta hortatur, ut in ea, cui nunc faveat, firmiter persistens adversariorum animos invidia excruciet. — V. 2. εἰκόνες statuae ceteraque praemia nondum exaequant tua merita. — V. 3. μέγα φέρτερ. praestantissimae factioni, cui tu nomen dedisti. — V. 4. νίκην. de invidia. Vide not. ad *Lucill.* Ep. CVII. T. II. P. II. p. 505. — V. 6. ἀντιθαλίην. Porphyrius ab illa factione, cui initio deditus fuerat, injuria forte laesus erat. Hanc poëta ἀντιθαλίην vocat, cujus illos nunquam non poenitere ait, cum illum semper vincentem videant.

T. 24.] *XXVIII.* Alii aurigae, aetatis causa, cum rude donati sunt, honorificis praemiis ornantur. Hos igitur non virtus, sed aetas ornat, γέρας πρέσβεσι χρόνος. — Porphyrium admodum juvenem istiusmodi honoribus adfectum esse apparet ex Ep. I. II. XVIII. Nostro simillimum Ep. IV. τοῦτό σοι ἠϊθέῳ Νίκη γέρας, ὃ χρόνος ἄλλοις ὀψὲ μόλις πολιοῖς ὤπασε, Πορφύριε. — V. 6. εὐγενέας χαρίτων. ad hominis pulchritudinem et in aurigando elegantiam referri debet. Cf. Ep. VIII. 3.

XXIX. „In editis titulus εἰς Καλλιόπην. At Codices recte εἰς τὸν αὐτόν. Sunt enim ejusdem viri duo nomina Καλλιόπας et Πορφύριος." *Br.* Hoc verum esse apparet ex Ep. XX. Porphyrius sexagenarius victoriam in Circensibus retulit, et senex juvenes superavit, sicuti olim juvenis senes. Male ad certamina Pythica hoc carmen retulit *Burette* in *Mémoires de l'Ac. des Inscr.*

T. II. p. 367. — V. 4. κοιρανίης. ipsius Imperatoris jussu. Cf. XIX. 3.

XXX. Νίκα διφρελάτειρα. quae curruum agitatoribus favet, eos comitatur. — V. 3. Sensus, ut in praecedenti v. 1. 2. — σφριγόωντας. νέους. Cf. *Aristoph.* Nub. 797. Lysistr. 80. ibique *Schol.* — Junge νικῶντας ἐν ἀλκῇ, ubi praepositio abundat, ut sq. versu ἐν σοφίῃ, i. e. *agitandi peritia.* Cf. Ep. V. — V. 5. Binas statuas Venetorum factio Calliopae posuerat, alteram juveni, cum *arte* vinceret; alteram seni, cum *robore.* — ἐλευθερόταις. Idem quod ἐλεύθερος Ep. XXXI. Verisimile est, homines illos superbos et effrenatae licentiae sibi ante omnes liberorum hominum epitheton vindicasse. Certe ita se gerebant, quasi soli liberi, ceteri omnes servi essent. Vide *Gibbon's History* c. XL. VII. p. 64. sq. ed. Bas.

§. 25.] *XXXII.* Ἐγερσιθέατρος. cui in *theatro plausus dari* solebat, ut de Maecenate *Horat.* I. Od. XX. 3. — V. 2. ἑσμὸς στεφ. Item Ep. XLVI. νικήθμων στεφάνων ἑσμόν. — V. 4. „δύσστομος. Compositum ex δὺς et στόμα. „Antiquae editt. et codd. δύστομος unico σ. Typothetae „errore in edit. Stephani δίστομος, inde in Wechelianam „propagatum. Scribendum autem δύσστομος geminato „σ, ut in nominibus a δὺς compositis et vocibus a Σ in„cipientibus, δύσσοος, δυσσεβής, δύσσειστος, et aliis. δύσστο„μος derivatur a τέμνω." *Br.* δύσστομος ἱππείῳ γένους, equus duro ore nec frenis parens. — V. 5. Sensus esse videtur, Porphyrium a nemine superatum iri, sed aliis nihil relictum esse, quam ut eum exaequare conentur. Sic hunc locum accepit *Grotius*, qui vertit:

Praemia victor habes nulli speranda, manetque
Certamen reliquis, quis tibi sit propior.

— V. 5. Vulgo ἑ. Ed. pr. Flor. ᾗ.

XXXIII. τί σοι πλέον, ὅττι. sic plane Ep. XIX. — Non Imperatorem solum et factionem, totamque civitatem, verum etiam adversarios ipsos Calliopam suffragiis ornare testatur. Cf. Ep. VI. VII.

IN FAUSTINUM.

XXXIV. Nihil tantopere ad honores in certaminibus consequendos valere docet, quam prudentiam. — V. 2. χρόνος εὐτυχίης. Senectutem significari nullus dubito, qua quidem curruum agitatores, etiam nullis insignioribus meritis, statuis ornari solebant. Sed in εὐτυχίης haereo, quod alibi ipse honor, τὸ γέρας, esse solet. Cf. Ep. XXVII. νῦν γὰρ τῆς σῆς μείζονος εὐτυχίης. Quod cum hic locum vix habeat, fere suspicor legendum esse:

οὐ χρόνος ἡλικίης.

— V. 3. ἱλήκοι. Ut divam aliquam Faustini mentem poëta alloquitur, cogitans fortasse de Anaxagorae Νόῳ, pro deo habito. Vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VIII. 19. — σύντροφος, contubernalis, comes, πάρεδρος. Sic *Antiphilus* Ep. VII. Δημήτηρ δὲ μέθην σύντροφον οὐ δέχεται. *Herodotus* L. VII. p. 550. 94. τῇ Ἑλλάδι Πενίη μὲν ἀεί κοτε σύντροφός ἐστιν. — ὧν ed. Flor. pr.

XXXV. Comparandum Epigr. XXIX. — V. 3. δεύτερα πάντα. Omnes in certaminibus superasti, principem ubique obtinuisti locum. τεὸς πόνος. insuperabilis tuus labor; ipse Faustinus. Pro πόνος ed. pr. Flor. et Ald. 3. νέος. quod praeferendum videtur.

¶. 26.] *XXXVI.* Planud. p. 408. St. 544. W. In Faustini in curru stantis imaginem; quales collocari solebant ἐν τῇ στέγῃ τοῦ βασιλικοῦ προκυπτίου. Cf. ad Ep. XVII. — V. 1. Admirare opus architecti illius, qui

has aedes exstruxit! Nisi enim firmo tecto concameratae essent, Faustinus cum equis suis ad coelum tenderet. — Hic est verus horum verborum sensus, quae et imaginis praestantiam et Faustini virtutem celebrant. Minus recte *Huetius* p. 38. σκέπην accepit de tegmine, Faustini statuae imposito, ut imbres et avium arceret injurias.

XXXVII. Planud. p. 408. St. 544. W. — V. 2. Ex quo tempore factio Prasinorum Faustinum sibi adscripsit, nunquam in circo superata est. — V. 3. γέρων μέν. Ita *Theocritus* Eid. I. 44. καὶ πολιῷ περ ἐόντι, τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἅβας.

IN CONSTANTINUM.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 708. Constantinus, dum viveret, statuae honore caruit; defunctum, invidia exstincta, universa civitas statua ornavit. — V. 1. ἔτι ζώων. ed. Flor. pr. — V. 2. ἀντί. laudem tuam exaequavit invidia. — V. 4. οἷς δύναται. quibus valet honoribus; paribus enim et iis, quibus tu dignus es, nemo te decorare poterat. ἄξιον, id. qu. ἐπάξιον.

XXXIX. Vat. Cod. p. 708. Similiter *Agathias* de Joanna citharistria Ep. XCI. ἄλλοτε φορμίγγων νεφεντίσματα, λῆξαν ἀοιδαί, Ὥσπερ Ἰωάννη πάντα συνολλύμενα.

§. 27.] *XL.* V. 3. οὐδ' ἐν. Tanta fuit omnium tristitia, tam dejectus animus, ut omnis de diversis factionibus inter populum contentio cessaret. φίλιαι ἔριδες. contentio sine acerbitate. Tales certe illae contentiones nonnunquam erant; sed frequenter etiam in caedem et cruenta bella erumpebant.

XLI. Vat. Cod. p. 708. duo priora disticha exhibet, posteriore omisso. — V. 1. χρύσειον. Cf. Ep. I.

5. 6. — V. 4. Juvenis celeberrimos agitatores superavit, senex juvenes. Cf. Ep. XXX. XXXV. — δεῖξεν. ut Ep. VIII. οἷσι καὶ ἵππους Κρείσσονας ἀντιπορὼν δεῖξα χερειοτέρους.

XLII. V. 2. τέρψιν. statuam, quae te defunctum oblectaret. — V. 3. ἐπεσφρήγιζε. Vulgo. Quum populus tibi statuae honorem post mortem decerneret. Eodem sensu σφραγίζειν posuit *Loll. Bass.* Ep. IV. T. II. P. II. p. 22. — V. 4. Post πότμον comma ponendum. — V. 5. φιλοκέρτομος. ubi factiones certantes se invicem maledictis et conviciis petere solent. Quam frequens fuerit in Circo maledicentia, quippe quae ne Imperatoribus quidem parceret, tota Caesarum historia loquitur.

XLIII. Viventi Constantino statuam nullam decretam esse, ita poëta excusat et interpretatur, ut populum existimasse dicat, tam parvum munus ejus virtutibus non satis respondere; post ejus fata antem desiderio ductum eundem caram ejus imaginem statuisse, ut laborum ejus memoria etiam ad posteritatem propagaretur. — V. 3. ᾔδει. In Anal. vitiose expressum ἤδει. — V. 6. Vulgo ἔχῃ. Duo Planudeae Codd. ἔχει exhibent. Et sic Ed. Flor. pr. ἔχει tres Aldinae.

XLIV. Veneti et Prasini, pristina simultate deposita, in unum finem concorditer conspirantes, tibi magno consensu monimentum in tumulo ponendum decreverunt.

§. 28.] *XLV.* Ἀντολίης. Falli, si quis existimet, Constantinum mortuum esse, cum potius cursum ad superas regiones flexerit. — V. 3. θανεῖν. *Callim.* Ep. XLIX. θνάσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς. Sequentia ducta sunt ex *Parmen.* Ep. XII. φθίσθαι Ἀλέξανδρον ψευδὴς φάτις, εἴπερ ἀληθὴς Φοῖβος· ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ᾽ Ἀΐδης.

XLVI. Hoc Epigramma initio fortasse mutilum est. Statua, quam Constantinus nactus erat, posita erat prope

duo signa aurigarum familiae suae. Probabile est, illa patri Constantini Faustino et Uranio dicata fuisse. Cf. Ep. LVII. — V. 2. τρισσοῖς εἰν ἑνὶ χώρῳ. Vulgo. — V. 4. δεσμόν. Cf. Ep. XXXII. 2.

XLVII. V. 2. γείτονα γενεῆς. Cf. Ep. XLVI. — V. 5. Puerum seniores in Circo coronaverunt, id quod eos festivitatis et boni ominis causa fecisse probabile est. *Brodaeus* cum in suo libro εἴσαν reperisset, emendavit ἥσαν, ἱδρύσαντο. In quo eum fefellit *Hesychii* auctoritas, apud quem ἥσαν, ἐκάθισαν, pro ἵσαν legitur. Verum est εἷσαν. Il. η. 57. κὰδ δ' Ἀγαμέμνων εἷσεν ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.

XLVIII. Constantinus Νίκης alumnus appellatur, ut Ep. V. Porphyrius ejusdem Divae filius. — V. 3. Intra quinquaginta annos, quibus in Circo certasti, nunquam tibi similem aut aequalem invenisti. οὐδ' ἴσον. In ed. Flor. pr. et Ald. pr. ὅσον. — οὐδ' ὀλίγον. nullum, qui te parvo aut proximo intervallo sequeretur, sed omnes longe post te reliquisti. — V. 5. Cf. Ep. XLI.

T. 29.] *XLIX.* V. 3. παραίφασιν. Cf. *Agath.* Ep. VI. 7. Desiderii sui lenimen hanc statuam posuit. — V. 4. ἀμφιβάλῃ. Vulgo. — V. 5. ζῆλος. In quam aurigae tanquam exemplar quoddam intueantur. — V. 8. ὀλβίστῃ Vulgo. Revocavit editor lectionem edit. Flor. pr. — ἦν μιν. Aldinae edd. tres. Multi, cum deteriores aurigas videbunt, hanc aetatem, quae talem virum nacta est, beatam praedicabunt.

L. „Ἀέθλια ex uno Planudeae codice. Vulgo ἄεθλα, „metro reclamante.“ *Br.* Sic etiam *Huetius* emendavit p. 38. et Aldus in Lect. unde Ald. 3. ἀέθλια recte exhibet. Viginti quinque palmas uno die Constantinus acceperat; tum equos suos cum adversariorum equis permutavit, et illorum equis iterum totidem fere victorias reportavit. Cf. de hoc more Ep. V. VI. — V. 5.

ἀμφοτέρων μερέων. Haec verba proprie pertinent ad τίς in sequ. versu. Saepe inter populum (δῆμος h. l. vix per *factionem* explicari poterit) exorta est contentio, utra duarum factionum eum habere deberet. Cf. Ep. VII. 3. 4. — V. 6. δὶ ἰδέαν. Vulgo. πέπλοι. sunt colores factionum, ut Ep. X. 4. — Data est Constantino optio, utrum Venetis an Prasinis accenseri vellet. — Male *Huetius* p. 38. »Sive Venetus esset sive Prasinus, po»pulus secundum eum judicavit.«

LI. V. 3. vitiose Steph. ἠνιοχῆα, quod Wechel. repetivit.

LII. Planud. p. 409. St. 544. W. In Constantini imaginem, in loco contecto positam. Cf. simillimum carmen XXXVI. Hoc autem Epigr. memorabile est propter mentionem quatuor factionum, cum in praecedentibus duae tantummodo commemorentur. — V. 3. τοὺς τρεῖς, δήμους scil. — V. 4. πνοιῆς ἄνευθεν, ἄπνοον, pictum, non vivum.

T. 30.] *LIII.* »In uno Planudeae scriptum Κων»σταντῖνός γ' ἦν. Recte insertum γε, sine quo metrum »non constat. Praeterea scribendum Κωνσταντῖνος. Cor»ripitur enim hic tertia syllaba.« *Br.* Κωνσταντῖνος ἦν. Vulgo. *Scaliger* ap. *Huetium* p. 38. Κ. νῦν corrigebat. Quod ad penultimae quantitatem attinet, eadem est in praec. Ep. v. 1. In talibus sequioris istius aevi poëtae multum sibi licere existimaverunt. — V. 3. »In eodem »Cod. ἤρπασεν χάριν.« *Br.* Vulgo ἥρπασε δρόμον. Veram lectionem jam *Brodaeus* viderat.

IN URANIUM.

LIV. Vat. Cod. p. 709. Planud. p. 407. St. 542. W. Uranius primum ex Venetorum partibus stabat, deinde,

cum jam finem agitandi fecisset, a Prasinis commotus est, ut ipsorum factioni nomen daret. Uranii, Venetae factionis hominis, mentionem facit *Constantinus Porph.* in Ceremon. ubi vide Reisk. p. 99. — V. 1. ἀεθλεύοντι. Dum adhuc in Circensibus certabas, (vide ad Ep. II. 5.) et laboribus defunctus statuam accepisti a Prasinis. — V. 5. ἕζετο. Cf. Ep. VII. 2.

LV. Argumentum idem cum praecedente. — V. 4. οἷς δέ. Ejus statua posita est prope gradus Prasinorum. Suas autem quaeque factio porticus, suos gradus habebat, unde certamina spectabat. Vide *Ducange.* CP. Christ. L. II. p. 103.

LVI. Imperator Uranium, cum certare desiisset, commovit, ut currum denuo conscenderet; idque omnibus factionibus gratum fuit, cum nemo, nisi Uranius adesset, Circensia spectare curaret. — ¶. 31.] V. 5. ὀστατίης νίκης, ἕνεκα subaud. Nihil interest, utrum haec verba jungas cum στῆσαν, an cum ἀγασσαμένη. *Thucyd.* VI. 36. τῆς μὲν τόλμης οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας. *Plato* Euthyd. p. 216. ἀγασθέντες τῆς σοφίας αὐτοῖν. Vide *Piers.* ad Moer. init. et de ellipsi praepositionis *Abresch.* ad *Aeschyl.* T. II. p. 126.

LVII. Vat. Cod. p. 709. Uranium juxta filium Faustini, Constantinum (v. Ep. XLVII.), ipsumque Faustinum collocari jussit Imperator. — V. 4. Pelopis cognomen tributum Uranio ob insignem agitandi peritiam. — V. 5. ὡς αἰεί. Versus Homericus, saepe a philosophis ad varia accommodatus. Vide *Clark.* ad Homer. Od. ρ. 218. — V. 6. τοὺς δέ. Vulgo.

LVIII. Si recte intelligo, Uranii statua collocata erat in Hippodromo prope statuam urbis Nicaeae, unde ortus erat, et novae Romae, i. e. Constantinopolis. Hae autem statuae ipsi ab utraque manu positae fuisse viden-

tur; hinc καὶ ἀμφοτέρωθεν, sive a dextra, sive a sinistra parte procurreret; τῇ καὶ τῇ, ab Nicaeae parte vel a parte Romae. — V. 5. χορῷ. Vulgo. — Notandus usus verbi ἀναγράφεσθαι, a picta imagine ad statuam translati. — V. 6. Pro κτεάνῳ V. D. in Cod. Scaligeri eleganter corrigebat κτεάνων, probante *Huetio* p. 38. Et sic Aldus in Lect. habet; nec non Aldin. 2. 3.

IN JULIANUM.

LIX. Vat. Cod. p. 708. Notabile Epigramma, in quo Juliano communi Imperatoris, populi et senatus suffragio statua decreta esse dicitur. — ¶. 32.] V. 6. »Quod vulgo legitur ἦνθεν, typographi error est in edit. »Stephani. Nam quae illam praecesserunt omnes recte »ἤνθεεν habent.« *Br.* — Obscuriora sunt verba οἷσιν ἔρως ἤνθεεν ἀντιπάλων, quae sic vertit *Grotius: manet ejus in ipsis, quos adversa tenet factio, dulcis amor;* sensu optimo, sed qui ex graecis verbis vix elici potest. Sensum potius hunc esse puto: Omnes praestantiores aurigae eum desiderabant; tales enim peritos sibi adversarios contingere optant, quo magis ipsorum emineat virtus. Juliano autem a Circensibus recedente, illi nullos ibi adversarios, qui quidem hoc nomine digni essent, sibi habere videbantur.

LX. In Juliani imaginem currui impositam. — χεὶρ οἶδε γενναν. Ars defunctis vitam reddere potest. — Simili audacia Ep. ἀδεσπ. CCLXXXVIII. in statuam Herculis: Ἀλκμήνης δ' ὠδῖνας ἔχει λίθος. — V. 3. Ῥουσίου. δήμου sc. factionis russatae. Egit de hoc vocabulo, nostro loco non omisso, *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 775. — V. 5. τὸ νεῦμα. signum manu et mappa datum. Mappa enim sublata transennae aperiebantur. Cf. *Salmas.* ad Solin. p. 647. B. C.

LXI. In postremo versu pro καὶ τὸ σῦ. *Brunckius* mallet καινὸν στέφος, quod certe elegantius foret.

IN EUSEBIUM.

LXII. Planud. p. 296. St. 435. W. In tertiam statuam Eusebio positam. — V. 3. Tantum omnes curru praevertit, ut victoria ambigua esse non posset. — V. 5. Reliquorum contentio cessavit, cum Eusebius omnes longissime superaret. δήμου διχάσταισιν. cum populus antea modo huic modo illi faveret, Eusebius insigni virtute effecit, ut nemo praeter ipsum in populi ore et oculis esset.

AGATHIAE SCHOLASTICI

EPIGRAMMATA.

I. 33.] *I.* Vat. Cod. p. 499. Planud. p. 109. St. 160. W. *Stob.* in Floril. T. XVII. p. 154. 10. Gesn. 95. Gr. Mulierum amorem contra paederastas commendat, bestiarum conjugia hominibus in exemplum proponens. — V. 1. στυγέδεμνον νέον. ab omni libidine abstinere, ut ii, qui sanctimoniae causa a matrimonio abhorrent. — V. 2. κλονέει. *Paul. Silent.* Ep. XXX. ὁππότε δοιοὺς — ἴσος ἔρως κλονέει. — V. 4. κυνώδεας ὀργάς. mulieribus natura ipsa multas illecebras dedit. Eodem sensu voce ὄαρος utitur *Orpheus* in Argon. 1324. εἰ δέ κε νυμφιδίους ὄαρους Μήτηρ δὲ κλιθεῖσα Παρθενίην ἤεχυνα. Plura vide ad *Thall. Miles.* Ep. IV. ubi emendandum proposui: χλωρὰ δ' ὑπὸ σεῖο φυλλὰς καὶ κεύθοι τοὺς Παφίης ὄαρους. T. II. P. II. p. 30. — V. 5. „In Planudea [et ap. Stobaeum] perperam legitur οὐ γὰρ ἐκείνων φύσις ἀτιμάζει — contra

„metri legem, cum in φύσις prior corripiatur. In opti„mo Planudeae cod. vox φύσις deest, vacuo relicto spa„tio. Deest etiam in altero, at in ora reposita. Prior „autem non οὐ γὰρ, sed ἡ γάρ. Veram e cod. Vat. lectio„nem dedi." *Br.* Iisdem argumentis Daphnis adversus Gnathonem disputat ap. *Longum* L. IV. p. 109. ed. Vill. ubi Interpp. hoc Epigramma non neglexerunt. Philosophorum loca, puerorum amorem similibus argumentis impugnantium, collegit *Wetsten.* ad Epist. ad Rom. I. 26. p. 24. sq. At longe aliter disputat de eadem re *Strato* Ep. LXXXIV. — V. 8. ξεῖνον. novum et insolentem. Cf. not. ad Ep. in Aurig. Stat. XV. et *Gataek.* Misc. Posth. XV. p. 566.

II. Vat. Cod. p. 133. Plan. p. 463. St. 602. W. Sibi ipse mala imprecatur poëta, si quando in puerorum amores inciderit. — V. 2. ἐχθόμαθοι Vat. Cod. vitiose. — V. 3. μήτε τυχήσω. ne compos fiam voti, opto, si puerum petivero. — ἐπολισθήσω. *Alciphr.* L. III. 64. p. 434. καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν εἰς ἔρωτα κατολισθήσας φλέγεται. — V. 6. Excitat h. v. *Suidas* T. III. p. 120. in Πιττάλακος, ubi veteres edd. καλάκω exhibent. Pittalacum, hominem impurum, commemorat *Aeschin.* c. Timocr. T. III. p. 79. ed. R. ἐστί τις Πιττάλακος, ἄνθρωπος δημόσιος, οἰκέτης τῆς πόλεως· οὗτος εὐπορῶν ἀργυρίου καὶ ἰδὼν τοῦτον ἐν τῇ διατριβῇ ἀντέλαβεν αὐτὸν καὶ εἶχε παρ' ἑαυτῷ.

III. Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 465. St. 605. W. Ad imitationem *Posidippi* Ep. XVI. incommoda exponit, in quae incurrere debet, qui mulieribus animum adjicit. — V. 2. μαχλ. qui meretrices amant, illarum avaritia excruciantur. σπατάλη χρυσομανής. *Rufin.* Ep. XXXVII. κοβαρῶν ταρσῶν χρυσόφθορος σπατάλη. In Vat. Cod. χρυσομανεῖ σπατάλη (ν). Si genuinus dativus, extrinsecus assumenda praep. ἐπί. — V. 3. πελάτοις. Vat. Cod. —

V. 4. τὰς ἐπὶ. emendavit *Scalig.* in not. msc. citra necessitatem. — ¶. 34.] V. 5. Quae voluptas esse potest in Veneris usu cum uxore legitima, ad quam non amoris stimulis, sed necessitate officii impellaris? *Nicaenet. Coloph.* Ep. I. οὐδεὶς τὴν ἰδίαν συνεχῶς — κινεῖν ἐκ ψυχῆς περί κείμενος δύναται. — V. 7. μόχῳ. Aldus invenit in Cod. quodam, idque legitur in Ald. 2. — ἔκτοθεν ἱμέρων. sine amoris fructu; quippe in quibus sive flagitii turpitudo, sive metus voluptatem superet. Cum adulterio paederastia jungenda et eodem, quo illud, loco habenda est. — V. 9. ἄκοσμος. impudica. — V. 11. μήγις. Vat. Cod. a pr. m. — Vidnam ubi vix tandem multis laboribus et impensis commovisti, ut tibi corporis sui potestatem faciat, statim δέχονται κέντρα παλιμβολίης, poenitentia afficitur. παλίμβολος. — πολυμετάβολος καὶ ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων. *Tim.* Lex. Plat. ubi vide *Ruhnk.* p. 204. — V. 13. στυγέει. facti eam poenitet, quodque ipsi superest pudoris, eo adhibet, ut, quae modo concesserat, neget, dilationes quaerat, et connubii adeo voluptatem frangat. Hae sunt λοιπῶν γάμων ἀμβολίαι. γάμος enim h. l. ut Ep. I. 8. et passim, non justas nuptias, sed concubitum significat. — In contextu Vat. Cod. χάζεται ἐγγελίας legitur. In marg. γρ. ἀμβολίας. — V. 17. Legibus vetitum erat cum aliena ancilla rem habere. ἐνεχνεύων. Legi tribuitur, quod proprie magistratuum est, qui in flagitia inquirunt. — In Vat. Cod. obscurum est, utrum ἴθυνέων, an ἰθύνεις exaratum sit. — νόμος ibidem lineae superscriptum. — V. 18. δώματος. Vat. Cod. — V. 19. τὸν ὑμέναιον. Apte contulit *Brodaeus Galen.* περὶ τῶν πεπ. τόπων. Vk. Διογένης οὖν ὁ κυνικὸς ἑταίρᾳ κατὰ συνθέμενος, ὥς φασιν, ἕως πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται, βραδυνούσης αὐτῆς, ἐκκρίνατο τὸ σπέρμα, προσαπτόμενος τῇ χειρὶ τὸ αἰδοῖον, καὶ μετὰ ταῦτα παραγενομένην ἀπέπεμψεν, εἰπών, τὴν χεῖρα φθάσαι τὸν ὑμέναιον ᾄσαι. Erat enim haec impuritas secundum Cynicos τῶν ἀδιαφόρων. Unde in Vita Peregrini *Lucianus* §. 17. T. III. p. 341.

ἐν πολλῷ δὲ τῶν παρεστώτων ὄχλῳ ἐναφιλεῖν τὸ αἰδοῖον, καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενος. ubi vide Interpp. Apud eundem Vit. Auct. §. 10. T. I. p. 550. Diogenes vendendus futurum dominum hortatur, ut in omnium conspectu faciat, quae alius vix domi suae facere audeat, addens haec: *καὶ τὴν ἀφροδισίαν αἱροῦ τὰ γελοιότατα*, sive, ut mihi quidem videtur, *τὰ ἀγελαιότατα*, i. e. *vilissima quaeque*. Dicere enim solebat, *ἀπαντιχοῦ παρεῖναι αὐτῷ τὴν Ἀφροδίτην προῖκα* Dio Chryf. Or. VI. T. I. p. 203. Conf. *Bayle* Dict. v. *Diogene* Not. L.

IV. Vat. Cod. p. 120. Planud. p. 452. St. 387. W. In amore et nimiam superbiam et humilitatem nocere docet. — V. 1. *χαλάσῃς* Vat. Cod. — ne nimis submittas animum. — V. 2. *ἐμπροσθεν.* Flor. edit. quod reliquae non sequuntur. *ὀπισθηρὰ ἱκεσία* dicta videtur a gestu supplicantium, qui in genua labuntur. Vulgari sensu *ὀλισθηρὴν τέχνην* dixit Noster Ep. LXVI. 4. — V. 3. *στεγανώτερον*. edd. ante Stephan. — Suidas T. III. p. 370. *στεγανώτερον. πεπυκνωμένον. συνεχέστερον. ἐν Ἐπιγρ. ἀλλά τε καὶ φρενὸς στ.* — Firmiori te animo esse oportet. *στεγανὸς θυμὸς* est proprie *animus bene munitus, undique tectus*. — *ὄφρυν.* leviora haec animi offensi signa, frons contracta, parcior adspectus. — *βλέμματι φειδομένῳ.* Cf. *Strat.* Ep. XVI. 2. — V. 5. Superbos mulieres negligunt; nimis miserabiles rident. *ἔργον ἔθος. solens*. Hoc sensu *Aelian.* V. H. IX. 24. *Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾷν.* Ibid. III. 18. *γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι.* ubi *Periz.* plura hujus generis dedit. — V. 6. *κατὰ καγχ.* Vat. Cod. De risu petulanti et immoderato hoc vocab. explicat *T. H.* in Auct. Em. in Hesych. T. II. p. 216. Add. *Fischer.* ad Anacr. p. 17. sq. Noster Ep. XXVII. et *Paul. Silent.* Ep. XXXIII. Praeceptum dat paulo diversum *Propert.* I. X. 27. — *quo sis humilis magis et subjectus Amori, Hoc magis effectu saepe fruare bono.*

V. Cod. Vat. p. 133. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 684. nr. 387. et ante eum *Pierson.* in Verisim. p. 18. Mulieri, quam deperit, comae reticulum et pallam donat, alia majoris pretii promittens. — V. 1. κρήδεμνον. rica, fascia crines continens. Vide *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 543. *Lennep.* ad Coluth. I. 2. p. 6. Fasciae *Agathiae* aurea ornamenta intexta erant. γραφίς. ipsa pictura sive acu picta imago est. Vide ad *Philippi* Ep. XLII. T. II. P. II. p. 177. — χρυσεστήνη. (χρυσοστήνην corrigit *Wessel.* Probab. V. p. 47.) τὴν διὰ χρυσοῦ εἰργασμένην. *Hesych.* Similia verba collegit *Pierson.* l. c. χρυσοστήνητα φάρεα habet *Eurip.* Orest. 838. — T. 35.] V. 3. βάλλε pro ἔμβαλλε. ut *Meleag.* Ep. XL. et XLIV. — De ἀμπεχόνη vide ad *Antip. Sid.* Ep. LXXXII. T. II. P. I. p. 76. Fascia esse videtur h. l. quae humeris papillisque circumnectebatur, qualem Niobes filiae gerunt, secundum *Winkelm. Gesch. der Kunst* T. I. p. 197. Jungit ζῶμα et ἀμπεχόνην *Aristophan.* ap. *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 245. Utrique usui cum inserviret haec fascia, Agathias puellam rogat, ut ea mammas potissimum substringat. Minus recte h. l. accepit *Reiskius.* — Vat. Cod. ἐφ' ἑσσαμένη et ἐπὶ μάζιον. Pro εἴη v. 5. Ap. Lips. ἤδη. — V. 7. καὶ τόδε. τὸ ἐπιμάζιον scil. sive τὸ κρήδεμνον, ut nihil opus sit cum *Salmasio* τὴν μὲν corrigere. — ἀλλά. Nec tamen semper puella manere velis. — V. 8. λιπόντες. Vat. Cod. — εὔστοχον *Piers.* ex Cod. In Ap. Lips. εἰς τυχόν, unde in marg. εἰς τέχος emendatum est. — σπάργος de liberis dictum cum aliis ejusdem generis vocabulis illustravit *Ruhnken.* ad H. in Cerer. 23. p. 9. Adde *Euripid.* in Erechth. fr. I. 26. εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θήλειας στάχυς ἄρσην. — V. 9. ἀργυφέην ἀναδέσμην. Hic igitur illis temporibus nuptarum ornatus erat. Caeterum h. l. eadem junguntur, quae ap. *Homer.* Il. χ. 469. ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τε ἰδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην κρήδεμνόν θ'. — Vide

tur ὁ κεκρύφαλος comam totam velasse. Ep. ἀδεσπ. CCCLII.

VI. Vat. Cod. p. 135. Edidit *Reisk.* Misc. Lips. IX. p. 687. nr. 389. Strategema describit amatorium simile illi ap. *Eustath.* de Ism. Amor. L. V. p. 200. ubi Ismenias poculum a puella accipiens, τὴν παρθένον, inquit, ἐδόκουν φιλεῖν αὐτήν. τὰ χείλη ταύτης κατεφίλουν ἐρωτικῶς καὶ φιλῶν ὑπέκλεπτον τὰ φιλήματα· ὑπηρέτην εἶχον τὸ ἔκπωμα τῆς ἐμῆς φίλης. Ἰσμήνης τὰ χείλη μετακομίζον μοι. — V. 3. ἐγώ. ego tanquam canalis sive fistula sorbendo amoris laticem, i. e. ipsum illud Rhodanthes osculum, ad alteram zonae partem, meo ori admotam, attrahebam. — ἀρχή, *extremitas*, ut πεισμάτων ἀρχαὶ ap. *Eurip.* Hipp. 772. quem locum cum multis similibus *Valckenarius* admovit Herodoteis σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου L. IV. p. 308. Adde *Ruhnk.* ad Tim. p. 241. — V. 5. αὖ ἐρῶν. Sic Vat. Cod. Una voce αὐερῶν *Reisk.* ἀνερῶν Apogr. Ruhnk. et Guy. — V. 6. μάσταξ. Ep. VIII. 16. *Homer.* Od. δ. 287. μάσταξ. τὸ στόμα. *Hesych.* — ἀντ' ἐφίλουν. Vat. Cod. E longinquo puellam osculabar, oscula reddebam, zonae oscula imprimendo. — V. 7. πόνου παραίφασις. ἀπάτημα πόθων ap. *Meleag.* Ep. CXII. Ep. in Stat. Aurig. XLIX. ἔσῶν τόδ' ἄγαλμα παραίφασιν εὗρεν ἐρώτων.

VII. Vat. Cod. p. 135. *Reisk.* Misc. Lips. IX. p. 688. nr. 390. De vetula conqueritur, puellae, quam deperit, nimis diligenti observatrice. — V. 1. ἡ τρικόρωνος. *Lucill.* Ep. XXXII. Θειμιστονόη τρικόρωνος. ubi vide not. T. II. P. II. p. 461. — ἡ ἀμετέρους. quae sine dubio nullam aliam ob caussam, nisi ut nos molestiis afficiat, saepe mortis procrastinationem ab Orco impetravit. — V. 4. οὔτε ζωρ. Vat. Cod. Nec aliter Ap. Guy. et Ruhnk. et *Reisk.* — κύλικα εὔζωρον est ap. *Plutarch.* V. Thes. T. I. p. 20. ed. Bry. unde apparet, *Pauwium* temere ζωρότερον conjecisse. *Lactea pocula* sic dixit *Statius* S.

Achill. 307. ἀνεμώνην κάλυκας. Ep. ἀδεσπ. DCLXVIII. — V. 5. περὶ δεκ. Vat. Cod. — V. 6. ἀθρέεν Vat. Cod. a. man. sec. — ῥεμβομένην. furtivis oculis circumspicientem, circumvagantem. *Plutarch.* T. II. p. 521. C. δεῖ δὲ μὴ καθάπερ θεράπαιναν ἀνάγωγον ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν. ῥεμβῶδες ὄμμα dixit Idem T. II. p. 45. D. — Post hunc versum distichon abest ab Apogr. Lips. quod non fugit *Reiskium.* Dedit illud *Schneider.* in Per. crit. p. 31. — V. 9. Proserpinam rogat per amorem Adonidis, ut suo miseraeque puellae desiderio succurrat, importunamque anum ad inferos devocet. Proserpinam amore incensam Adonidem Veneri eripuisse, plures tradiderunt. Vide *Schol. Theocrit.* XV. 86. *Clem. Alex.* Cohort. ad Gent. p. 29. ubi dearum amores recensens: ἐπὶ δὲ Ἰασίωνι Δημήτηρ, καὶ ἐπὶ Ἀδώνιδι Περσέφαττα. ubi vid. *Potterum* *Sylburgii* conjecturam Ἀϊδωνεῖ refutantem. Ad eosdem amores respicit *Alciphron* I. Ep. 39. p. 251. et *Lucian.* D. D. XI. T. II. p. 34. ubi vide *T. Hemsterh.* p. 279. ed. Bip. — V. 10. ξυνῆς. mihi et puellae communis. — ¶. 36.] V. 11. Libera puellam ab anu, priusquam ipsa pereat. — Perquam languide et sine acumine hoc carmen terminatur.

VIII. Vat. Cod. p. 137. Primus edidit *D. Heinsius* in Poëm. e Gr. versis p. 138. unde ejus initium repetivit *Pierson.* ad Moer. p. 87. *Reiske* Misc. Lips. IX. p. 691. nr. 393. Narrat poëta, quomodo puellam, vetula illa custode juxta cubante, osculatus sit. — V. 1. παρ' ἐκ. Vat. Cod. — V. 2. δέχμιον νῶτον. Anum in anteriore lecti parte cubuisse puta, ita ut accedentibus tergum opponeret. Hinc propugnaculo comparatur insuperabili, προβλὴς ὥς τις ἄπαλξις. Excitavit hoc hemistichium *Alberti* ad *Hesych.* in προβλήματι. *Homer.* Il. ξ. 407. πύργῳ ἐπὶ προβλῆτι. Ib. β. 396. προβλῆτι σκοπέλῳ. Cf. *Suidam* in ἐπάλξεις T. I. p. 786. Eadem de propugnaculo allegoria per totum hoc carmen regnat. — V. 3. καῖα δ' ἐπ' ἤπιᾳ

„velut verno tempore. Sic optime emendavit praestantis-
„simus Toupius in Suid. I. p. 51. [p. 47. ed. Lips. et
„Cur. Sec. p. 199.]. Scriptum in Cod. οἷα δὲ περί. Sal-
„masio in mentem venerat οἷα δὲ πύργος, quod merito
„explodit Dorvill. ad Charit. p. 101. licet non multo
„melius sit, quod ipse suadet πήρα. In veteri Cod. scri-
„ptum erat, pro eo qui olim obtinebat more, indistinctis
„vocibus ΟΙΑΔΕΠΗΡΙ, unde librarius imperitus fecit οἷα
„δὲ περί, Η in Τ mutato, quod millies factum. Haec
„corruptelae origo probabilior est Piersoni hypothesi,
„quem vide ad Moer. p. 87." Br. οἷα δὲ περὶ etiam
Suid. habet in ἀπαλοῖδας T. I. p. 268. Corn. de Pauw in
not. msc. πήρα tentabat: ut saccus. Jos. Scaliger οἷα δὲ
πήρη, quod recepit D. Heinsius. Huic conjecturae et
ceteris omnibus longe praeferenda emendatio Salmasii,
quidquid dixerint Dorvillius et Brunckius. Hujus sen-
tentiam expositam vidimus. Ille hanc emendationem
parum elegantem judicabat, tum quia ἔπαλξις praecede-
ret, tum quia vestis nihil cum turri commune haberet.
Sed recte monuit Pierson. l. c. passim jungi ἔπαλξις et
πύργος, ut ap. Thucyd. L. III. p. 179. 3. et totius car-
minis colorem, ubi omnes metaphorae a re militari de-
sumtae sint, egregie illi lectioni patrocinari. Idem
fere judicat Vir Doct. (quem P. Fonteinium fuisse suspi-
cor) qui adscripsit margini Ap. Lennepiani: „πύργος. Sic
„lege vel πύργοις. Vide Thucyd. L. III. p. 179. 5. Lu-
„cian. T. III. p. 308. l. 35. Ridiculae his hominibus
„comparationes in deliciis erant." In πύργος sponte et-
iam incidit Schneiderus V. Cl. in Per. crit. p. 29. Ut
autem h. l. vestis cum moenibus comparatur, ita con-
tra moenia vesti ap. Herodot. L. VII. 20. εἰ καὶ πολλοὶ
τειχέων κιθῶνες ἦσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ. quod illu-
stravit Valcken. p. 566. 20. Demades rhetor ap. Athen.
L. III. p. 99. D. τὸ τεῖχος ἐσθῆτα τῆς πόλεως appellaverat.
Conopeum muscas et culices arcens corpus defendit

φᾶρος ἀφαυρότερον τείχεος ἀντιάχων, ſecundum *Paul. Silent*, Ep. LXVI. 6. Sed multo magis *Salmaſii* emendationem firmat, quod *Paulus Sil.*, ejusdem aetatis homo, Ep. VI. tenuem veſtem, quae ipſum a puella ſecernebat, cum Semiramidis muro comparavit: *μηδὲν ἔοι τὸ μεταξύ· Σεμιράμιδος γὰρ ἐκεῖνο Τεῖχος ἐμοὶ δοκέει λεπτὸν ὕφασμα εἶδεν*, *Lucian*. Dial. Meretr. III. *καὶ τέλος διετείχιζες τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ*, et mox: *ἀφῃρέθη μὲν ἤδη τὸ διατείχισμα*. Similiter *Euſtathius* de Amor. Iſm. L. III. p. 100. de puella, quae ab amatoris ſeſe defendit impetu, *ὅλῳ σώματι περιτειχίζει τὴν μαζὸν, ὡς πόλιν ἀκρόπολις*. Haec omnia efficiunt, ut *Salmaſii* emendationem non modo non explodendam, ſed ceteris omnibus anteponendam exiſtimem. Quod vero ad *Toupii* lectionem attinet, ſpecioſa illa quidem, praeſertim propter literarum ſimilitudinem, (quae tamen in *πυρὶ* et *πυργ'* etiam ſumma eſt,) nec tamen propterea unice vera. Puellam vir ingenioſiſſimus, jam ſpirante Favonio, *οἷα δ' ἐπ' ἦρι*, veſtem tenuiorem pro more ſumſiſſe ait, et poëtam reſpexiſſe *Xenophont*. Hiſt. Gr. IV. 5. 4. *καὶ ἀναβεβήκεσαν δὲ ἔχοντες, οἷα δὴ θέρους, σπεῖρα. Et quod, ut aeſtatis tempore, tenuibus induti pannis adſcendiſſent.* In his Toupianum agnoſcimus ingenium, qui, diſſimillimis ſaepe locis inter ſe comparatis, conjecturis ſuis ſpeciem conciliare ſolet. Hic certe *Agathiam* de *Xenophontis* loco ne cogitaſſe quidem, quovis pignore contenderim. Nec ſane locis veterum indigemus, qui probent, calido anni tempore craſſiores veſtes deponi, tenuiores indui. At docendum erat, verni temporis commemorationem ad hiſtoriam melius intelligendam facere. Quod nemo, puto, docere poterit. — Quod ad *ἁπλοΐς* attinet, veſtem ſimplicem fuiſſe, ipſum nomen indicat. V. *Heſych.* v. et *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. I. p. 409. — *ἐκταδίη. μεγάλη. Schol. Homeri* Il. κ. 134. — V. 6. Excitat h. verſum *Alberti* ad *Heſych.* v. *χαλίκρητος*' et *Suidas* T. III. p. 649. *χάλιξ*,

ὁ ἀκρότατος οἶνος· χαλᾷ γὰρ τὰς φρένας. *Hesych.* Bacchus ἀκροχάλιξ οἴνῳ καὶ νέκταρι, i. e. μεθύων ἀκράτῳ, *Apollon. Rhod.* IV. 432. Vide *Schneiderum* ad *Nicandri* Alex. 29. *Cuperum* in Obss. I. 11. p. 79. et *Gataker*. Adv. Misc. Posth. 5. p. 455. — Serva, januae custos, bene pota in limine jacebat. — V. 7. ἐπὶ στρ. Vat. Cod. correctum ἐπί. Apogr. Ruhnk. et Guy. ἐπιστρεπτῆρα. Pro θυρέτρων, quod ut veram lectionem protulit *Dorvillius* l. c. et *Alberti*, qui partem hujus disttichi excitat ad *Hesych.* T. I. p. 98. 22. in quibusdam apogr. μελάθρων legitur. Pessulum januae clanculum et sine strepitu removit ille, qui didicerat *impercussos nocte movere pedes*. *Ovid.* III. Amor. I. 52. — V. 9. φρυκτοὶ αἰθαλόεντες non sunt *titiones*, *torres*, ut *Salmas.* in apogr. sui margine notavit, sed *lucerna*, quam φρυκτὸν facete appellat, ut in metaphora persistat. τῶν φρυκτῶν enim usus in bellis et urbium expugnationibus. *Stanlej.* ad *Aeschyl.* Agam. 1. p. 793. — Excitavit hoc distichon *Suid.* in λύχνην T. II. p. 462. ubi recte ῥιπίσματι, non ῥαπίσματι, ut *Heinsius* habet. — Veste mota ventum faciens lucernam exstinxi. — V. 10. *Suidas* in λέχριος T. II. p. 435. — V. 11. Idem in κνώσσουσαν T. II. p. 335. — ἦκα. *Heins.* et *Reisk.* — Quum vetula anteriorem lecti partem occuparet, amator subiens lectum usque ad alterum spondae latus prorepsit, ubi corpore sensim erecto puellam tentare coepit. — σχοῖνοι funes sive lora, lectum jungentia. Rem illustrat *Petronius* c. XCVII. *Imperavi Gitoni, ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes et manus institis, quibus sponda culcitam ferebat. — non est moratus Giton imperium, momentoque temporis inseruit vinculo manus, et Ulixem astu simillimo vicit.* — V. 13. μετὰ βαιόν. *Heins.* *Reisk.* ἄγχι *Heins.* ἠρέμ R. ex Ap. Lips. — V. 15. ὑπεστρέφθην δὲ πρόσωπα. *Reisk.* ex Ap. suo. ὑπεθρέφθην δὲ προσώπῳ. membr. Vat. In marg. Ap. Guy. haec notata leguntur *Salmasiis* — ὑπεστρέφθην, et

meum affrictum est illius ori. Sed forte legendum ἐπετρέφθην δὲ προσώπῳ. Sic supra ἦν δ' ἐπιτρέψῃ τὸ σκέλος. Nihil mutandum videtur. Ille paulatim sese erigens primum papillas comprehendit manibus, deinde ad altiora pergens ὑπεθρέφθη προσώπῳ, *ore* quoque *puellae delectabatur*, in eoque *luxuriabat*, oscula ipsius ori infigens. Oscula illa tanquam cibum aliquem delicatum repraesentat; hinc μάστακα πιαίνων· quod pro *oblectare* posuit *Aesch.* Agam. 275. Cf. *Paul. Sil.* XI. 2. — χείλεος εὐαφίη, labia suaviter intumescentia. Vid. not. ad *Rufin.* Ep. II. 4. T. II. P. III. p. 152. — V. 17. In hac muri expugnatione praedam habebam pulchrum puellae osculum. — σύμβολον. *Salmas.* in marg. Ap. Guyet. *praemium*, μισθὸν interpretatur, ad *Hesychium* remittens, ubi τὸ διδόμενον τοῖς εἰσιοῦσιν εἰς τὸ δικαστήριον appellatum fuisse σύμβολον docetur. Sed h. l. est potius *pignus*, quo accepto amator ampliora sperabat. — V. 20. σφίγγεται, ἡ κορείη. puellae pudicitiam adhuc tuetur procrastinatio. ἀδήριτος ἀμβολίη. induciae, pugna cessante. Nova pugna commissa, arcem virginitatis expugnabo. — V. 23. οὐδέ τί με στήσουσιν. et στήσωσιν. vitiose *Heins.* quod *Dorvill.* notavit, qui σχήσωσιν ex Cod. profert. At ibi σχήσουσιν legitur. Depravatius etiam, σχίζουσιν, legit *Spanhemius*, qui hoc distichon profert in Libro de Usu et Praest. Num. T. II. p. 75. ubi nummos tractat, in quibus Venus τριταιοφόρος exhibetur.

¶. 37.] *IX.* Vat. Cod. p. 138. Edidit *Toupius* in Anim. ad Schol. Theocr. p. 211. Notae sunt amantium ineptiae circa τὸ τηλέφιλον ex *Theocr.* Eid. III. 20. sq. et Schol. Diserte rem explicavit *Pollux* IX. 127. In illo ludo papaveris folium, hoc enim est τὸ τηλέφιλον, poculo fuit impositum, ubi si manu percussum clarum reddebat sonum, id pro auspicato signo habebatur. Hoc πλαταγίζειν appellabatur. Vid. *Suid.* v. T. III. p. 127. At hoc loco de cottabismo agitur, ad quem vocabulum

τηλέφιλον accommodatur tantum. Vide ad v. 6. — V. 1. ἔξαθε. Ap. Guy. et Ruhnk. — ἠχέτα βόμβος pro ἠχέτας, forma ionica, five, ut alii volunt, aeolica. ἠχέτα τέττιξ *Hesiod.* Ἔργ. 582. — μαντῷον appellatur κοσσάβιον, propter hoc ipsum, quod omen inde petebatur. Totus loci color ductus est ex *Theocrit.* l. c.:

ἔγνων πρᾶν, ὅκα μευ μεμναμένω, εἰ φιλέεις με,
οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν.

— V. 3. τὸ δ' ἀτρεκές. An verum sit augurium, tum intelligam, cum me tecum cubare patieris. — V. 5. μεθυσὰς ap. *Toup.* vitiose. Partem hujus vers. c. sequ. laudat *Suidas* in λάταξ T. II. p. 417. ubi iterum (ut Ep. II. 6.) καλύψω exhibetur in vett. edd. λάταξ est sonus, quem vinum efficiebat poculo cum vi injectum. Vide, qui omnem rem de cottabismo docte explicuit, *Groddeck.* in *Antiqu. Verf.* p. 251. sq. et p. 264. ubi docet, illum crepitum pro bono omine inter amantes fuisse habitum. Facit huc inprimis fr. *Callimachi* CII. Πολλοὶ καί, φιλέοντες Ἀκόντιον, ἧκαν ἔραζε Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας. *Suidas* in κοτταβίζειν· — εἰς χαλκᾶς δὲ φιάλας, αἳ καλοῦνται λαταγεῖα, ἐνεῤῥίπτουν ἐμβάλλοντες τὸ πόμα· καὶ εἰ ἐγίνετο μείζων ψόφος, ἐδόκουν ὑπὸ τῶν ἐρωτῶν ἐρᾶσθαι. — V. 6. πλέγματι Vat. Cod. Superscriptum πνεύματι. Fortasse fuit:

καλλείψω λατάγων παίγματι τερπομένους.

Si πλήγματι verum est, quod *Salmas.* emendasse videtur; sic enim scriptum reperio in Apogr. Guy. et Ruhnk.; accipiendum est pro synonymo τοῦ πλαταγήματος v. 1.

X. Vat. Cod. p. 121. Planud. p. 454. St. 589. W. In citharistriam arte et pulcritudine conspicuam. — V. 1. ἔχουσα vulgo. Nostrum est in membr. Vat. probatum *Dorvillio* ad Char. p. 551. — V. 3. τραγικὸν ῥοῖζημα. tragici sermonis graviorem sonum significat. De oratore *Philostr.* in V. Soph. II. 10. p. 589. ὡς μηδὲ τοῦ

Πολέμωνε ῥίζου λείπεσθαι λέξαι. ubi vid. *Olear.* — ῥῆξαντ φωνὴν, *vocem e pectore rumpis*, ut *Virgil.* loquitur Aen. XI. 377. Dicendi genus ap. feriores poëtas crebro obvium. Exempla v. ap. *Wetsten.* ad N. T. II. p. 231. — V. 7. σιγή. Vat. Cod. σιγῇ ἐφ' ἡμῖν. Ex Il. η. 195. Submissa haec voce inter nos agamus, ne Dionysus haec audiens Ariadnae hujus amplexum appetat. — V. 8. ἔχει. Vat. Cod. — In Ariadnam quandam epitaphium est in Anth. Lat. IV. 56. p. 40. sq.

XI. Vat. Cod. p. 131. Planud. p. 462. St. 601. W. Describit poëta cruciatus, quos perpessus sit inter duas puellas cubans, quarum alteram ipse amabat, ab altera amabatur. — V. 1. ποτε μοῦνος Vat. Cod. a pr. m. μέσσα καθῆμαι vulgo, quod casto Planudis ingenio debemus. At in lectione Cod. nihil impuri est, quippe quae de accumbentibus in coena accipi potest. Ante *Brunckium* eam indicavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 655. — V. 3. οἷά τε τις φλέξ. Sic recte Planud. In membr. οἷά τ' ἔτι σφῶν. — V. 4. χείλεσι φειδομένῃ. fere ut Ep. IV. ἴσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῃ. — V. 5. ὑπὸ κλ. Vat. Cod. Alterius zelotypiam conabar fallere, quae ne dolum animadverteret, timebam. — τὰς λυσιπόθους ἀγγελίας. ne amorem nostrum parentibus puellae a me amatae indicans ejus fructu nos privaret. — V. 7. ἆρα εἶπον. Vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. et perpetuo Homeri more firmatur. Sequentia ducta videntur ex *Anacr.* Od. XLVI. χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι, Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι.

¶. 38.] *XII.* Vat. Cod. p. 124. Planud. p. 461. St. 599. W. De intempestiva hirundinum loquacitate conqueritur Agathias. Etiam hoc Ep. ex *Anacreonte* Od. XII. traductum videtur. — V. 1. Postrema hujus vers. verba una cum sq. laudat *Suid.* v. ἐλινύοντας T. I. p. 715. ubi ἐλινύσαι legitur, ut in vulg. edd. ἐλινύσαι Vat. Cod. quam scripturam praefert *Ernestus* ad *Callim.* H. in Cer.

48. et post eum alii. — V. 3. ἀμφὶ π. Vat. Cod. — ἐς δ' ἐμὲ δάκρυ βάλλουσι. in lacrymas me conjiciunt; moerorem, somno modo cedentem, denuo excitant. — V. 4. βάλλουσιν. Vat. Cod. — παρασάμεναι. *Callim.* ap. *Etym. M.* v. ὄρος. ὁ ὕπνος. Καλλίμ. πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασα ὄρον ἀπό. *Theocr.* Eid. XXI. 20. ἐκ βλεφάρων δὲ Ὕπνον ἀπωσάμενοι. Sequitur in membranis distichon, quod Planudes ob scripturae vitia omisit:

> Ὄμματα δ' οὐ λάοντα φυλάσσεται· ἡ δὲ Ῥοδάνθης
> αὖθις ἐμοῖς στέρνοις φροντὶς ἀναστρέφεται.

Haec sic fortasse emendanda sunt:

> Ὄμματα μυδαλέοντα παλάσσεται —

Lacrymis humidi oculi turbantur et irrigantur. μυδαλέοντα saltem satis verisimile ex loco *Stratonis* Ep. LXVIII. quem *Agathias* ante oculos habuisse videtur: Πάννυχα μυδαλέοντα πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ Ἀγρυπνον ἀμπαύω θυμὸν ἀδημονίῃ, ubi vide not. — παλάσσειν est perfundere, inspergere, foedare, et respondet verbo φύρειν, quo *Strato* usus est. νιφετῷ πεπαλαγμένον ὕδωρ dixit *Qu. Calaber* XII. 402. Fortasse tamen in φυλάσσεται aliud verbum latet. — V. 5. λαλητρίδες. Passim loquacitas hirundini exprobratur. *Schol. Theocr.* XV. 87. κωτίλλοισαι, ἤγουν πολυλογοῦσαι· κωτίλην γὰρ λέγουσι τὴν χελιδόνα. Proprio vocabulo κωτιλάδας appellatas fuisse ap. Thebanos hirundines, discimus ex *Strattide* ap. *Athen.* XIV. p. 622. A. Plura vide ap. *Valckenar.* in Adon. p. 379. λαλίη, φαιδρή τε χελιδονίς Homonoea vocatur in Ep. Inc. DCCXXXII. Cf. *Fischer.* ad *Anacr.* p. 53. sq. — V. 7. Ἴτυλον. *Soph.* Electr. 148. Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται Ὄρνις ἀτυζομένη. *Catull.* LXIV. 13. *Daulias absumti fata gemens Ityli.* Adde *Straton.* Ep. II. 3. — V. 8. „Foeda corruptela versum „hunc obsidet in vulgatis libris, ubi vel Planudis vel „librariorum culpa legitur καὶ γοάοντα εἰς αὐτὸς κρεμάω —

„epopis seu *upupae*, i. e. Terei in hanc avem conversi." *Br.* De Tereo in upupam mutato vid. *Pausan.* X. 4. *Ovid.* Metam. VI. 672. Nidum aedificat ἐν τοῖς ἐρήμοις καὶ τοῖς πάγοις τοῖς ὑψηλοῖς. *Aelian.* H. A. III. 26. *Aristot.* H. A. IX. 11. Adde primam scenam Avium *Aristophanis*, ubi duo Athenienses Terei aulam in praeruptis montibus quaerunt. — V. 9. κνώσσοιμεν. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 10. ἀμφιβάλοι. Vulgo et in Vat. Cod.

XIII. Vat. Cod. p. 132. Plan. p. 463. St. 601. W. In puellam olim pulchritudine conspicuam et superbam, nunc annorum progressu marcescentem. Color fortasse ductus ex *Automed.* Ep. II. T. II. p. 207. — V. 2. „πλεκτὰς Vat. Cod. hinc corrupta lectio in duobus Pla„nudeae παικτάς." *Br.* παικτὰς habet Ed. Flor. pr. Ald. tres. πεκτὰς emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. nec aliter habet ed. *Jodoci Badii.* — V. 4. χεῖρας ἐρικνώσθη. Vulgo: quod recte emendavit *Pierson.* ad *Moer.* p. 336. *Apollon. Rh.* I. 699. γήραϊ δὲ ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσι. Cf. Miscell. Obss. T. II. p. 360. — V. 5. μαζὸς ὑπεκλίνθη. Sic plane *Propert.* II. 12. 21. *necdum inclinatae prohibent te ludere mammae.* ubi vide *Brukhus.* — V. 6. βαμβαίνει. fracta senio voce, quam Lycae exprobrat *Horat.* IV. Od. XIII. 5. *cantu tremulo pota Cupidinem Lentum sollicitas.* ubi vide *Mitscherl.* βαμβαίνων. τρέμων τοὺς πόδας ἢ τοὺς ὀδόντας. *Hesych.* Glossae: *Titubo.* σφάλλομαι. λακωνίζω. γλῶσσῃ βαμβαίνω. *Themist.* Or. XIII. p. 301. καὶ ἔπαλλε μὲν αὐτῆς ἡ καρδία, ἐβάμβαινε δὲ ἡ φωνή. Cf. *Valcken.* ad *Ammon.* p. 122. et in Append. ad Virgil. c. Gr. compar. p. 84. — V. 7. τὴν πολιήν. Canos equidem Nemesin amoris appellare soleo, quippe qui celerius subnascentes, poenas superbiae a puellis sumunt. *Automed.* l. c. καὶ κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις. ubi similia notavi T. II. P. II. p. 128.

XIV. Vat. Cod. p. 120. Plan. p. 453. St. 588. W. Scriptum in maritum, qui zelotypia inflammatus uxori

Rhodanthae et comam resecuerat et plagas intulerat gravissimas. In utraque re similis erat Polemoni *Menandri*, quem, cum in captivam, quam misere amabat, eadem commisisset, postea poenitentia hujus flagitii graviter affectum, humi prostratum lacrymas fudisse uberrimas constat ex *Philostrati* Epist. XXVI. ex cujus verbis fuerunt qui comoediam Menandri *Polemonem* elicerent. Perperam; nam fabulae titulus fuit ἡ Περικειρομένη, ut recte vidit cl. *Boettiger* in Exc. II. ad Eunuch. p. 59. sq. qui nostri Epigrammatis non immemor fuit. Praeterea τὴν Περικειρομένην nihil diversam fuisse a Ῥαπιζομένῃ multis argumentis eleganter docuit *Huschkius* V. Cl. in Anal. crit. c. VII. p. 171. sqq. — V. 1. τὸν σοβαρὸν Πολέμ. *Philostrat.* l. c. Οὔτε ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὴν μειράκιον περιέκειρεν, ἀλλ' αἰχμαλώτου μὲν ἐρωμένης κατατολμήσαι ὀργισθεὶς, ἣν οὔτε αὐτὸς ἐκκείρας ἠνέσχετο· κλαίει γοῦν καταπεσὼν καὶ μεταγινώσκει τῷ φόνῳ τῶν τριχῶν. Ad hunc hominem inprimis ejusque in illa fabula partes respexisse *Tibullum* I. El. X. 53. acute suspicatur *Huschkius*:

Sed Veneris tunc bella calent; scissosque capillos
Femina perfractas conqueriturque fores.
Flet teneras subtusa genas; sed victor et ipse
Flet, sibi dementes tam valuisse manus.

— V. 2. γλυκερὰ. Vat. Cod. unde Γλυκέρας fecit *Jos. Scaliger*, vertens: *Quod Polemo ille facit, Glyceres qui conjugis aufert In thymela crines, docte Menandre, tua;* quod *Fabricium* Bibl. Gr. T. II. p. 467. in errorem induxit. Vide *Huschke* l. c. p. 183. sq. — V. 5. καὶ τραγικοῖς. rem comicam in tragoediam vertit. — V. 6. μάστιξεν. Vulgo et Vat. Cod. — [¶. 39.] V. 7. Quod enim tantum flagitium Rhodanthe commisit, si eam aerumnarum mearum miseruit? — V. 9. Mire ab hujus distichi sensu aberravit *Scaliger*, qui vertit: *Exsculpere*

oculos radicitus ambo Invidiae informes duxit in ore notas. Quanto rectius summus *Grotius*: *Nos quoque divisit ferus ille, nec ora tueri Mutua fert: tantus pectora livor habet.* — Partem hujus disstichi *Suidas* profert in αἴθοπα T. I. p. 647. — V. 11. In marg. Vat. Cod. haec nota legitur: θαυμαστὴ ἡ τοῦ ἐπιγράμματος ἔννοια ἐκ τῶν δραμάτων Μενάνδρου. Ad titulos fabularum *Menandri* respici, ut in Ep. *Frontonis* II. (Anim. T. II. P. III. p. 11. sq.) non fugerat auctorem hujus scholii, non magis ac *Wesseling.* in Diss. Herod. p. 160: et *Grotium.* Primus tamen haec sibi observasse videbatur *Toup.* Ep. Crit. p. 28. — Μισούμενος. In hac fabula partes primariae erant militis gloriosi, puellae, quam deperibat, odiosi. Vide *Liban.* Decl. XXXI. Tom. I. p. 701. cujus locum excitavit *Boettiger.* l. c. p. 55. — Δύσκολος, morosus et tristis, nec sibi, nec aliis aequus. Hujus hominis mores et animum ob oculos nobis pouit *Julian.* in Misop. p. 342. A. οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ ἐν Κελτοῖς, κατὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου Δύσκολον, αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετίθουν. et p. 349. C. πόλει γὰρ προσιὼν ἐλευθέρᾳ, τὸν αὐχμὸν τῶν τριχῶν οὐκ ἀνεχομένῃ, ὥσπερ οἱ κουρέων ἀποροῦντες, ἄκαρτος καὶ βαθυγένειος εἰσεδράμον. ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾷν, ἢ Θρασυλέοντα, δύσκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην ἀνόητον. Ante δύσκολον videtur ἢ inserendum esse. — V. 12. τὴν περικειμένην. Vat. Cod. a pr. m.

XV. Vat. Cod. p. 121. Planud. p. 453. St. 589. W. Ad Cleobulum eundem, qui Rhodanthen totonderat et verberibus affecerat. — V. 1. Quamvis nunc, senex factus, ad amorem friges, inique tamen agis, quod in juniores tam crudeliter consulis. — κατεύνασε. ἐπεὶ χόλον εὔνασε Μίνως. *Apollon. Rhod.* III. 1000. γόον εὔνασεν. *Coluth.* 329. ex *Homeri* Odyss. δ. 758. *Anacr.* Od. XLI. 9. δι' ὃν ἀμπαύεται Λύπα, Δι' ὃν εὐνάζετ' Ἀνία. Eodem sensu, quo παύειν, frequentius occurrit κοιμᾷν et κοιμίζειν. φύλλων, ᾧ κοιμῶ τόδ' ἕλκος. *Soph.* Phil. 651. Vide ad *Me-*

leagri Ep. VI. T. I. P. I. p. 22. — θαλυκρόν, διάπυρον, Suid. T. II. p. 163. ubi hujus distichi pars laudatur. In marg. Wech. γρ. καὶ θαλυκτόν ex Ed. Flor. pr. Majoris momenti est, quamvis vulgatae non praeferenda, lectio marg. Vat. Cod. γρ. μαλιχρόν. — V. 3. ἐπὶ γυιὰς et mox ἐπ' οἶκτ. Vat. Cod. — V. 5. ξυνὰς. de ejusmodi rebus, quibus omnes sunt obnoxii. — V. 6. „Ludit in „opposita significatione nominum ἀντίπατρος et ἀντίπαλος, „quorum prius in codd. junctim scriptum editiones „male divisim exhibent.“ Br. Edd. ante Steph. omnes ἀντίπατρος, quod primum Brodaeo vitii suspectum fuit.

XVI. Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 462. St. 600. W. Rogat puellam, ut sibi e poculo propinet et sic oscula mittat. Vide ad Meleagr. Ep. X. Nulla fere est fabula amatoria, ubi non idem lusus occurrat. — V. 1. „μεθύσσαι. Sic recte in duobus Planudeae codd.“ Br. Vulgo μεθύσαι. — V. 5. πορθμεύει. Cf. Ep. VI. 8. — V. 6. ἔλαβεν. Vat. Cod.

XVII. Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 462. St. 600. W. Puella ad lucernam, ne inauspicatis ominibus amantem retineat. — V. 1. laudat Suid. in μύκητα T. II. p. 586. μύκητα appellabant fungos in ellychnio nascentes, quos pluviam portendere existimabant. Vide Annam Fabri ad Callim. fr. 364. Bentlej. ibid. fr. XLVII. p. 342. Interpp. Appuleji Metam. II. p. 117. et omnino de lychnomagia Bulenger. L. III. 32. — ἐγείρεις Vat. Cod. a man. sec. — V. 3. Lucerna exstincta Leandrum fluctibus tradidit, unde eam amantibus invidere apparet. Hinc προδότης λύχνος ap. Antip. Thess. Ep. LIV. ἄπιστος ap. Musae. v. 329. — ὅτ' ἠρῶ. Vat. Cod. ὅτ' ἠρώ, edd. vett. excepta ed. pr. Flor. quae ἔθ' ἠρῶ exhibet. — V. 4. ἔρωτος, ἑαυτὴν scil. — Reliqua effari non audet, ne malum omen faciat. — ἐξ. Vat. Cod. — [I. 40.] V. 5. καὶ πείθομαι. Vulgo et in Vat. Cod. — Te Vulcano sa-

cram esse inde apparet, quod Veneri subiniquam te praebens domini zelotypiae blandiris. — V. 6. καὶ πλέκτων Κύπριδα. Sic recte Vat. membr. i. e. βλάπτων, χαλέπτειν τινὰ et χαλέπτεσθαί τινι." Br. Vulgo Κύπριδι, quod nec ipsum repudiandum. — Bion XVII. 2. πάντα τέων θνατοῖσι καὶ ἀθανάτοισι χαλέπτεις.

XVIII. Vat. Cod. p. 131. Planud. p. 462. St. 601. W. — V. 1. in marg. Vat. Cod. γρ. καλή. quod sequ. versi structura non patitur. Ap. Aristaenetum mulier adolescentis amore inflammata ad ancillam: ὁποῖον δοκεῖ σοι νεανίσκον ποθεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καλόν, ἀλλ' ἐρῶσα τυχὸν σφάλλομαι περὶ τὴν κρίσιν τοῦ ποθουμένου, καὶ ἔρωτι πλανῶμαι τὴν ὄψιν. L. I. XI. p. 28. Nam amantibus saepe τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Theocr. VI. — Xenoph. Ephes. I. 4. p. 7. καλὴ παρθένος· τί δέ; τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς εὔμορφος Ἀνθία. — V. 6. ἀμφαδίην non justas nuptias, sed clandestinum et furtivum amorem quaero. ὑποκλεπτομένην. Noster Ep. XCIII. λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου. Musaeus v. 182. οὐ δύναμαι φιλότητα ὑποκλέπτειν Ἀφροδίτης. — V. 8. Scr. ὅτι. — Justas nuptias te fugere intelligo, quia puella non satis dotata est. — V. 9. ἔγνων. Vat. Cod. male. — ἐφεύρας. Is, cujus haec verba sunt, cum amicum rationes tam accurate subducentem videat, recte concludit, amorem, quo se laborare dicat, verum amorem non esse.

XIX. Vat. Cod. p. 134. Plan. p. 463. St. 602. W. Puellam interrogat, num iisdem, quibus ipse, ignibus calescat. — V. 2. Ex pleniore exemplari notarum Huetii haec profert V. Cl. Chardon de la Rochette Mag. Encycl. VI. An. T. I. nr. 3. p. 315. ἀκαύλοις. oculis „somno non perfusis. V. 5. ἀφθόνητα. invidia carens. „Respicit tempus illud, quo ipsa passim amabit, jam „vetula, cujus pulchritudini nemo invidebit." ξηραὶ κόραι sunt ap. Eurip. Orest. 389. Aeschyl. VII. adv. Theb.

702. — V. 3. ἔχεις ὕπνον. Ed. Flor. — V. 4. λέγω. Vide Intrpp. *Theocriti* XIV. 48. et de ſimilibus loquendi formulis *Valcken.* ad *Herod.* p. 172. 83. — V. 5. Conf. not. ad *Aſclepiad.* Ep. XVIII. 4. et ad *Stratou.* Ep. XXXV. 5. — V. 7. 8. laudat *Suidas* in παλίγκοτος T. III. p. 9. ubi ἐχθαίρειν, ut in Vat. Cod. ubi tamen ν in raſura eſt. — Maligna quidem Venus quoad reliqua, ſed unum habet, quod placeat, quod ſuperbas mulieres odit. *Tibull.* I. 8. 96. *Oderunt, moneo, Pholoë, faſtidia Divi.* *Horat.* III. Od. 10. 9. *Ingratam Veneri pone ſuperbiam.* *Ariſtaen.* L. II. 1. p. 72. οἶσθα δὲ, ὅσον Ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.

XX. Vat. Cod. p. 134. Planud. p. 463. St. 602. W. In puellam, vetulam quidem, ſed formoſam et amabilem. Expreſſum ex *Rufini* Ep. VIII. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ῥαδινή T. III. p. 250. — γήραος οὐδῷ. Homericum Il. ω. 487. — V. 3. θέλγειν. Vat. Cod. et Flor. ed. pr. Comparavit *Toupius* in Cur. Nov. p. 251. Aeſchylea ap. *Antig. Caryſt.* H. Mir. p. 94. νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη. — V. 4. ἡ δεκάς. *numerus* ſimpliciter. Vide *Markland.* ad *Eurip.* Suppl. v. 219. — ¶. 41.] V. 5. φρύαγμα τὸ παιδικόν. *juvenilis ſuperbia.* Infra Ep. LXV. ποῦ τὸ φρύαγμα τὸ τηλίκον.

XXI. Vat. Cod. p. 135. Planud. p. 464. St. 603. W. Dolum poëta enarrat, quo puellae erga ſe animum exploraverit. — V. 2. ἐπείραζον. Vat. Cod. (ex ἐπειράζον ortum.) — V. 3. τινά που χθόνα. Vulgo. „Emendationem hujus verſus ſententia omnino requirit: τίν', ἔφην, „χθόνα, pro τινά που χθόνα, quam, ſi bene recordor, Reiskio „debeo." *Br.* In ſchedis *Reiskii* nihil notatum. — κούρα. Vat. Cod. — *Terent.* Eunuch. II. 1. 107. *Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum — Noctes diesque me ames, me deſideres, Me ſomnies, me exſpectes, de me cogites.*

res. — V. 4. „Vulgo legitur λέξω (in marg. λέξας) ἡμε„τέρου. Vox λέξω in tribus Planudeae codd. deest, vacuo „relicto spatio. ἄρτιπος Salmasius reposuit, e Vat. pro„cul dubio membrana." Br. ἄρτιπος. (sic membr.) proprie ἀρτίπους, pedibus valens, tum omnino integer. Vid. Eustath. ad Od. Θ. p. 312. 21. sanus est infra Ep. LV. 5. — V. 5. μέγα στονάχησε. Vulgo et in Vat. Cod. — καὶ ἥλατο. doloris signum. Theocrit. Eid. XIX. ὁ δ' ἄλγεε καὶ χέρ' ἐφύσση, Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο. — V. 6. βοστρυν κόμης. cincinnos artificiose compositos. Vid. Salmas. ad Scr. H. Aug. T. II. p. 399. et ad Solin. p. 536. F. et quae ipsi notavimus ad Christodori Ecphr. v. 91. T. II. P. III. p. 308. — V. 7. ἱκέτευον. Vat. Cod. — ἐγὼ δέ. ex Theocrit. Eid. VII. 38. ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής. — V. 8. ὄμματι θρυπτομένῳ. oculis facilem et pronum animum dissimulantibus. Qui delicias faciunt et cum contemtu quodam se, quod faciunt, invito animo et unice in alterius gratiam facere significant, dicuntur θρύπτεσθαι. Unde hoc verbum nonnunquam contemnendi sensum induit. Vide Dorvill. ad Charit. p. 447. Nonnunquam fingendi et dissimulandi significationem habet, sensu admodum cognato verbo ἀκκίζεσθαι. Sic Plato in Phaedro p. 282. δεομένου δὲ λέγειν τοῦ τὸν λόγον ἐραστοῦ ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν. quem bene illustravit F. T. Lenzius in Act. Traject. T. II. p. 296. Themist. Or. XXI. p. 246. B. πάλιν γὰρ εὐφιστὴς ἂν ἦν, τοιούτους ἐπιστάμενος λόγους, δι' ὧν ἐθρυπτόμην ἂν τοὔνομα ἐξαρνούμενος. — ἡμῖν. Sic olim scriptum fuisse suadent codd. quo„rum alii μένον, alii μόνον." Br. μόνον probat Dorvill. l. c. et sic Vat. Cod. Reiskius μόλις suspicabatur; non male. Vulgo μένειν legitur, quod nec ipsum ineptum est. — V. 9. „πάντων. Supra correctum in membranis πάντως. „Rectum est prius. Subauditur μᾶλλον. τὸ γὰρ μᾶλλον πάν„των ἐνόσει μενέαινον." Br. Vulgo post ἐνόσει male distinguitur, quod emendatum in edit. Cl. de Bosch. Vertit

Grotius: Fortunatus amans ego sum: pro munere magno Expensum, volui sponte quod ipse, tuli.

XXII. Vat. Cod. p. 138. Planud. p. 465. St. 605. W. Pro continuatione praecedentis historiae habendum est. Poëta cum, felici strategematis sui successu elatus, se omnia in puellam posse censeret, mox eam mutatam inveniens vela contrahere cogitur. Cf. Ep. *Pauli Silent.* XXXV. — V. 4. τῆς τέχνης καλλιλύης. quae in eo, quod de peregrinatione mea lamentabatur, fortasse ficta erat et simulata. — V. 6. ὥσπερ. quasi eam pristinae indulgentiae poeniteret. — V. 7. Haec manifeste respiciunt praecedens Epigr. v. 7. 8. — ἡ βραδ. Vat. Cod. male. — V. 8. ἀερσιπότης. ἀείρεσθαι δέ ἐστι τὸ εἰς ἀέρα κουφίζεσθαι, ἀφ' οὗ καὶ ἀερσιπότητος ἀράχνης παρὰ Ἡσιόδῳ. *Eustath.* ad Il. p. 318. 52. *Crinagor.* Ep. XXXIII. κενεῆς ἐπὶ ἐλπίσι, θυμέ, πωτηθεὶς ψυχρῶν ἀσσοτάτω νεφέων. ubi similia dedi. — V. 9. πάντα δ' ἔπαλλα γένοιτο. Ex *Theocr.* Eid. I. 134.

XXIII. Vat. Cod. p. 138. Plan. p. 465. St. 604. W. Puella de misera mulierum conditione conqueritur, virorum sortem longe praeferendam esse judicans. — V. 1. 2. profert *Suidas* in ἀπαλῆσιν T. I. p. 366. et in ἤθεας T. II. p. 48. — ἁπαλοψύχοις. ταῖς ἁπαλὴν ψυχὴν ἢ γνώμην καὶ ἁπαλὴν ἐχούσαις. *Schol.* Wech. — V. 2. ἔχουσι. φθείρουσι, ἢ ἀπειβόμενοι ἢ μετὰ βλάβης ἀπελθεῖν. *Schol.* ad *Homer.* Od. ε. 396. στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων. — T. 42.] V. 3. In his obversabatur fortasse poëtae locus *Callimachi* Fr. LXVII. p. 440. passim nuper tentatus. Vide *Huschke* in Epist. ad Santen. p. 31. et in Anal. crit. p. 59. *Aristaenet.* L. I. Ep. 16. ἅπαξ γὰρ δι' ἑτέρων ἀχθόμενος τὴν ψυχήν, τὸ λοιπὸν ἐκλαλῶν, ἀπεκουφίζει τῆς ἀδημονίας (sive ὀδύνης) τὸ βάρος. *Propert.* I. El. IX. 33. *Quare, ni pudor est, quam primum errata fatere. Dicere, quo pereas, saepe in amore levat.* — V. 6. γραφίδων χρώμασι βαμβόμεναι. i. e. γραφίδων. ut Ep. XCV. 8. Supplenda praepositio: πα-

gentur per pictas imagines, iisque oculos pascunt. Ne haec nimis jejune interposita videantur, cogita de tabulis pictis, amatorium aliquod argumentum repraesentantibus. Vide inprimis *Burmannum* ad *Propert.* L. II. 5. p. 251.

XXIV. Vat. Cod. p. 517. Plan. p. 177. St. 259. W. Vivida vindemiarum descriptio. — V. 2. βακχευτὴν ῥυθμόν. Uvarum calcatio χορεία vocatur ap. *Qu. Maccium* Ep. XI. quod ad certam mensuram fiebat. Vide Animadv. T. II. P. II. p. 223. quibus adde locum, cum nostro carmine inprimis comparandum, in *Nonni* Dionys. XII. p. 348. et *Anacr.* Od. LII. — ῥυθμὸν ἀγεπλέκομεν, recte de iis, qui junctis manibus saltant: *pars brachia nectit, Et viridem celeri ter pede pulsat humum. Ovid.* VI. Fast. 329. De cantantibus χέειν ῥυθμὸν dicitur in ithyphallorum versibus ap. *Athen.* XIV. p. 622. C. Σοί, Βάκχε, τάνδε μοῦσαν ἀγλαΐζομεν, Ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει, Καινὰν (sic lego pro καὶ μάν) ἀπαρθένευτον. — V. 4. νῆχετ' ὑπέρ. Vat. Cod. — V. 5. ἀρυσσάμενοι. Vulgo et Vat. Cod. Sic *Nonnus* l. c. καὶ βοέοις ἀρύοντο κεράασιν ἀντὶ κυπέλλων. — σχέδιον, ἐκ τοῦ ἑτοίμου. *Suid.* T. III. p. 429. — ἤνομεν omnes edd. ante *Steph.* qui ἤνομεν dedit, ut est etiam in Vat. Cod. Recte. Est enim a verbo ἄνω, quod pro ἀνύειν veteres dixerunt. Odyss. γ. fin. ἦνον ὁδόν, i. e. ἤνυον, διήρχοντο. *Pindar.* Ol. VIII. 10. ἄνεται δὲ πρὸς χάριν, ἀνύεται. *Schol.* Verbum ἀνύειν cum participio eleganter jungitur. — V. 6. θερμόν. neque calidam desiderabamus, qua mustum temperaret. De calidae usu dedimus nonnulla ad *Eutolmii* Ep. II. — V. 8. μαρμαρυγῇ. Vulgo. κατηγλάισεν. Vat. Cod. — V. 9. ἐκδεδόνηντο. *Nonn.* l. c. ἄλλος ἀνεσκίρτησε μέθης δεδονημένος οἴστρῳ. De mandato hujus verbi usu dedi nonnulla in Praef. ad Bion. et Moschi Eid. p. XXII. — V. 11. Vini quidem largiter nobis facta est copia; Venere autem nonnisi spe fruebamur. — V. 12. τοῖς δ' ἀρ. Vat. Cod. — In

praeced. vs. verbis ὁ μὲν εἶχε παρὰ ποσὶν ἔφθονος ἡμῖν *Agathiae* obversabatur fortasse *Theocrit*. Eid. VII. 144. ὄχναι μὲν πὰρ ποσσί, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα δαψιλέως ἄμμιν ἐκυλίνδετο.

XXV. Vat. Cod. p. 136. Plan. p. 464. St. 603. W. Conqueritur poëta de amici amataeque puellae absentia, quae ipsum fructu amoenissimi loci privet. In lemmate πέραν τῆς Ἀσίας est *pars Asiae CPoli opposita*. Ibi *Agathias* degebat in suburbano amoenissimo *per ferias fori et tribunalium;* hoc enim verba διὰ τὰ λύσιμα τῶν νόμων significare videntur. Sed sic difficultas oritur ex v. 11. ubi poëta se a θεσμοῖς impediri et retineri ait. Officia jurisconsulti sive judicis intelligenda esse, apparet ex Ep. *Silent*. XLII. ubi ad hoc carmen respondet. Dicendum igitur, Agathiam, judicis officio in Asia fungentem, ex provincia abire non potuisse, quamvis nihil prohibebat, quo minus ferias in suburbano transigeret. — V. 1. 2. Integrum hoc distichon profert *Suidas* in ὀρόμνους T. II. p. 706. — φυλλάς εὔκαρπος, *arbores frugiferae*. — V. 4. ἀροτερῶν ὀρταλίχων, tenellorum pullorum matres. Vide Anim. T. II. P. I. p. 245. — V. 6. τρυχαλέαις. edd. ante Steph. ἐνδιάουσα. revocatum ex Ed. Flor. pr. Vat. Cod. et quatuor Planudeis. Vulgo ἐνδιάγουσα. In tota hac amoeni loci descriptione *Agathias* expressit *Theocritum* Eid. VII. 138.:

> τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
> τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον· ἁ δ' ὀλολυγὼν
> τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις,
> ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών.

De *acanthide* quaedam tradit *Scholiastes* ad hunc locum, quorum pars ducta est ex *Aristotel*. H. A. VIII. 3. φωνὴν μέντοι λιγυρὰν ἔχουσι. Avis diversa a carduele, cum qua vulgo confunditur. — Quae sit ἡ ὀλολυγών, non satis constat. Nomen ipsum ab ὀλολύζειν derivandum diversae

naturae animalibus convenire potuit. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 942. Ap. *Aelian.* H. A. VI. 19. τοῖς ἐνύδροις annumeratur ἡ ὀλολυγών, ubi *Schneiderus* animadvertit, hoc vocabulum ap. *Aristotel.* H. A. IV. 9. de voce ranae aquaticae usurpari, non de ipsa rana. Contra *Plinius* H. N. XI. 38. *ranis prima lingua cohaeret, intima absoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, cum vocantur ololygones.* Ap. *Aratum* Phaen. 948. ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών, veteres interpretes dubitabant, avisne an rana intelligenda esset; ranam viridem, quam *Cicero acredulam* appellat, significari censet *Schneiderus* in Specim. I. Physiol. p. 26. Adde *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 430. Commemoratur ἡ ὀλολυγών, sed obscurum, quo sensu, in fragmento *Eubuli* ap. *Athen.* XV. p. 679. B. quod sic corrigendum videtur:

ὦ μακαρῖτις, ἔχουσ' ἐν δώμασι
στρούθιον, αἰθροφόρητον, λεπτότα-
τον, περινύμφιον, εὔτριχα,
κισσὸς ὅπως καλάμῳ περιφύεται,
αὐξόμενος ἔαρος
ὀλολυγόνος ἔρωτι κατατετηκώς.

— τρύζει. *Eustath.* ad Il. ι. p. 651. 7. ἔστι τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ πολυφωνεῖν, ἐξ οὗ καὶ τρυγών. quem locum explicat *Valcken.* ad Adon. p. 379. C. Vide eundem ad *Herodot.* L. III. p. 252. 96. — ¶. 43.] V. 7. Ad ἤθελον ἢ subintell. μᾶλλον, quod in tali constructione nonnunquam omitti notavimus ad *Meleagr.* Ep. CVI. (T. I. P. I. p. 117.) quem expressit Noster: Ναὶ τὸν Ἔρωτα, θέλω τὸ παρ' οὔασιν Ἡλιοδώρας φθέγμα κλύειν ἢ τᾶς Λατοΐδεω κιθάρας. — V. 8. „Cod. Vat. κρούσματα. quod et hic „etiam, ut in *Theaet.* *Schol.* I. 4. recipi potuisset." *Br.* — V. 10. δάμαλις et δορκαλὶς *Agathiae* vocatur puella, cujus amore tenetur. Similiter *Anacr.* ap. *Athen.* IX. p. 396. D. puellam cum νεβρῷ νεοθηλεῖ comparat; et Od. LXI. 1. eandem πῶλον Θρηκίην vocat. — V. 9. περισφύ-

χανει μαλκιδόνας. κῆρ ἄχεϊ σμύχουσα. *Apollon. Rh.* III. 446. ἔνδοθι δ' αἰεὶ τεῖρ' ὀδύνη σμύχουσα. Id. III. 761. Sed multis hoc verbum, de coeco amoris igne usurpatum, illustravit exemplis *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 429. ed. Bip. — ἀλλά με. Vulgo et in Vat. Cod.

XXVI. Vat. Cod. p. 515. Plan. p. 176. St. 256. W. In senem quendam Oenopionem, qui potando juvenes vincebat. — V. 1. Pro εσεσάλακτο *Jos. Scaliger* in not. msc. emendavit ἐσέσακτο, parum feliciter. Neque enim emendatione opus est. *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ Θάεο. ubi plura hujus locutionis exempla contuli T. I. P. II. p. 95. — V. 3. Se ipsum increpabat, quando manus vinum e poculo haurire cessabat. ἀφυσσαμένῃ. Ed. pr. Flor. — V. 6. Ἐκπινόμενας. Ald. 1. — Juvenes pocula Oenopionis ne numerare quidem poterant. — V. 8. γέρων. Vat. Cod. καὶ omittit Ed. pr. Flor. et Ald. 1. — ζῆθι. vive, i. e. vita fruere. *Martial.* V. 69. *Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper. — Cras vives: hodie jam vivere, Postume, serum est. Ille sapit, quisque, Postume, vixit heri. Lusus* in Priap. CXXVI. *Ergo vivamus, dum licet esse bene.* Vide *Burm.* ad Anth. L. T. I. p. 304. et not. ad Ep. ἀδεσπ. CCXLII. — V. 8. Respicitur versus *Homeri* Il. Θ. 102. ubi Diomedes ad Nestorem, ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

XXVII. Vat. Cod. p. 155. Plan. p. 417. St. 552. W. Eurynome, Baccha, instrumenta sacrorum deo, cui olim fuerat operata, dedicat, postquam in Veneris castra transire constituit. — V. 1. 2. Laudat hoc distichon *Suidas* T. I. p. 419. in Βασσαρίς, quod secundum Lexicographum ἑταίραν, πόρνην significat. Male. Derivatum vocabulum a voce Thracia βασσαρὶς, i. e. ἀλώπηξ, quia mulieres Bacchicae, ut hinnuleorum, sic vulpium quoque pelles gestabant. Vide *Meurs.* ad *Lycophr.* p. 342. — τρύφων. Adumbrata sunt haec ad ductum *Euripidis* in

Bacch. 726. sqq. ταῦροι δ' ὑβρισταὶ καὶς κέρας θυμούμενοι Τοπρόσθεν, ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας, Μυρίαισι χειρῶν ἀγόμενοι νεανίδων. In sq. disticho autem *Agathiae* obversabatur imago Agaves, Penthei caput, quod ipsa pro leonis capite habebat, in thyrso gerentis. Ibid. v. 1137. κρᾶτα δ' ἄθλιον — Πήξασ' ἐπ' ἄκρον θύρσον, ὡς ὀρεστέρου φέρει λέοντος — θήρᾳ δυσπότμῳ γαυρουμένη. Cf. *Philostrati* Imag. I. 18. p. 790. — V. 4. laudat *Suid.* T. I. p. 372. ἀτλήτῳ. ἀνυπομονήτῳ. *Schol. Homer.* Il. ι. 3. leonis, cujus impetum haud facile sustineas. — V. 5. *Suid.* in ἰκήκοις T. II. p. 114. — Διόνυσε. Vat. Cod. — V. 6. Κύπριδι βακχεύειν. Veneris orgia celebrare. *Quicquid vehementius commovetur, bacchari voluerunt. Nonius* in *Bacchari.* — ἔρωτος βάκχους cum similibus illustravit *Casper.* in Obss. L. III. p. 310. — V. 7. 8. ap. *Suid.* T. III. p. 265. in ῥόπτρον, quod h. l. *tympanum* est, ut ap. *Phalaec.* Ep. III. κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρων. — V. 8. χρ. σπατάλῃ. *aureis armillis.* χρυσόδετος pro χρύσεος simpliciter, ut in *Eurip.* Phoen. 812. χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον. Similiter μελάνδετος pro μέλας. Vide *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 72.

XXVIII. Vat. Cod. p. 170. Planud. p. 436. St. 570. W. Cleonicus, piscator et venator, Pani, utriusque venationis praesidi, caprum immolat. — V. 2. ἄνθετο. pro ἄγετο reposui. In veteribus Codd. scriptum: „τὸν τράγον ὁ δὶς σᾶς ἄγετ' ἀθηροσύνας." *Br.* Vulgo ἐκ διστᾶς ἄγετο θηρ. quod primum in ed. Ascens. reperitur, quam Steph. sequitur. In Flor. et tribus Aldinis ὁ δὶς σᾶς ἄγετ' ἀθηροσύνας, quod et Vat. Cod. praebet. Hanc lectionem si comparaveris cum verbis *Suidae* T. II. p. 42. in ἡγέτης· ὁ ἡγεμών· ὦ δισσαῖν ἀγέτα θηροσύναιν, non dubitabis, aut hanc ipsam lectionem revocandam, aut scribendum esse:

ὦ δισσᾶς ἀγέτα θηροσύνας.

quae verba usque ad σαγηνοβόλων v. 6. pro parentheſi habenda ſunt. Et ſic jamdudum emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. et nuper etiam ſagaciſſimus *Porſon* in Append. Notar. ad Jo. Toupii Opera crit. T. IV. p. 501. — ¶. 44.] V. 3. Καστορίδων. Vide *Kuſter.* ad *Suidam* v. T. II. p. 250. ubi *Agathiae* verſus gloſſa oneratus legitur: Σοὶ γὰρ Καστορίδων ὑλακὰ κυνῶν εὔαδε. rectius in τρίστοιχος T. III. p. 506. ubi tamen Καστορίδες legitur. — αἰχμή. Vat. Cod. — V. 4. λαγωοφαγίης. Vat. Cod. — V. 5. καλαμευτὰς κάμνων. piſcator opus faciens. Male *Brodaeus* καλ. κανὼν conjecit: *calamus piſcatorius.* — V. 8. νεξεσόβει. Sic Vat. membr. et Planudeae codd. duo." *Br.* Eandem lectionem ſervavit *Suidas* in ἐξεσόβησα T. I. p. 767. Hoc verbum obliteratum in *Anacr.* Od. XXXIII. 9., reliquis omnibus conjecturis poſthabitis, revocavit *Brunckius.* Fortaſſe etiam ap. *Theocrit.* Eid. XIII. 48. vulgata lectio πασᾶν γὰρ ἔρως ἁπαλὰς φρένας ἀμφεσάλυψε, ubi Cod. quidam ἐξεφόβησεν exhibet, mutanda in ἐξεσόβησεν. Sed de his olim in Praef. ad Bion. et Moſch. p. XXIII.

XXIX. Vat. Cod. p. 146. Planud. p. 440. St. 574. W. Pani Charicles hircum dicat. — V. 1. laudat *Suidas* in δικεραίρῳ T. I. p. 589. δικερόρῳ. Vat. Cod. — Pan δικεραιρος, *binis cornibus inſtructus*; de his et ſimilibus vocibus vide *Dorvill.* in Vann. crit. p. 367. ad *Charit.* p. 614. — V. 2. ἴξαλος. Vide ad *Simmiae Rhod.* Ep. I. Hoc loco non peculiare quoddam hircorum genus, ſed, ut ex appoſito εὐσκάρθμῳ apparet, πηδητικὸς hircus intelligi debet. *Heſych.*: ἰξάλου. πηδητικοῦ. ὀξέος. ἀπὸ τοῦ ἶξαι καὶ τοῦ ἅλλεσθαι. δηλοῖ δὲ καὶ ὀξέως ἀλλομένου. — λάχμαιον ὑλοβάταν. τουτέστι δασύν. *Suid.* T. II. p. 462. Veram lectionem idem habet in ἴξαλος T. II. p. 119. ubi hic vſ. cum duobus ſequentibus laudatur. — V. 3. λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς ἄνθετο τόνδε τράγον. legitur ap. *Suidam* in πρῶνας T. III. p. 217. qui tamen loco ſupra laudato, et in

κνακὸν T. II. p. 333. vulgatam lectionem exhibet. λάσιος πρὼν est ſcopulus hirſutus, arbuſtis obumbratus. — V. 4. κνακόν. Vide *Interpp. Theocriti* Eid. III. 5. VII. 16. Ceterum *Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 145. acute emendavit: ὑπηνήτᾳ. *Homer.* Il. ω. 348. πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

XXX. Vat. Cod. p. 148. Plan. p. 418. St. 553. W. Callimenes agricola, poſt novale ad ſementem proſciſſum, Cereri inſtrumenta quaedam dedicat, alia poſt meſſem promittens. — V. 2. „ταυροδέτιν. praeter Vat. „habent etiam Planudeae codd.“ *Br.* Vulgo ταυροδέτην. Lora videntur ſignificari, quibus jugum alligabatur. ὑπαυχενίην Vat. Cod. (*Dorvill.* ad *Charit.* p. 240.) quod praetulerim equidem. — V. 3. ἄκαινα. ſtimulus; proprie ῥάβδος ποιμενικὴ ſecundum *Schol. Apollon. Rhod.* III. 1322. Multa de vocis origine disputat *Etym. M.* — ἐχέτλη eſt *dentale;* lignum, in quod vomer includitur clavoque firmatur. Hunc clavum intellexit *Agathias* ἐχετλήεντα γόμφον. Vide *Graevium* de aratri partibus disputantem in Lect. Heſiod. c. X. — V. 5. εὐαρότρου. Vulgo. Noſtrum probatur auctoritate *Dorvillii* ad *Charit.* p. 240. qui tamen falſo dicit, ſic in Vat. Cod. legi. Ibi enim eſt εὐαρότρου. — ὀργὰς omnis terra frugibus procreandis idonea. Vocem illuſtrans *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 195. *Callimachi* locum excitat ap. *Etym. M.* p. 629. ubi ὀργὰς explicatur ἡ μελάγγειος καὶ ἔνυδρος γῆ. — ῥάχις autem h. l. nihil aliud quam νῶτον. *ſuperficies.* — V. 6. „τὸν στάχυν ἀμῆσαι. Sic recte vetus membrana. Foeda in „Planudea menda τὸν στάχυν κομίσαι.“ *Br.* Vide *Dorvill.* l. c. qui comparat Ep. *Nicarchi* Ep. IX. καὶ καλὸν ἀμῆσαι καρπὸν ἀπ᾽ ἀσταχύων.

XXXI. Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 417. St. 552. W. „Quaedam hujus carminis illuſtrarunt Caſaubonus de „Poëſi Satyr. p. 99. et Salmaſ. de Homonym. p. 4. In

„Vat. Cod. praefixum non est auctoris nomen: solius „Planudeae auctoritate tribuitur Agathiae.“ *Br.* Porphyris ornatum bacchicum, quo antéa usa fuerat, in Dionysi templo dedicat. — V. 1. – 3. laudat *Suidas* v. ἀνέδην T. I. p. 192. et in δίθυρσον T. I. p. 583. Altero hoc loco τὸ exhibet pro τοῦτο, et ἐβάκχευεν pro βάκχευεν. Partem vs. 1. et 2. iterum laudat in λογχωτὸν T. II. p. 456. — Verba δίθυρσον λογχωτὸν vix recte accepit Grotius: *gemina cum cuspide thyrsum.* Binos thyrsos nonnunquam gerebant Bacchae; qui cum proprie hastae sint, quarum cuspides hederae ambiebant, appellantur λογχωτοὶ et una voce θυρσολόγχοι. De his egit *Salmas.* l. c. et ad *Solin.* p. 379. C. D. — V. 3. φοιτᾷν εἴς τινα proprie dicuntur discipuli, qui alicujus scholas frequentant; deinde est *colere.* *Asclepiad.* Ep. XXII. αἱ Σάμιαι Βιττὼ καὶ Νάννιον εἰς Ἀφροδίτης φοιτᾷν τοῖς αὐτῆς οὐκ ἐθέλουσι νόμοις. Poëta, qui in Ep. ἀδεσπ. LII. scripsit, δειλὸς, ἔτι λάτρις ἔρωτος φοιτῶ – dicere poterat etiam, ὅτι εἰς ἔρωτος et εἰς ἔρωτα φοιτῶ. — V. 4. „Male in Planudea κισσῷ τὴν et „vs. sequ. ἀβροκόμη Διόνυσε.“ *Br.* κισσωτὴν praebet Vat. Cod. et *Suidas* in νεβρὶς T. II. p. 604. ubi etiam ἐνεστεμένη legitur. In sq. vers. autem idem tuetur vulgatam v. ἠωρημένῳ T. II. p. 65. — πρὸ παστάδος, *in templi vestibulo.* Vide *Persae* Epigr. II. T. II. P. I. p. 11. — V. 6. τὰ κάλλευς. Vat. Cod.

¶. 45.] *XXXII.* Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 423. St. 557. W. Mulier post optatas nuptias et filii partum tribus deabus dona offert: Veneri nempe, cui maritum debebat, corollas; Palladi, cui castam juventutem dicaverat, cincinnos; Dianae denique, quae ipsi in puerperio opem tulerat, zonam. — πλοκαμῖδα. πλοκαμούς. *Theocrit.* XIII. 7. τῶ χαρίεντος Ὕλα, τῶ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος – V. 3. εὕρετο. Vulg. et in Vat. Cod.

XXXIII. Vat. Cod p. 155. Planud. p. 418. St. 553. W. Anchises Veneri paucas canorum suorum re-

liquias dedicat. Elegans Epigramma. — V. 2. τὰ πρίν, et ἴτρειχεν Vat. Cod. a pr. man. — Ἰδαίην ᾐϊόνα. *Theocrit.* Eid. XX. 34. οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βούτᾳ Καὶ Φρυγίης ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν. *Ovidius* Heroid. XVI. 201. *Phryx erat Anchises, volucrum cui mater Amorum Gaudet in Idaeis concubuisse jugis.* — V. 3. κόψας. Vat. Cod. a pr. m. — V. 4. ἡλικίης. Vat. Cod. et sic Plan. ἡλικίας est in Ed. Flor. pr. — V. 6. Aut juveniles mihi annos redde, aut senem factum eodem me, quo olim, amore complectere. — δύνασαι γάρ. Formulam solemnem in precibus illustravit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 173. Bip. *Abresch.* ad *Aristaen.* p. 105. *N. Heinsius* ad *Valer. Flacc.* I. 13. et *Mitscherl.* ad *Horat.* T. II. p. 136.

XXXIV. Vat. Cod. p. 156. Planud. p. 425. St. 560. W. *Agathias* novem Daphniacorum suorum libros Veneri dedicat precibus adjectis. De Δαφνιακοῖς, opere erotico, vide *Suid.* in Ἀγαθίας T. I. p. 16. — V. 1. „In Vat. scriptum Ἀγαθίας ἐννεὰς [Ἀγαθιὰς ἐ.] Emen- „dabat Salmasius Ἀγαθηΐας, contra Analogiam. Bene „se vulgatum habet.“ *Br.* — V. 2. τεκτήνας. Iis, quae de translato usu verbi τέκταιν et τεκτοσύνη scripsi ad *Nicarchi* Ep. XXXVIII. T. II. P. III. p. 46. adde notata *Spanhemii* ad *Aristoph.* Plut. 163. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in Πειρία T. III. p. 112. ubi τοσσατίῳ πόθῳ legitur. — Vers. pr. τόσσον Vat. Cod. — V. 5. Fac, ut aut nullam aut facilem amet.

XXXV. Planud. p. 381. St. 519. W. Laudat Lysippum, quod Aesopi statuam fecerit, cujus docendi genus philosophorum praeceptis anteponendum sit. Aesopo statuam Athenis fuisse positam, dicit etiam *Phaedrus* in Epilog. L. II. 1. *Aesopo ingentem* (sive potius: *Aesopi ingenio*) *statuam posuere Attici, Servumque collocarunt aeterna in basi.* Eam Lysippi fuisse, ex hoc tantum

Epigr. conſtat. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 623. *Harl.* — V. 3. ἀνάγκην. Philoſophi conſenſum efficacibus argumentis extorquere, non blandis perſuaſionibus ſibi conciliare ſolent. Sententiae ſuae optimus interpres ipſe *Agathias* in Hiſtor. L. I. p. 2. ubi philoſophiam cum hiſtoria comparans, ἡ μὲν, inquit, οἷά τις ἀστεμφὴς δέσποινα καὶ ἀθώπευτος κελεύει καὶ διατάττει, ὁποῖόν τι ἔχεσθαι καὶ ὁποῖα διαφεύγειν προσήκει, ὥσπερ τῷ πείθοντι καταμιγνῦσα τὴν ἀνάγκην. *Plato* in Theaet. c. 17. τὴν ἀνάγκην opponit τῇ πιθανολογίᾳ. *Anacr.* Od. XXXVI. τί με τοὺς νόμους διδάσκεις Καὶ ῥητόρων ἀνάγκας; ubi v. *Fiſcher.* p. 140. — ¶. 46.] V. 5. καίρια λέξας. Vide ad *Meleagr.* Ep. XXIII. — V. 6. παίζων ἐν σπουδῇ. qui res ſerias jocoſe tractabat.

XXXVI. Planud. p. 380. St. 518. W. Plutarchum, parallelarum vitarum ſcriptorem, ultra modum laudat, neminem fore dicens, qui vitam ipſius vitae parallelam ſcribere poſſit; ne ipſum quidem Plutarchum; nullam enim vitam cum ſua comparandam eſſe. — V. 1. πολυκλείντα. Ed. pr. Flor. — „Vulgo male et barbare στῆσαντο Χερωνεῦ. Fidejuſſorem meae emendationis habeo „cod. Bibl. Laurentianae. Vide Catal. T. II. p. 626.“ *Br.*

XXXVII. Vat. Cod. p. 155. ſq. Planud. p. 419. St. 554. W. Pani agricola partem agri nondum cultam ad gregum paſturam dedicat. — V. 1. Pan λοφιήτης, qui in rupibus degit, ſumma montium cacumina habitat; ſupra fuit φιλοσκόπελος Ep. XXIX. κρημνοβάταν Ep. ἀδεσπ. CCLXI. — V. 4. χαλκῷ μηκέτι τεμνομένην. i. e. locum ἀνειμένον. — V. 5. τὸ ἐπαύλιον. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 6. Ἠχὼ καὶ γάμον ἐκτελέσει. argutius, quam *Cometas* Ep. III. Πὰν φίλε — Ἠχὼ δ' ἤσεις τοῖσδ' ἐπὶ θειλοπέδοις.

XXXVIII. „Epigramma hoc, quo carent Buherii „et Guieti libri, edidit ad Charitonem Dorvillius „p. 551.“ *Br.* Legitur inter carmina chriſtianica an.

36. Vat. Cod. p. 54. *Dorvillius* accurate expressit lectiones membranarum. — Admiratur poëta pictoris artem, qui archangeli imaginem pingere ausus sit. Nova res erat *Agathiae* tempore imaginum in ecclesia usus et veneratio; de qua re quam caute noster in hoc carmine dixerit, notari meretur. Iisdem argumentis, quibus *Agathias* utitur ad defendendas imagines, theologi quoque nonnulli, (nam major pars refragabatur,) uti solebant. Aequalis *Agathiae Paulus Silentiarius* omnem hanc superstitionem vehementer improbat Carm. LXXIV. 164. sqq. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. σκοπῶν. — ἄσκοπος. ὃ μή ἐστι τύπος. T. III. p. 336. et vers. 2. solum in ἄ Tom. I. p. 1. ubi male ἃ exhibetur, et ἀνεπλάσατο. Hanc lectionem *Kusterus* malebat, quam lect. Cod. ἀπεπλάσατο. Sensus idem, qui in disticho *Nili Scholastici* Vat. Cod. p. 54.:

> Ὡς θρασὺ μορφῶσαι τὸν ἀσώματον, ἀλλὰ καὶ εἰκὼν
> εἰς νοερὴν ἀνάγει μνῆστιν ἐπουρανίων.

Facit huc etiam aliud *Agathiae* nostri carmen in eadem collectione p. 54. sq. cum lemmate: Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ εἰς εἰκόνα Θεοδώρου Ἰλλουστρίου καὶ δὶς ἀνθυπάτου, ἐν ᾗ γέγραπται παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου δεχόμενος τὰς ἀξίας ἐν Ἐφέσῳ.

> Ἵλαθι μορφωθείς, ἀρχάγγελε· σὴ γὰρ ὀπωπὴ
> ἄσκοπος, ἀλλὰ βροτῶν δῶρα πέλουσι τάδε.
> Ἐκ σέο γὰρ Θεόδωρος ἔχει ζωστῆρα μαγίστρου,
> καὶ δὶς ἀεθλεύει πρὸς θρόνον ἀνθυπάτων.
> Τῆς δ' εὐγνωμοσύνης μάρτυς γραφίς· ὑμετέρην γὰρ
> χρώμασι μιμηλὴν ἀντετύπωσε χάριν.

— V. 3. βροτός, mortales, archangeli expressam spectantes imaginem, mentem ad altiora attollent, faciliusque sibi ejus magnitudinem et dignitatem animo fingent. — ἐπιθύνει φαντασίῃ pro εἰς φαντασίην, ut Ep. XLV. θυμὸν ὅλον τρέψας πηκτίδος ἀρχαίῃ. — V. 5. σέβας, Ejus reverentia non vagatur temere, sed certae cuidam

speciei adhaeret, eamque, tanquam praesentem, veneratur. — ¶. 47.] V. 7. ὄμματα. Oculis subjecta species mentem ad graviores cogitationes incitat. βαρὺς νοῦς est severus, gravis. βαρὺ νόημα Plutoni tribuit *Damaget.* Ep. V. βαρύφρων Νέμεσις *Meleag.* Ep. XXXIV.

XXXIX Vat. Cod. p. 302. Planud. p. 259. St. 374. W. In Eustathii, qui imperatoris nepos fuit, immatura morte exstincti, imaginem. Lemma est in membr.: εἰς Εὐστάθιόν τινα πέντε καὶ δέκα ἐτῶν τελευτήσαντα. ἦν δὲ οὗτος παῖς Εὐσταθίου ἀπὸ ὑπάρχων τῶν μεγάλων. — V. 2. τὸ λαρὸν ἔπος ἕζεται ἐν στομάτεσσι. Obversabatur *Agathiae* locus *Eupolidis* de Pericle: πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. quem multi expresserunt. Vide *Wyttenb.* ad Plut. de S. N. V. p. 9. Cf. Not. ad *Platon.* Ep. XXIX. T. I. P. I. p. 357. — V. 3. Quatuordecim annos vivendo impleverat Eustathius; quinti decimi anni initio exstinctus est. Minus recte haec accepit Brodaeus.

XL. Planud. p. 293. St. 432. W. „In lemmate „Planudea male exhibet: ἐν τοῖς Πλακιδίου. Vide Du„cange CPolis Christ. L. II. p. 142." *Br.* Scriptum in imaginem Thomae Curatoris, juxta Imperatoris et Augustae statuas collocatam. In domo Placidiae depositi erant thesauri imperatorii, quibus praeerant Curatores. Horum Curatorum Placidias sive Placidiae saepe fit mentio apud istius aevi scriptores. Vid. *Ducange* ad Zonar. p. 45. sq. et *Bandur.* Antiqu. CP. T. II. p. 838. — V. 2. τὸ νέον τάγμα. Scriniarii sive Notarii recentioris institutionis. Nam plures horum hominum classes fuisse videntur. *Ducange* Glossar. Graec med. v. Σκρίνιον et Σκρινιάριος. — V. 3. θεσπεσίη συνοχὶς de Imperatore et Augusta acceperim. ξυνωρίδα τοῖν βασιλέοιν in Monodia in Constantinum illustravit *Wessling.* Obss. p. 115. sq. — V. 5. Auxit potentiam dextra imperatoriae opibus

auctis. — V. 7. εὔγνωμον ἅδε πόνημα. Grati animi signum haec statua. Ep. in Stat. Aurig. XXVI. τοὶν μέλπων οὐ παύσεται ἠθάδα νίκην Εὐγνώμων δῆμος. — V. 8. μνῆστιν. In Stat. Aur. Ep. XLIII. φίλον τύπον ἄνθετο τοῦδε, Ὄφρα καὶ ἐσσομένοις μνῆστιν ἔχοι καμάτων.

XLI. Planud. p. 300. St. 441. W. In Callirhoës meretricis imaginem, a Thoma quodam aut pictam, aut publice propositam. — ¶. 48.] V. 3. Epitheton πολυδαίδαλος mimam indicare videtur. — ὑπ' ἔρωτος οἰστρηθεῖσα. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXVIII. εἴτε σε μισθοφόρους ἐπὶ μαχλάδας οἶστρος ὀρίνει. *Paul. Silent.* XXXIV. τήκομαι οἴστρῳ. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 190. — V. 6. κηρῷ τηκομένῳ. Erat imago cera picta; quo observato, paulo argutior evadit comparatio de amantibus passim obvia. *Pindar.* ap. *Athen.* L. XIII. p. 601. Vide not. ad *Meleagri* Ep. XV. T. I. P. I. p. 32. ad *Asclepiad.* Ep. XXIV. T. I. P. II. p. 42. Ad hominem morbo et fame tabescentem transtulit *Callim.* H. in Cer. 92. ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς ἀελίῳ ἐνὶ πλαγγών, Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο.

XLII. Planud. p. 296. St. 436. W. In Bacchae imaginem cymbala manu tenentis. — V. 1. Nemo est, quem non offendat duplex participium ἐπισταμένων et αἰδομένων. Eleganter emendavit V. Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 116.:

οὔπω ἐπισταμένως τάχα κύμβαλα χερσὶ τινάξει —

Eidem tamen interrogandi signum post λαοτύπος ponenti vix accesserim. — Totum epigramma versatur in arguta statuae interpretatione. Quae cum corpore nonnihil prominente ita ficta esset, quasi jam cymbala pulsatura, nec tamen sonus efficeretur, poëta eam pudore impediri ait, quominus artis fortasse nondum satis perfectae det specimen; remotis arbitris fore, ut sonum edat.

XLIII. Planud. p. 291. St. 431. W. Ad Heraclamum, a quo Pergami cives, imagine dicata, veniam petunt, quod gratiam, exspectatione fortasse minorem, tam sero persolvant. — V. 1. Totum hunc locum bene interpretatur Schol. Wechel. sic: σύγγνωθι, εἴ σοι μὴ τὴν προσήκουσαν ἀπεσείμαμεν χάριν ἐν τῷ παρελθόντι καιρῷ· ἀντὶ τῶν πολιτευθέντων σοι καλῶς ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ τῆς παιδείας τῆς σῆς. Νῦν γὰρ ἀντὶ τῶν ὧν ἐπολιτεύσω καὶ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν συμβαλλούσης τῆς πόλεως φροντίδας τήνδε σοι τὴν εἰκόνα ἀνεστήσαμεν. — εὐτροχάλοιο μελίσσης. eloquentiae dulcis copia. τροχαλὴν ἐφθέγγετο φωνὴν de Demosthene *Christodor.* in Ecphr. 29. ἐϋτροχάλοιο ἀοιδῆς *Apollon. Rhod.* L. IV. 907. — V. 3. ἀστυόχοιο μερίμνης. curae, qua res urbanas complecteris. Sensu proprio ἀστύοχον τεῖχος dixit *Paul. Sil.* Ep. LXVI. — V. 3. Ἡρακλάμων. Vulgo. Nostrum est in edit. pr.

XLIV. Planud. p. 312. St. 451. W. In imaginem Hippolyti cum nutrice Phaedrae loquentis. »Similis »pictura occurrit in Herculanensi pariete et in Sarco»phago Agrigentino in Dorvill. Sic. p. 90. Accuratius „et doctius in Opusc. Sic. T. IX. p. 225. et in Martini »antiquorum Monimenti Syll.“ Verba sunt *Heynii* in Comm. T. X. p. 95. — V. 3. Quantum ex oculis furoris et irae plenis intelligi potest. — Scr. μεμηνότος et ὅττι. — V. 4. Quae hic ἄθεσμα vocantur, ap. *Euripidem* Hippolytus vocat λέγων ἄῤῥητον ὦτα, v. 606. — ὅτι initio versus abundat. Vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 587. — παρηγγυάα edd. vett. ante Stephan.

¶. 49.] *XLV.* Planud. p. 339. St. 470. W. Pictam imaginem Satyri describit, similis ei, quem Myron sculpserat, de quo *Plinius* H. N. XXXIV. s. 19. 3. *Fecit Satyrum admirantem tibias.* — V. 1. αὐτομάτως. fistula a te non inflata. — V. 2. ἄγεις pro προσάγεις. — V. 3. ἴσως. Loqueretur fortasse et nobis interrogantibus respon-

fponderet, nifi prae nimia voluptate oblivione fui teneretur. — V. 5. κηρὸς. Non enim hoc eum retinet, quod pictus eft; fed ultro filentium fibi impofuiffe videtur. — Auxit poëta hyperbolen, quae in ejusmodi operum defcriptione paffim reperitur, imaginem locuturam effe aut ambulaturam, nifi aes, marmor, cera etc. retineret eam. Cf. *Philippi* Ep. XXXIII. XLIX. *Antip. Sid.* Ep. LVII. ἀδεσπ. CCCII. CCCXIII. — V. 6. τρέψας. Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 89. τέρψας malit. Ferenda tamen vulgata. τρέψας θυμὸν ἀσχολίῃ dictum, ut fupra Ep. XXXVIII. 4. θυμὸν ἐπιθύνει κρείσσονι φαντασίῃ. — σῦριγξ. fiftula. Vide ad *Cometae* Ep. III.

XLVI. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 487. W. »Factum eft hoc carmen, ut et Pauli LXI. et LXII. in »hortos Palatii Juftiniani in Heraeo. Vide *Alemann.* ad »Procop. p. 80. ed. Lugd. et *Ducange* CP. Chrift. P. II. »p. 175.« *Br.* Pofitum erat hoc Palatium in litore Afiae e regione Urbis, prope portum, quem Juftinianus munivit, κιβώτου appellatione clarum. Elegantem hujus palatii defcriptionem dedit *Gibbon.* T. VII. c. XL. p. 103. ed. Bafil. — V. 1. Δάφνης ἱερὸν κλίτας. Templum et lucum Apollini prope Antiochiam facrum Heraei hortis poftponit poëta. Erat autem Daphne locus amoeniffimus, in quo exornando naturam cum arte confpiraffe tradunt. *Strabo* L. XVI. p. 750. μέγα δὲ καὶ συνηρεφὲς ἄλσος, διαῤῥεόμενον πηγαίοις ὕδασιν. Non itaque aqua carebat, fed profpectum in mare non habebat. Vide de hac regione *Liban.* in Antioch. T. I. p. 133. ed. R. *Cafaubon.* ad Scr. Hift. Aug. T. I. p. 323. fq. et *Gibbon.* c. XXIII. T. IV. p. 94. — Caeterum cur *Brodaeus* ξεῖνον ἐμὸν Δάφνης — caftiget, non exputo equidem. Cf. Ep. ἀδεσπ. in Βυζ. ἀναθ. XV. 11. fq. p. 135. *Statius* I. Sylv. III. 83 — 88. Idem de finceritate voc. κλίτας dubitans, κλίπας malebat. Sed hoc haefitabundus. Audiamus *Brunckium:* »κλίτας. Euftath. ad Homer.

„p. 1066. 19. κλίτας δὲ, οὗ χρῆσις πολλαχοῦ, ὀρεινὴ τραχεῖα „ἐξοχή. *Lycophr.* v. 703. λιπὼν δὲ Λαθαιῶνος ὑψηλὸν κλίτας. „Schol.: κλίτας, κλιτύς, ἀκρώρεια. Ap. Hesychium pro „κλίτας scribendum credo κλίτας, ad quod pertinent „partim expositiones vocis κλίτος. Omnia turbavit et „confudit, qui Lexicon hoc in compendium redegit." *Nonn.* Dion. XLVIII. p. 1292. εἶδον ἐγὼ κλίτας, εἶδον ἔην ζυγίη παρὰ πέτρῃ –. Hinc apparet, Agathiam voce κλίτας usum fuisse, ut Daphnen, tanquam sterile quoddam saxum, in contemtum adduceret. Caeterum *Petr. Gyllius* de Bospor. Thrac. L. II. c. 8. non Antiochiae Daphnen, sed CPolios suburbium, eodem nomine appellatum, ab *Agathia* intelligi existimat; idemque ex hoc Epigr. suspicatur, Agathiam suburbanum habuisse praedium in illo Daphnes vico. Utrumque male. Primum enim apparet, poëtam hortos in Heraeo cum loco quodam illustri amoenitate conspicuo comparare voluisse, quorum nullus aptior Antiochiae Daphne: deinde Daphne CPolitana triclinium potius, quam locus ambulationibus destinatus fuisse videtur. Vide *Reisk.* ad *Constantin.* de Cerem. p. 16. Erat etiam Daphne castellum a Constantino ad Danubii ripas exstructum, secundum *Procop.* de Aedif. L. IV. 7. p. 83. B. — V. 2. ἀγρεύουσιν κάλλος ἐρημοσύνας. Cum ironia haec dicta sunt. — V. 3. Aquae dulcis rivuli et mare ad hanc regionem ornandam conspirant. — His simillima dedit *Paul. Silent.* Ep. supra laudatis. *Statius* II. Sylv. II. 18. *e terris occurrit dulcis amaro Nympha mari.*

XLVII. Vat. Cod. p. 462. Planud. p. 353. St. 492. W. In balneum amoenissimum. Venerem hic lavisse ait, antequam cum Pallade et Junone in pulcritudinis certamen descenderet. Cf. Ep. ἄδεσπ. CCCXXVII. — V. 2. τὴν πρὶν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ. Ed. Flor. pr. — „Vat. „membr. ὑπαρπαμένη. Notandum verbum ἄρπω, quo ca„rent lexica. Occurrit iterum infra in Maced. Ep.

»XIX.« *Br.* Membr. lectionem ἀναφπαμένη vulgatae praetulerim. Solent enim scriptores illius aevi nonnunquam adspirationem negligere. Vide *Reisk.* ad Constant. p. 138. Idem antiquiores nonnunquam fecerunt Attici. *Aeschyl.* Perf. 550. ἐπείπε. 655. ἐποδόκει. — V. 4. Ἰναχίοις. Junonem Argivam, Argis ad certamen proficiscentem, significat. — V. 5. νίκησεν τὸ λ. Non tua igitur pulchritudo, sed balnei virtus victoriam tibi paravit. — τοῦτο βοάει. Sic Vat. Cod. quod revocandum. Ep. XLII. 3.

T. 50.] *XLVIII.* Vat. Cod. p. 463. Plan. p. 356. St. 495. W. Ad hoc carmen illustrandum inprimis facit *Philostr.* Heroic. XVIII. p. 691. ed. Olear. ubi enarrata Graecorum cum Mysis pugna, ἐν ταύτῃ, inquit, τῇ μάχῃ πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐτρώθησαν, καὶ λουτρὰ τοῖς τετρωμένοις μαντευτὰ ἐγένετο, πηγαὶ θερμαὶ ἐν Ἰωνίᾳ, ἃς ἔτι καὶ νῦν Ἀγαμεμνονείους καλοῦσιν οἱ Σμύρναν οἰκοῦντες. ἀπέχουσι δὲ, οἶμαι, τετταράκοντα στάδια τοῦ ἄστεος, καὶ ἐνῆπτό ποτε αὐτοῖς αἰχμάλωτα κράνη Μύσια. Diversa sunt τὰ Ἀγαμεμνόνεια φρέατα, quorum *Eustath.* meminit ad Il. δ. p. 351. 8. — V. 1. μολοῦντες. Vat. Cod. — V. 2. Ποδαλειρείης edd. ante Stephan. qui Ποδαλειρίης legit. — Danai his thermis utentes medicorum suorum opem non desiderabant. — V. 4. ἰόν. Vel proprio sensu pro veneno accipiendum, quo barbaros cuspides tinxisse putaverit *Agathias*; vel, quod malim, virus in vulnere collectum (materiam peccantem appellant medici) intelligendum. — V. 5. ὀρηφηφόρος. Vat. Cod. — Tectis illas thermas circumdatas significat.

XLIX. Vat. Cod. p. 468. Μαριανοῦ Σχολ. Planud. p. 360. St. 499. W. »Epigramma hoc, cui in Planudea »*Mariani* nomen praefixum, Agathiae tribuit Zonaras »T. II. p. 70. De Sophianarum palatio vide Ducange »CP. Chr. P. II. p. 171. ubi carmen hoc profert.« *Br.*

Exstructum erat hoc palatium a Justino Curopalata, qui illud de nomine conjugis Sophiae τῶν Σοφιανῶν vel τῶν Σοφιῶν appellavit. Situm erat ad portum Juliani. V. *Bandurii* Comm. in Antiqu. CP. T. II. p. 677. sqq. — V. 2. Verba ἀλικλύστων ἐπ' ἠϊόνων jungenda sunt cum δείκνυ. Imperator palatium ad litus Bospori exstruxit. — V. 4. ἄξιον. Vides, o Constantinopoli, palatium, tua pulchritudine haud indignum, tibi e regione in Asia positum. — V. 6. δέρκεται. Vat. Cod. et Zonar. — 'Ασίαν Vat. Cod. a man. sec.

L. Vat. Cod. p. 467. Planud. p. 358. St. 498. W. In altam et pulchro in mare prospectu gaudentem domum. — V. 1. Quae *Hesiodus* 'Εργ. 289. de Virtutis sede in rupibus dixit, *Agathias* ad praealtam illam domum transtulit. — V. 3. Insolenter dictum κεκαφηότι ταρσῷ, pedibus scandendo quasi anhelantibus, i. e. fatigatis. κεκαφηότα. ὀλιγοψυχοῦντα. *Schol. Nicandri* Alex. 44. ἐκπεπνευκότα. *Hesych.* et *Schol. Homeri* Il. ε. 698. — V. 4. κλαδαρόν. σείστρον. *Schol. Apoll. Rhod.* III. 1396. De propria hujus vocabuli potestate vid. *Lennep.* Etym. T. II. p. 784. — V. 6. »Legendum videtur πιστότατον »θάλαμον, et in fine praec. vers. minor distinctio ponen»da. In Vat. membr. scriptum πιστότατον.« *Br.* Tum etiam καὶ corrigendum putarem. Ceterum aut elumbis est sententia in Epigrammatis fine, aut acumen non perspicio.

¶. 51.] *LI.* Vat. Cod. p. 471. 'Αγαθ. Σχολ. ἐν Βυζ. In Plan. p. 361. St. 500. W. lemma est: εἰς οἶκον 'Αγαθίου σχολαστικοῦ ἐν Βυζαντίῳ — ordine verborum confuso. Agitur enim de aedibus Musonii, qui morte exstinctus pulcherrimam domum alienis reliquerat. — V. 1. Μουσώνιος edd. vett. usque ad Ascens. Minus recte itaque *Brunckius:* »In veteribus edd. *omnibus* Μουσώνιος le»gitur, quod ab H. Steph. recte emendatum esse cen-

„seo." — V. 3. „Male vulgo ἀπέλειπεν, quod ineptum „et contra sensum est. Veram lectionem dedit Var. „membr." *Br.* Vitium sensit *Jos. Scaliger*, qui in not. msc. emendavit ἀπέλυξεν. Sed verissima est membranarum lectio. Non recusavit ad caliginosam Plutonis domum descendere. — V. 5. κεῖται εἰς ὀλίγην κόνιν. ipse ὀλίγη κόνις factus, in pusillum cinerem redactus est. Sic pravae reliquiae hominum amplis corporibus magnisque eorum possessionibus opponi solent. *Propert.* II. El. VII. 51. *Foedavitque comas ac tanti corpus Achilli, Maximaque in parva sustulit ossa manu.* De urna Hectoris *Seneca* Troad. 102. *Complete manus: hoc ex Troja sumsisse licet.* Similia, inter quae antiquissimus est locus *Sophocl.* in Electr. v. 1142., collegit *Burm.* ad *Propert.* l. c. p. 272. et ad Anthol. Lat. L. III. T. I. p. 456. sq.

LII. Vat. Cod. p. 469. Ἀγαθ. Σχολ. ἐν Σμύρνῃ. Plan. p. 361. St. 501. W. „Quatuor in foricas Epigrammata, „si lemmatibus, quae in scriptis quoque libris praefixa „sunt, fides, aedificium respiciunt publicum, quod „Smyrnae fuit. At quum Agathias patria Myrinaeus „fuerit, et saepe confusa nomina, in iis praesertim, „quae scriptorem hunc spectant, Σμύρνη et Μυρίνη, quod „probabilius mihi visum, sumtus scil. Agathiam erogasse in ornanda patria urbe, secutus sum et Μυρίνῃ „reposui pro Σμύρνῃ. Carmina autem ipsa e Vat. membr. „emendavi." *Br.* Falso *Reinesius* statuit, Smyrnae solummodo *latrinas* σωτήρια fuisse appellata, in Var. Lectt. III. 7. quem refutavit *Kuster.* ad *Suidam* T. I. p. 392. — V. 2. τοίχοις ἀμφίμιερ. parietibus ex limo divisus. — V. 3. ἐνθάδε δὲ ξ. In marg. Wechel. γρ. ἄλλως ἔνθα διὰ ξείνων.

LIII. Vat. Cod. p. 465. Planud. p. 371. St. 510. W. Illustrat hoc Epigr. *Reines.* in Var. Lectt. III. 7. et post eum *Kuster.* ad Suid. v. ἀφ' ἱδρῶν T. I. p. 392. Profert

idem *Bandini* ex Cod. Bibl. Laur. T. II. p. 256. — V. 1. ἡ πολύολβος ἐδωδή. In eundem ſenſum *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 165. 8. de helluonibus: οἱ μὲν γὰρ ἐξέχονται τῶν ὄψων, ἃ μετ' ὀλίγον ἐκδέχεται κοπρών. — V. 3. φασειανοί. Vulgo. — ἴγδην Ed. pr. Flor. et in Cod. ap. Bandin. ἴγδη. θυσία. *Heſych.* Diverſa ejusdem vocabuli forma ἴγδις. Quare ap. *Athen.* L. IX. p. 406. A. ῥόδα τὰ εὐοσμότατα ἐν ἴγδει τρίψας minime neceſſe eſt in ἴγδῃ mutare. Vide *T. H.* ad *Pollux.* X. 103. Loco appoſito *Clem. Alex.* l. c. p. 164. 17. οὗτοι ἐοίκασιν — ἀμφὶ τὴν ἴγδην καὶ τὸν ἀλετρίβανον τὸν πάντα αὐτῶν κατατρίβοντες βίον οἱ παμφάγοι. — τρίψιες ſunt cibi contriti et artificioſe commiſti, quos *Comicus* ap. *Plutarch.* T. II. p. 126. A. τὰ πανοῦργα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα vocat. — V. 4. βρωματομιξαπάτην. Praeclaram hanc lectionem ſervarunt membr. Vat. pro vulg. βρώματος ἐξαπάτη. In Cod. Medic. βρωμάτων ἐξ. Illud vocabulum fictum ad analogiam τοῦ ξεινοκυσταπάτην in *Nicandri* Ep. I. Vide not. T. II. P. I. p. 6. Significatur autem voluptas illa, (hoc eſt ἀπάτη,) quae capitur ἐκ τῆς τῶν ἐδεσμάτων πολυειδίας, quam Antiphanes medicus μίαν τῶν νόσων αἰτίαν recte dicebat, ap. *Clem. Alex.* p. 163. Hinc idem p. 166. Chriſtianos jubet ſumere δεῖπνον λιτὸν καὶ εὔζωνον ποικίλαις ἀνεπίμικτον ποιοτήσεσιν. — V. 5. ἀποσσείβει. ed. pr. Flor. — V. 6. ὀππόσσα ibid. — V. 7. κόνις. id quod κόπρος, ut ap. *Alciphr.* III. 29. ἄγροικον ὄζοντα στεμφύλων καὶ κόνιν πνέοντα, quae ex *Ariſtoph.* Nub. 46. 51. ducta eſſe, nemo animadvertit.

¶. 52.] *LIV.* Vat. Cod. p. 465. Planud. l. c. Argumentum maximam partem verſatur in ſententia Cynici ap. *Lucian.* T. III. p. 544. αἱ παντοδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι. — V. 4. ἐκθλίψεται. Vat. Cod. — V. 6. πολύ. Vat. Cod. — Junge μὴ πολὺ παρὰ τοῦ ἀναγκαίου ἐξετάσῃς. niſi ventrem lon-

ge supra id, quod opus est, implevisses et distendisses. — V. 9. μούνη. Venter gulae peccata luit. Hunc enim tundis et verberas, quasi in culpa esset. — τείνει. Vat. Cod.

LV. Vat. Cod. p. 465. Planud. p. 372. St. 510. W. Agricolam et pauperem, modico victu contentum, prae divitibus helluonibus felicem praedicat. *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 166. 10. οἱ ταῖς εὐτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς, ἰσχυρότατοί εἰσι καὶ ὑγιεινότατοι, καὶ γενναιότατοι, ὡς οἰκέται δεσποτῶν, καὶ γεωργοὶ κτητόρων, καὶ οὐ μόνον ῥωμαλεώτεροι, ἀλλὰ καὶ φρονιμώτεροι, quae doctissimus Theologus petivit ex *Musonio*, cujus praeclarum de victu locum servavit *Stob.* Tit. XVIII. p. 166. sq. — V. 2. μίμνειν, i. e. ὑπομένειν. vitae tuae conditio ita fert, ut laboris et paupertatis aerumnas feras. — ἐν ξυλόχοισι, in sylva sub divo, non in splendidis cubiculis nec in veste stragula collocatus. — V. 5. ἄρτισκ. Cf. Ep. XXI. 4. — V. 9. οἱ πλουτοῦσι καὶ οἱ π. Vulgo. In membr. est οἱ πλουτοῦντες ποικινοῖσι ε. in quibus aliud quid latere suspicor, quam quod *Brunckii* sagacitas inde extudit. Quid enim opus erat, simul cum opulentis helluonibus etiam eorum parasitos et convivas commemorare? Quid si *Agathias* scripserit:

τλήμονες ἃ πλουτοῦντες, Ἀπικίῳ οἱ συνεθέντες.

Nihil hac emendatione lenius; qua, ni fallor, orationi insignis accedit virtus. Ἀπικίῳ συνεῖναι dicuntur, qui Apiciano more vivunt, ejusque disciplinam sectantur. Nam Apicius, insignis helluo, *scientiam popinae professus*, *disciplina sua seculum infecit;* verba sunt *Senecae* ad Helviam c. X. 2. Vide praeterea *Athen.* L. I. p. 7. A. B. et quae de Apicio collegit *Des. Heraldus* ad *Mart.* L. II. p. 58. *Bayle* Diction. v. *Apicius. Fabric.* ad *Dion. Cass.* T. II. p. 867. — V. 10. εἰς πλέον. Vat. Cod. — ἀρτεμίη, bona et integra valetudo. Cf. *Philipp.*

¶. 53.] *LVI.* Vat. Cod. p. 464. Planud. p. 374. St. 512. W. Insculptum fuit hoc Epigr. saxo pontis, quo Justinianus Sangarium fluvium junxerat, tradente *Constant Porphyrog.* de Them. L. I. p. 10. ed. *Bandur.* sine auctoris nomine. Hoc opus magnis laudibus extollit *Procopius* de Aedif. L. V. 3. p. 98. ὁ μέγας δὲ ποταμὸς οὗτος, ὅνπερ Σάγγαριν καλοῦσι νῦν, σφοδρῷ μὲν κατιὼν ἰσάγεται τῷ ῥεῖθρῳ, ἐπὶ μέσης δὲ πεφυκὼς ἄβυσσος, εὐρυνόμενος δὲ θαλάσσῃ ἴσα, διαγέγονε μὲν τάγε εἰς γέφυραν ἀνέπαφος πᾶσιν, ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι· ἀκάτων δὲ συνδέοντες πλῆθος — ἐνταῦθα διαπορθμεύεσθαι τολμῶσι πεζοί — Βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς γέφυραν αὐτῷ ἐγκεχείρηκεν ἐποικοδομεῖσθαι τανῦν. *Ducange* Gloss in ποντογέφυρα plura Historicorum loca de illo ponte congessit. Quod autem *Procopius* tradit, Sangarium antea ponte instructum non fuisse, id infirmari posse videtur testimonio *Polybii* ap. *Suidam* v. Γάλλος· Γναῖος, ὁ ὕπατος Ῥωμαίων, διερχόμενος ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον, ποταμὸν τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσβατον, nisi haec de ligneo tantum ponte accipi debent. — V. 1. Post devictam Italiam, Persas et Vandalos subactos. — Pro Μήδων Vat. Cod. δήμων. — V. 3. ἀψῖσι πεδηθεὶς. Pontea poëtae comparare solent cum compedibus, quibus fluvios, tanquam servitutis jugo subjectos, ingemiscere fingunt. *Aeschyl.* Pers. 70. Persarum exercitus Hellespontum superavit πολύγομφον ὅδισμα Ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. et v. 742. Xerxes Ἑλλήσποντον ἱρὸν, δοῦλον ὥς, δεσμώμασιν Ἤλπισε σχήσειν — καὶ πέδαις σφυρηλάτοις περιβαλὼν, πολλὴν κέλευθον ἤνυσε πολλῷ στρατῷ. Anthol. Lat. L. II. Ep. XXIV. p. 473. de ponte a Narse exstructo: *Calcamus rapidas subjecti gurgitis undas, Et libet iratae cernere murmur aquae. Ite igitur faciles per gaudia vestra, Quirites, Et Narsin resonans plausus ubique canat. Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes, Hic docuit durum flumina ferre jugum.* — κρατερῷσι. *Constant.* — V. 4. οὕτως Vat. Cod. — V. 5. ὁ πρὶν γάρ. *Const.*

LVII. Vat. Cod. p. 491. Planud. p. 77. St. 112. W. Vere ineunte Priapus nautas ad navigandum hortatur. Idem argumentum multi ante Nostrum tractarunt. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. LVII. Sed *Agarbias* inprimis *Theaeteti Schol.* Ep. II. ante oculos habuisse videtur. — V. 1. εὔδια. Vat. Cod. εὔδεια. Ed. Ald. 3. — V. 2. φρικα. Vat. Cod. — φρικὶ χαρασσομένη ductum ex *Antip. Sid.* Ep. XXXVII. θάλασσα πορφύρει τρομερῇ φρικὶ χαρασσομένη. Εἰρεσίῃσι κῦμα χαράσσειν dixit *Orpheus* Argon. 370. 701. *Nonn.* Dion. III. p. 86. νήνεμον ἀκροτάτοισιν ὕδωρ ἐχάρασσεν ἐρετμοῖς. — V. 3. Describuntur fluctus in litore fracti et in semet ipsos recidentes. Optime haec expressit *Grotius: Triste nec impulsum scopulis immanibus aequor Mox medium refugas in mare torquet aquas.* — V. 6. κάρφεσι. Iisdem fere verbis *Aristotel.* H. A. IX. 7. ἡ τῆς χελιδόνος σκηνοπηγία. τῇ γὰρ περὶ τὸν πηλὸν ἀχυρώσει τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, συγκαταπλέκει γὰρ τοῖς κάρφεσι πηλόν. Cf. not. ad *M. Argent.* Ep. XXIV. T. II. P. II. p. 293. — V. 8. σκιλλίην. Edit. pr. Flor. et tres Ald. — ποντοπορεῖς. Vat. Cod. — V. 10. σκάρος inter praestantiores erat pisces. εὐγενῆ eum vocat *Eubulus* ap. *Athen.* VII. p. 295. E. si recte emendavi locum depravatissimum:

τὴν δ' εὐπρόσωπον . . . λοπάδα τοῦδε τοῦ
θαλαττίου Γλαυκοῦ φέρουσαν εὐγενῆ
σκάρον λάβρακά θ' ἑφθὸν ἐν γ' ἅλμῃ μιᾷ.

— βῶκας. *Athen.* L. VIII. p. 356. B. βῶξ ἑφθὸς εὔπεπτος — ὁ δ' ἀπ' ἀνθράκων γλυκύτερος καὶ ἁπαλώτερος. Descriptum dedit hunc piscem *Camus* Notes sur l'Hist. des An. d'Aristote p. 130. Cf. *Duhamel* des Pêches P. II. S. 4. Pl. 6. nr. 4.

LVIII. Vat. Cod. p. 87. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. T. IX. nr. 278. p. 99. Immortalitatem, quam quis virtute et bonis libris edendis consequatur, omnibus statuis et imaginibus praeferendam esse. — V. 1.

κόρβας. Vide ad *Comet. Schol.* Ep. V. Hoc loco tabulas publice propositas cum titulis et honoribus significat. — V. 3. Scholion in marg. Vat. ὅτι μόνη ἀρετὴ καὶ σοφίη ἐπακολουθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὴν ἐντεῦθεν ἀποιχομένοις. — V. 5. κἀκεῖθι Apogr. Lips. In membr. ipsis καὶ κεῖθι. Nostrum debetur *Reiskio*. Et sic certe sermonis proprietas postulat, quam tamen seriores potissimum scriptores non semper observasse constat, *ita ut adverbia, quae sunt in loco, pro ad locum, et, quae sunt ad locum, pro in loco ponant*, secundum *Priscian.* Gramm. XVIII. p. 718. — V. 6. μνῆστι. Vat. Cod. — ¶. 54.] V. 7. οὔ τι Πλ. scribendum existimat *G. Wakefield* in Sylv. cr. T. II. p. 44. — γ' ante Ὅμηρος non habetur in Vat. Cod. nec in Ap. Lips. — οὐ βρενθύεται. nec pictis imaginibus, nec statuis gloriatur. Vim verbi aperuit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 368. sqq. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 64.

LIX. Vat. Cod. p. 154. Planud. p. 419. St. 554. W. In leporem, quem vites arrodentem agricola saxo necavit. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in πτώξ T. III. p. 225. Pro τὸν πτῶκα suspicabar aliquando τινα πτ. ut ap. *Straton.* Ep. VII. εἶδον ἐγώ τινα παῖδα. nec tamen fortasse correctione opus est. — V. 2. »Verbum ἀμέργω, *decerpo*, in »Lexicis sine auctoritate comparet. *Theocrit.* Eid. XXIII. »3. χαὶ μὲν ἀμερξάμενοι λασίας δρυὸς ἄγρια φύλλα. Forte in »Leonid. Tar. Ep. XCVIII. melius legeretur εἴαρι δὲ πρώτῳ »λειμώνιον ἄνθος ἀμέρξας. ubi librorum omnium consensu »edidi ἀμέρσας, quod tamen bene se tuetur etiam, »quum ἀμέρδω *amputare* significet.« *Br.* Ap. *Suidam* legitur ἀμελγόμενον. Eadem varietas occurrit in *Apoll. Rhod.* I. 882. apes καρπὸν ἀμέργουσι πεποτημέναι. quidam codd. ἀμέλγουσι. et in *Nicandri* Alex. 428. — V. 3. 4. In ἀπροϊδής, ἀπροόρατος, *Suid.* T. I. p. 304. hoc distichon profert. — V. 4. ἐξεκύλισσε. dejecit eum. *Philipp.* Ep. LXII. θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίην. Sic infra Ep. LXXVII. πᾶς τὴν Πριαμίδην ἐξεκύλισσα πέδῳ. Utroque loco

Br. ſecundum ſua ipſius praecepta ἐξεκόλυσε et ἐξεκόλυσα, uno tantum σ, ſcribere debebat. Vide eum ad *Theocr.* XXI. 70. — V. 6. λοιβῆς. Cum Schol. Wech. accipio de vini latice, quem in ſacris effundere ſolemne erat. Lepus enim necatus profudit uvarum, quas comederat, liquorem: ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ τρώγειν ἔφθασεν αὐτὸν ὁ γεωργός. Ineptum quidem acumen; ſed vix alia interpretatio locum invenerit. λοιβῆς καὶ θυέων junxit Ep. ἀδεσπ. DCXCV. 10.

LX. Vat. Cod. p. 380. ſq. Bis exſtat in Planud. p. 40. et 102. St. 59. et 151. W. altero loco ſine auctoris nomine. Urbs Troja Minervae iniquitatem exprobrat, quod propter unius Paridis judicium totam urbem everterit. — Vat. membr. et Planud. altero loco Doricas quasdam formas in hoc Ep. habent; ut v. 2. ἁ τλάμων. v. 5. θνάσκειν. v. 6. τᾶς πάτρας. — V. 1. πολιοῦχε. Minerva in arce culta. — V. 3. ἀντὶ μήλου. Propter malum tibi negatum omnia hujus urbis ornamenta diripuiſti. ἀποδρέπειν dixit, reſpectu ad malum habito. — Comparavit haec *Caſaubonus* ad *Strabon.* IV. p. 278. B. de providentia diſputantem: καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς εἱμαρμένης λόγοις εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν φύσει γενομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι, πολὺ κρεῖττον εἶναι τόδε ἢ τόδε γενέσθαι, οἷον — τὸν Πάριν εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα, ναυαγίῳ περιπεσεῖν· ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα, δίκας τίσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἡνίκα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων. — V. 5. ἄθεσμον. Vat. Cod.

LXI. Vat. Cod. p. 380. Plan. p. 98. St. 144. W. Ad Trojam devaſtatam, cui, omnibus ornamentis ereptis, gloria tamen et nominis celebritas eripi non potuit. — V. 1. „Vat. membr. ἁ πτόλι. Quod, ut re„cepi infra LXV. ita hic quoque recipiendum erat.“ *Br.* In Apogr. Goth. ἁ πόλι habetur. Color fere, ut in Ep. in Romae ruinas in Anth. Lat. L. III. 5. p. 458. *Longa*

tuos fastus aetas destruxit et arces: Caesaris et Superûm templa palude jacent. — Non tamen annorum series, non flamma nec ensis, Aeternum potuere hoc abolere decus. — V. 2. βοῶν κέρατα. Hostiarum majorum capita templorum parietibus ornamenti causa appendebantur et in metopis collocabantur. — V. 3. Παφίης ἀλάβαστρα. vasa unguentaria, quibus Venus maxime delectatur. Vide *Visconsum* in Museo Pio-Clem. T. I. p. 17. Respectu ad Veneris munditiem habito *Callim.* H. in Pallad. 15. Minervae οὔτε μύρως, οὔτ' ἀλαβάστροις opus esse ait. Inter Adonidis supellectilem vasa unguentaria, Συρίῳ μύρῳ χρύσει' ἀλάβαστρα, recenset *Theocrit.* Eid. XV. 114. Muneribus, quibus Persarum reges oblectabantur, annumerat *Herodotus* L. III. p. 204. 61. πορφύρεα εἵματα καὶ ψέλια καὶ μύρου ἀλάβαστρα, ubi vide *Wesseling.* — ἐφεστρίς. vestimenti genus, quod reliquis superinduebatur; unde sponte intelligitur, varias ejus species esse potuisse. Disputavit de epheftride *Nic. Loëns.* in Epiphyll. VI. 5. *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 332. et 384. — V. 4. Τριτογ. δείκελον. Palladium. De Minerva Spartae culta *Coluth.* v. 234. χρύσειον ἰνδαλμῆς εἶδος Ἀθήνης. — ¶. 55.] V. 5. χρονίη χύσις. De Troja *Evenus* Ep. XIV. Ἴλιον ἱρὴν τὴν πάρος εὐπύργοις τείχεσι κληζομένην Αἰῶνος τέφρη κατεδήδοκεν. — ἀλλοίην τύχην, adversae me fortunae implicans. In ἀμφιβαλοῦσα metaphora ducta a piscatorum retibus. *Apollon. Rhod.* L. I. 1035. μοῖραν ἀνέπλησε· τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι Θνητοῖσι· πάντῃ δὲ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος. — V. 9. οὔνομα. Ep. in Anthol. Lat. L. III. 1. in Graeciae ruinam: *Fama manet, fortuna perit. — Et magnum infelix nil nisi nomen habet.*

LXII. Vat. Cod. p. 381. Planud. p. 99. St. 145. W. Fatum Trojae, quae Romae originem dederit, non lugendum esse. — V. 1. γελάσειε. Vat. Cod. Ald. 1. et Ascens. — V. 2. ταῦτα τέλεσσε. Vat. Ccd. et τύχα. — V. 3. μὴ πένθει. Vulgo et in Vat. Cod. quam lectionem

cl. editor tacite mutavit. Verum sensum perspectum habuit *Grotius*, qui vertit:

Si quis es ex Asia, gaude magis: adspicis urbes,
Quot sunt Aeneadum Dardana jussa pati.

quibus verbis fortasse ipsam lectionem πένθει expressit. Verbum πένθος cum πλοῦτος permutatum videtur in *Aeschyli* Pers. 840. ubi si legeris ὡς τοῖς θανοῦσι πένθος οὐδὲν ὠφελεῖ, sensum habebis contextui accommodatissimum. — Δαρδανικῆς Vat. Cod. a pr. man. — Ad sensum cf. Ep. *Lollii Bassi* IV. et *Hadriani Caes.* Ep. II. ubi v. not. T. II. P. II. p. 325. — V. 6. ἐξεκένωσεν ἄρης. *Aesch.* Pers. 717. πέρσης κενώσας πᾶσαν ἠπείρου πλάκα. — V. 7. Trojae vastatae poenas a Graecis sume, servitutis jugum iis imponens. ζυγόδεσμον. *Homer.* Il. ω. 270. *Eustath.* p. 1350, init.

LXIII. Vat. Cod. p. 380. Planud. l. c. Expressum carmen ex *Antiphili* Ep. X. — V. 2. Pro δεινότης in ed. pr. Flor. et Ald. 1. ζαμενὴς legitur. — ἐτάλασσεν. Vat. Cod. — V. 3. Accommodate *Mitscherlichius* V. cl. haec adhibuit Horatianis IV. Od. VI. 13. de Achille: *Ille non inclusus equo — male feriatos Troas et laetam Priami choreis Falleret aulam: Sed palam captis gravis etc.* — V. 4. δουρατέαν παγίδα. Haud scio, an *Agathiae* obversatus sit locus Batrachom. v. 115. ubi muscipulam describens Troxartes, ἄνδρες, ait, καινοτέραις τέχναις ξύλινον δόλον ἐξευρόντες, Ἣν παγίδα καλέουσι. Placuit Nostro hoc vocabulum, qui Ep. XCIII. domum, cujus ruinae par adulterum obruerant, ξυνὴν ἀμφοτέροις παγίδα appellavit. Meretrices παγίδας τοῦ βίου nuncupat *Amphis* ap. *Athen.* L. XIII. p. 567. F. quod fortasse expressit *Eustath.* de Amor. Ism. IX. p. 400. pulchram puellam δέλεαρ ἐρωτικὸν καὶ παγίδα ἔρωτος ἄφυκτον vocans. — V. 6. ἐμπτόμενον. Vat. Cod. Similiter de Beryto *Joann. Barb.* Ep. IX. τύμβος ἀπαρχόντων μερόπων πόλις, ἧς ὑπὸ τέφρῃ Αἱ Βερόης πολλαὶ κείμεθα χιλιάδες.

LXIV. Vat. Cod. p. 435. Planud. p. 111. St. 162. W. Historia de piscatore, quem puella quaedam opulenta in litore visum amare coepit et ex paupere divitem reddidit.

¶. 56.] *LXV.* Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 112. St. 163. W. In magistratum olim superbum, nunc a dignitatis fastigio dejectum et miserum. — V. 1. τὸ πηλίκον. Vulgo. Nostrum est in Vat. Cod. ἐγχίστορει. qui te publice prodeuntem comitabantur et latus tibi tegebant. — V. 3. πτόλιος. Vat. Cod. Vulgo πόλιος. — τοῖς πρὶν, quos tu antea miseros reddideras, fortuna permisit, ut suffragium contra te ferrent et te ex urbe ejicerent. — V. 6. καὶς εἴ τι τ. Vulgo. „καὶ ὅτι τερπόμεθα e Vat. membr. Hoc prae vulgata lectione placet." *Br.* Verba sic accipienda, quasi poëta scripsisset: πολλὴν σοὶ χάριν ἔχομεν καὶ τερπόμεθα ὅτι —. Multam tibi habemus gratiam, quod omnibus eodem modo illudis, et gaudemus, cum improbos et superbos homines puniri videmus.

LXVI. Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 112. St. 164. W. In mendicum quendam, qui dives factus pristinae conditionis penitus oblitus esse videbatur. — V. 2. πέλε τὸ ex Vat. Cod. Vulgo πέλετο. — V. 3. ἀφρονέων. fortunae ludibria ignorare videtur. τέρψις τύχης sunt crebrae illae rerum vicissitudines, quibus Fortuna delectatur. — V. 6. αἰτίζων. Vulgo et in Vat. Cod. Adscripsit *Jos. Scaliger* αἰτίσας vel ὁ πρὶν αἰτίζων. Requiritur praeteriti temporis significatio. Ducta sunt haec verba ex *Callim.* H. in Cer. 116. de Erysichthone, qui ἐνὶ τριόδοισι καθῆστο Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός. Cf. Odyss. ρ. 222. *Eustath.* ad Od. p. 627. 35. *Phavorinus* ap. *Stob.* T. XCIII. p. 513. 24. ἀλλ' ὁ μὲν περιέρχεται αἰτίζων ἀκόλους, ὁ δὲ οὐκ ἀκόλους, ἀλλὰ ψωμόν. De voce ἀκόλους vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XLV. — V. 7. ἀπηθής. Vat. Cod. — V. 8. μάρτυρα σαυτὸν ἔχεις. tuo id exemplo doceaeris.

LXVII. Vat. Cod. p. 559. *Agathiae* vindicat, quod in Planud. p. 171. St. 249. W. *Ammiano* tribuitur. Ridiculum ftupidi rhetoris in re civili refponfum. — V. 2. ἤρετο. Vulgo. — V. 6. τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι; Quemnam fecundum leges fequentur liberi, quos ferva mea ex alieno fervo peperit, fervine dominum, qui, quam meam effe fciret, illi in contubernium dedit, an me, dominum fervae? — ¶. 57.] V. 7. Putes videre talem, quales *Ammianus Marcell.* XXX. 4. Jurifconfultos fuae aetatis repraefentat: *Velut natalicia fata praemonftrantes, aut Sibyllae oraculorum interpretes, vultus gravitate ad habitum compofita triftiorem, ipfum quoque venditans quod ofcitantur.* — γῦρον ἐπισκόνιον. Grammaticorum nugas et de rebus levis momenti altercationes ridens *Plutarch.* T. II. p. 412. F. τὰ τοιαῦτα, ait, συντείνει καὶ συνίστησι τὸ πρόσωπον· τὰ δ' ἄλλα ἔξεστι τὰς ὀφρῦς κατὰ χώραν ἔχοντας φιλοσοφεῖν καὶ ζητεῖν. — V. 9. ἡ initio vf. omittitur in Vat. Cod. — V. 10. κεῖμαι. Vat. Cod. — V. 11. ἀκούσεις et λέγεις. Vat. Cod. Judices dicuntur φέρειν ψῆφον et ἀποφέρειν, cum fententiam pronuntiant; vide *Segaar* in Act. Traj. T. I. p. 96. fq. Is, de quo judicatur, ἀποφέρεται ψῆφον. — Ceterum illud refponfum fimile illi, quod aftrologus dat athletis ap. *Lucill.* Ep. XLIV. alius navigaturis ap. *Nicarchum* Ep. XIV.

LXVIII. Auctoritate Vat. Cod. p. 554. fq. *Agathiae* tribuitur, quod in Planud. p. 68. St. 99. W. ἀδέσποτον eft. Inepta folutio problematis phyfici, quo quaeritur cur, cum in cithara ἡ ὑπάτη pulfetur, ἡ νήτη etiam refonet. De hoc problemate vide *Ariftotel.* in Probl. XIX. 24. — V. 2. ἤρετο. Vulgo. ut Ep. praec. v. 2. — σοφίη h. l. eft quaeftio ex interiore mufices cognitione folvenda. — V. 3. πλήκτροισι δονέει. Vulgo. πλήκτροισι δόνησας. Vat. Cod. — V. 5. ὑποτρίζουσα. Vulgo. Fortaffe rectius; nam τρίζειν de fono tenuiore et argutiore ufur-

patur. τρίζουσα. φωνοῦσα λεπτόν τι. *Hesych.* ubi v. *Interpp.* et *Valcken.* ad *Herodot.* III. p. 252. 96. — V. 7. ἄπνοια. Vat. Cod. — V. 10. οἳ δὲ τόν. Vat. Cod. — τὸν ἐν πλ. ἐγητόν. Aristoxenum illum praestantissimum artis musicae scriptorem hujus phaenomeni causas ignorare jurabat. De *Aristoxeno* vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 634. ed. *Harl.* et inprimis *Mahnii* Diatrib. de Aristoxeno. Amstelod. 1793. — θεημοσύνη pr. contemplatio, h. l. res contemplanda, problema. — V. 11. νεύρων. χορδαί. Vide *Fischer.* ad Anacr. Od. α. 3. p. 5. — V. 14. ξυγγενὲς omnes edd. ante Stephan. qui συγγενὲς dedit. — V. 15. γνήσια. arcto consanguinitatis vinculo conjuncti, ut liberi γνήσιοι eorundem parentum; et propterea omnes ejusdem soni, tanquam hereditatis cujusdam, participes. — V. 7. ἅμματι. Vat. Cod.

LXIX. Vat. Cod. p. 560. sq. Planud. p. 150. St. 217. W. Responsum, quod ineptus medicus aegroto, pleuritide laboranti, dederit, narratur. — V. 2. λευκανίην. Vat. Cod. Vulgo λευκανίη. Utraque forma proba. Priore utitur *Homer.* Il. χ. 325. ω. 642. — βραγχά, rauce. βραγχὸν τετρυγυῖα χορδά. *Paul. Silent.* Ep. XLVIII. 5. — ¶. 58.] V. 4. νυσσόμενος. Pleuritide laborabat ille, cujus morbi symptomata dolor lateris punctorius cum tussi. *Auctor* Definit. medic. p. 397. πλευρῖτίς ἐστιν ὀδύνη πλευροῦ σὺν ὀξεῖ καὶ ἀδιαλείπτῳ πυρετῷ μετ' ὀδύνης νυγματώδους ὁμοῦ καὶ βήχης καὶ δυσπνοίας. — In fin. vs. *Opsopoeus* mallet ἀμυχθείς, quod non opus. — V. 5. Καλλίγνωστος. Vat. Cod. — πλατυλέσχης. i. e. πλατυγίζων. Vide *Suidam* h. v. T. III. p. 127. Usurpatur de hominibus cum inani jactantia verbosis. — V. 6. „Scripserat Planudes τῆς παιωνίδος, quam lectionem perspicue „servant quatuor regii libri. Corrupte in Cod. ex quo „Florentina expressa, παιωνίδος, η in ι mutato, quem so„lemnem librariis errorem fuisse jam toties animad„verti, unde, ingravescente corruptela, monstrum lectio-

„lectionis ortum est παιδωνίδος. Quod dedi παιωνιάδος e „Vat. membr. est.“ *Br.* — V. 7. Nihil aliud praedixit, nisi quod certo certius eventurum esse sciebat. — V. 9. ἀνάκλισιν. aegroti decubitum, quem a medico vult observari Hippocrates. Vide *Foesium* in v. p. 30. — ἐκ τρῶ πρ. Vat. Cod. — V. 12. ἀναπεμπάζων. omnia animo repetens. *Apollon. Rhod.* L. IV. 1748. ὁ δ' ἔπειτα θεοπροπίας Εὐφήμοιο θυμῷ πεμπάζων. Verbi vim enucleavit *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 33. sq. — V. 13. ἀνεφαίνει *Opsopoeus* corrigit citra necessitatem. — V. 14. σοβαρευσάμενος. Vulgo. — V. 16. λήξῃ. Vat. Cod. — V. 17. τεθνήξει ex membr. revocatum pro τεθνήξῃ. Illa forma obvia in *Aristoph.* Nub. v. 1440. — τοῦτο. morbi cessatio redeuntis valetudinis indicium. — V. 19. τὸν νομικόν. Jurisconsultum. *Arrian.* Epict. II. 13. ἀλλ' οὐδὲ νομικόν τινα παρέλαβε πώποτε, τὸν ἐροῦντα αὐτῷ καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα· ἀλλὰ διαθήκην μὲν οὐ γράφει, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν. — V. 22. κάλλιστος. Vat. Cod.

LXX. Vat. Cod. p. 555. restitutum est *Agathiae*, cum in Planud. p. 188. St. 275. W. *Palladae* tribuatur. De immortalitate animi quaerenti respondet philosophus. — V. 1. Νικόστρατον. Laudat *Brodaeus* locum Hermogenis, ubi Nicostratus commemoratur tanquam subtilis philosophus. Fictum potius nomen existimaverim. — V. 2. σκινδαλαμοφραστήν. Vat. Cod. et Ald. 1. De orthographia vocis σκινδαλμός disputavit *Piers.* ad *Moer.* p. 360. Sic appellabant difficiles Sophistarum nugas. *Aristoph.* Nub. 130. πῶς οὖν γέρων ὢν κἀπιλήσμων καὶ βραδὺς λόγων ἀκριβῶν σκινδαλάμους μαθήσομαι. λόγων τινὰς σκινδαλμοὺς ἐκμαθὼν dixit *Alciphron* L. III. p. 434. Per ἀκάνθας interpretatur *Lucian.* T. II. p. 602. — V. 3. ἀνέρωτο. Vulgo. — V. 5. ἐν νοητοῖς. utrum in iis, quae mente cognoscuntur, an in iis, quae sensibus sunt subjecta. — V. 7. ἐναλλάξατο. ut ap. *Callim.* Ep. LX. γράμμ' ἐναλλαξάμενος. ubi v. not. T. I. P. II. p. 399. —

V. 59.] V. 9. Πλατωνικὸν ὕψος, fublimitatem Platonis pro ipfo Platone. — V. 10. πᾶσαν. omnem undique veritatem exploravit. — V. 11. „Scr. τὸ τριβώνιον, ἠδὲ γε- „νεῖον τάχρα καταψήχων. Copulam fenfus requirit, fed „καὶ a feftinante et ofcitabundo repofitum metrum cor- „rumpit. Male vulgo εἶτα γενεῖον ἄκρα." Br. εἶτα etiam Cod. Vat. habet. — V. 12. καταψόχων Ed. pr. Flor. Ald. 1. Afcenf. Solemnis horum verborum permutatio. — V. 13. ψυχῆς. Vat. Cod. quam varietatem etiam Steph. notavit in Annotatt. — V. 15. στεγνοφυής. aut folida et corporea, aut nihil a materia habens. — V. 17. „Κλεόμβ. Alludit ad Cal- „lim. Ep. X. Planudeae Codd. duo Ἀμπρακιώτην. De hac „diverfitate videndus Waffe ad Thucyd. p. 231. In „Dionyfii verfu illi laudato vetus regia membr. Ἀμπρα- „κιώτην habet." Br. — V. 19. Tum tu, a corpore tuo fejunctus, unoque illo, quod quaeris, relicto, te ipfum agnofcere poteris.

LXXI. Vat. Cod. p. 557. fq. Agathiae vindicat; in Plan. p. 133. St. 192. W. ἄδηλον eft. Refponfum ab aftrologo agricolae, de meffe ipfum confultanti, datum. — V. 3. „In membr. fcriptum ἦτει δ' ἐξέρειν' εἴπερ θέρος. „Reponendum forte αἰτῶν δ' ἐξερέειν' εἴπερ θέρος." Br. Salmaf. in not. ined. ἦτει κ' ἐξερέειν' εἴπερ θ. conjiciebat. At apoftropho tantummodo deleto fcribendum:

ᾔτει δ' ἐξερέειν, εἴπερ —

rogavit illum, ut ipfi ediceret, num largam meffem habiturus effet. — V. 5. Ille calculos in abaco difpofuit, rationem initurus. Huc pertinent etiam verba δάκτυλα γνάμπτων. Vide ad Palladis Ep. LXXXVI. T. II. P. III. p. 242. Adde Plinium II. Epift. XX. 3. proximus toro fedit: quo die, qua hora nata effet, interrogavit: ubi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat, nihil, nifi ut diu miferam expectatione fufpendat. — V. 7. „Scribendum omnino: „εἰ καὶ ἐπομβρηθῇ." Br. — V. 8. ἀντίβολον. Vat. Cod. —

ὕλαιν ἐνθοσύνη, herbae inutiles, frutices inter segetem enascentes eamque impedientes. Hoc sensu ὕλην plus semel usurpavit *Xenoph.* Oecon. c. 16. — V. 10. „Mallem τάχιον ἀποδρυφθῇ.“ *Br.* — V. 11. μηδὲ κεμάδεσι miro errore Vat. Cod. — V. 12. Si verum est ὄψεται, subaudiendum τὰ λήϊα. Sed vera videtur emendatio *Jos. Scaligeri* in not. msc. ὄψεαι.

¶. 60.] *LXXII.* Vat. Cod. p. 440. sq. Planud. p. 86. St. 126. W. cum lemmate: Ἀγαθίου Σχολ. εἰς τὰ λυτὰ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως. Ita quoque Vat. membr. Alius Cod. Dorvill. τὰ λιτά. Hanc inscriptionem mendosam judicantes viri doctissimi, *Jos. Scaliger* in Lectt. Auson. II. 29. εἰς ταῦλαν, *Salmasius* vero et *Huetius* τάβλαν emendarunt; prior etiam ταβλατὰ tentavit in not. ined. Vulgatae patrocinari conatus est *Dorvillius* in Vann. crit. p. 252. non lusum in universum significari existimans, sed τὰ λυτὰ Grammatico idem esse, quod τὰς ἄζυγας poëtae vs. 26. Idem sentiebat *Corn. de Pauw* in Diatr. de Alea p. 190. Praeter *Dorvillium* de Ep. nostro disputavit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 741. sqq. et *Pauw* in Diatr. de Alea Veter. ad Epigr. Agathiae Scholastici. Tr. ad Rhen. 1726. Alios, qui de aleae ludo egerunt, laudat *Wernsdorf.* ad Poët. Lat. Min. IV. P. I. p. 405. Hos in eo interpretando sequor, sensum grammaticum explicuisse contentus; nam me ipsum nihil de hoc ludo, quem Tricraccum fuisse affirmat *Salmasius*, intelligere fateor. — V. 1. Nos humiles et de plebe mortales, etiamsi magna gesserimus, raro tamen eorum memoriam ad posteritatem propagatam videmus: at reges si sufflent modo, hoc tanquam adamantinis tabulis insculptum manet. — ῥέξαμεν Vat. Cod. — Λίβυς ἀνήρ. Eratosthenem esse vult *Opsopoeus*; etiam Callimachus esse possit. τοῦτ' ἀδάμαντι μενεῖ. Similiter locutus est *Ovid.* XV. Metam. 813. de fatis huma-

nis in Parcarum tabulario repositis: *Invenies illic inclusa adamante perenni Fata tui generis.* *Claudian.* de Bell. Gild. 202. *voces adamante notabat Atropos;* ubi nemo Interpretum locutionis fontem aperuit. — V. 3. Cod. Vat. ἀντανεύεσκεν δὲ μόνον a pr. man. et mox v. 4. Λυβός. — V. 6. Hoc Zenonis imperatoris exemplo patet. Huic enim quid quondam acciderit ludenti, memoriae mandatum est. ἄφαστοι κύβοι sunt incerti, qui non secundum rationem, sed casum cadunt. κύβον vitiose Vat. Cod. — V. 7. θέτις Vat. Cod. et ποικιλότευκτος. — θέσις est calculorum ordo et positio. ποικίλας μεταστάσεις τῶν ψήφων est ap. *Aristaen.* I. Ep. XXIII. *Euripid.* Iphig. Aul. 195. ἐπὶ θάκοις πεσσῶν ἡδομένους μορφαῖς πολυπλόκοις. — Sequitur descriptio ordinis calculorum in Zenonis tabula. Ludebatur discoloribus lapidibus, (*Martial.* XIV. Ep. 17. et alii, quos laudat *Wernsd.* P. M. T. IV. p. 268. 282.) qui per tabulam duodecim lineis descriptam disponebantur. Hae lineae nostro sunt ὁδοί, *tramites* in Ep. Anth. Latin. III. 76. p. 519.:

Discolor ancipiti sub jactu calculus adstat,
Decertansque simul candidus atque rubens.
Qui quamvis parili scriptorum tramite currant,
Is capiat palmam, quem bona fata juvant.

— V. 8. ὀπισθιδίην. Vat. Cod. quod damnat *Dorvillius.* — Est autem ὀπισθιδίη ὁδός, si recte intelligo, inferior pars tabulae, sive dextrum latus, quod albi calculi occupabant, qui Zenoni forte contigerant. In hac parte calculi a dextra manu ad sinistram procedebant. Haec ut melius intelligantur, exhibeamus abacum, qualem dedit *Salmasius* ex vetere marmore Scr. Hist. Aug. T. II. p. 751.:

Latus ſiniſtrum.	Latus dextrum.
24.	1. σοῦμμος χῶρος.
23.	2.
22.	3.
21.	4.
20.	5.
19.	6.
18.	7.
17.	8.
16.	9.
15.	10.
14.	11.
13.	12.

— V. 9. ἴχεν. Vat. Cod. In ſexta linea ſeptem erant candidi; in nona unus; ſummus locus occupabatur duobus, totidem decimus. Hoc enim volunt verba ἴσος ἦεν δεκάτῳ, *decimo aequalis erat*, numero calculorum ſcil. „Primam dextri lateris lineam dicebant et ſummam. „Graeci quoque recentiores Latinam vocem retinue„runt, et σοῦμμον χῶρον appellarunt in tabula. — Ulti„mam infimamque lineam dextri lateris duodecimam vo„cabant; revera enim erat duodecima. Ab illa ultima „dextri lateris linea, quae et duodecima, tranſibant ad

„ultimam finistri lateris ex adverso respondentem et „oppositam, eamque tertiam decimam appellabant." Verba sunt *Salmasii* p. 752. sq. Ex nostro loco vocem ἑνῦμμος in Lexicon retulit *Ducang*. p. 1411. — V. 11. ὃς τε. Vat. Cod. quod probandum. Etiam proximus locus a summo, i. e. secunda linea, habebat binos calculos; ultimus denique calculus erat in ea linea, quae δῖβος appellabatur, i. e. *Divus*. Vide *Ducange* p. 303. Hunc *Divum Pauw* locum decimum quartum esse suspicabatur. Sed res vehementer incerta est. — Post quindecim calculos albos enumeratos sequitur ordo nigrorum. — V. 13. ἐν omittit Vat. Cod. ubi in fine versus χωρῶν legitur. In loco octavo bini nigri erant, totidem in undecimo; bini iterum in duodecimo, unus in decimo tertio. — V. 14. ἐνδεκάτην est in Cod. Vat. Vulgo ἐνδεκάτης legitur. Illud verum putat C. *de Pauw*, qui praeterea ἐνδεκάτου conjicit, quod ante eum suspicatus est *Th. Hyde* in Nerdiludio p. 45. Quum post locum decimum tertium commemoretur *Antigonus*, post hunc linea decima quinta, vix dubitari posse videtur, Antigonum esse lineam decimam quartam. Huic in dextra parte *Divum* oppositum fuisse, suspicatur *Salmasius*. Illo enim nomine quasi Romani regis sedem significari, cui contrarius sit Antigonus, quod est nomen Macedonum regis, quos semper Romanis adversos fuisse notum est. At sic *Divus* linea esset undecima, quae v. 14. sigillatim commemoratur, eademque occupata esset binis nigris calculis et uno albo; quod non fieri potest. Ceterum ut Antigonus lineae nomen est, sic jactus quidam in talis *Alexander* appellabatur, alius *Darius*. Vide *Senfleb*. in Thesauro Gronov. T. VII. p. 1156. — V. 17. Etiam in linea decima quinta erant δίζυγες, sive calculi duo juncti. — πάντ' ἐπὶ καὶ δεκάτῳ. Vat. Cod. — V. 19. ἐκτὰ καὶ δεκάτῳ πανομοίιος. Vat. Cod. posterius verum et reci-

piendum. At in numero lineae difficultatem cernens *Carn. de Pauw*, ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ emendare conatus est, quod ut minus Graecum a *Dorvillio* vapulat in Vann. crit. p. 255. — V. 20. τέτρατος ἐκ πυμάτου. est vicesimus locus. πύματος enim χῶρος est linea vicesima quarta, i. e. ultima et infima sinistri lateris. In vicesimo igitur *scripto* sive linea iterum bini erant nigri. — V. 21. γυμνῆα πεσσοῦ per periphrasin: rex, qui albos habebat calculos, nec laqueos auguratus, quos ipsi fortuna tendebat etc. πεσσοὶ idem quod ψηφῖδες. Adde iis, quae *Dorvill.* attulit p. 270., *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 217. — V. 23. ψηφῖδας ἐρειδμοῦ. Vulgo. ψηφῖδα γὰρ ἰσθμοῦ. Vat. Cod. unde *Salmasio* subnata est emendatio ἀπ' ἠθμοῦ. Diversa sunt ἠθμὸς et πύργος. Hic enim, nomen ab ipsa forma habens, tesseras in tabulam effundebat. Interior ejus pars non simpliciter excavata erat, sed gradibus et amfractibus intercisa, ita ut tesserae intus vario motu agitatae evolverentur. Hinc ap. Nostrum πύργου δουρατέου κλίμαξ. Simillimum est hoc ap. *Auson.* in Profess. I. 27. *bolos – quos praecipitante rotatu Fundunt excisi per cava buxa gradus*; ubi *Jos. Scaliger* nostri loci non immemor fuit. Anth. Lat. L. III. Ep. LXXVII. *In parte alveoli pyrgus velut urna resedit, Qui vomit internis tesserulas gradibus.* — „Erat praeterea aliud instrumen„tum, quod *pyrgo*, *turriculae*, imponebatur, et diceba„tur φιμὸς, κημὸς, ἠθμός. *Infundibula* erant, et usus „eorum etiam in *urnis judicialibus* apud Graecos. φιμὸς „proprie *camus*, *capistrum*, unde φιμοῦν: item κημὸς, un„de κημοῦν. ἠθμὸς erat proprie *colus*. *infundibulum*. „Porro ejusdem usus fuisse κημὸν et ἠθμὸν, patet auctori„tate *Hesychii* et *Schol. Aristophanis*, quos advocat „Casaubonus ad Athenaeum L. X. c. 18. qui docet „utroque modo *infundibulum* vocatum, quo calculi in „κάδον vel καδίσκον fundebantur. Harpocration autem „dicit, φιμὸς ὁ καλούμενος κημὸς: ac κημοὶ una et φιμοὶ inter

»κυβευτικὰ σκεύη memorantur *Polluci* L. VII. §. 204. »φιμοῦ quoque facit mentionem Diphilus: ἐλκ' εἰς μέσον »τὸν φιμὸν, ὡς ἂν ἐμβάλῃ. ubi mihi pars *turriculae* est, »quae pro *tota turre* poni videtur. Phimum igitur, κημὸν, ἠθμὸν, ita eadem instrumenta esse apertum fit; at »diversa esse a *fritillo*, vel inde patet, quia fritillus erat »solidus ab una parte: cetera instrumenta pertusa »erant. Inde ap. Senecam *Aeacus jubet Claudium alea* »*ludere pertuso fritillo*. Vide finem Apocolocynth. »Inde etiam patet, diversum a pyrgo fuisse.« Verba sunt *Dorvillii* Vann. crit. p. 259. Pro ἀριθμοῦ olim tentaverat ἀριθμῷ *Th. Hyde* in Nerdilud. p. 45. quo nunc nihil opus, meliore lectione reperta. In fine pentametri κευθομένῃ habetur in Ed. Flor. et tribus Aldin. Aliae κευθομένην. κευθομένας dedit *Salmasius* ex conjectura; nam in membr. κευθομένη legitur. Hinc κευθομένῃ legendum esse contendit *Dorvill.* p. 262. nam *scalam* intus in pyrgo *occultatam* esse. Ceterum notandum, tribus tesseris usos fuisse veteres, cum postea duae tantum coeperunt usurpari. — V. 25. Zeno imperator jecit et duo et sex et quinque, quibus jactibus tota rerum facies immutata est. At quomodo hoc factum sit, obscurissimum. Nam quod sequitur, eum statim octo totos calculos disjunctos habuisse, qui antea separati fuissent, id sibi contrarium esse videtur. *Pauwius* certe, ut explicaret, ad ineptias confugit. ἄζυγες et μεριζόμεναι idem est. Quare vehementer suspicor, depravatum esse hunc versum. Scribe, duabus literis mutatis:

ἄζυγας εἶχεν ὅλας πρόσθεν ὀριζόμενας.

octo statim disjuncti sunt, qui antea juncti essent. Hoc enim sensu verbum ὀρίζεσθαι passim occurrit, pro συμφύεσθαι, *conglutinari*, et τῷ διορίζειν opponitur. Vide *Budaeum* in Comm. Gr. L. p. 990. 4.

¶. 61.] *LXXIII.* Vat. Cod. p. 481. *Agathiae* vindicat. In Plan. p. 377. St. 515. W. ἄδηλον est. Scriptum

in velum conopeum, quo culices arcentur. Cf. *Pauli Silent.* Ep. LXVI. Fuit haec Aegyptiorum consuetudo, ut, cum in humidis regionibus a culicibus valde vexarentur, aut in turribus cubarent, aut lectos velamentis circumdarent: πᾶς ἀνὴρ αὐτέων ἀμφίβληστρον ἔκτηται, τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρ[illegible] τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρ[illegible]*Herodot.* L. II. p. 146. Hinc *Horatius* in Antonii exercitu conopea fuisse visa indignatur Epod. IX. 16. *Interque signa, turpe, militaria Sol aspicit conopeum.* Idque ipsum exprobrat Cleopatrae *Propertius* L. III. 9. 43. quod ausa sit

Romanamque tubam crepitanti pellere sistro,
Baridos et contis rostra Liburna sequi:
Foedaque Tarpejo conopia tendere saxo,
Jura dare et statuas inter et arma Mari.

V. 3. ἐπιτρέπομαι. Ed. pr. Flor. — V. 7. ὄρνεα *Brodaeus* de muscis et culicibus interpretatur, quo nihil durius. *Aves* ipsae intelligendae, quibus se *parcere* (φείδειν pro φείδεσθαι) ait conopium, ut *Paul. Silent.* in Ep. laud. Οὐ βριαρόν τινα θῆρα καὶ οὔτινα πόντιον ἰχθύν, Οὐ πτερὸν ἀγρεύω πλέγμασιν ἡμετέροις.

LXXIV. Vat. Cod. p. 560. Planud. p. 195. St. 226. W. In helluonem quendam, qui cum voracissimis belluis comparatur. — V. 1. Nemo, qui dentes tuos vidit, domum tuam appropinquare audeat. ἀλοιητῆρας ὀδόντας. qui omnia terunt, saxi molaris ad instar. ἀλοιᾶν, κατατρίβειν, κατακόπτειν, de frumento inprimis. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 21. sq. et *T. H.* ad *Pollac.* X. 161. Ut *Agathias* neminem dentium illius adspectum perferre dicit, sic *Epicharmus* prae timore mori ait, qui Herculem edentem videant, ap. *Athen.* L. X. p. 411.:

πρᾶτον μὲν αἴκ' ἔσθοντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις·
βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος,
ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγε δ' ὁ κυνόδων,

— V. 2. ὑμετέροις. pro singulari. Vide ad Ep. in Aurig. Stat. XXIII. — εἰς ἓν. Vat. Cod. — V. 3. ἔχει. Vat. Cod. — Nota fabula de Erysichthone ex *Callim.* H. in Cer. 103. unde etiam verbum βούβρωστις ductum. Vide *Spanhem.* p. 802. sq. *Eustath.* ad Il. p. 1502. 6. *Oppian.* [illegible]l. II, 207. ἀλλ' ἐτέλεσσεν Λέοντα καὶ βούβρωστιν ἀναι[illegible]τρὶ φυλάσσει. — Quum enim famem habeas, qualem Erysichthon, quis scit, annon etiam eos ipsos, quos vocaveris, devores. — V. 5. μέλαθρα δεδέξεται. Vat. Cod. — V. 6. insigni cum varietate membr. βήσομαι ὑμετέρῃ γαστρὶ φυλαξάμενος. ubi si primam vocem in πλήσομαι mutaveris, suam fortasse *Agathiae* manum restitues. Nolo enim praeda tuae gulae servari. Eleganter participium sequitur verbum πλῆναι, ut in *Aeschyli* VII. c. Th. 739. ubi verba sic jungenda: ὅστε ἔτλα σπείρας ῥίζαν αἱματόεσσαν πρὸς μὴ ἀγνὴν ἄρουραν. *Sophocl.* Electr. 943. τλῆναί σε δρῶσαν ἃ 'ν ἐγὼ παραινέσω. — Quod autem ad φυλαξάμενος attinet, medium pro passivo est positum, quod in aoristo et futuro passim faciunt Graeci. Vide inprimis *Locellam* ad *Xenoph. Eph.* p. 173. — Quod si vulgatam servare quis malit, scripserim tamen auctoritate Codicis: βήσομαι ὑμετέρῃ γ. λαφυξόμενος, pro εἰς ὑμετέρην γαστέρα, constructione ap. *Agathiam* obvia Ep. XXXVIII. et XLV. — V. 7. Si quando in tuam domum venire ausim, fortior sim Ulysse, qui Scyllam non extimuit. εἰ δ' ἔτι γ' ἐς. Flor. ed. pr. Ald. 1. — οὐ μέγ' ἄνυσσε. (ἤνυσσεν Vat. Cod.) prae meo facinore scil. — V. 8. Λαερτιάδης Σ. χήμασιν. Vat. Cod. — V. 9. πολύτλας. majori ego jure *patiens* vocabor illo. — V. 9. εἴ σε περήσω. Vulgo et in Vat. Cod. quod tacite mutavit cl. editor. Sensum haud accurate expressit *Grotius* vertens: *Justius et dicar sollers, evasero si te, Non levius monstrum, quam Polyphemus erat.*

LXXV. Vat. Cod. p. 558. *Agathiae* tribuit, quod in Plan. p. 158. St. 230. W. *Lucillii* est. Ad homi-

nem quendam tenuissimi corporis. Comparanda similia *Lucillii* Ep. LV. - LXVIII. — V. 1. σῶμα σκιοειδές. non corpus, sed umbra. — ἀδερκεῖ Vat. Cod. pro vulg. ἀειδεῖ — V. 4. »In membranis πολλὸν ἀφαυρότερον, quod praeferendum non duxi.« *Br. Lucill.* LXV. Χαιρήμων ἀχύρου πολλὸν ἐλαφρότερος. Sine dubio id, quod editiones praebent, magis est proprium; sed ii poëtae, in quorum numero est *Agathias*, rariora et minus propria sectari solebant. Hanc ob caussam membranarum scripturam equidem praetulerim. ἀφαυρός. ἀσθενής. *Eustath.* ad Od. κ. p. 523. 10. ἀφαυρότερος. ἀσθενέστερος. *Hesych.* — ¶. 62.] V. 5. οὐδὲν ἀμείψας. nullam morte mutationem subibis. φάσμα. Similiter *Nicarchus* Ep. XVI. ἐμὲ στεφανοῦσατ'· ἐγὼ γὰρ Εἰ βλέπεμ', ἥττημαι· πνεῦμα γὰρ εἰμὶ μόνον.

LXXVI. Vat. Cod. p. 554. Ἀγαθίου Σχολ. In Plan. p. 171. St. 249. W. In caussidicum ejus generis, quod vividis coloribus descripsit *Ammian. Marc.* L. XXX. 4. p. 594. — V. 1. ζυγόν. Ed. pr. Fl. et Ald. 1. Δίκη hic nihil diversa a Nemesi, cui jugum tribui solet. Vide ad *Mesomed.* Hymn. v. 13. T. II. P. II. p. 347. — οὐ νοέεις. nostine judicium, quod improbis tuique similibus viris instat. — V. 3. ῥήτρη, *eloquentia.* Demosthenem ῥήτρης εὐκελάδοιο πατέρα vocat *Christodorus* in Ecphr. v. 24. — ποικιλόφρονι. Vat. Cod. — V. 4. ποικίλον. Verba fucata opponuntur sermoni sincero et simplici; ut ποικίλλειν opponitur τῷ ἁπλῶς et ἐλευθέρως λέγειν. Vide *Abresch.* in Lect. Arist. p. 222. *Eurip.* Phoen. 472. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ, Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων. In talibus igitur ποικίλος parum distat a vafro et callido; quod apparet etiam ex *Eurip.* Androm. 938. κἀγὼ κλύουσα τούσδε Σειρήνων λόγους, Σοφῶν, πανούργων, ποικίλων λαλημάτων. Iphig. in Aul. 526. de Ulysse: ποικίλος ἀεὶ πέφυκε, τοῦ γ' ὄχλου μέτα. Insignem in dicendo subtilitatem notat ἡ ποικιλία ap. *Demosth.* c. Aphob. p. 844. 11. καὶ ταῦτ' εἰ μὲν ἐδεῖτο λόγου τινὸς ἢ ποικιλίας. — V. 5. Vulgo:

ἀντιζῶν δ' ἔξεστι et sq. verf. *τῆς σῆς κλεψιμαντείης παίγνια φ.* Haec ex Vat. Cod. mutavit cl. editor, in quo tamen praeterea *παίγνιον φ.* metro vitiato legitur. Verba *ἀντίζειν ἔξεστι* quo referas, non fatis liquet. Sed hoc voluiffe videtur: Callidae tuae eloquentiae confidas licet; at Juftitiam fcito eâ mutari non poffe. Haec vero antithefis nec acumen, nec gravitatem habet. Sed fac, fcriptum fuiffe:

ἐμπαίζειν ἔξεστι

aliis licet illudas, Themidem ludibria tua mutare non poterunt, apte fibi refpondent *ἐμπαίζειν* et *παίγνια φαντασίης*. Hoc fenfu v. *παίζειν* ubique obvium. ut in *Luciani* Nigr. §. 20. *ἡ τύχη παίζει τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα.* Cf. *Valcken.* in Adon. p. 359. — *ἠλέματος φαντασίη*, vana et falfa creans phantafia. Fictum oculorum fplendorem meretriculae *ἠλεμάτους ἀκτῖνας* appellat *Claudian.* Ep. II. Vide *Albertum* ad *Hefych.* v. *ἠλέματος.*

LXXVII. Vat. Cod. p. 389. Plan. p. 6. St. 11. W. In ingens illud faxum, quod Ajax in Hectorem conjecerat. Il. η. 268. *Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας, Ἧκ' ἐπιδινήσας — εἴσω δ' ἀσπίδ' ἔαξε, βαλὼν μυλοειδέϊ πέτρῳ.* Il. ξ. 409. *τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας Χερμαδίῳ, τά ῥα πολλά, θοάων ἔχματα νηῶν, Πὰρ ποσὶ μαρναμένων ἐκυλίνδετο· τῶν ἓν ἀείρας, Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος.* — V. 1. „Recte H. Stephanus edidit *ἀνεχομένοισιν.* ante „eum, ut in codicibus et Vat. etiam membr. legebatur, „reclamante metro: *ἀνεχομένοις.* Similis menda relicta „eft in nupera Oppiani editione, ubi *ἁλ.* ε. 226. fcri„bendum *πρυμναίοις ἅτε νῆα κατεχομένοις ὑπὸ δεσμοῖς.*" *Br.* — V. 3. *μέλας, τρηχύς τε.* ex Il. η. 265. — V. 4. *ἐξεκύλισα.* Vat. membr. recte. Vide ad Ep. LIX. 4. — V. 5. *βαιόν.* nunc me vix tandem paululum de agro removent. *νῦν.* genus imbelle et pufillum. Refpicitur Il. ε. 303. *οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν* et inprimis Il. μ. 447. *τὸν*

δ' οὐ καὶ δὲ ἄνδρε δύμω ἀείρειν ῥηϊδίως ἐπ' ἄμαξαν ἐπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν, οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. *Juvenal.* Sat. XV. *Nam genus hoc vivo jam decrescebat Homero: Terra malos homines nunc educat atque pusillos.* — V. 7. ἐπὶ χθ. Vulgo et in Vat. Cod. ὑπὸ ex marg. Wechel. receptum. — V. 8. παίγνιον ludibrium, quod movere conentur, et in quo vires exerceant.

LXXVIII. Vat. Cod. p. 299. Plan. p. 221. St. 321. W. Scriptum in mulierem, quae, cum triduum in puerperii laboribus consumsisset, infantem tamen, in utero exstinctum, edere non potuit. Perperam *Opsopoeus* mulierem ipsam exstinctam esse putabat. — V. 4. φαεινὴ ... Epitheton visiosam uteri structuram significat. τὰ ... sinus, recessus. — 7. 63.] V. 5. „... „etiam sine libris scribendum sic fuisset. Sed Planudeae „Regius liber optimus ... in textu; cod. Jo. Lascaris „in marg. habet." *Br.* Sic etiam correxit Aldus in Lect. unde in Ald. 2. receptum est; nec non *Opsopoeus, Huetius, Munker,* ad *Anton. Lib.* c. 23. — ... ex quo partus infantis exspectatur, sed non perficitur. ... sunt ... Auctor Ep. inter ... XXXIV. ad puerorum amatores: ... Vide *Ruhnk.* Ep. crit. p. 194. — V. 7. ... vulgo absurde legitur: sic mortem „matri imprecaretur poeta. Idem Reg. liber [et Vat. „Cod.] recte ... *Br.* In verbis ... respicitur solemnis acclamatio: *Sit tibi terra levis!* Mater exstinctum infantem in utero gerens ejus sepulcrum dici poterat, ut Thyestes ap. *Sidon. Apollin.* C. IX. p. 839. *Fratris criminis quem mistor edaces Visceribus fuis sepulcrum;* quem locum cum similibus illustrando *Longino* adhibuit *Ruhnk.* p. 243. sq. ubi γύπες ἔμψυχοι τάφοι *Gorgiae Leontini* reprehenduntur. Haec metaphora placuit Auctori Aenigmatis a cl. *Heusdkio* editi in Anal. cr. p. 90. nr. LXXVI. Ὁ ...

Paches, cujus amores et supplicium in hoc Epigr. enarrantur, missus est adversus Mitylenaeos anno quinto belli Peloponnesiaci Ol. LXXXVIII, 2. Ejus in Mitylenaeis tractandis lenitatem et moderationem laudat *Thucyd.* L. III. 28. Cf. *Diodor. Sic.* T. I. p. 515. sq. Nec omnino quidquam est apud historicos, quod historiae in hoc Ep. narratae fidem faciat, nisi fortasse, quod *Aristoteles* tradit Polit. V. 4. p. 310. bellum illud Mitylenaeorum adversus Athenienses a mulieribus ἐπικλήροις originem cepisse. Recte igitur *Reiskius* p. 220. hanc historiam ad veteres fabellas amatorias, quas Milesias appellant, referendam esse censet. Minus certum est, quod idem suspicatur, hoc carmen ex *Agathiae* Daphniacis depromtum esse. — In lemmate Vat. Cod. habet: ἄγνωστον, οὐδεὶς δὲ ὑπ' ἐκείνων πάλιν πεφόνευται. — V. 1. Λάμαξις. Vat. Cod. et Jens. Temere *Reiskius*: χαρίεσσ' Ἀμαξίς. — V. 2. πάτρας. Vat. Cod. — φέγγεα. patriae salutem attulerunt. — V. 3. πλεύσας. *Reisk.* — V. 5. τὰν κούραν. Vat. Cod. τῶν κουρᾶν emendatum in marg. Ap. Ruhnk. et Guy. — V. 6. Vitiose membr. ἔστασεν ψήφους τῇδε βιησάμενος, quod variis conjecturis locum dedit. καὶ infernit *Salmasius*; pro τῇδε autem in apogr. Guy. et Ruhnk. τῷδε legitur. *Reiskius* στεῖλε et εἶχε suspicabatur; *Bernardus* in literis ad *Reiskium* p. 507. τῆλε. His omnibus conjecturis praefero lectionem Brunckianam εἶλε βιησάμενος, ubi εἶλε de capiendi conatu accipi debet, qualia multa ubique occurrunt. Vide *Taylor.* ad Lys. p. 146. *Abresch.* ad Aesch. T. II. p. 152. *Brunck.* ad Oed. T. 1454. et alios passim. — V. 7. μόνον *Jens.* quod emendavit *Reisk.* adstipulantibus membranis. — V. 12. ἐν δ' αὐτῷ. Vat. Cod. ἀμφιθέμενος *Reisk.* Dualis, quem Vat. Cod. habet, praestantior. — V. 13. ἐκ δὲ π. κ. ἐκεῖ πόσις ἅμα σ. *Reisk.* qui hanc lectionem strenue defendit, metricos plorare jubens. In membr. Vat. σὺ δὲ ~ legitur, et πόσις ἅμα, quod in Ap. Guy. et Ruhnk.

in

in ποτὶ σῶμα mutatum est. — V. 15. ὑμνεῦσιν. Vat. Cod.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 297. sq. Planud. p. 258. St. 373. W. Lugetur immatura mors Agathonici, juris studiosi. — V. 2. νόμους. Fatum nullis *legibus* obnoxium dicit poëta, respectu habito ad *leges*, quibus discendis operam dabat Agathonicus. — V. 4. νομίμῳ ἡλικίῃ ambigue dictum, et de aetate, qua per leges petere licebat honores et magistratus, et de aetate morti maturâ. — ἔμπλεον. Similiter *Scythin.* Ep. I. πλήρης τῶν ἐς ἔρωτ' ἐτέων. — V. 6. οὗ θιάσου. sui coetus ornamentum plorantes. θίασος pro *coetu*, et θιασώτης pro *cultoribus*, multi illustrarunt. Vid. *Spanh.* ad *Arist.* Plut. v. 508. et *Alberti* ad *Hesych.* v. θίασος. — V. 7. κόμην τίλλουσα. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 349. — V. 8. αἶ, αἶ, edd. ante Steph. — τῶν λαγόνων. sic Vat. Cod. „Melius scriberetur τὸν λαγόνων." *Br.* Et sic vulgo legitur. — T. 65.] V. 9. In eandem sententiam puer parentes consolatur Ep. ἀδεσπ. DCCXXXIV. ἀλλὰ πάτερ, μᾶτέρ τε, πρόλείπετε πικρὸν ὀδυρμόν· Τέρμα γὰρ εὐσεβίῃ μοῖρ' ἐπέκλωσε τόδε —, ut hunc versum emendandum existimo pro εἰς με βίου μ. Anthol. Lat. L. IV. CXVII. p. 78. *Perpetuo talis gemitu lacrimisque colenda, Infelix aevo tam cito quae caruit? An felix aegrae potius subducta senectae? Sic Hecubâ flevit Penthesilea minus;* quod ductum ex *Cicer.* Tusc. Qu. I. 39. Cf. loca veterum a *Clemente Alex.* collecta Strom. L. III. p. 516. sq.

LXXXIV. Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 381. W. In perdicem a fele necatam. Cf. *Damochar.* Ep. I. Perdices ap. veteres inter aves domesticas habebantur. *Aelian.* H. A. IV. 16. Apud Chios eas gregatim pasci narrat *Busbequius* Ep. III. p. 123. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in οἰκογενὴς T. II. p. 664. ubi πέρδικα φυγοῦσα legitur, ut in Vat. Cod. Valgo πέρδιξ' ἀνφυγοῦσα,

Formam αἴλουρος, quam impugnat *Dawesius* in Misc. crit. p. 261. tuetur *Toup.* Em. in Suid. p. 285. — V. 4. κτείνω — ἐπιβῶ. Vat. Cod. Posterius etiam in edd. legitur. Praecedentia οὔ σε φθιμένην ἀγέραστον ἐάσω ducta sunt ex *Eurip.* Hecub. 116. ποῖ δὴ Δαναοὶ τὸν ἐμὸν τύμβον στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες; — V. 5. Nam te ira exasperari scio, donec hostem in busto tuo immolavero. — εἰς ὅκε Vat. Cod. — Laudat hoc distichon *Suid.* T. II. p. 712. ubi ἔτευξε τάφῳ habetur, ut in Vat. Cod. Parum quidem interest; praetulerim tamen ἔτευξε ob Cod. auctoritatem.

LXXXV. Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 380. W. „Lemma in membr. εἰς πέρδικα, ἣν αἴλουρος „κατέφαγεν, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος γάττος. (*le chat*) quo „de nomine videndus *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV. „4." *Br.* — V. 1. 2. Profert hoc distichon *Suidas* T. II. p. 540. in μετανάστρια, nulla hujus vocabuli interpretatione addita. Perdix μετανάστρια est ea, quae, antiquis suis sedibus relictis, inter homines habitabat. — V. 2. πλεκτὸς οἶκος, cavea. — λεπταλέαις Vat. Cod. quod reponendum. — V. 3. θαλεροί. — καὶ θαλερώπιδος ἠριγενείης. τῆς εὐπροσώπου ἡμέρας. *Suid.* T. II. p. 162. ubi h. l. respexit. Totum distichon laudat in αἰθύσσω (ἐκτείνω. θερμαίνω.) T. II. p. 648. et in ἠριγένειαν T. II. p. 75. Perdicem nobis repraesentat ad solis radios alas expandentem et concutientem. Proprie verbo παραιθύσσειν subitus splendor significatur, quem micantes alae efficiunt. — V. 5. τἄλλα δὲ πάντα ἥρπασε. Vulgo. „At si omnia sicuti „caput rapuit felis, quomodo dicitur non satiasse gu„lam? Immo quidem caput abstulerat, at reliquum „corpusculum ei eripuerat Agathias et alta humo con„diderat." Verba sunt *Dorvillii* ad *Charit.* p. 339. qui ἥρπασα restituit, accinente Vat. Cod. et *Suida*, qui hoc distichon laudat in ἀπέθρισεν T. I. p. 251. — V. 8. μήποτε σὸν. Vulgo. Nostrum ex Cod. Vat. revocavit *Dor-*

vill. Color in hoc distichq ductus ex Ep. *Ammiani* XIII. Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε, Ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες.

LXXXVI. Vat. Cod. p. 301. Plan. p. 193. St. 281. W. Theodotus loquitur maritus Eugeniae, cum qua per vitam simultatem invitus susceperat. — V. 1. πύματον δρόμον, per extrema haec vitae spatia, quorum meta apud inferos posita est. — αὖτ' ἐμ'. Vat. Cod. — V. 3. φθόνος ἤ τις ἄτη. perniciosa quaedam fati sors, felicitati nostrae invidens. — ¶. 66.] V. 5. κρηπῖδα. ad justum Minois tribunal adducti.

LXXXVII. Vat. Cod. p. 300. Planud. p. 230. St. 334. W. Agathias sorori defunctae pulchritudinem, poëticam facultatem et juris civilis peritiam tribuit. Postremum hoc mirationem faceret, nisi constaret, quantopere illis temporibus plurimorum hominum studium in juris disciplinam inclinaverit. Vide *Gibbon.* T. III. p. 38. sqq. — V. 1. ἀγλαΐῃ. Vat. Cod.

LXXXVIII. Vat. Cod. p. 294. Plan. p. 228. St. 332. W. Lemma procul dubio ductum ex ipsius *Agathiae* codice. Eum Memnonii et Pericleae filium fuisse matrisque tutela tertio aetatis anno privatum esse, ex hoc tantum Epigrammate constat. — V. 2. οὐ μὰ τόν. Ellipticam hanc jurandi formulam illustraverunt plures, quos laudavi ad *Straton.* Ep. XLIII. 2. T. II. P. III. p. 89. — V. 5. βουπόρῳ. Vat. Cod. — V. 6. πάτριος. Vat. Cod. — V. 7. κλάων. qui materna cura privatus per domum vagatur, dulcem mammarum laticem desiderans. Verbum κλάειν de eo, qui moestus circumerrat, explicuit *Perizon.* ad *Ael.* V. H. IX. 25. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 47. et alii. — V. 9. Initio versus interlocutoris signum β. supplendum. — καὶ καὶ φ. Ald. pr. — V. 10. σταλάει. Vulgo.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 294. Planud. p. 196. St. 285. W. In fratres, qui postquam summa concordia vixerant, eodem tempore mortui eodemque tumulo sepulti sunt. Elegans hoc et expeditum Epigramma tractavit *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 45. — V. 1. Αὐτόνιος. Vat. Cod. — V. 2. συζυγίην. Anthol. Lat. L. IV. 1. p. 1. in fratres Cascas: *Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati. Et tumulus cinerem parvus utrumque tegit.* — V. 3. κἀκ Μοίρης corrigebat doctissimus Britannus l. c. ex *Theocriti* Eid. α. 139. λίνα πάντ' ἐλελοίπη ἐκ Μοιρᾶν. Idem mox, auribus consulens, Βοσπορίης scribit. At, ut cacophonia vitetur, aptius βοσπορίων scribi, quae vulgaris forma est. — ¶. 67.] V. 6. ξυντρεχέτην. Vulgo. — V. 8. Ὁμοφροσύνας. Vulgo. Eadem est Ὁμοφροσύνη, quae Ὁμόνοια, cujus aram ap. Eleenses fuisse tradit *Pausan.* V. 14. p. 413. Doctissimus *Wakefield* tentat ὤφελ' ἐνιδρύεσθαι, quod mihi necessarium non videtur.

XC. Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 233. St. 338. W. Mulieris Thessalicae, in Bospori litore sepultae, epitaphium. — V. 2. Λεύσσης. Vat. Cod. λεύσσεις. Vulgo. — V. 4. ἠιόνος. Perperam *Brodaeus* cogitabat de Eione oppido, quod nec ad Bosporum, nec, ut *Stephanus* vult, in Chersoneso, sed ad Strymonis ostium situm erat. Cf. *Thucyd.* IV. 103. Epigr. ἀδεσπ. CLV. et *Gatterer* Comm. de Thracia P. III. p. 10. — V. 5. Structurâ orationis mutatâ mulier defuncta maritum rogat, ut sibi cenotaphium in patria terra exstruat.

XCI. Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 241. St. 351. W. Joannae citharistriae epitaphium. — V. 1. δεκάτην Ἑλικωνίδα. *Plato* Ep. XII. *Antip. Sid.* XLVI. et alii. — V. 3. τερετίσματα. dulces mollesque citharae soni. τερετίσματα· φδαὶ ἀπατηλαί, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα, καὶ τὰ τῶν τεττίγων ᾄσματα. *Hesych.* Varia

hujus vocabuli significationes more suo illustravit *T. H.* in Addend. ad Thom. Mag. p. 908. — V. 4. Ἰωάννας. Vat. Cod. a man. sec. — πάντα. Similiter *Moschus* in Ep. Bionis v. 11. ἔττι σὺν αὐτῷ Καὶ τὸ μέλος τέθνακε καὶ ὤλετο Δωρὶς ἀοιδά. et v. 66. πάντα τοι, ὦ βῶτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν. — V. 5. ἔθηκεν. Vat. Cod. a pr. man. — Musae lege sanxerunt, hujus puellae virtutibus digna, ut in posterum Joannae tumulus pro Helicone coleretur.

XCII. Vat. Cod. p. 298. Plan. p. 242. St. 352. W. In venatorem, qui scorpionis ictu periit. — V. 2. παρβαλλιν. Vulgo et in Vat. Cod. Id, quod *Br.* in textu posuit, poëtarum sermoni convenientius. Vide *Stephan.* in App. Thes. Gr. L. p. 1602. — V. 3. γλαφυρῆς. ex cavo terrae. *Erycius* Ep. IX. φωλὰς ἀραχνάίη σκαιὸν ἔτυψε πόδα Νεάθου ἀντιάσασα. — V. 5. „Regiorum Planudeae „codd. optimus σίγυννά τε. perperam. Vide quae notavi „ad Antip. Sid. XIIII." *Br.* — V. 6. παίγνια. feris haec timorem non amplius incutiunt. In Ep. ἀδεσπ. DCLXVI. item venatoris sepulchrum describitur, in quo venabula, retia etc. expressa erant: αἶ, αἶ, λαῖνα πάντα· περιτρέχουσι δὲ θῆρες. Cf. Ep. DCLXVII.

¶. 68.] *XCIII.* Vat. Cod. p. 297. Planud. p. 244. St. 354. W. In adulterum una cum moecha domus ruina oppressum. — V. 2. ὑποκλέπτων. Cf. Ep. XVIII. 6. — V. 3. ἀλλοτρίνης. Vat. Cod. — V. 5. παγίς. Vide ad Ep. LXIII. 4.

XCIV. Vat. Cod. p. 296. sq. *Agathiae* tribuit; in Planud. p. 262. St. 378. W. ἄδηλον est. Puella quatuordecim annorum de vitae suae brevitate conqueritur, deosque rogat, ut parentum suorum lacrymas sistant. — V. 2. θάλεων. Vat. Cod. — V. 3. αἱ Vat. Cod. — Ad sententiam cf. *Meleagr.* Ep. CXXIV. 5. 6. CXXV.

Erinna Ep. III. Anth. Lat. IV. 244. p. 184. *Nam tibi dumque viro taedas thalamumque parabam, Funera et inferias anxius ecce paro.* — V. 8. ταχομένων et φθιμένας. Vat. Cod.

XCV. Vat. Cod. p. 300. Plan. p. 281. St. 407. W. Epitaphium Euftorgii adolefcentis, juris ftudiofi. — V. 2. Κασταλίης. non ejus fontis, qui apud antiquiores poëtas celebrabatur, fed alius prope Antiochiam, qui ex monte Parnaffo erumpebat; quod docuit *Cafaubonus* ad Scr. Hift. Aug. T. I. p. 21. et 324.

Praeter haec Epigrammata Vat. Cod. *Agathiae* tribuit Ep. LXVIII. LXIX. LXX. inter *Pauli Sil.* carmina p. 92.

DAMOCHARIDIS GRAMMATICI
ET
DISCIPULI AGATHIAE
EPIGRAMMATA.

¶. 69.] *I.* Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 381. W. Conf. *Agath.* Ep. LXXXIV. fq. — V. 1. ἀνδροβόρων. ἀνθρωποφάγων. *Suid.* T. I. p. 189. qui hoc diftichon laudat. Felem, quae perdicem, domino fuo inprimis caram, laceraverat, poëta comparat cum rabidis Actaeonis canibus, qui ipfum dominum fuum laceraverant. — V. 2. *Suidas* iterum laudat in Ἀκταίων T. I. p. 96. cum hac nota: συνέσταλται τὸ αι διὰ τὸ μέτρον. et iterum in Ἀλκμαιωνίδαι T. I. p. 118. — V. 3. Ἀγαθίου. Vulgo; quod jam *Scalig.* in not. mfc. in Ἀγαθίας mutavit, accinente Vat. Cod. qui etiam φίλον praebuit. — V. 4. λυπεῖς μ', ὡς αὐτὸν fufpicabatur *Jof. Scaliger* in not.

msc. quod minime probandum. — V. 6. τῆς σῆς. cibos delicatos, quibus tu olim vescebaris, occupantes. σπατάλημα de victu exquisitiore *Agath.* Ep. LIII.

II. Vat. Cod. p. 152. *Damocharidi* vindicat, quod ἀδέσποτον est in Plan. p. 445. St. 578. W. Scriba, senio confectus, Mercurio artis suae instrumenta dedicat. Cf. Ep. *Philippi* XVII. et notata ad *Phaniae* Ep. III. T. II. P. I. p. 161. sq. — V. 1. γραμμάτοκον. Vat. Cod. a pr. man. et mox κύκλα μόλυβδον. Male haec accepit *Brodaeus.* κυκλομόλιβδος est orbiculus plumbeus, quo lineae ducuntur in membrana; hinc γραμματόκος, *lineas gignens. Paul. Sil.* Ep. L. γυρὸν κυανέης μόλιβον σημάντορα γραμμῆς. — πλήθοντα μελάσματι, *nigrum* simpliciter. — V. 3. *Suidas* in κελαινὸν T. II. p. 293. δοχῆα legit. μέλανας σταθεροῖο δοχῆον. *Paul. Silent.* Ep. LII. 5. — ῥέεθρα. Vat. Cod. — V. 6. „κατατριβής, *obtritus, obtusus,* in Stephani thesauro sine auctoritate.“ *Br.* In praec. vs. vulgatum κόσμου ex Vat. Cod. emendatum est. κόσμον legit etiam *Suidas* in κίσσηρις T. II. p. 319. Pumice utebantur veteres ad calamos acuendos. — V. 7. καὶ γλυφανοῦ καλάμου. Vulgo et in Vat. Cod. Posterius vocabulum correctione non indigebat, quam cl. editor fortasse ex cod. Planudeae adhibuit. — εἰδάραν. Vat. Cod. — V. 10. Ἑρμείᾳ. Vat. Cod. Hoc distichon fortasse ductum ex *Julian. Aeg.* Ep. XI. Ἑρμείῃ, τὰ γὰρ ὅπλα· σὺ δ' ἀέρανίας Φιλοδήμου ἴθυνε ζωήν, λειπομένοιο βίου. — κεκμηκὼς in pr. vs. ex membr. Vat. sumtum pro κεκμηκώς. De ionica forma vide *Eustath.* Il. ζ. p. 641. 2.

¶. 70.] *III.* Vat. Cod. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. In balineum aquae limpidissimae. — V. 1. τοῦτο τὸ λοετρόν. Vat. Cod. τοῦτο τὸ λουτρόν. Vulgo. Tres deae hujus balinei possessionem, haud secus ac pomi illius, affectant. — V. 3. Non Paris de iis judicium feret, sed ipsa aqua, uniuscujusque imaginem clarissi-

me repraesentans. Obscurum acumen, et, ut mihi quidem videtur, subabsurdum. — V. 4. ἀργυφέοις Vat. Cod. quod reponendum.

IV. Plan. p. 368. St. 507. W. In pulchram Sapphûs poëtriae imaginem. — V. 3. πηγάζει, exquisitius pro ἔνεστι, splendor ex oculis scaturit, unde vivida vis ingenii cognoscitur. τὸ διαυγές. *Aristaen.* I. 1. p. 3. ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς, καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες. *Philostr.* Epist. XXV. p. 924. τὰ μὲν ὄμματά σου διαυγέστερα τῶν ἐκπωμάτων, ὡς δύνασθαι δι' αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν ἰδεῖν. — V. 5. „Vulgo sine sensu legitur οὐ περίεργα κολᾶσαι. Nescio an κολᾷν graece dicatur, quod significaret *membrosum esse, crassa habere membra.* Sed „agnoscat hoc verbum graecitas, nec ne, certum est, „hanc significationem hujus loci non esse; itaque, quod „sensus poscebat, confidenter reposui λιτῶσαι." *Br.* Hanc emendationem suam cl. editor firmatam vidit versione *Grotii*, qui totum hoc carmen sic expressit:

Quae finxit Natura, sibi dedit ipsa figuram,
Pictor, Pieridis quam Mitylena tulit.
Nam lux ex oculis quae manat vivida, pulchris
Ingenium gravidum sensibus esse docet.
Quod caro non turget, planis sed partibus aequa est,
Simplicitas hac est significata nota:
Quique hilaris vultus simul est, simul humidus, una
Vivere in hac Musas nuntiat et Venerem.

κολοῦσαι tentabat *Huetius* p. 34. *Se curatura junceam non reddidit;* infeliciter sane! — V. 7. „Mallem νοερὸν „προσώπου. τὸ ἱλαρὸν ad Venerem, τὸ νοερὸν ad Musas re„fertur. Emendationem hanc omnino necessariam esse „censeo; licet hic non adstipuletur Grotius." *Br.*

PAULI SILENTIARII
EPIGRAMMATA.

¶. 71.] *I.* Vat. Cod. p. 121. Edidit *Reiske* in Misc. Lipf. T. IX. p. 474. nr. 366. Furtivam Venerem commendat. — V. 2. περιδηρῖτιν. Vat. Cod. a pr. man. et fic *Toupius* ex Apogr. quodam in Cur. Nov. p. 292. Venus περιδήριτος eft, quam amantes, deceptis invidorum oculis, peragunt: nam *Cuftodum transire manus, vigilumque catervas, Militis et miferi femper amantis opus. Ovid.* Amor. I. El. IX. 27. — ἐργασίη. Vide ad *Philipp.* Ep. XXVIII. T. II. P. II. p. 169. — V. 3. ἡδὺ λαθεῖν. *Incitat et ficti triftis cuftodia fervi, Et nimium duri cura molefta viri. Quae venit ex tuto minus eft accepta voluptas. Ovid.* A. A. III. 601. — „Recte in „Buherii et Guieti apographis ἡδὺ λαθεῖν, quod, ut fen„fus pofcit, reponendum eft.“ *Br.* Hoc jam revocaverat *Toupius* pro λαλεῖν, quod *Reiske* dedit. λαθεῖν perfpicue fcriptum in Vat. Cod. — πανάγρεα κανθόν, curiofos et emiffitios cuftodum oculos. — V. 4. laudat *Suidas* T. III. p. 629. in φώρια. *Philoftr.* Epift. LVIII. p. 942. οὐ γὰρ οὕτως τὸ φανερὸν εὐφραίνει τῆς ἐξουσίας, ὡς τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἡδονῆς· πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον.

II. Vat. Cod. p. 126. Edidit *D. Heinfius* in Carm. gr. p. 140. *Reisk.* in Mifc. Lipf. IX. p. 480. nr. 372. De trium puellarum ofculis judicans, eam, de qua jam antea guftavit, Demo, ceteris praefert. — V. 1. Γαλάτεια. Vat. Cod. μακρὰ φιλεῖν, *longa* dare *ofcula. Tibull.* I. 8. 25. apud eundem v. 58. Marathon artem fefe callere ait, *ut nec dent ofcula rapta fonum*, i. e. ἄψοφα διδόναι φιλήματα. φιλημάτων ψόφους dixit *Sophocles* in depravato fragm. ap. *Athen.* XI. p. 487. D. — μαλθακά. *Liban.* IV. p. 1071. ed. R. ὅσον δὲ εἰκὸς ἦν ἐκ τῶν χειλέων τεκμαί

ρεσθαι, μαλθακὸν ἂν εἶχεν ἴσως τὸ φίλημα. — V. 2. »Minus bene Cod. λακτάζει.« *Br.* ut *Reisk.* et *Heins.* — V. 4. »Cod. τρηχαλέων στρμάτων exhibet. Salmasius »emendabat τρυφαλέων, i. e. τρυφερῶν. Hoc an graecum »sit, jure dubitari potest; sed quo minus recipiatur, »syllabarum obstat modulus. Probabiliter emendantem »Reiskium τριχθαδίων secutus sum. Eadem vox recurrit »infra XXXIV. 7.« *Br.* — V. 5. ἐκλάχθης. Vat. Cod. pro ἐκλάγχθης. Se ipsum a prius capto consilio revocat. — V. 6. δροσερῶν στομ. χείλεα δροσόεντα infra Ep. XVII. sunt sive tenera, sive humida, ut Ep. ἀδεσπ. LV. κούρη τίς μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς. — V. 7. τοῖς. Vat. Cod. et R. τοῖσδ' emendatum in Ap. Guy. ἀδέκαστον. δίκαιον. non muneribus emtum, sed justo tributum. Vide *Interpr. Hesych.* v. *H. Steph.* Thesaur. T. I. p. 960. A. — Pro ἄλλῃ *Corn. de Pauw* ἄλλαις malebat, ad φιλήματα referendum. — Pro ἔχει, quod est in membr., Ap. Lips. ἔχεις offert; *Reiske* ἔχε dedit. Hoc vult: Demo mea pro osculis suis merito palmam accipit. — In fin. vers. Apogr. Lips. τις αἴγῃ. — Si cui alius puellae oscula magis placuerint, illam habeto, mihi mea Demo placebit.

III. Vat. Cod. p. 126. Edidit *Reiske* in Misc. Lips. IX. p. 481. nr. 373. Puellae omnia alia tenerrima esse, praeter animum, qui durissimus. — V. 2. πλέγματα. amplexus. Ep. XXX. τοῖος Ἄρης — τοῦσδε διακρίνει πλέγματα βαλλομένους. Ep. XXXI. μαλθακὰ πλέγματα συζυγίης. In Ep. VII. 13. amplexus describuntur comparatione ducta a vitibus conjunctis πολυχρονίῳ πλέγματι. Quid in artibus sit πλέγμα sive σύμπλεγμα, docet *Plin.* H. N. XXXVI. c. 4. 6. et 10. — Oscula et amplexus, eosque mollissimos concedebat Sappho, reliqua constanter negabat. — V. 2. Pro πάντα in Ap. Ruhnk. et Guy. ταῦτα legitur; in marg. tamen πάντα, quae est Cod. lectio, notatum. — V. 3. ψυχὴ ἐξ ἀδάμαντος. Vide ad *Straton.* Ep. XVII. T. II. P. III. p. 65. — ἔχει εἶναι.

non ultra oscula amor processit. — V. 4. παρθενίη suspicatur *Corn. de Pauw* in not. msc. — V. 5. Quaedam apogr. θαλάσσας. In Voss. ἀλάσσας. Initio vers. *Pauw* αἲ τίς ὑπ. *heu, quis hoc tulerit?* tentabat. — V. 6. τὴν παλάμην. Vat. Cod. Hoc distichon, quod Schedae Tryll. omittunt, non huc pertinere, sed ad Ep. ἀδεσπ. XLVIII. censebat *Schneider.* in Per. crit. p. 8. Omissio illa orta ex sententia *Salmasii*, qui in marg. ap. Guy. hoc distichon suspectum esse pronuntiat. Optime quidem Epigramma terminaretur in v. 4.; sed *Paulus* noster, ut et plurimi istius aetatis versificatores, modum tenere et abundantiam vitare vix noverat. Cf. Ep. XXXIII. 1. 2.

¶. 72.] *IV.* Vat. Cod. p. 126. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 661. nr. 374. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 74. Puellae comam poëta, ira concitatus, laniaverat; inde simultates ortae et dissidium, quod se ferre posse negat. In his dubitari vix potest, quin poëta veteres comicos, Menandrum inprimis in τῇ Περικειρομένῃ et 'Ραπιζομένῃ, ante oculos habuerit, de cujus argumento historiae, in nostro Epigr. narratae, simillimo vide ad *Agath.* Ep. XIV. et *Huschkium* in Anal. cr. p. 172. sqq. Comparandus, qui ex eodem fonte hortulos suos irrigavit, *Tibullus* I. El. X. 53. — *Veneris tunc bella calent; scissosque capillos Femina perfractas conqueriturque fores. Flet teneras subtusa genas; sed victor et ipse Flet sibi dementes tam valuisse manus.* et *Ovidius* III. A. A. 567. sapienter amantis mores describens: *Nec franget postes, nec saevis ignibus uret: Nec dominae teneras appetet ungue genas. Nec scindet tunicasve suas tunicasve puellae: Nec raptus flendi causa capillus erit.* coll. L. I. Amor. VII. — V. 2. αὐερύσαι junctim exhibet *Reisk.* Sejunctim *Suidas* in αὖ ἐρύσαι T. I. p. 378. De qua scripturae diversitate disputavit *Vulcanius* ad *Callim.* H. in Dian. 91. — δραξαμένη βόστρυχον. Perfidae Cynthiae poenas minatus *Propertius* L. II. 4. 23. *nec tibi connexos iratus carpere cri-*

nes, *Nec duris ausim laedere pollicibus.* *Ovidius* I. Amor. VII. 11. se ipsum vehementer increpat, quod *digestos* Corinnae potuerit *laniare capillos.* — V. 3. laudat *Suidas* in αἴλινος T. I. p. 650. — V. 5. *Suid.* in ἠμαυρωμένα T. I. p. 308. ubi pro μέτωπον est πρόσωπον; Msc. tamen Paris. habet prius. — In Vat. Cod. transposita vocabula τὸ μέτωπον μάτην —, quod in marg. emendatum est. — V. 6. θέναρ. τὸ κοῖλον τὸ τῆς χειρός. Ὅμηρος (Il. ε. 399.) πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος. *Suid.* — V. 7. laudat *Suid.* in ποινὴ T. III. p. 229. ubi τοίην legitur pro τίειν, quod suavius esse judicat *Toup.* Em. in Suid. p. 366. — V. 8. φάσγανον. *Propert.* II. XXV. 13. *Tu mihi vel ferro pectus vel perde veneno.* Lenius *Tibull.* I. El. 6. 73. *Non ego te pulsare velim, sed venerit iste Si furor, optarim non habuisse manus.*

V. Vat. Cod. p. 127. Edidit *D. Heinsius* in Carm. Gr. p. 141. *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 669. nr. 376. Et risum et lacrymas Laïdis suae suavitatis plenas esse. —

V. 1. ἡδὺ φιλοι μα τὸ Λ. (μειδη superscr.) Sic Vat. Cod. unde fortasse sine ulla mutatione legendum:

ἡδὺ, φίλοι, μείδημα τὸ Λαΐδος —

In nonnullis Apogr. ἡδὺ μὲν ἐστι φίλημα — ut *D. Heins.* et *R.* dederunt. Nomen puellae in Δάϊδος et Χαΐδος corruperunt nonnulli. — V. 2. δάκρυ χέεις. *D. Heins.* — V. 3. Post hunc versum in Vat. Cod. inseritur vs. καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖς εὐβόστρυχον αἴγλην, qui est *Irenaei Refer.* Ep. III. 3. quod Ep. nostrum proximo loco sequitur. Hic tamen error effecit, ut in nonnullis apogr. *Pauli* versus cum versu *Irenaei* permutaretur, unde sensus pessime turbatus est. — ἐγκλινοδόμῳ. Vat. Cod. — κλινόκαμπον. *lectum discubitorium* interpretatur *Salmas.* in not. ined. nescio qua auctoritate. — V. 4. ἡμετέρῳ. Vat. Cod. — V. 7. εἴπω. Vat. Cod.

VI. Vat. Cod. p. 128. Edidit *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 75. comparans *M. Argentarii* Ep. IV. cui *Paulus* venustissima quaeque sublegit. *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 671. nr. 377. Hortatur puellam, ut nuda cum nudo cubet. — V. 2. ἐμπελάσει Vat. Cod. quod emendavit *Reisk.* In sched. Tryll. ἐμπελάσω. — V. 3. Σεμιράμιδος τεῖχος. Inepta haec comparatio placuit etiam *Synesio* Ep. IV. παραπέτασμα γὰρ ἡμᾶς (viros a mulieribus) ἀποτειχίζει, καὶ τοῦτο ἐξεμηνύσατε, οὐ μᾶλλον διαῤῥαγέντος ἐστὶν τεμάχιον· σωφρονοῦσι ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τῆς Σεμιράμιδος. Quaedam his similia collegimus ad *Agath.* Ep. VIII. 3. Locum *Luciani* in Dial. Mer. XI. τέλος ἀποτειχίσας τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, δεδιὼς μὴ ψαύσαιμί σου — comparavit Ill. *Heynius* cum *Tibullo* I. El. IX. 56. *Tecum interposita languida veste cubet.* *Propert.* II. El. XII. 3. *Nam modo nudatis mecum est luctata papillis, Interdum tunica duxit operta moram.* At quanto hi magis sobrii! — V. 4. δονέει. sic Vat. Cod. In Ap. Lips. est δονέω. — V. 5. τι post τὰ omittit Vat. Cod. addit margo Ap. Guy. Totum hoc distichon ex *M. Argentario* expressum. — ἐζεύχθω. *tenero conseris usque sinus.* *Tibull.* I. VIII. 36. Hinc graeculus auctor Ep. in Dorotheam ap. *Bandin.* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 335. νῦν δὲ τί ποιήσω; ζεῦξαι πρὸς χείλεσι χείλη, στῆθος πρὸς στήθη, τῆς ἀπολαύσματος. — σιγῇ Vat. Cod. — V. 6. κρυπτείω. Sched. Tryll. ex Cod. Vat. Quae lectio, quamvis insolens, in hoc tamen scriptore probanda videtur:

τἄλλα δὲ σιγῇ
κρυπτέσθω· ἐχθαίρω τὴν ἀθυροστομίην.

Cf. *Schneiderus* in Per. crit. p. 27. κρυπτέσθω habet marg. Ap. Guy.

T. 73.] *VII.* Vat. Cod. p. 128. Edidit *D. Heinsius* in Carm. gr. p. 147. *Reisk.* in M. L. IX. p. 673. nr. 379. Amplexus amantium describuntur. — V. 1. Ingenita

comparandus *Aristaenet.* L. I. Ep. XVI. p. 42. *τοὐγαροῦν ἐκβακχευθεῖσα τῷ ἔρωτι, ἀνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα, καὶ πεφίληκεν οὕτω προσφῦσα μανικῶς, ὥστε μόλις ἀποσπάσαι τὰ χείλη.* Cum *furore* quodam ejusmodi oscula infigi dixit etiam *Propert.* I. El. XIII. 19. *Non ego complexus potui diducere vestros: Tantus erat demens inter utrosque furor.* — Hunc furorem *ἄπληστον*, ipsis amantibus fere intolerabilem, appellat *Paulus*; fortasse recte. Nondum tamen me poenitet conjecturae, olim propositae in Spec. Emendatt. p. 6.:

ὑπ᾽ ἀπλήστοιο δὲ λύσσης

cui inprimis favet *Themistius* Or. XXII. p. 272. C. *ἐγὼ δὲ ὁρῶ καὶ τοὺς πατέρας* (l. *παιδεραστάς*), *ὅτι ἡνίκα ἂν σφόδρα ἀσπάζωνται τὰ παιδάρια, τύπτειν αὐτὰ καὶ δάκνειν ἐξ ἀπλήστου πάθους προάγονται· ἔοικε γὰρ δὴ πᾶν τὸ τοιοῦτο σημεῖον εἶναι διανοίας αἰθιζομένης ἑνωθῆναι τῇ τοῦ στεργομένου ψυχῇ· διὰ δὲ ἀμηχανίαν τοῦ ξυγκολληθῆναι καθ᾽ ἑαυτόν, ἐπὶ τὸ σῶμα καταντώσης· ὥστε διὰ τοῦτό γε ἐθέλειν ἐμφῦναι.* Quo loco nullus esse potest ad nostrum magis appositus. Noster Ep. XII. *ἐστὲ γὰρ ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατίναι.* *Philodem.* Ep. XVI. *καὶ πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ᾽ ἐνὶ κραδίῃ.* *Longus* L. II. p. 40. *ἀπλήστως ἐνεφοροῦντο τῆς ἡδονῆς.* — V. 3. *ἀφ᾽ ἡδέος.* Vat. Cod. quod *Salmasius* inter describendum emendasse videtur; in nullo enim apographorum, quae vidi, emendatio notata. *ἀφειδέος* etiam *Cornelio de Pauw* in mentem venit. — V. 4. *ἐς κρ.* Vat. Cod. — *δύμεναι.* *Propert.* l. c. *Vidi ego te toto vinctum languescere collo, Et flere injectis, Galle, diu manibus: Et cupere optatis animam deponere labris.* Similia dedi ad *Platon.* Ep. II. T. I. P. I. p. 337. quibus adde *Xenoph. Eph.* I. 9. p. 16. *τὰ χείλη τοῖς χείλεσι φιλοῦσα συνέῤῥαφε, καὶ ὅσα ἐνενόουν, διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν θατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο.* *Lucretius* L. IV. 1103. *Adfigunt avide corpus, junguntque salivas Oris, et inspirant, pressantes dentibus ora, Nequidquam; quoniam nihil inde abradere*

possunt, Nec penetrare, et abire in corpus corpore toto? Nam facere interdum velle, et certare videntur; Usque adeo cupide in Veneris compagibus haerent. — ad quae *Pauli* nostri versus adducere non neglexit cl. *Wakefield*. *Petron.* c. 132. *Jam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant.* *Claudian.* XIV. 21. *murmur querula blandius alite Linguis assidui reddite mutuis; Et labris animam conciliantibus.* — V. 5. ἀμφαδίην dedit *D. H.* et post eum *Reisk.* qui in Ap. Lips. ἀμφαδίης invenerat. In membr. Vat. est ἀμφασίης. ἀνάγκη ἀμφασίης *silentium* foret in summo amoris affectu, qui quasi attonitos reddit animos. Melius tamen ἀμφαδίην. ut Ep. XXXI. et ἀμφάδια λέκτρα Ep. I. — ἀνάγκην. ut *Nonn.* Dion. XLII. p. 1092. Κυπριδίην ἄγρυπνον ἐὴν ἀνέφαινεν ἀνάγκην. Multa h. l. inepte molitur *Corn. de Pauw*, quae transscribere piget. — V. 7. Illi, furoris amatorii leniendi causa, vestes inter se commutaverant; unde amator Achilli similis est redditus, cum παῖς ἕσσατο φᾶρος et ἠλλάξατο μορφὴν — ἐν κώραις Λυκομηδείαις, ut est ap. *Bion.* Eid. XV. 8. Nostrum locum cl. *Huschke* in Epist. cr. p. 38. comparavit cum *Propert.* I. XIII. 21. *Non sic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Taenario facili pressus amore deus: Nec sic coelestem flagrans amor Herculis Heben Sensit ab Oetaeis gaudia prima jugis.* — V. 9. ἀργυφέης est in Vat. Cod. idque restituit *Reisk.* pro ἀργυρέης. Cf. *Damochar.* Ep. III. 4. Laudat hoc distichon *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. 11. p. 170. ubi Dianae venatricis habitus explicatur. Colorem *Paulus* duxit ex *Apollon. Rh.* III. 874. ubi Medeae comites, Nympharum similitudinem referentes, describuntur: ἂν δὲ χιτῶνας λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. Nereides ap. eundem IV. 940. αὐτίκ' ἀνασχόμεναι λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πέζας — ῥώοντ' ἔνθα καὶ ἔνθα. *Nonn.* in Dion. XLII. p. 1090. τί λίπες, ὃν φορέεις ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα; — V. 10. ἀπεπλάσατο. Var. Cod. et mox γυμνοῦσθαι. Utrum

ne jam ap. *Heinsium* emendatum. — ἀμείρωντο τὰ χεί-λεα. *colloque infusus amantis Oscula per longas jungere pressa moras.* *Ovid.* Heroid. II. 94. *Propert.* II. XII. 7. *Quantum oscula sunt labris nostra morata tuis.* Excitavit hoc distichon *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 81. — V. 13. elegans comparatio, cui haud pauca similia ap. veteres reperiuntur. *Ovid.* Epist. V. 47. *Non sic adpositis vincitur vitibus ulmus, Ut tua sunt collo brachia nexa meo.* *Catull.* LXI. 106. *Lenta qui velut adsitas Vitis implicat arbores Implicabitur in tuum amplexum.* *Gallien.* in Anthol. Lat. III. 258. p. 684. *Brachia non hederae, non vincant oscula conchae.* Plura dabit *Barthius* p. 789. ad haec *Claudiani* XIV. 18. *Tam junctis manibus nectite vincula, Quam frondens edera stringitur aesculus, Quam lento premitur palmite populus.* — V. 15. ἀντιπόρουσι τ' γυιοτοῖς Vat. Cod. In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἀντιφό-ρουσιν κ., i. e. ἀντιῤῥέπουσιν κ. Revocanda est membranarum scriptura. Duo enim in hoc disticho junguntur, oscula et amplexus. ἀντίποροι γυιοτοὶ autem sunt brachia ἀντίον ἀλλήλων τεινόμενα, quibus illi sese *mutuo* amplectebantur. — V. 17. Cl. editor membr. Vat. lectionem expressit. Pro φίλη in marg. Ap. Guy. φίλοις legitur; *Dorn. de Pauw* φίλῃ tentabat. In contextu ap. Guy. μίχθη, in marg. ἐμίχθη. Putabam olim δεσμοῖς ἐνεγίχθη. Cf. *Theocr.* Eid. I. 98. Sed verum est ἐμίχθη. — δεσμοῖσι. Vide ad *Iren.* Ep. I. — V. 18. ἄνδιχα καιόμεθα. *Propert.* I. XIII. 2. *nostro laetabere casu, Galle, quod abrepto solus amore vacem.*

VIII. Vat. Cod. p. 129. Edidit *Reisk.* in Misc. L. X. p. 675. nr. 380. In mulierem, annis jam paulo provectiorem, sed junioribus praeferendam. Cf. *Rufin.* p. VIII. — V. 1. »Sic scriptus est hic versus ap. *Suidam* in ἀπὸς T. II. p. 706. At in Buheriano cod. τοῦ κύπρις ἃ ὅπόσ' ἥβης πάσης, i. e. Salmasio interprete, *quam quantum est juvencularum.* Huic lectioni non pravae »qui-

„quidem altera tamen praeferenda. Pauli ingenio „digna eſt oppoſitio inter rugas et ſuccum, quo turgen„te carne, laevis niteſcit cutis. Ultimum tantum diſti„chon exhibet Planud. p. 593." *Br.* Sic, ut *Br.* edidit, diſerte legitur in Vat. Cod. eademque lectio notata in marg. Ap. Rubnk. Pro ταὶ ap. *Suidam* vitioſe legitur τε ἤ, quod infeliciter tentavit *Kuſterus.* Vide *Toup.* Em. in Suid. p. 290. — V. 2. ἱμείρων Vat. Cod. ἱμείρω. marg. Ap. Guy. — V. 3. Laudat hoc diſtichon *Suid.* in κόρυμβοι T. II. p. 352. ubi καρήβαρος et μαστὸν legitur. κόρυμβοι hoc loco ſunt papillae in mammis; mammae autem καρηβαρέουσαι, quaſi capitibus gravatis, (cf. *Macedon.* Ep. XXVI.) quae paulo flaccidiores pendent. Opponitur μαζὸς ὄρθιος, *papillae borridulae* ap. *Plaut.* Pſeud. I. 1. 66. ubi vide *Taubm. Lucillius* ap. *Nonium: Hic corpus ſolidum invenias, hic ſtare papillas Pectore marmoreo.* — V. 5. 6. Separatim exhibetur in Plan. p. 457. St. 593. W. ubi ἢ σὸν ἔτι legitur. — Tuus autumnus aliarum vere praeſtantior. Euripides cum Agathonem ἤδη γενειῶντα exoſcularetur, Archelaus, μὴ θαυμάσητε, ait, τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστι. *Plutarch.* T. II. p. 177. At *Philoſtr.* Epiſt. LXXIII. p. 950. τὸ δὲ σὸν εἶδος καὶ τέθηλεν, ὅθεν ὀφθαλμοῖς ὑμνεῖται καὶ παρειαῖς, οἷόν τι ἔαρ, τὸ μετόπωρον τοῦ κάλλους.

¶. 74.] *IX.* Vat. Cod. p. 129. Edidit *D. Heinſ.* in Carm. Gr. p. 138. *Rubnk.* in Ep. crit. p. 74. *Reiske* in M. L. IX. p. 677. nr. 381. Puellam poëta deſcribit ſive nocturnis orgiis, ſive amoris et cupiditatis flamma marceſcentem. Expreſſum ex *Meleagr.* Ep. LX. — V. 1. σοῦ. Vat. Cod. et ſched. Tryll. σοι *Reiske.* Mox idem πόθον πνείοντα dedit pro πόθου, quod eſt in Cod. Nihil membranarum lectione verius. *Simonid.* Ep. LV. χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' ἐρώτων. *Nicaenet.* Ep. IV. ἵμερον οὐχ ἑνὸς αἰτιοῦ. — Deſcribit *Paulus* oculos, *qui amores ſpirant* (*Horat.* IV. Od. XIII. 19.), ſive, ut *Ap-*

pulej. loquitur Metam. L. III. p. 52. *udos ac tremulos ac prona libidine marcidos.* — V. 3. *Meleager* l. c. ἔσκυλται δ', ἀκόλαστα πεφυρμένος ἄρτι κίκιννος, Πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς. — ἀμάρυγμα παρειῆς, idem fere quod μαρμαρυγαί. ἀμάρυγμα χείλεος dixit in loco difficili *Theocrit.* XXIII. 9. Apud *Apoll. Rhod.* L. III. 288. Medea βάλλεν ἐπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγματα. (τὰς λαμπηδόνας τῶν ὀφθαλμῶν *Schol.*) L. III. 1018: ἀμαρυγὰς ὀφθαλμῶν. — V. 4. ἐκλέλυται. solutum est et languidum. τὸ ἐκλελυμένον καὶ κεκμηκὸς junxit *Plutarch.* T. II. p. 161. B. Cf. *Alberti* Obss. phil. p. 77. — V. 5. παννυχίοισιν. *Heins.* — παλαίσμασι. *Alciphr.* L. I. 38. p. 178. οὐδ' ἵλεως καὶ εὐμενὴς διανυκτερεύσει τοῖς ἡδίσταις ἐκείνοις παλαίσμασιν (sic leg. pro κολάσμασιν.) Ancilla Hipparchi Lucium ad Venereos lusus invitans ap. *Lucian.* de Asin. §. 8. χρή σε νῦν ἐπιδεῖξαι, ait, εἰ γέγονας ἐν τοῖς ἐφήβοις γοργὸς καὶ παλαίσματα πολλὰ ἔμαθές ποτε. Ibid. §. 10. ἐν τοιαύταις ἡδοναῖς καὶ παιδιαῖς παλαισμάτων ἀγωνιζόμενοι νυκτερινοὺς ἀγῶνας ἐστεφανούμεθα. — V. 6. ὄλβου παντός. Vat. Cod. ὄλβῳ emend. in marg. Ap. Guy. et R. ὑπερπέταται. Vat. Cod. a pr. m. — ὄλβου παντὸς legit etiam *Suid.* in ὄλβος T. II. p. 676. idque probabat *Corn. de Pauw* vertens: *ille ipsam felicitatem supervolat.* — παρακλέγδην, ut Ep. VII. 16.

X. Vat. Cod. p. 130. Edidit *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 81. *Reisk.* in M. L. IX. p. 678. Poëta amore marcescens, se viridiorem denuo futurum esse auguratur, si puella ipsum amore mutuo beaverit. — V. 1. „ὠμογέροντα, quod in Cod. est, de homine bene; at de capillo canescente perperam usurpatur. ἡμιγέροντα reposuit „Salmasius: *Pourquoi me reprocher mes cheveux gris.*" *Br.* Haud aliter judicavit cl. *Schneider.* in Per. cr. p. 30. ubi varietatem lect. enotavit. — ὄμματα δ' ὑγρά. Sched. Tryll. — V. 2. ὑμετέρων πόθων. ὑμέτερος pro singulari est positum. Vid. ad *Agath.* Ep. LXXIV. Sententia bona: talibus ludibriis amor tuus delectari solet; lacrymis

scilicet et aerumnis amantium. Minus recte haec accepit *Reisk.* qui παῖδα in textu posuit. — V. 3. ἄπρηκτος πόθος; vanus amor, qui finem ipsi propositum non assequitur. ἄπρηκτοι ἐλπίδες dixit *Agath.* LXXVIII. πόνον ἄπρηκτον et similia illustravit *Rubnk.* Ep. cr. p. 194. — V. 4. νυχεγερσίης est Cod. lectio. In marg. Ap. Guy. et R. et in Sched. Tryll. νυκτεγερσίης. Emendatione non est opus. Illud a νύχα derivatum, ut νυχαυγέει ἔργα νυχεγερσίης, ut ap. *Qu. Maec.* Ep. XI. ἔργον δ' ἦγε νυκτερίων. — V. 5. „πανναύριος male in cod. scriptum, quod e Suida emendatum. Est autem vox Homerica. Il. ω. 540. „ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκε παναώριον." *Br.* In Apogr. Goth. legitur πανναύριον, nec sic in ipsis membranis esse dubito. Laudat h. v. *Suid.* in παναώριος T. III. p. 16. Cf. *Toup.* Em. in Suid. p. 318. — V. 6. *Suid.* in λαγαρόν T. II. p. 408. — V. 7. φλογὸς ἄνθεα. *flammae flos, vigor* interpretatur *Salmas.* in marg. Ap. Guy. — V. 8. φροντίδι γυιοβόρῳ. Ep. VII. 11. γυιόβορον γὰρ ἔχον — λιμὸν ἐρωμανίης. *curas edaces* vocat *Horat.* II. Od. 11. 18. Cf. *Rubnk.* Ep. cr. p. 81. — V. 10. Salmasius malebat θρὶξ ἀναθηλήσει in marg. Ap. Guy. et R. At nihil opus. χροιὴ ἀναθάλλων spectat ad v. 5. 6. χροιὴ μελαινομένην ad v. 1. Ap. *Meleagrum* Ep. CXXVIII. 6. τῷ γέροντι opponitur is, cui τέθηλε μέλη. *Archilochus* ad vetulam fr. XXV. οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα, κάρφεται γὰρ ἤδη. Si quid mutandum, scripserim:

αὐτίκα γάρ μοι
χροιὴ ἅμα θηλήσει κρατὶ μελαινομένῳ.

μελαινομένῳ emendavit *Salmasius*; vulgo μελαινομένην legitur.

XI. Vat. Cod. p. 132. Edidit *D. Heins.* in Carm. Gr. p. 142. *Reiske* M. L. IX. p. 682. nr. 585. De puella omnia praeter concubitum concedente. — V. 1. *Aristaen.* II. 7. p. 83. περιβαλεῖν ὀμφάκια τοῦ στέρνου τὰ

μῆλα καὶ φιλημάτων ἀπέλαυον ἅμα γυμνῶν. — V. 2. λυσσῶν Anal. quod *Br.* in Lect. in λυσσάων mutat. Sic habent membr. V. — βέβυσμαι. fere ut *Agath.* Ep. VIII. 15. μαζοὺς μὲν κρατέεσκον· ὑπεθρέφθην δὲ προσώπῳ Μάστακα ποιμαίνων χείλεος εὐαφίῃ. — ἀργυφέην. *Heinſ.* ἀργυφέων. Vide Ep. VII. 9. — V. 3. Nondum pudicitiae caſtra expugnavi. — κέρσαι. Vat. Cod. *Heinſ.* Verum *R.* vidit. — V. 4. ἀμφίεσον. Vat. Cod. *Heinſ.* Hoc quoque emendavit *R.* — V. 5. τὸ δ' αὖ *Reisk.* contra Cod. fidem. — V. 6. ἀμφοτερέων. Vat. Cod.

¶. 75.] *XII.* Vat. Cod. p. 133. Edidit *Rubnk.* Ep. cr. p. 72. *Reiskius* in M. L. IX. p. 683. nr. 386. *Toupius* in Addend. ad Theocr. p. 398. *Paulum* profeciſſe putabat *Rubnken.* ex *Ovidio* Heroid. V. 140. – 144. ubi Oenone de Paride:

Ille meae ſpolium virginitatis habet.
Id quoque luctando: rupi tamen ungue capillos,
Oraque ſunt digitis aſpera facta meis.
Nec pretium ſtupri gemmas aurumve popoſci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Idem Ep. *Huſchkius* in Ep. cr. p. 40. comparavit cum *Propert.* I. El. III. ubi plura occurrunt cum graecis amice conſpirantia. — V. 1. ἴσχοντες ὕπνῳ. Somno per lectum fuſa. *Soſipater* (*Dioscorides*) Ep. II. puella παρέτοις ἐκκέχυται μέλεσιν. — V. 2. πῆχυν ἐλιξαμένη. *Talis viſa mihi mollem ſpirare quietem Cynthia, non certis nixa caput manibus.* *Propert.* l. c. v. 7. — V. 3. τολμήεις. Idem v. 11. *Hanc ego – molliter impreſſo conor adire toro.* — »In cod. ſcriptum κέλευθον, quod a Salmaſio in margine »emendatum.« *Br.* Sublegit hoc Noſter *Dioscoridi* l. c. ἡ γὰρ – ὕπνῳ ἐκλυθεὶς τὴν Κύπριδος ἤλυθεν. ubi vide not. T. I. P. II. p. 408. Ap. *Lucretium* L. IV. 1189. mulier *communia quaerens Gaudia, ſollicitat ſpatium decurrere amoris* – rectiſſime ſcribitur *ſpatium*, nec de *ſtadio* cogi-

tare debebat doctissimus *Wakefield*. Cf. vocabuli *spasim* significationes docte persequentem *Muschkium* in Ep. a Santen. p. 73. sqq. — V. 7. ἀπέσπασεν: Vat. Cod. et *Rubnk.* ἀνέσπασεν *Reisk.* — V. 8. ἀναπιμπλ. *Reisk.* — V. 10. ἀπωσάμεθα exhibuit *Rubnk.* in priore Ep. cr. editione, idque secutus est *Reiskius*, qui in Cod. Lips. ἀπωσαμένην invenit. In Cod. Vat. tamen perspicue scriptum ἀπ' ὠμοσάμην. *Abnui, juravi, nunquam me accepturam.* In hac lectione postea etiam *Rubnk.* acquievit. — V. 11 ὑποκόλπιος *Rubnk.* Aeschinus Theocriteus Eid. XIV. 36 in Cynthiam invectus: ἐμὸν κακόν, οὐ τὺ λέγεις, Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος· ἄλλον ἰοῖσα θάλπε φίλον. *Quint. Maec.* Ep. III. ἐραστὴν ἔχονθ' ὑποκόλπιον ἄλλον. *Philodem.* Ep. XVI. puer αὐτοῦ κατέκειθ' ὑποκόλπιος. In ἑλίξεις haerebat *Salmasius*, qui in marg. ap. Guy. et R. tentavit ἐνέξεις i. e. συνέξεις. καθέξεις. Frustra. Noster Ep. XXX. μούνη ἐγώ, χαρίεσσα, τεὸν δέμας ἀγκὰς ἑλίξας Θελγοίμην ἐπὶ σοῖ ἅψεσι βαλλόμενος. — V. 12. ἐργατίνῃ. De puellis *Macedon.* Ep. VII. εἰσὶ γὰρ ἄλλαι Κρέσσονες εὐλέκτρου Κύπριδος ἐργάτιδες.

XIII. Vat. Cod. p. 134. Edidit *Reiske* in M. L. IX p. 686. nr. 388. De nimis brevi voluptatis fructu. — V. 1. 2. In fine hujus distichi delenda interrogandi nota. — V. 1. δάκρυα. lacrymas illa fundebat tenerrimae voluptatis sensu commota. Junge ἀσπέρατον οἰκτρὰ, *amabili modo miseranda.* Θεανὼ vitiose R. Theano meretriculae nomen in fr. *Antiphan.* ap. *Athen.* VIII. p. 339. B. ubi certa emendatione legendum: Ἀφύας δὲ Λεπτὰς τάσδε καὶ τὴν τρυγόνα Χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ' ἔθηκ' ἀντιῤῥέπους. Vulgo εἰ εὑρέθη κἀντιῤῥέπους. In eodem fragm., quod obiter moneo, p. 338. F. scribendum videtur: τίς ποτ' Ὦ Καλλιμέδων, σέ γε κατεδεῖται τῶν φίλων; (pro σε κατεῖδεν ἄρτι) *quis te amicorum comedet?* Cf. *Timocl.* ap. *Athen* p. 339. E. — V. 4. νηπιτέλης ex Salmasii emendatione, ut infra XXII. et XXIV. Nam hic in cod. scri

Nemo ignorat *Danaës turrem aëneam*, i. e. solitariam domum; vide not. ad *Antip. Thess.* Ep. LIV. T. II. P. I. p. 133. *Lucian.* T. I. p. 122. ἐν χαλκῷ ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην παρθενεύεσθαι. *Propert.* II. 16. 12. *In te ego et aeratas rumpam, mea vita, catenas, Ferratam Danaës transiliamque domum.* — V. 3. χάλκεα. Haec ex antiquo quodam poëta traducta esse, vix est quod dubites. Ex eodem fortasse fonte derivatus *Horatii* locus III. Od. XVI. 9. *Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo;* ubi similia colligens doctissimus editor, nostrum locum praetermisit.— Pro τείχεα, quod ex Vat. Cod. repositum est, vulgo legitur δέκτεα, cum hac nota: τὸ δὲ ἐκτείνεται, ὡς καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Προμηθεῖ· (v. 835.) ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα. — V. 5. ῥωγῆρας vitiose in omnibus edd. legitur, praeter Flor. pr. quae ῥωτῆρας exhibet. Sic habet etiam Vat. Cod. et *Suidas* T. III. p. 272. ῥωτῆρες. χαλινοί. φιμοί. ἱμάντες. *Schol.* in *Sophocl.* Aj. 241. ῥωτῆρες κυρίως οἱ λῶροι τοῦ χαλινοῦ, οὓς κατέχουσιν οἱ ἱππεύοντες. Cf. *Interpp. Thomae M.* p. 422. — κληῖδας, *robustaeque fores* ap. *Horatium. Appul.* Metam. IX. p. 627. *Certusque fragilitatis humanae fidei et quod pecuniae cunctae sint difficultates perviae, auroque soleant adamantinae etiam perfringi fores.* — V. 7. ἐλέγχουσιν. ἐκκόπτει. *Suid.* T. I. p. 718. ubi hic vs. excitatur. Vide de v. λυγόω et cognatis *Lennep.* in Etymol. p. 514. — V. 8. Παφίην. Vat. Cod. a m. sec. et Ed. Flor. pr.

XVII. Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 458. St. 594. W. Illecebras puellae suae sigillatim recenset, eamque adscititio ornatu non egere docet. Plurimum huc facit *Propert.* I. El. II. init.:

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veste movere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?

Naturaeque decus mercato prodere cultu?
Nec finere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuae est medicina figurae,
Nudus Amor formae non amat artificem.

— V. 1. οὐ ῥοδέων στεφάνων ἐπιδεύεαι tentavit *Huetius* p. 45. parum feliciter. Senfus eſt: Sicuti roſa coronâ non indiget, ſic tua forma non eget ornamentis. — V. 2. *Scholion* in marg. Vat. Cod. ὁ λεγόμενος κεκρύφαλος νῦν καλεῖται ξεντὸν. Vocabulo ξεντὸν augendum *Ducangii* Gloſſarium. — V. 3. 4. ἀπεκτήτου. Vat. Cod. in contextu; ſupra lin. γρ. εὐκτήτου. Voluit εὐωνήτου, quod tamen ipſum minus probandum. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 162. et 165. ἀπεκτήτου (ἀκτονίστου) tuetur *Suidas* T. I. p. 252. ἄκτητον. ἀκτήτητον. ἀκαρπον. *Hesych.* Cf. *Eustath.* Il. p. 1481. 14.— V. 5. 6. Ἰνδῴη. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1088. μὴ λίθον Ἰνδῴην, μὴ μάργαρα χειρὶ τινάξῃς· — εἰς Παφίην γὰρ Ἀμφιθέτους τεὸν εἶδος ἀπάρκιον. *Suidas* hoc diſtichon proferens in λογάδες T. II. p. 453. legit vitioſe: Ἦν δέῃς δ' ὑάκινθον ἔχειν, et vſ. ſequ. πουλύ γ' ἀφ. De voce λογάδες haec notavit *Br.*: „λογάδες. oculi. Vide Suidam et Hesychium hac voce. Quomodo e themate λέγω haec „notio derivari potuerit, non excogito. Salmaſius reſcribere jubebat λοχάδων, quod quandam veriſimilis ſpeciem habet. Adoleſcentibus *inſidiantur* puellarum „oculi". In talibus Grammaticorum auctoritatem ſequi praeſtat, quam vanam etymologiae ſpeciem ſectari. — De hyacintho lapide vide *Martin.* ad *Ernesti* Archaeol. p. 154. — V. 7. χείλεα ἐρευθέοντα. Cf. Ep. II. 6. — V. 8. Vulgatum ἴνθεος ex Vat. Cod. in ὕθεος mutatum. Hoc ſervavit etiam *Suid.* in κεντὸς T. II. p. 302. — V. 10. ἐνδιάει. ἔνεστι. ἐνδιατρίβει. *Suid.* T. I. p. 737. Explicavit hanc vocem, noſtro loco non praetermiſſo, *Ruhnk.* Ep. crit. p. 79.

T. 77.] *XVIII.* Vat. Cod. p. 125. Plan. p. 456. St. 592. W. Se Amoris flamma tantum non conſumtum

esse queritur. — V. 2. „ἀλλὰ καταθνήσκω et v. 5. λαφύξῃ „e Vat. membr. quae in v. 6. eadem corruptela infecta, „quae ceteros obsidet libros. φοιβὰς ἠπανίη emendaverat „jam Salmasius, et sic etiam scribendum esse vidit per- „spicacissimus Toupius in Suidam III. 335. (582.) αὐ- „τομάτως membranae et Suidas." Br. Vulgo ἀλλὰ κατα- φθινύθω, ψυχόμενος παφίῃ. Postremum hoc est etiam in Vat. Cod. — V. 3. ἐς' ὀστέα. Theocrit. Eid. III. 15. Ἔρως, βαρὺς θεός; — Ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει. Ovid. Heroid. XVI. 276. Non mea sunt summa leviter districta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum. — παμφάγον ἀσθμαίνων. Quod igni proprium, τὸ πάντα φάγειν, ad Amorem translatum est. ἀσθμαίνειν de amantibus. Ep. ἀδεσπ. XXXII. παιδείῃ, Θρασύβουλε, σαγη- νευθεὶς ὑπ' ἔρωτι Ἀσθμαίνεις. Ipse Amor ap. Oppian. IV. Hal. 14. ἀσθμαίνεις δὲ πυρὸς δριμεῖαν ὁμοκλὴν Παφλάζων ὀδύ- νῃσι καὶ ἀκρήτοισι μανίαις. — V. 5. λαφύξει. Vulgo. Et sic ap. Suidam, qui hoc distichon laudat in ψύχεται· ἀντὶ τοῦ ψυχραίνεται· μαραίνεται. T. III. p. 710. — V. 6. φ. ἢ μανίη. Vulgo, etiam Suid. et Vat. Cod. Invenit Kuste- rus in cod. quodam etiam vitiosius φθονερῇ μανίῃ, et in marg. γρ. τηξιμελεῖ μανίῃ, quod alienissimum. Schol. in marg. Plan. ὀρφανίῃ tentabat; idque Brodaeo in men- tem venit et Anon. Bibl. Bodl. Bentlejus, a Kustero con- sultus, φοιβὰς ἠχανίῃ emendabat, quod graecum esse non videtur. Vulgatae patrocinium suscepit Huetius p. 44. qui paucos sibi assentientes habebit, praesertim inventa acutissima emendatione, ἠπανίῃ, qua sensus salvus prae- statur. ἠπανία. ἀπορία. Hesych. οὐδὲ κλυτῆς φάμας ἔσσεται ἠπανία. Epigr. ἀδεσπ. DXXII. Idem φοιβὰς χρεία ap. So- phocl. Phil. 161. —. αὐτόματος. Vulgo.

XIX. Vat. Cod. p. 135. Plan. p. 459. St. 596. W. A puella in convivio coronatus magicis flammis cor- reptus esse sibi videbatur. — V. 1. „συνεψιάουσα dant „membranae, quod conjectura verissima assecutus fuerat

elegantissimus *Ruhnkenius* Ep. crit. p. 234. *Br.* Vulgo συνεστιώοντα. Veram lectionem servavit etiam *Suidas* in συνεψιάζοντα (συμπαίζοντα), T. III. p. 403. Parum enim interest inter συνεψιάζοντα et συνεψιάοντα. Eodem modo erratum in Ep. *Platon.* XV. 3. — V. 3. τι εἶχεν. magicam quandam virtutem. Cf. Ep. XIV. 3. — Similiter fabula de Creontis filia utitur *Philostr.* Epist. XXXVIII. p. 929. τί δὲ τὴν κεφαλὴν στεφανοῖς πυρί; ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, τῆς Κολχίδος ὁ ἔρως, ὃν τῇ Γλαύκῃ ἔπεμψε, ῥόδα ἦν πεφαρμαγμένα, καὶ διὰ τοῦτο ἐκαύθη λαβοῦσα.

XX. Vat. Cod. p. 131. Plan. p. 457. St. 594. W. Nemini jam Amoris tela et bella extimescenda esse docet. — V. 1. μηκέτι. Cf. *Archiae* Ep. I. ubi vide not. T. II. P. I. p. 250. *Eustath.* in Ism. Amor. L. III. p. 78. ὅλην φαρέτραν ἐξεκένωσέ μου κατὰ τῆς ψυχῆς. Ep. ἀδεσπ. LVII. Εἰς ἐμὲ τὴν φαρέτραν ἐξεκένωσε κόρη. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1094. εἰς ἐμὲ καὶ Διόνυσον Ἔρως ἐκένωσε φαρέτρην. Amor ap. *Statium* I. Sylv. II. 70. *Hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra Improbus, et densa trepidantem cuspide fixi.* — V. 4. λὰξ ἐπιβάς. Ex *Meleagri* Ep. XXVIII. λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγριε Δαῖμον. ubi v. not. p. 49. — V. 5. Vulgatum ἐνέζεται ex Vat. Cod. emendavit *Dorvill.* in Misc. Obss. T. I. p. 436. qui comparavit *Propert.* L. II. IX. 13. *In me tela manent, manet et puerilis imago, Sed certe pennas perdidit ille suas. Evolat heu nostro quoniam de pectore nusquam, Assiduusque meo sanguine bella gerit.* *Plutarch.* ap. *Stob.* T. LXII. p. 403. 27. ὁ Ἔρως οὐ παρέρχεται ταχέως καίπερ εἶναι πτηνὸς λεγόμενος· ἀλλ' ἐξάπτεται μᾶλλον καὶ σχεδὸν οἷον ἐντήκων ἑαυτόν· ἀπάμενος δὲ τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐν γήρᾳ ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός. Simili colore idem de Fortuna T. II. p. 318. A. quae διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν, ὡς ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας, ἐξέβη τῶν πεδίλων, ἀπέλιπε τὴν ἄπιστον καὶ παλίμβολον σφαῖραν. οὕτως εἰσῆλθεν εἰς Ῥώμην

ας μενᾶ. De Amore *Eubulus* Comicus ap. *Athen.* L. XIII. p. 562. D.:

ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε ῥᾳδίως
ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
βαρὺς δὲ κομιδῆ· πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερά;

Talem describit Amorem amicitiae conciliatorem *Themist.* Or. XXII. p. 281. C. οὐκ ἔχει οὐδὲ πτερὰ οὐδὲ βέλη· οὔτε γὰρ πέτεσθαι βούλεται καὶ ἀναίμακτον αὐτοῦ τὸ ἔργον· ἀλλ' οἵους ἂν καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ εὖ προσαρμόζοντας (sic legerim pro οὕτως ἁρμ.) ἴδῃ, τούτους ξυγκολλᾷ καὶ ξυνδεῖ.

XXI. Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 457. St. 594. W. In vetulam invehitur, quae ipsi puellae adspectum invidebat. Cf. *Diotimi* Ep. I. *Agath.* Ep. VII. — V. 2. φθεγγομένων βλεφ. *Ovidius* I. Amor. IV. 19. *Verba superciliis sine voce loquentia dicam.* Idem II. Amor. V. 15. *Multa supercilio vidi vibrante loquentes. Nutibus in vestris pars bona vocis erat. Non oculi tacuere tui.* — V. 3. ἱστάμενοι. Vulgo et in Vat. Cod. In marg. Wech. ἱσταμένης notatum. Vetulam puellae custodem cum Argo comparat, ut *Propertius* se ipsum, inhaerentem illecebris Cynthiae suae, L. I. El. III. 19. *Sed sic intentis haerebam fixus ocellis, Argus ut ignotis cornibus Inachidos.* Haec verba conferens cum Nostro *Dorvill.* in Misc. Obss. III. p. 433. totum *Pauli* carmen ex illo loco adumbratum esse censens, haud facile persuadet. *Jos. Scaliger* in not. msc. φοινίλου tentavit, sine causa idonea. Licet enim sic existat accuratior antithesis, poëtae tamen in talibus nimis diligentes esse noluerunt. Neque quidquam mutat *Suid.* in πολύγλωνον T. III. p. 143. πανόπτην appellavit Argum *Sophocles* in Inacho ap. *Schol. Arist.* Eccl. v. 81. τὸν μυρωπὸν βούταν *Aeschyl.* Prom. v. 569. — V. 5. ἦτορ ἀμύσσου. *Theocrit.* Eid. XIII. 71. χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν. — V. 6. ἐπὶ ψυχῶν. Vulgo

ψυχῆς ex Vat. Cod. Utrumque bene, (vide *Locell.* ad *Xenoph. Eph.* p. 206.) sed alterum elegantius et ob auctoritatem Vat. Cod. praeferendum.

1. 78.] *XXII.* Plan. p. 455. St. 590. W. A puella exclusus omnibus munditiis renuntiat. — V. 1. laudat *Suidas* in βόστρυχος T. I. p. 443. τίνι πλέξεις. *cui religas comam? Horat.* I. Od. V. 4. Sappho ap. *Ovid.* Heroid. XV. 77. *Cui color, infelix, aut cui placuisse laborem? Ille mei cultus unicus auctor abest.* Idem I. A. A. 517. *Sit coma, sit docta barba resecta manu. Et nihil emineant, et sint sine sordibus ungues.* Sed plurimum huc facit locus *Tibulli* L. I. El. VIII. 9. quem Nostrum ante oculos habuisse dixeris:

Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
Saepeque mutatas disposuisse comas?
Quid fuco splendente genas ornasse? quid ungues
Artificis docta subsecuisse manu?

— V. 2. „Quum cetera verba in futuro sint posita, „πλέξεις, κοσμήσεις, pro φαιδρύνεις, quod vulgo legitur, „reposui φαιδρυνέεις. Sic infra XXX. διακρινέει dedi pro „διακρίνει." *Br.* — V. 3. ἁλιανθέϊ κόχλῳ, purpura. ἁλιπόρφυρον ap. *Anacr.* Od. VIII. 1. et Fragm. LXXIV. — V. 5. „Operarum errore in Stephani editione et „Wechelianae curatoris imperitia, legitur ὄμμασιν εἰς Ἥρ. „quod sensum pessumdat." *Br.* In antiquis edd. omnibus οἷς. Partem hujus versus cum sq. laudat *Suidas* in Ἡρακλῆς T. II. p. 76.

XXIII. Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 455. St. 591. W. Poëta puellae crine vinctus, quomodo se liberet, non invenit. Natum est hoc carmen, quod etiam *Brodaeus* animadvertit, ex proverbiali locutione, ἐκ τριχὸς κρέμασθαι, ἐπὶ τῶν σφόδρα κινδυνευόντων. *Aristaenet.* L. II. 1. p. 70. οὗτος δὲ τῷ σῷ φθείρεται γλυκυτάτῳ πυρὶ καὶ τεθνήξεται θᾶττον ἐκ τριχὸς κρεμάμενος. Nostrum Epigr. *Bergkerus* adhi-

buit *Alciphronis* L. I. Ep. XXXV. μικρὰ δὲ ἔπεστί μοι παρὰ φυχὴ καὶ μαραινόμενον ἤδη παραμύθιον, ὅ μοι ὑπὸ τὴν λύπην τῷ συμποσίῳ μέμψιν προσέῤῥιψας ἀπ' αὐτῶν περιεσπάσασα τῶν πλοκάμων —, quod tamen non de crine, sed flore potius accipiendum esse docuit *Herelius*. — V. 1. εἰρύσασα. Vat. Cod et *Suid.* in ἔθειραι T. I. p. 684. — V. 2. „Vetus „membr. ἐμεῦ παλάμας." *Br.* Hinc *G. Wakefield* Sylv. crit. T. II. p. 106. corrigit: δακρυκτύτου δῆσεν ἐμεῦ π. — V. 3. τὸ πρίν. Vat. Cod. — V. 4. laudat *Suid.* in τινάξαι T. III. p. 477. — V. 8. ἔνθ' ἀνύσῃ conjecit Cl. *Wakefield* l. c. ne odiosa dictionis scabies affricetur Epigrammati nitidissimo, comparans Theocriteum: ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται. At ἀνύειν pro *ambulare*, *incedere* dictum esse, vehementer dubito.

XXIV. Vat. Cod. p. 128. Plan. p. 456. St. 592. W. Poëta se duodecim dies procul a puella duraturum esse juraverat. Quam absentiam cum perferre non potuisset, puellam rogat, ut perjurii veniam a diis petat. Cf. Ep. *Rufini* XXV. et quae Phaedria dicit Terentianus in Eunucho IV. 2. — V. 1. ἀργέτῃ Vat. Cod. Notanda forma ἀργέτις, qua etiam *Nonnus* utitur XVI. p. 444. ἀργέτις ἠώς. unde ap. *Homerum* ἀργέτι δημῷ. Vid. *Hesych.* v. — V. 4. μὰ δέ. Ed. Junt. — V. 5. χαράξαι. Hominum facta in tabulas referre existimabant Jovem; de qua re eximius est locus inter fragm. *Euripidis* in Melanippe nr. III. δοκεῖτε, πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς Πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς Γράφειν τιν' αὐτά, Ζῆνα δ', εἰσορῶντά νιν, Θνητοῖς δικάζειν — cujus imaginis prima quasi stamina mihi agnoscere videor in *Aeschyli* Eum. v. 265. μέγας γὰρ Ἅιδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν, Ἔνερθεν χθονός, Δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί. Alii quomodo eandem varie usurpaverint, docuit *Valcken.* in Diatr. p. 184. sq. qui etiam de Jovis διφθέραις nonnulla dedit ad *Herodotum* L. V. p. 400. Nemesin quoque superbas mortalium voces notare fingit *Callim.* H. in Cer. v. 57. εἶπεν ὁ παῖς

Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατε φωνάν. ubi vide *Ernestium*. — V. 7. μάστιξ. ne simul a te et a diis cruciatibus afficiar. Pani flagellum tribuit *Auctor* Rhesi v. 37. Πανὸς τρέν μεγᾷ μάστιγι φοβῇ. *Nonn.* Dionys. X. 4. μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ. Idem XLII. p. 1092. Διόνυσος — Δαιμονίῃ μάστιγι τετυμμένος, ἔνδοθι πέσσων Κρυπτὸν ἀκοιμήτων ὑπόκαρδιον ἕλκος ἐρώτων. Alia larga manu dedit *Mitscherl.* ad *Horat.* III. Od. XXVI. 11. *Regina, sublimi flagello Tange Chloen*, quibus adde *Oppian.* Hal. β. 14. qui sapientem diis obedire ait, πρὶν χαλεπῇ μάστιγι καὶ οὐκ ἐθέλων ἐλάηται. — V. 8. κεῖσο Vat. Cod. Verbum κατακρούγω insolentius h. l. usurpatum pro *petere, verberare*.

T. 79.] *XXV*. Vat. Cod. p. 128. Plan. p. 456. St. 593. W. Ne contumeliis quidem se a puella, quam deperiret, abalienari posse conqueritur. — V. 1. Δικλίδας. Quod januarum genus hoc nomine significetur, fuse docuit *Salmas.* ad *Solin.* p. 651. Galatea januam *Pauli* fronti incusserat, quae ingens contumelia. — Pro ἡμοῖς προσώποις *Scaliger* in not. msc. tentabat ἡμαῖς προσωπαῖς. (*Hesych.* προσωπή. πρόσοψις.) unde quid lucremur, non satis perspicio. — V. 2. ἕσπερος. pro ἑσπέριος. ut infra Ep. XXVIII. *Sophocl.* Oed. T. 128. ἀκτὰν πρὸς ἕσπερον θεοῦ. — V. 3. ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε. *Euripidis* esse notavit *Schottus* ad Proverb. Strom. v. 405. Hunc locum comparavit V. Cl. *Doering* ad *Catull.* LXXII. 7. *quod amantem injuria talis Cogit amare magis, sed bene velle minus*. — V. 5. ὤμοσα γάρ. Sic codd. et veteres edd. omnes." *Br.* Vulgo ὤμοσα καί.

XXVI. Vat. Cod. p. 190. sq. Planud. p. 457. St. 594. W. Ubique se amatae puellae imaginem videre affirmat. — V. 2. θηρείην εἰκόνα. Sic veterum medicorum nonnulli hydrophobiam explicabant eorum, qui rabie canina laborabant. *Theophan.* Non. c. CCLXXI. p. 324. τὸ ὕδωρ φεύγονται ὁρῶντές τε καὶ προσφερόμενοι, ὡς

οἴεσθαι τὸν δακόντα κύνα ἐν τοῖς ὕδασιν εἰκονίζεσθαι. ubi vide *Bernardum*. Simile quid de iis, quos vipera momordit, narrat Alcibiades in *Platonis* Conviv. p. 217. E. — V. 3. πυρὸς Vat. Cod. a pr. m. — ἐνέπηξεν ὀδόντα. ut Ep. VII. 2. — V. 4. μανίαις θυμὸν ἐλῄσατο. Similiter *Parthenius* ap. Etymol. M. v. ἄρπυς. ὁ Ἔρως. ὡς παρὰ Παρθενίῳ ἐν Κριναγόρᾳ· ἀμφοτέροις ἐπιβὰς ἄρπυς ἐλῄσατο. παρὰ τὸ ἁρπάζειν τὰς φρένας. — μανίας. Ed. pr. Flor. — V. 5. Edd. omnes ante Steph. recte habent σὺν γὰρ — praeter unam Ascens. quae σὺν offert. Hoc in Steph. et Wechel. propagatum est. Antiquam lectionem revocavit *J. Toupius* in Addend. ad Theocr. T. II. p. 393. — καὶ πόντος. Eandem sententiam ad fastidium usque persequitur *Philostrat.* Ep. L. p. 938. Vide quaedam similia ad *Meleagr.* Ep. XIX. p. 38. — V. 6. εἰνοχέων. Vat. Cod. idque probabat *Salmasius*. Mihi vulgata longe videtur exquisitior.

XXVII. Vat. Cod. p. 132. Plan. p. 458. St. 595. W. Inconstantiam puellae exprobrat eique poenas apud inferos minatur. — V. 1. θρασὺς omissum in Vat. Cod. — V. 3. ἐπέπτυσας. *Meleager* Ep. LXVI. βαιὸν ἔχω τί γε λειφθέν, Ἔρως, ἐπὶ χείλεσι πνεῦμα· Εἰ δ' ἐθέλεις, καὶ τοῦτ', εἰπέ, καὶ ἐκπτύσομαι. — V. 4. γραπτὸν τύπον. Iis, quae laudavi ad *Meleagr.* Ep. LIII. p. 70. adde *Themist.* Or. XXI. p. 244. A. B. δεῖ καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι ὑπὸ τοιούτοις διδασκάλοις τε καὶ τροφεῦσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀναπλησθῆναι ἔτι νέαν τε καὶ ἁπλῆν· οὕτω γὰρ δὴ μάλιστα ὁ τύπος εἰσίοι καὶ ἐνδύοιτο ἐν τῷ βάθει, καὶ οὐκ ἂν μόνον ἐπιπολῆς. Nostrum locum cum Anacreontico comparavit *Martinus* in Var. Lect. II. 21. p. 47. — V. 5. Vulgo αἰδεῖ. Cod. Vat. ἀΐδεω. *Anonym.* Bibl. Bodl. ᾄδοι tentavit; rectius *Jos. Scalig.* in not. msc. et *Huetius* p. 45. ἀΐδι. — V. 6. κρῖναι. ut Minois contra te sententiam excitem. Cf. *Agath.* Ep. LXXXVI. 5. 6.

XXVIII. Vat. Cod. p. 133. sq. Planud. p. 458. St. 595. W. Puellam frustra exspectantis querelae. Expressum ex *Asclepiad.* Ep. XIV. — V. 2. λύχνος μαραινόμενος. *Statyll. Flacc.* Ep. III. — ὑποκλάζειν dicitur lucerna, cujus ellychnium deficit. *Hesych.* ὤκλασεν. — ἐπὶ τῶν ἀπειρηκότων ἐν παντὶ πράγματι καὶ μηκέτι ἀντεχόντων. Hoc sensu *Musaeus* v. 325. πολλὴν δέ οἱ ὤκλασεν ὁρμή. ubi vide *Heinrich.* p. 169. — V. 3. συναπωλέσθητο Vat. Cod. — T. 80.] V. 5. ἕσπερος. Vide Ep. XXV. — „ἕσπερος ἦλθεν „e membr. ubi scribae vitio scriptum ἔξειν." *Br.* Vulgo ἐλθεῖν. — V. 6. In marg. Wechel. ad φείδεται notatum κάθεται. Hoc *Grotius* expressisse videtur: *Non homines flocci, non facis illa Deos.*

XXIX. Vat. Cod. p. 134. Plan. p. 458. St. 595. W. Aqua a puella perfusus vehementiore sese amore inflammari sensit. — V. 1. χθιζὰ non bene conspirat cum verbis v. 3. ἐς τρίτην ἀμφιλύκην, *sub tertiam noctem* s. *tertia nocte.* Nam si heri illa poëtam perfuderat, nondum bini dies effluxerant. An χθιζὰ non tam stricte de hesterno tempore accipiendum, sed pro πρώην est positum, fere ut in formula χθὲς καὶ πρώην; de qua vide laudata a V. Cl. *Doering* ad *Catull.* LXI. 37. *Grotius* priorem temporis significationem in versione praeteriit:

Hermonassa, mero titubans dum limina servo
Ipsius, et vinctis floribus orno fores,
Me cyatho perfudit aquae: turbata repente,
Vixque sibi trina reddita luce coma est.

— V. 5. ἐφλέχθην. Simili acumine nescio quis in Anth. Lat. III. 218. p. 650. *Me nive candenti petiit modo Julia: rebar, Igne carere nivem, nix tamen ignis erat. Quid nive frigidius? Nostrum tamen urere pectus Nix potuit manibus, Julia, missa tuis.* — V. 6. πῦρ γλυκερῶν στομάτων. *Philostr.* Epist. XXIII. p. 923. εἰ δὲ καὶ ἀποπλεῖς ποτε, πᾶν τὸ καταλειπόμενον γίνεται θερμότερον τῷ ἄσθματι, ἥδιον δὲ καὶ τοῦ νέκταρος.

XXX. Vat. Cod. p. 135. Plan. p. 459. St. 596. W. Nihil se fervidius quam Cleophantidis amplexus cupere. Vetustioris cujusdam poëtae, quam *Pauli Silentiarii*, hoc Epigramma esse suspicabatur *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 297. ed. Bip. Sine causa idonea. Plura sunt inter haec *Pauli* carmina, de quibus idem eodem jure suspicari possis. — V. 1. φράζεο. Male hoc accepit *Opsopoeus*, quasi *Paulus* puellam interroget, quanta in amore voluptas insit. Hoc esset φράζε. At φράζεσθαι est *animadvertere*. Vide *Palmer.* Exercitt. p. 794. *Valcken.* ad *Theocrit.* Eid. II. 69. — V. 2. λαῦρον. Vulgo, solemni errore. — ἐπαιγίζων. Ep. Adesp. X. ἄσσοι με τρέχουσι καταιγίζοντες ἔρωτες. — V. 3. Nullum neque ferrum, neque timor, neque pudor eos sejunxerit, cum mutuis amplexibus inhaerent. — *diducere amantes Non queat invitos Jupiter ipse duos.* *Propert.* II. El. V. 28. — διαχρίνει cl. editor dedit pro διακρίνει. Vide ad Ep. XXII. 2. Mihi nihil mutandum videtur. — βαλλομένους vitiose Vat. Cod. — πλέγματα. Vide Ep. VII. 14. — V. 5. Haec adumbrata sunt ad dicta Mercurii in Odyss. Θ. 339. sqq. unde *Lucianus* D. D. XVII. ἐγὼ μέν τοι, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύσαντι τὴν καλλίστην θεόν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. *Ovidius* II. A. A. 385. narrato Vulcani dolo: *Hos aliquis ridens, In me, fortissime Mavors, Si tibi sunt oneri, vincula transfer, ait.* Idem IV. Metam. 186. illi *jacuere ligati Turpiter, atque aliquis de Dîs non tristibus optet Sic fieri turpis.* — V. 7. ἀγκὰς ἑλίξας. Ep. XII. 11. ἀγκὰς ἔχειν dixit *Theocrit.* Eid. VIII. 55. et fortasse *Bion* XV. 8. ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀγκὰς ἔχοισα — Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια. — V. 8. βουλόμενος vulgo et in Cod. Vat. βαλλόμενος recepit cl. editor ex *Brodaei* et Scholiastae conjectura. *Stephanus* ἅψεσιν ἰλλόμενος suspicabatur. *Apollon. Rhod.* L. I. 129. κάπριον — δεσμοῖς ἰλλόμενον μεγάλων ἀπεθήκατο νώτων. De verbo ἴλλεσθαι disputavit *Valcken.* in

Adon. p. 250. sq. — V. 9. In membr. Vat. ἐν in δεῖ correctum, sive potius corruptum.

XXXI. Vat. Cod. p. 121. Plan. p. 454. St. 589. W. Furtivi amoris impatiens poëta, palam, licet cum vitae periculo, amare statuit. Initium expressum ex *Straton.* Ep. XVI. — V. 1. ὑποκλέπτ. – φώριον. *Mus.* 289. φιλότητος ὑποκλέπτοντες ἀνάγκην Κρυπταδίῃ τέρποντο μετ' ἀλλήλων Κυθερείῃ. — V. 3. λαθεῖν. *Dicere, quo pereas, saepe in amore levat.* *Propert.* I. El. IX. 34. — V. 4. „Huic versui, „quo non magis offendi debuisset monachi pudor, quam „aliis, quae servavit, Pauli amatoriis carminibus, alium „substituit ineptum," *Br.* Hunc scilicet:

δεῖξας ἢ λέξας ἐχθρὸς ἔρωτος ἀνήρ.

Genuinum Silentiarii nostri versum in versione expressit *Grotius:*

Cura fatenda palam est: et nobis dulcia si quis
Vincla soporiferi foederis impediat – –.

— V. 6. ξυνὸν. *mecum moriaris oportet. Hoc eodem ferro stillet uterque cruor.* *Propert.* II. El. VII. 87.

4. 81.] XXXII. Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 455. St. 591. W. Expressum carmen ex *Meleagr.* Ep. XXXVI. sq. ubi notatis adde *Propertium* L. II. El. II. 1. *Qui nullam tibi dicebas jam posse nocere, Haesisti, cecidit spiritus ille tuus. Vix unum potes infelix requiescere mensem, Et turpis de te jam liber alter erit.* — V. 1. ὑπὸ φρεσίν. Vat. Cod. quod revocandum. — V. 3. Hunc vs. respiciens *Suidas:* ἀνέμβατος· δυσχερὴς δυσχόμενος. T. I. p. 195. — V. 4. αὐχένα σοι κλίνω. *Vidi – Veneris vinclis subdere colla senem.* *Tibull.* I. El. II. 90. θρασὺν αὐχένα κάμψον ἀνικήτῳ Κυθερείῃ. *Nonn.* Dion. XXXV. p. 874. — V. 5. σοφὴν Παλλάδα. Similiter in Ep. *adesp.* CXVI[b]. puella a lanificio ad vitam meretriciam transiens: εἶπεν Ἀθηναίῃ· τῶν Κύπριδος ἅψομαι ἔργων, τὴν Πάριδος κατὰ σοῦ ψῆφον ἐνεγκαμένη.

XXXIII. Vat. Cod. p. 124. Planud. p. 456. St. 592. W. Tantalo se graviora pati poëta affirmat, ab amatae puellae amplexibus prohibitus. Cf. Ep. III. 4. 5. Nota paroemia de Ταντάλειοις τιμωρίαις. — V. 4. ῥόδων. *Achill. Tat.* L. I. 4. p. 14. τὸ στόμα ῥόδον ἄνθος ἦν, ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοίγειν τῶν φύλλων τὰ χείλη. *Alciphr.* L. III. 1. τὰ χείλη, τὰ ῥόδα τῆς Ἀφροδίτης ἀποσυλήσας τῶν κόλπων, διήνθισται. — V. 5. ἀκριτόδακρυς. i. e. πολύδακρυς. Formatum vocabulum ad analogiam τοῦ ἀκριτόμυθος. ὁ πολύλογος. ὡς καὶ ἄκριτα φύλλα τὰ δυσδιάκριτα διὰ πλῆθος. *Eustath.* ad Il. p. 161. 40. ἀκριτόφυλλον. πολύφυλλον. εὔδενδρον. Il. β. 868. — ὑπεριέλλοντα πέτρον. Vide not. ad *Archilochi* Fr. XLIII. T. I. P. I. p. 176. sq. et *Porson.* V. Cl. ad *Euripid.* Orest. v. 6. p. 4. sq. — V. 8. ἐκ δ' ὀλίγ. Et nunc vix vivo spiroque, et mox amoris flamma consumtus peribo.

XXXIV. Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 457. St. 593. W. Obsequitur poëta in hoc carmine praeceptis *Ovidii* L. II. A. A. 295. *Sed te, cuicunque est retinendae cura puellae, Attonitum forma fac putet esse sua. Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus — Adstiterit tunicata: Moves incendia, clama.* Similia dedit *Tibullus* IV. El. II. 9. *Seu solvit crines, fusis decet esse capillis; Seu compsit, comtis est veneranda comis. Propert.* II. El. I. 5.

Sive illam Cois fulgentem incedere totis,
Hoc totum e Coa veste volumen erit.
Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos,
Gaudet laudatis ire superba comis.
Sive lyrae carmen digitis percurrit eburnis
Miramur, faciles ut premat arte manus.

— V. 1. laudat *Suidas* in πορφυρέα T. II. p. 292. — V. 2. δείκηλον. ἄγαλμα ἢ ὁμοίωμα. *Suid.* T. I. p. 529. qui h. v. laudat in πυρφόρος T. III. p. 242. — V. 3. Vulgatum ξανθίσμασι ex membr. Vat. emendatum. Compa-

ravit haec novissimus *Horatii* interpres ad IV. Od. IX. 13. *Non sola comtos arsit adulteri Crines — Helene Lacaena.* *Aristoph.* Eccl. 950. πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων. — V. 4. laudat *Suidas* in ἐξεσόβησε T. I. p. 768. Mentem excussit pectori, sive, ut *Catullus* loquitur, *misero quod eripit Omnes sensus mihi.* LI. 6. *Archilochus* Fr. XXIV. ἔρως — πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε κλέψας ἐκ στηθέων ἁπαλὰς φρένας. Verbo ἐκσοβεῖσθαι sic usus est, quod plures viderunt, *Hermesianax* Eleg. v. 91. ubi de Socrate:

οὐδὲ βαθείης
ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεσόβησ' ἀνίας,
οἴκοι ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος.

Sic legendum suspicor, ἐκ δὲ in οὐδὲ mutato; *Neque Socrates mentem, licet sapientiae plenam, a lenioribus illis, quae amantes exagitant, curis liberare potuit.* Quid sint ἀνίαι κουφότεραι, praeclare docuit *Ruhnk.* Ep. cr. p. 298. — Similiter *Panyasis*: οἶνος — πάσας ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει. ap. *Athen.* L. II. p. 37. B. Vinum, ubi pectus intravit, τὰ καὶ κεκρυμμένα φαίνει Βυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον, secundum *Eratosthenem* fr. 1. Frequentius in tali re veteres usurparunt vocem ἐκπλήττειν et ἐκκρούειν. Vide *Intrpp. Thom. M.* p. 287. — V. 5. κατήορα, crines defluentes, non comtos, παρήορα. Conf. *Toupium* in Epist. cr. p. 43. sq. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1082. πλόκαμοι ξυνιόντες ἀκοσμήτοιο καρήνου Ἀβρότεροι γεγάασιν, ὅτ' ἀπλεκέες καὶ ἀλῆται Χιονέῳ στιχόωσι παρήοροι ἀμφὶ προσώπῳ. Notanda forma τῷ βόστρυχον. Ep. XLI. 3. — V. 7. μορφὴν τριχθαδίην. triplicem hunc crinium ornatum. Ductus fortasse color, ex *Meleagri* Ep. LXXXVI. ἐπεί σοι αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρεῖς ἔδοσαν χάριτας.

¶. 82.] *XXXV.* Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 459. St. 596. W. Referendum hoc carmen, ut bene observatum in lemmate, ad Ep. *Agathiae* XXII. quod in membranis

praecedit. Cf. *Meleag.* XXXVI. XXXVII. — V. 1. ὀφρύας εἰς ἓν ἀγείρων. ὁ σκυθρωπός. *Themist.* Or. II. p. 27. A. τὸν μὲν ἐξογκούμενόν τε καὶ ἀγείροντα τὴν ὀφρύν. — Ceterum color, ut in *Nonni* Dion. XLII. p. 1086. ἆ μέγα θαῦμα· Παρθένον ἔτρεμε Βάκχος, ὃν ἔτρεμε φῦλα Γιγάντων, Γηγενέων ἐλατῆρα φόβος νίκησεν ἐρώτων. — V. 3. Qui se superbia puellam subjugare posse putabat. ὑπέρβασις. ὕβρις. ὑπερηφανία. — ὑπερβασίης. ἀδικίας. ὑπερηφανίας. *Hesych.* — χαλέπτην. Vat. Cod. a pr. m. — V. 4. ἐκτὸς ἔβη. ut *Theognis* v. 946. γνώμης πολλὸν ἄρ' ἐκτὸς ἔβην. *Euripid.* Ion. 926. ἔξω δ' ἐγενόμην γνώμης ἐμῆς. Herc. fur. 771. δοκημάτων ἐκτὸς ἦλθεν ἐλπίς. — V. 6. ἔχοι. Vat. Cod. a pr. m. — V. 7. παῖδας. Vat. membr. recte; cui opponitur vs. sequ. σβέσσον." *Br.* Vulgo ἴσχεις. Quamvis justas irascendi causas habeas, extingue tamen irae flammam, ne te Nemesis, quae superbis insidiatur, corripiat. αἶθειν χόλον, verbo transitiva vi instructo, cum similibus nuper explicuit cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 32. Ut hic σβέσσον ἀγηνορίην, sic Ep. ἀδεσπ. CLIX. δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρείῳ ἔσβεσαν ὕβριν. Ep. CCCLXXXVI. αὐξομένην ἔσβεσεν εὐφροσύνην.

XXXVI. Vat. Cod. p. 139. Planud. p. 459. St. 597. W. Piscem puellae mittit. Prior hujus carminis pars cum posteriore non bene cohaeret. — V. 1. Conf. *Straton.* Ep. XLIV. — ἴχνος ἐρείσεις. si incedes, ambulabis. *Meleag.* Ep. XIX. ἐπὶ γαῖαν — ἴχνος ἐρειδόμενον. — V. 2. Insigni varietate Vat. Cod. πτηνὸς Ἔρως πτηνὸν κεῖσέ με ὥστε φέρειν. in qua lectione aliud quid latet, quam quod *Planudes* extudit. Fortasse *Paulus* scripserat:

πτηνὸς Ἔρως πτηνὸν κεῖσέ με, ἴσθι, φέρει.

— V. 3. ἰσόχροον. cujus tu colorem refers. — V. 4. πεζός. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. LXXX. p. 96. — V. 6. θαλασσαίη Παφίη. Venus *marina* ap. *Horat.* III. Od. XXVI. 5. *Nonn.* Dion. VI. 308. — V. 7. ἱμερόεντος ex Vat. Cod. pro ἱμερόεντι.

XXXVII. Vat. Cod. p. 122. Planud. p. 460. St. 597. W. In oculos invehitur, nimis curiosos pulchritudinis speculatores. Conf. *Meleagr.* Ep. IV. et *Polystrati* Ep. I. — V. 1. Inepte exornata sententia. κάλλους ἄκρητον. pulchritudinem incontinenter, haud secus ac merum, potantes. Similiter Ep. ἀδεσπ. XXV. ἄκρητον μανίης ἔπιον. *Plaut.* in Trucul. I. 1. 22. *Si semel amoris poculum accepit mere, Eaque intra pectus se penetravit potio.* κάλλος ἄκρατον fortasse scripsit *Themist.* Or. XIII. p. 168. D. ἀδελφοῦ δὲ βλάστην ἐρασμιωτέραν φέροντος, ὃ μάτην ἔτι ἐμάστευον, αὐτίκα (sic lego pro εἰ μοι δεῖητε μαστεύειν, καὶ) ἐξεῦρον, καὶ ἰδοὺ ἔχω, καὶ ἰδοὺ. προσορῶ τὸ κάλλος ἄκρατον (vulgo ἄγριον) καὶ λάμπον. — V. 3. ὅπου. Vulgo. — ἐν γαλήνῃ. cum amoris fluctus effugerim. Passim hac allegoria usi sunt veteres, nemo facile elegantius *Horatio* I. Od. V. 6 – 16. — V. 4. νηφαλίοις θυσίαις· ἐν αἷς οἶνος οὐ σπένδεται, ἀλλὰ ὕδωρ μελίκρατον. *Suid.* νηφάλια μειλίγματα appellabantur inprimis sacra Furiis facta. *Aeschyl.* Eum. 107. Verum aliis quoque diis et Veneri Uraniae ejusmodi fiebant sacrificia, teste *Polemone* ἐν τῷ πρὸς Τίμαιον ap. *Schol.* *Soph.* Oedip. Col. 100. *Paulus* se νηφάλια libaturum esse pollicetur, quando resipuerit, pristina Amoris ebrietate discussa. — Venus Μειλιχίη, placida, tempestatum moderatrix, templum habebat ad fretum Thracicum. — V. 5. καὶ κεῖθι. κεῖθι referendum ad ποῖ. Quod si frustra aufugero, nec in remotioribus terris liber fuero ab Amoris spiculis, vos, oculi, lacrymis expiabitis crimen. — T. 83.] V. 7. 8. laudat *Suidas* T. II. p. 725. ὀτλήσοντες, ὑπομενοῦντες, κακοπαθήσοντες. — ἔνδικον. Cf. not. ad *Meleagr.* p. 20. — V. 8. πυρὸς ἐργατίην. *Plato* Ep. VI. ἄλλοι, δι' ἔσως ἤλθετε πυρκαϊῆς.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 123. Planud. p. 460. St. 597. W. Mulier inconstantis animi se, uno viro non contentam, ab alio ad alium transire dicit. Epigramma inprimis elegans, quod ex antiquioris poëtae fontibus

derivatum esse, nullus equidem dubito. — V. 1. νέου. Sic illa ap. *Libanium* T. IV. p. 1044. 6. ἔτι παραλαμβανομένη τὴν ὄψιν, τὸν πλησίον ἐθήρευον, ἱκέτευον (num καὶ ἔλαμπετον) τῷ γείτονι ψιθυρίζοντα. — V. 5. τὸν ἐν παλάμῃσιν ἀπτόμενον. Similiter *Callimach.* Ep. XI. χοὐμὸς Ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν οἶδε· τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται. — V. 7. ἀφνειὴν Κυθέρειαν. Male haec accepit *Brodaeus*: quia unus non facile meretricios sumtus sustinere possit. Agitur simpliciter de amantium multitudine, nullo ad eorum divitias respectu habito. πενίη ὀλίγανδρος, amantium paucitas; conditio mulieris μονολεχοῦς καὶ φιλάνδρου (*Plut.* T. II. p. 57. D.), quae uno viro contenta est, sive, ut *Plautus* loquitur in Mostell. I. 3. 33. *unum amantem inservis*, quod ille *matronae*, non *meretricium* esse ait.

XXXIX. Vat. Cod. p. 125. *Paulo* nostro vindicat; in Planud. p. 461. St. 600. W. *Agathiae* inscribitur. Caussas poëta indicat, cur puellam nequeat relinquere. — V. 1. σώζεο. Vale tibi dicturus. — ἀνασειράζω. ἀνθέλκω. ἀναστρέφω. *Suid.* et iterum ἀνεχαλινοῦ. ἀνακόπτου. *Suid.* qui nostrum versum laudat T. I. p. 180. et iterum in ἀφ p. 406. — V. 3. δασπλῆτα διάστασιν. Tumorem Byzantini poëtae agnoscis. δασπλὴς de rebus μεγάλων κακῶν ἐκπεπληγμέναις interpretatur *Hesych.* ut de Orci faucibus in fr. *Simonidis* III. ubi v. not. p. 204. Nostrum distichon laudans *Suid.* T. I. p. 510. δασπλῆτα, τὴν ἐπὶ κακῷ προσπελάζουσαν explicat. — V. 4. κατασπέρχω. Vat. Cod. — V. 5. Satis haec inepta: Tua praesentia diei similis est: at dies mutus, tu suaviter facunda. — V. 7. Σειρῆνας — καὶ ἐν Ἐπιγράμμασι· καὶ τὸ λάλημα κεῖνο τὸ τῶν Σειρήνων γλυκύτερον. *Suid.* T. III. p. 304. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 33. p. 235. ed. *Wagn.* — V. 8. ἐλπίδας ἱμερόεις. *Qu. Maccius* Ep. I[a]. (T. III. p. 332. Anal.) οὐκέτι δ' ὑμεῖς οἱ πάρος· ἀλλ' ἑτέρας ἐλπίδας ἱμείρομεν, ubi vide not. T. II. P. II. p. 112.

XL. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 176. St. 258. W. Bacchi facra celebraturus poëta, panem, carnem et pifces abeffe jubet. Idem argumentum fimili modo exornavit *Macedonius* Ep. XIX. — V. 1. σπείσωμεν et v. fq. ἄσαμεν. Vat. Cod. Ibidem ἀνδροφόνων. Praeferenda vulgata ἀνδροφόνον φροντίδα. *verecundum Bacchum Sanguineis probibete rixis. Horat.* I. Od. XXVII. 3. Cf. L. III. VIII. 13. fqq. — V. 3. Cereris muneribus agricolam vefci decet: ἄλλοισι μελέτω τριπτολέμοιο γέρα, Ἡμῖν βότρυς. *Macedon.* l. c. — μελαμπέπλοιο, μελάμπεπλοι Εὐμενίδες funt ap. *Antip. Sidon.* Ep. LXXVIII. ubi vide not. T. II. P. I. p. 73. — Περσεφόνης. Vat. Cod. a pr. man. — V. 5. γαυροφόνων. edd. quaedam antiquae. — αἰμαλέα fuiffe videtur in Cod. Vat. — ¶. 84.] V. 7. ὀστέα γάρ ν. Vat. Cod. vitiofe. ὀστέα νεκύων funt fpinae pifcium, edentibus periculum minantes; hinc illas faceffere jubet ad eos, οἷς Ἀΐδης φίλτερος ἠελίου, qui fe in manifeftum vitae pericúlum conjicere non verentur. Junge: εἴξάτω χείλεσι φωτῶν, pro ἀπίτω πρὸς τὰ χείλεα τούτων, οἷς —. — V. 9. ἔστιν et v. fq. ἔθέλει. Vat. Cod. — Vinum nobis pro cibo et potu eft, neque ambrofiam defideramus.

XLI. Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 422. St. 557. W. Anaxagorae ad Laïdis limina comiffantis verba. Illuftribus nominis carmen ornare ftuduit poëta; ne quis eum hiftoriam quandam antiquitatis fpectaffe exiftimet. — V. 1. Vivida fane defcriptio. Coronas discerptas, pocula fracta, faces ambuftas et fimilia juvenes comiffantes ad meretricum januas relinquere folebant. ἐπιτίλματα. In his irae et defperationis fignificatio. Caprarius ap. *Theocritum* Eid. III. 21. puellam flecti poffe defperans: τὸν στέφανον τιλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς. — V. 2. „πλανκτά. exhibet Vat. membr. e correctione tamen; nam „primo fcriptum fuerat πλαγκτά.“ *Br.* Vulgo πλαστά. Membranarum lectionem expreffit *Grotius: Turbantisque animum pocula fracta meri.* — V. 5. παρὰ πρὸ

θύρας. Meretrix ap. *Aristaen.* II. 20. p. 104. ὅτι μὲν γὰρ αὐτὰ πεδῶσι, ἀστρώτους καὶ χαμαιστρώτους ... ἐπὶ θύραις ... καὶ ... μόνον ... ἐξ... Amor ap. *Themist.* Or. XIII. p. 162. D. καὶ θυραυλεῖν ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ τὰ πολλὰ [κοιμώμενος]; hoc enim verbum mutilo loco addendum puto ex *Platon.* Conv. p. 203. D. — V. 7. οὐκ ἐπεὶ. Color fortasse ductus ex *Theocrit.* Eid. XXIII. 6. πάντας δὲ τῷ μύθοισι καὶ ἐν προσώποισιν ἀτερπής — Οὐ λόγος, οὐχὶ φίλαμα τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα. — V. 8. ὑπόσχεσιν. ne verbum quidem, quamvis falsum et mendax, quod spem saltem excitare posset. — Difficilem accessum ad Laïdem fuisse omnes narrant. Unde *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. ἀπτὸν ἦν ... καὶ νέα ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη, εἶδες δ' ἂν αὐτῆς φαρνάβαζον θᾶττον ἄν. Hinc fuerunt, qui de difficillimo ad hanc meretricem accessu interpretarentur proverbium, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς, non cuivis homini contingit adire Corinthum. (*Horat.* L. Epist. XVII. 36.) Vide *Gellium* N. A. I. 8. Facete illud ad vitam parasiticam transtulit *Nicolaus* in *Stobaei* Flor. XIV. p. 148. οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζαν ἔσθ' ὁ πλοῦς —, ubi obiter corrigendum: ἄκρατα καταστρέψαντες οὐδὲ νῦν ἔτι, pro πάντα, quo metrum evertitur. — V. 10. ἀστρώτοις Vat. Cod. a pr. man. et θηλυτέρης, utrumque habet *Suidas* in γοῦν T. I. p. 499.

XLII. Vat. Cod. p. 137. cum lemmate: Παυλ. Σιλ. ἀντίγραφον ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει πρὸς τὸν φίλον Ἀγαθίαν. Praecedit ibi Ep. *Agathiae* XXV. quo ille se legibus a puellae consuetudine prohiberi conqueritur. Respondet *Paulus*, verum amorem nullas ejusmodi leges curare. Plan. p. 464. St. 604. W. — V. 4. σοι omittit Vat. Cod. — V. 6. ὑμετέρης. Vide *Agath.* LXXIV. — V. 8. ἐννυχίου κύματος, undae noctu trajiciendae. — V. 9. ζαμίζειν Vat. Cod. a man. sec. — [§. 85.] V. 11. Legibus Minerva praeest, amori Venus; utrique deae operati,

nemo potest. In ἀνὴρ prior syllaba hoc loco producitur, eamque communem esse contendit *Valcken.* ad Phoen. p. 554. cujus sententiam impugnat *Brunckius* ad *Soph.* Oedip. Col. 630. et 1486. Apud Atticos certe nunquam producitur. Vide *Porson.* ad Phoen. v. 1670.

XLIII. Vat. Cod. p. 435. Plan. p. 36. St. 54. W. Legitur ap. *Stob.* T. LXI. 390. 53. Gesn. 259. Grot. ubi *Grotius* tertium distichon, tanquam peculiare carmen, a praecedentibus sejunxit. — V. 1. Παφίη. Vat. Cod. — Nunquam pectus Veneri aperias eique sedem ibi concedas. — Notabilis hic usus verbi κοιλαίνειν, quem ex hoc uno loco cognitum habuit *Stephanus* in Thes. Gr. L. — ἀντιτύπου κραδίης. a pectore firmiore, resistente primo conatui. ἀντιτύπους ἀνθρώπους. σκληροὺς καὶ ἀνενδότους. μεταφορικῶς ἀπὸ τοῦ ἄκμονος καὶ τῆς σφύρας. *Suidas.* ἀντιτυπῆσαι. ἐναντιωθῆναι, ἀντειπεῖν. *Hesych.* *Plutarch.* T. II. p. 701. C. junxit τὸ ἀντίτυπον, ἀμετάβλητον καὶ τὸ ἀπόφαμνον. — V. 2. In verbo ἀποθρώσκει continuatur metaphora: resilit Amor a duriore pectore, ceu lapis lapidi illisus. — V. 3. οἰστὸς emendavit *Casaubon.* in not. msc. quod minime probandum. — ὀλισθήεσσαν ἔχει φύσιν, *Mus.* v. 94. ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων ἕλκος ὀλισθαίνει. καταῤῥεῖ in eadem sententia dixit *Achilles Tat.* I. 4. p. 14. — φλογεροῦ. Cod. Vat. De *igneis* amoris *sagittis* exempla collegit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 204. — V. 5. ἐλπίδι μειχλάδι, (μαχλάδι Vat. Cod.) blandienti et fallenti. Ad sensum facit *Alciphron* II. Ep. I. p. 71. ἀξίως ἔστιν ἔρως καὶ ἐλθεῖν καὶ ἀποστῆναι· ἐλπίδας πτεροῦται, καὶ ἀπελπίσας ταχὺ πτεροῤῥυεῖν εἴωθεν ἀπογινώσθεις. Spes blandimentis suis animum demulcens dicitur σαίνειν et ὑποσαίνειν τὸν θυμὸν, ut ap. *Aeschyl.* Choëph. 192. σαίνομαι ὑπ' ἐλπίδος· fortasse etiam in Agamemn. v. 101. ποτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ σαίνουσ' ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον —, quod mihi quidem vulgato φαίνουσ' et elegantius et expeditius esse videtur. *Oppian.* Hal. I. 36. ἐλπὶς δ' αὖ σταθερὴ σαίνει φρένας.

Quantum malorum saepe ex spe, temere concepta, oriatur, indicavit *Antiphon* ap. *Stob.* in Flor. T. XX. p. 175. cujus paulo plura adscribam verba, ut eorum emendationem proferam: καὶ ἐν μὲν τῷ γεγενῆσθαι οὐκ ἔνεστιν (fort. νοῦς οὐκ ἔ.), ἐν δὲ τῷ μέλλειν ἐνδέχεται γενέσθαι· ὅστις δὲ δράσειν μὲν οἴεται τοὺς πέλας κακῶς, πείσεσθαι δὲ εὖ, (vulgo δι' ἃ) οὐ σωφρονεῖ. ἐλπίδες δὲ οὐ πανταχοῦ ἀγαθόν, πολλοὺς γὰρ τοιαῦται ἐλπίδες κατέβαλον εἰς ἀνηκέστους συμφοράς. — γυιοκόρον. Cod. Vat. Vid. Ep. VII. 11. — V. 6. ὑποῤῥιπίζει. Vat. Cod. *Alciphr.* L. III. 47. τοσοῦτον ῥιπίζομαι ταῖς ἐλπίσιν. Mater filiam monens, ne amorem animo conceptum foveat, ap. Eund. L. III. 2. μὴ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακόν.

XLIV. Vat. Cod. p. 170. Edidit hoc Epigramma *Kuster.* ad *Suid.* in ἀθώπευτον T. I. p. 73. ubi ultimus versus excitatur. Anthol. Reisk. nr. 445. p. 17. Venator apri, ad fluminis ripas excepti, exuvias Pani dedicat. — V. 1. „βοτρυόνων. ante Kusterum Salmasius „emendaverat pro βοτρύων. a βότρυς, βότρυος, βοτρύϊνος, „ut δρῦς, δρύϊνος; quae nota in codicis margine scripta „est, multoque hoc praestat Reiskii conjecturae scribentis εὐβοτρύων." *Br.* In vitiosa lectione βοτρύων cum cod. conspirat *Suidas*, qui h. v. laudat in ἀκάμαντα T. I. p. 77. et iterum in λωβητῆρα T. II. p. 462. In marg. Lips. βοτρυόνων notatur. — V. 2. *Suidas* in ἐνναίεται T. I. p. 733. ubi ἐνναίετην legitur. (Delendum colon post ὑψικόμων in ed. Lips.) — δονάκων. In locis palustribus et arundinetis latere solent apri. *Apollon. Rhod.* L. II. 818.:

κεῖτο γὰρ εἰαμενῇ δονακώδεος ἐν ποταμοῖο
ψυχόμενος λαγόνας τε καὶ ἄσπετον ἰλύϊ νηδὺν
κάπριος ἀργιόδων, ὀλοὸν τέρας, ὅν ῥα καὶ αὐταὶ
Νύμφαι ἑλειονόμοι ὑπεδείδισαν· οὐδέ τις ἀνδρῶν
ἠείδει· οἶος δὲ κατὰ πλατὺ βόσκετο τῖφος.

— V. 3. ἀκμαῖσιν ὀδόντων. Ap. *Statium* XI. Theb. 530. aper *strictis — erexit pectora setis; Igne tremunt oculi,*

lunataque dentibus uncia Orca sonans. — V. 5. πιθηκώτης χαίτης. Vide ad *Archiae* Ep. XII. T. II. P. I. p. 256. — V. 6. καὶ ἐκλιπόντα βάθος ὕλας. *Theocrit.* VIII. 49. ὦ βάθος ὕλας μύριον. — V. 7. „Scr. Ξεινόφιλος, ut in mem„branis scriptum est, teste Salmasio, cui tamen Ξηνόφιλος placuit. In lemmate etiam ἀνάθημα παρὰ Ξενοφίλου.“ *Br. Reiskius Salmasii* emendationem exhibet. — Pro φρυκῷ in marg. ap. Guy. et R. φυγεῦ emendatur.

XLV. Vat. Cod. p. 155. „Epigramma hoc, quo „caret Apogr. Buherianum, habeo ex Wechelianae „exemplari, quo usus est Salmasius, in cujus calce de„scriptum est cum quibusdam aliis viri magni manu. „Ediderat jam Ernesti in not. ad Callimachum p. 47.“ *Br.* Androclus, peritus venator, Apollini arcum dedicat. — V. 1. Ἀνδροκλος. Illustre nomen conditoris Ephesi, (vide ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXVI. T. II. P. I. p. 42.) qualia *Paulus* Epigrammatis suis intexere solet. — ᾧ ἔπι. arcum, quo felicem venationem exercuit. — εὔσκοπον τόχην ἄγρας. Proprie ipse venator εὔσκοπος. Ad arcum hoc epitheton transtulit *Aeschyl.* in Choëph. 688. τόξοις πρόσωθεν εὐστόχοις χειρουμένη. Eodem sensu εὔστοχον πέτρον dixit *Euripid.* in Helen: 75. — V. 3. nunquam frustra (ἐπ' ἠλεμάτῳ ἐκηβολίᾳ, i. e. ἠλεμάτως, μάτην) sagitta nervum fugit. — V. 5. παγάγρετος, Vat. Cod. quod recte emendatum videtur; nisi forte fuit:

πανατγρέτις ἰαχὰ νευρά.

φιλαγρέτις Ἄρτεμις infra occurrit Ep. LXXII. — V. 7. Λέοντιον. Vide ad *Leonid. Alex.* Ep. XI. μείλιον. munus. Vide *Apollon. Rhod.* III. 135. 146. *Alberti* ad *Hesych.* v. ἐπιμείλια. — ἀμφιδέαι. h. l. sunt lamellae, arcus extrema ambientes et vestientes. Circulos sive annulos interpretatur *Casaubon.* ad *Athen.* p. 323. 53.

¶. 86.] *XLVI.* Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 442. St. 575. W. Lysimachus, annorum onere gravatus, arma

cum baculo commutat illaque Marti dedicat. — V. 2. cum parte praeced. laudat *Suidas* in ἔγχεια T. I. p. 676. et iterum in χολάδων T. III. p. 677. — V. 3. *Suidas* in ἀλεξιβέλεμνον T. I. p. 106. χιτών, thorax, usu Homerico. Il. β. 416. Ἑκτόρεον δὲ χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι. *Oppian.* Hal. II. 24. χάλκειοί τε περὶ μελέεσσι χιτῶνες. — V. 5. 6. laudat *Suidas* in βάκτρον T. I. p. 411. — Similiter *Macedon.* Ep. XXIV. ἀντὶ δὲ σκήπτρου Σκηπάνιον τρομερὰς χεῖρας ἐρειδόμεθα.

XLVII. Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 434. St. 567. W. Teucer Arabs Pani leonis exuvias dedicat. — V. 2. ἀκροχανής. oris rictum late patentem significat. — φοινῷ. Vat. Cod. Vulgo φονίῳ. Revocanda est membranarum lectio. *Homer.* Il. π. 159. πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν. φοινόν. πυῤῥόν. *Hesych.* — V. 3. 4. Laudatur hoc distichon a *Suida* in Ἀγρότας T. I. p. 39. et αἰγανέα (ἀκόντιον ὁλοσίδηρον) T. I. p. 640. denique in καὐτὴν T. II. p. 284. Falsam esse interpretationem vocis αἰγανέα, quam Lexicographus offert, ex hoc loco apparet. αἰγανέαι παρωγέες sunt ap. *Meleagr.* Ep. CXV. Reddendum fortasse h. v. *Libanio* T. IV. p. 1020. ed. R. καὶ χεῖρες ἐν ἔργῳ· αἰγανέαι (vulgo γενναῖα) καὶ βέλη προσομιλοῦσι σώμασι κ. τ. λ. Pro ἀγρόταν haud scio an ἀγρέταν sit legendum. Cf. XLV. 5. — V. 5. Impressa hastae dentium vestigia. — V. 6. ᾧ ἔπι. Vat. Cod. (sic saltem Ap. Goth.) „Vat. membr. Dorismos in hoc carmine habet, 4. καὐτὰν ἀγρ. αἰγανέαν. 6. ᾇ ἔπι βρυχητάν. 7. χορείαν. 8. στᾶσαν. Sicne an altero modo scribatur, parum interest; sed ab optimo codice, cujus maxima debet esse auctoritas, nihil caussae erat, cur discederem." *Br.* — βρυχητὴν χόλον. τὸ βρύχειν leoni proprium. Vid. *Eustath.* ad Il. p. 912. 42. βρύχειν τοὺς ὀδόντας. *Thom. M.* p. 172. — V. 7. Νύμφαι. Ductum hoc videtur ex *Apollon. Rhod.* cujus versus laudavi ad Ep. XLIV.

XLVIII. Vat. Cod. p. 150. Planud. p. 436. St. 570. W. Historia de certamine musico, in quo cicada alteri certantium opem tulerat. Cf. Ep. ἀδεσπ. CLXXV. — V. 1. Λυκωρεῖ. Vat. Cod. Λυκωρεὺς vocatur Apollo ab urbe Lycorea. *Schol. Apoll. Rh.* IV. 1490. Λυκωρείοιο Ἀπόλλωνος· ἀντὶ τοῦ Δελφικοῦ. οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο. cum quibus comparanda sunt, quae *Strabo* de antiquo Delphorum situ tradidit L. IX. p. 418. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Apoll. 19. p. 91. — V. 2. „Πάρθις. In Planudea Πάρθος. Apud Suidam πάρθης legitur aut πάρθη. In Vat. cod. πάρθης et supra γρ. σπάρτας. Vera scriptura est Πάρθις, nomen e Παρθένιος derivatum. In alio, quo eadem fabula celebratur, carmine, infra p. 185. Πάρθις itidem reposui, ubi Planudea habet Σπάρτις. Timaeus, e quo historiam hanc retulerunt Strabo p. 260. et Antigonus Car. c. 1. citharistarum alterum, cui patria Rhegium, Aristonem vocat, cum quo Eunomus Locrus contendit." *Br.* De scriptoribus, qui hanc fabulam narraverunt, et de nominum diversitate vide *Nicklasium* et *Beckmannum* ad *Antig. Car.* c. I. p. 2. 4. *Kanne* ad *Cononis* Narr. V. p. 77. sq. — V. 3. ἀγών. In certamine musico, quod Delphis celebrabatur. Adscribam narrationem *Clementis Alex.* in Protrept. p. 2. quae ad nostrum carmen illustrandum inprimis facit: Πανήγυρις Ἑλληνικὴ ἐπὶ νεκρῷ δράκοντι συνεκροτεῖτο Πυθοῖ, ἐπιτάφιον ἑρπετοῦ ᾄδοντος Εὐνόμου· ὕμνος ἢ θρῆνος ὄφεως ἦν ἡ ᾠδή, οὐκ ἔχω λέγειν· ἀγὼν δὲ ἦν καὶ ἐκιθάριζεν ὥρᾳ καύματος Εὔνομος, ὁπηνίκα οἱ τέττιγες ὑπὸ τοῖς πετάλοις ᾖδον ἀνὰ τὰ ὄρη, θερόμενοι ἡλίῳ. — ῥήγνυταί χορδὴ τῷ Λοκρῷ· ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ· ἐτερέτιζεν ὡς ἐπὶ κλάδῳ, τῷ ὀργάνῳ· καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδός, τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν· οὐκοῦν ᾠδῇ τῇ Εὐνόμου ἄγεται ὁ τέττιξ, ὡς ὁ μῦθος βούλεται, χαλκοῦν ἀναστήσας Πυθοῖ τὸν Εὔνομον, αὐτῇ τῇ κιθάρᾳ καὶ τὸν συναγωνιστὴν τοῦ Λοκροῦ. — V. 4. laudat *Suid.* in κρέκω T. II.

p. 372. ἤχησε resonuit; signific. neutra. — V. 5. τεττιγοῖο. Vulgo et in Vat. Cod. Nostrum est ap. *Suidam*, qui h. l. profert in ἀποκόμπασε T. I. p. 252. Conf. not. ad *Agath.* Ep. LXVIII. Pro βραγχὸν (vide *Agath.* Ep. LXIX.) vett. *Suidae* edd. βρόχον et βρόγχον legunt. — ἀπεκόμπασε. Hoc verbum cum adjecto βραγχὸν ex vulgaribus lexicis laudans *H. Stephan.* in Thes. T. II. p. 371. D. loci in Anthologia non meminerat, ut apparet ex interpretatione, quae haesitabundus addit. Ut κόμπος omnino graviorem strepitum indicat, etiam sine insolentiae notione; sic κομπάζειν est sonitum edere, et ἀποκομπάζειν, cum sonitu rumpi, dissilire. — V. 6. ἁρμονίας. Vat. Cod. — μέλος. Per enallagen haec videntur explicanda: πρὶν σκάζειν ἁρμονίην μέλους, nisi genitivum a σκάζειν (tanquam verbo *privandi*) pendere putandum est. Prius praefero. — ἁρμονίῃ εὔτονος εὔρυθμος. — V. 7. ὑπὲρ ἕζετο. Vat. Cod. et *Suidas* in ἀβρὸς T. I. p. 13. — φθόγγον ὑπῆλθε. subiit in locum chordae disruptae. ἐξεπλήρωσε τὸν φθόγγον dixit *Strabo* p. 260. — V. 9. 10. *Suidas* in λαλαγεῦσαν T. II. p. 411. Cicada vocem ad lyrae numeros accommodavit. Auctor Ep. ἀδεσπ. CLXXV. 11. πρὸς γὰρ ἐμὰν μολπὰν ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσι ᾠδὸς Τέττιξ τὸ ποιμενικὸν φθέγμα μεθηρμόσατο. Haec loca si quis compararverit cum verbis *Clementis* supra adscriptis, facile in eam suspicionem delabetur, ut corruptelam traxisse existimet haec: καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδός, τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν· nam non Eunomus deficientem chordam implevit, sed cicada; quam ab erudito Patre, cui hîc quoque poëtarum loca obversabantur, ᾠδὸν appellatam esse, vix dubito. Aut delenda sunt verba τοῦ τέττιγος, aut cum Εὐνόμου nomine permutanda; quo facto omnia optime procedent: Musica cicada (ὁ ᾠδός) Eunomi sese cantui accommodans, deficientem chordam adimplevit. Huic interpretationi favet quoque *Eustath.* ad Dion. Perieges. v. 365. — T. 87.] V. 11.

Αητωίς.

Λαπτώϊε. Vat. Cod. — τεῷ τέττιγι. Apollini sacro, ob musicam facultatem. Ipsum Apollinem, sub cicadae specie, Eunomum adjuvisse affirmat *Julian.* Epist. XLI. p. 421. — V. 12. ὑπὲρ κιθάρας. *Strabo* l. c. ἐδείκνυτο δ' ἀνδριὰς ἐν τοῖς Λοκροῖς Εὐνόμου τοῦ Λοκροῦ τοῦ κιθαρῳδοῦ τέττιγα ἐπὶ τὴν κιθάραν καθήμενον ἔχων. Statua, quam Geographus Locris fuisse ait, Delphis positam tradit lemma Ep. ἄδεσπ. supra laudati. Hinc in utroque loco Eunomi statuam fuisse suspicatur Cl. *Kanne*, quia victoribus domi, et ubi certamina habita essent, iidem honores haberi solerent.

XLIX. Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 442. St. 575. W. Nicagoras quidam scutum, multo usu attritum, Jovi dedicat. — V. 1. *Suidas* in ὀμφαλὸς T. II. p. 694. ὀμφάλιον τρύφος. τὸ μεσαίτατον. — V. 3. ἰσάριθμος. Vat. Cod. Haec *Paulus* derivasse videtur ex *Mnasalca* Ep. IV. in scutum: καίπερ τηλεβόλους ἰοὺς καὶ χερμάδι' αἰνὰ Μυρία καὶ δολιχὰς δεξαμένα κάμακας, Οὐδέποτε Κλείτοιο λιπεῖν περιμάκεα πᾶχυν φαμί. — χαλάζῃ. *Agathias* L. III. p. 97. ed. *Vulc.* in pugnae descriptione: εἴκασεν ἄν τις τὸ χρῆμα νιφετῷ μεγάλῳ ἢ χαλάζῃ πολλῇ ξὺν βιαίῳ πνεύματι καταῤῥαγείσῃ. — V. 5. χειρὶ μεναίχμου emendavit *Scaliger* in not. msc. quod mihi vulgatae praeferendum non videtur. Sed fortasse recipienda Cod. Vat. lectio:

εὔζετο Νικαγόρα.

— V. 7. Spartae legem circa illud scutum bene servatam dicit Nicagoras, respectu habito ad eam legem, quae ceteris Graecis cum Spartanis communis erat, ne quis scutum in pugna abjiceret. (Vide *Spanh.* ad Nubes 352.) *Paulus* fortasse cogitabat de Lacaenarum quarundam praeceptis, quibus filios impertirent, cum illis clypeum traderent. Vide *Plutarch.* Lacon. Inst. T. II. p. 241. F.

L. Vat. Cod. p. 152. Planud. p. 445. St. 578. W. Scriba instrumenta artis Mercurio dedicat. Plura hujus

argumenti carmina illuſtravimus. Vide inprimis ad *Phan.* Ep. III. T. II. P. I. p. 161. *Philipp.* Ep. XVII. *Jul. Aeg.* Ep. X. *Damocharis* Ep. II. — V. 1. laudat *Suidas* in γυρὸς T. I. p. 504. — V. 2. ἀκόνην τρηχ. pumicem, quo calamus acuebatur. — V. 3. μεσσοσχιδέων Vet. Cod. — δονακήων a δονακεύς, quam formam ex *Homero* (Il. σ. 576.) profert *Heſychius* in δονακῆα. — V. 4. ταμίης. Vat. Cod. — V. 6. γλυφίδες καλάμων, ipſum eſt calami roſtrum, atramento imbutum. Proprie hoc vocabulum de ſagittarum crenis uſurpari conſtat. Vide *Schol. Homer.* Il. δ. 122. Cultellus, quo fiſſurae fiunt, γλυπτὴρ appellatur ap. *Julian. Aeg.* Ep. XI. Non igitur accedo *Salmaſio,* qui γλυπτῆρα et γλυφίδα nihil inter ſe differre pronuntiat ad *Solin.* p. 735. A. — V. 8. ῥυσόν. Vat. Cod. Poſtrema haec verba ſic vertit *Grotius: cui gravis aetas Rugoſa texit lumina pellicula;* de cataracta, ut videtur, cogitans. Huic interpretationi favent Epigrammata, quae in eodem argumento verſantur. Ex ipſis tamen poëtae verbis hic ſenſus emergit: palpebram, ut in ſenibus fieri ſolet, deſcendentem oculos tantum non texiſſe eosque obumbraſſe.

LI. Vat. Cod. p. 152. Plan. p. 445. St. 587. W. *Paulo* hoc carmen vindicant membranae; vulgo ſine auctoris nomine proſtat. — V. 1. μόλυβδον. Vat. Cod. — V. 2. regulam radit plumbum, dum eam ſequitur. — V. 3. *Suidas* in χάλυβες T. III. p. 852. — V. 5. 6. *Suidas* in ὀκρίβεις T. II. p. 676. — ¶. 88.] V. 7. 8. Τρίτωνος. Ποσειδῶνος. θαλάσσης. *Suid.* T. III. p. 507. ubi totum diſtichon excitatur. Spongia ſcribae utebantur ad delenda, quae perperam ſcripta eſſent. Hinc *ſpongiam deletilem* vocat *Varro* ap. *Non.* II. 212. et Auguſtus Ajacem ſuum *in ſpongiam incubuiſſe* facete dictitabat, teſte *Sueton.* V. Aug. c. 85. Proverbium eodem referendum, *Spongia medebitur*, illuſtravit *Rader.* ad *Martial.* IV. Ep. X. Utebantur ad hanc rem ſpongiis

marinis, unde Ep. sq. σπόγγον, ἁλὸς βλάστημα, χερσὶς λειμῶνα θαλάσσης. Has Tritonem sibi substernere ait Noster. Ad similem poëtae cujusdam imaginem respicere videtur *Alciphron* in loco obscuro et depravato L. I. Ep. II. σπόγγους ἡμῖν ἐπίταττε καὶ τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἔρια, ἃ φύεται ἐπισικῶς ἐν Εὐρυνόμης ΕΙC ΛΗΜΝΟΝ. Depravationem in postremis verbis inesse, mihi persuasum habeo. Putabam: ἐν Εὐρυνόμης λειμῶνι — quibus verbis maris fundus significari potuit, Eurynomae Nymphae sacer, sicuti diis superis sacra erant prata, ut Ἥρας, Ἀρτέμιδος λειμὼν, et alia passim. Sed fortasse tutius fuerit, ejusmodi locum prorsus non attigisse. De spongiis marinis, (πόντια βάκη eas, ex poëta procul dubio, appellat *Hesychius*,) et de urinatoribus, qui eas ex mari protrahebant, σπογγοκολυμβηταί, σπογγοτόμοι appellantur, vide *Oppian.* V. Hal. 612. sqq. et *Schneiderum* in Eclog. Phys. T. II. p. 59. sqq. — V. 8. ἀκρεστορίης. Vat. Cod. a pr. m. — V. 9. πολύωπα. vasculum perforatum, quod, praeter atramentum, etiam ad calamos aliaque instrumenta tenenda serviebat. — V. 11. Junge χεῖρα, ὑπὸ γήραος τρομερὴν, ὄκνῳ καθαρμόζων. manui prae senio trepidae post diuturnos labores otium concessit.

LII. Vat. Cod. p. 153. *Paulo* etiam hoc Epigr. inscribit, quod in Plan. p. 446. St. 578. W. ἄδηλον est. — V. 2. ἁρμονίῃ. Vat. Cod. Linea, quam plumbum designat, literarum ordines tanquam fundamento nituntur. — V. 3. μαλύβδου. Vat. Cod. — V. 4. τρητή· τετρημένη· ὀπὰς ἔχουσα. Καὶ λιθ. etc. τὴν κίσσηριν λέγει. *Suid.* T. III. p. 499. — V. 7. σπόγγον. Mire spongia, quae in fundo maris quasi prata efficit, ipsa vocatur λειμών. — V. 10. Vulgo κικμηκώς, quod etiam *Suidas* tuetur v. T. II. p. 290. ubi φιλαμμίδεσιν et παλάμαις legitur. — Vide *Damochar.* Ep. II. 9.

LIII. Vat. Cod. p. 156. *Paulo* vindicat; in Planud. p. 441. St. 574. W. est ἀδέσποτον. In Cod. *Bandini*

p. 102. inscribitur Ἀνύτης, mero errore; nam sequitur Epigr. *Anytes*, cui in eodem Cod. adscriptum ἀδέσποτον. Verborum in hoc disticho sensus satis est perspicuus, acumen nondum satis assequor. Meniscus Pani fistulam dedicat: hic se illud munus accepturum esse negat, quod arundines (Syrinx) ipsum amoris flamma incenderint. Memoriam pristini amoris igitur deus refugit. Ad postrema verba *Brodaeus* adscripsit: *fistularum amorem deposui*; quae si pro versione dedit, pessima sunt; sed eum consequentiam potius eorum, quae poëta dixit, voluisse puto. ἀπεστυγησάμην dictum est, ut ap. *Pallad.* Ep. XVI. πολλῶν γὰρ μικρῶν ἔχθραν ἀπεστυγησάμην. et ap. *Antip. Thess.* Ep. LII. ubi puella τὴν Ἕλλης μοῖραν ἀπεστύξατο.

LIV. In primis paginis post titulum Vat. Cod. Plan. p. 349. St. 488. W. — V. 1. μόλις. Eximiam tuam pulchritudinem vix tandem, magno cum labore, expressit pictor. Cf. Ep. LIX. 1. — V. 2. προσώπου. κάλλευς. et pulchritudine tua et arte aeque delectaremur.

§. 89.] *LV.* Vat. Cod. eodem loco, quo praecedens, cum lemmate: Εἰς εἰκόνα Μαρίης τῆς κιθαρῳδοῦ. Plan. p. 349. St. 488. W. In imagine, quae hoc Epigr. describitur, Maria tenebat citharam et plectrum. Hinc acumen petivit auctor satis ineptum, cum eam amoris πλῆκτρον tenere dicit. Solent autem rei musicae vocabula ad rem amatoriam aliaque ingeniose traduci, ut ap. *Straton.* Ep. XXIX. et *Lucillium* Ep. XVIII. Facetus in hoc genere locus est *Machaonis* ap. *Athen.* VIII. p. 346. A. B. ubi coquus, artem suam commendans, comparationibus e musica petitis utitur. Adscribam eum, ut mihi emendandus videtur:

Ὀψοφάγος εἰμί· τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς τέχνης
θεμέλιος ἡμῖν· προσπεπονθέναι τι δεῖ
τὸν μὴ τὰ προστεθέντα λυμανούμενον·
περφρεντικὸς αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἔσται καλός.

ἔπειτ' ἐὰν ᾖ καθαρὰ τἀισθητήρια,
οὐκ ἂν διαμάρτοις· ἕψε καὶ γεύου πυκνά,
ἅλας οὐκ ἔχει· προσένεγκ', ἔτ' ἐπιδεῖταί τινος·
πάλιν τε γεύου, συμμετρίαν ὡς ἁρμόσῃ·
ὥσπερ λύραν ἐπίτειν' ἀεί γ', ἕσθ' ἡδὺς ᾖ.
εἶθ' ὁπόταν ἤδη πάντα συμφωνεῖν δοκῇ,
εἴσαγε διὰ πασῶν Νικολαΐδας Μυκονίους.

Is, qui loquitur, se ipsum gulosum esse et helluonem fatetur, idque ad artem coquinariam probe exercendam inprimis necessarium esse contendit. Nam nisi coquus amore quodam ciborum, quos paret, affectus sit, vix fieri posse, quin eos perdat; qui autem sui rationem habeat (πεφροντικὼς ἑαυτοῦ), illum non malum coquum fore. Reliqua interpretatione non egent. Civitatem cum lyra comparat *Diotogenes* ap. *Stob.* T. XLVI. p. 331. 2. ubi scribendum: ὅθεν ὡς λύραν καὶ πόλιν εὐνομουμένην δεῖ συναρμόσασθαι βασιλέα, ὅρον δικαιότατον καὶ νόμω τάξιν ἐν αὐτῷ πρᾶτον κατασταησόμενον. — V. 3. ἄγναπτον. marg. Vat. Cod. οἷσιν ἀγν. Vulgo, nec hoc male. ᾧ δ' ἐπινεύσει. cui illa faverit, haud minus ille beatus erit Anchise et Adonide. Ut hîc Maria Veneri aequiparatur, cujus amore Adonis fruebatur, sic juvenes eximie amati et formosi Adonides appellabantur. *Alciphron* L. I. Ep. XXXIX. σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες — et paulo infra: ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα κήτιον καὶ κοράλλιον καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις· in quibus verbis vehementer exercuerunt interpretes vocabula κήτιον καὶ κοράλλιον. In praecedentibus meretrix scripserat, amicam quandam suam Adonia celebraturam esse: τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει. et disertius: τοῖς Ἀδωνίοις (sic enim cum *Piersono* legendum pro Ἀλώοις) ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ. Hinc corrupto loco lux videtur affulgere. Scripserim equidem; φέρουσα κήπιον καὶ κεράμιον. *Hortulum et testam* illam afferre jubet, quorum in Adoniis usus erat. *Plutarch.* de

S. N. V. p. 67. ed. *Wytt.* ὥσπερ αἱ τοὺς Ἀδώνιδος κήπους ἐπ' ὀστράκοις τισὶ τιθηνούμεναι καὶ θεραπεύουσαι γυναῖκες. ubi vide cl. *Wyttenbach.* p. 79. Recte autem κήπιον, ut in *Arriani* Diss. IV. 8. p. 642. ἀτελές ἐστιν ἐκ κηπίου Ἀδωνιακοῦ. κεράμιον idem, quod ὄστρακον sive ὀστράκιον, quod haud scio an restituendum sit *Philostrato* in V. Apoll. VII. 32. p. 311. ἡ δὲ αὐλὴ ἀνθῶν ἀνεθήλει κήποις, οὓς Ἀδώνιδι Ἀσσύριοι ποιοῦνται ὑπὲρ ὀστρακίων. Vulgo ὀργίων. Huic correctioni favet *Julian.* in Caesar. p. 329. C. ubi Silenus Constantino roganti, quid sint κῆποι Ἀδώνιδος, respondet: αἱ γυναῖκες τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρὶ φυτεύουσιν ὀστρακίοις ἐπαμησάμεναι γῆν λαχανίαν. Ne quis autem κεράμια in hac re tanquam inusitatum repudiet, conferat *Zenob.* in Proverb. Cent. I. 49. p. 17. οἱ κῆποι τοῦ Ἀδώνιδος εἰς ἀγγεῖα κεραμεῖα σπειρόμενοι· unde restituendum mutilum Scholion ad *Theocr.* Eid. XV. 112. εἰώθασι γὰρ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις πυροὺς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι κεραμείοις ἀγγείοις, ubi vulgo τισι προαστείοις legitur. Hanc vocem in ἀγγείοις mutabat, deleta syllaba προ, *Valcken.* ad Adon. p. 396. B.

LVI. Vat. Cod. p. 483. Planud. p. 382. St. 520. W. In solarium ex aqua, de quibus vide *Ernest.* in Opusc. phil. T. II. p. 26. sqq. et ad *Antiphili* Ep. XVII. T. II. P. II. p. 50. — V. 1. Vitiose expressum Φαετοντίδος pro Φαεθοντίδος. — V. 2. ἀμφιδυωδεκ. junctim Ed. pr. δύω. Ald. 1. δωδεκάδι. Vat. Cod. Diem, i. e. temporis spatium ab ortu solis usque ad occasum, ap. veteres in duodecim horas divisum. Cui instituto quomodo horologia accommodata fuerint, docuit *Salmas.* ad *Solin.* p. 449. et *Ernestus* de Solariis in Opusc. l. c. — V. 4. ἐς πόλον. mentis vim e terra ad coelum extollunt. Haud scio, an *Paulus* ad mentem humanam transferre voluerit illud Homericum de Eride Il. Δ. 443. οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

LVII. Vat. Cod. p. 492. Plan. p. 77. St. 112. W. Argumentum a multis tractatum. Cf. *Leonid. Tar.* Ep. LVII. — V. 1. μεμυκότα κόλπον. Ver maris sinum Zephyris pandit. μεμυκότα per prolepsin. Expressit noster *Satyr. Thyill.* Ep. V. ἤδη μὲν λειμῶνες ὑπὲρ πετάλων ἐχέαντο Ἄνθεα, καὶ τρηχὺς σῖγα μέμυκε πόρος. — V. 2. Pro εἴαρος Vat. Cod. ἴλλος. et in marg. εἰ. Veram lectionem servavit Planudea. εὐλείμων χάρις, ob pratorum, vernis floribus pictorum, amoenitatem. — V. 2. κυλίνδροις. Nihil his similius loco *Horatii*, quem comparavit *Mitscherlich.* I. Carm. IV. init. *Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni, Trahuntque siccas machinae carinas.* — V. 4. ἀπ' est in Vat. Cod. et in omnibus edd. ante Steph. idque revocat *Huetius* p. 10. — V. 6. ἐς φόρτον, ad merces commutandas. Hoc negotium cum placidum sit et jucundum, πρηΰ vocatur. — V. 7. Causam Priapus affert, cur nautis sit propitius. Gratiam se Thetidi referre, quod Bacchum, patrem suum, in fuga receperit. Vide *Homer.* Il. ζ. 130. Priapum Dionysi filium esse, plures tradiderunt. *Pausan.* L. IX. 31. p. 771. *Schol. Theocrit.* Eid. I. 21.

LVIII. Planud. p. 296. St. 436. W. In eandem fortasse Bacchae statuam Ep. ἀδεσπ. CCLXXVIII. Color ductus ex *Simonid.* Ep. LXXXI. ubi Scopas Baccham ἐμμῆναι dicitur. — ἐγκατέμιξε. *Callistrat.* Stat. II. p. 892. in descriptione Bacchae: ὅσα φέρει μανίας οἰστρῶσα ψυχή, τοσαῦτα πάθους διέλαμπε τὰ τεκμήρια ὑπὸ τῆς τέχνης, ἀῤῥήτῳ λόγῳ κραθέντα.

¶. 90.] *LIX.* Planud. p. 300. St. 440. W. Epigramma in eandem puellam legitur inter ἀδεσπ. CCCLII. quod etiam *Pauli* nostri esse suspicor. — V. 1. μέλος. ut Ep. LIV. 1. — οὔτε χαίτην. velamento enim capilli tecti erant, ut ex altero Epigrammate apparet. — V. 3. Scr. Φαεθοντίδα.

LX. Planud. p. 313. St. 453. W. In Cynegirum. Vide ad *Longini* Ep. II. T. II. P. II. p. 110. — V. 1. κορύμβου. *Herodotus* in narratione hujus facinoris L. VI. 114. p. 491. ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηός, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκεϊ. Pro ἀποφυγομένης *Jos. Scaliger* in not. msc. tentabat μαρναμένας· fortasse quod supervacaneum putabat, bis moneri, navem illam fugituram fuisse. Sed talia in hisce poëtis nos magnopere movere non debent. — V. 4. εὔναια. αἱ ἄγκυραι. ἀπὸ τοῦ εὐνάζεσθαι αὐτάς. *Hesych.* quum navis aufugiens tuis manibus haud aliter atque anchorâ teneretur. Vulgo σᾶς παλάμας, quod ab ἀπὸ pendens fortasse immutari non debebat. Saepe enim fieri solet, ut praepositio, alteri membro inserta, vim suam in vocabulum prioris enuntiationis exerceat. Vide *Valcken.* in *Callimachi* Fr. p. 178. sq. *Bentlej.* ad *Horat.* III. Od. XXV. 3. — V. 6. ὑμάρτευν. Simili acumine *Himer.* Or. II. 21. p. 402. Ὁ δὲ τοῖς φεύγουσιν ἐπιδραμὼν εἰς τὴν θάλασσαν, Φοινίσσης νεὼς λαμβάνεται, κρείττονα δεξιὰν ἔχειν τριήρους ὅλης οἰόμενος. Δείσαντες δὲ ὑπὲρ τῆς τριήρους οἱ βάρβαροι, μὴ δεξιᾶς Ἀττικῆς γένηται λάφυρον, πελέκει τὴν χεῖρα μερίζουσιν. Ὁ δὲ πληγεὶς ἔκειτο, τῆς μὲν χειρὸς ἀφαιρεθείς, τῆς δὲ τριήρους ἐχόμενος.

LXI. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 486. W. In hortos palatii Justinianei scriptum videtur, ut et sq. Epigr. Vide ad *Agath.* Ep. XLVI. — V. 1. ἄπλωτα. Vulgo et in Vat. Cod. Antitheseos leges prorsus contrarium requirere intellexit *Brodaeus*, cujus emendationem, a *Brunckio* receptam, expressit *Grotius:*

Tellurem vada salsa lavant, dorsoque madente
Aequoreas silvas pervia portat humus.

θαλασσαῖα ἄλσεα, silvae inter medias undas satae, ex ipsis quasi fluctibus emergentes. *Nemora alta citatis Incubuere vadis, fallax responsat imago Frondibus, et longas eadem fugit umbra per undas.* *Statius* I. Sylv. III. 17. —

V. 4. Νηϊάδων. Naïadum fontibus dulcis aquae. Νηρείδων. ipsum mare, quo horti alluebantur. *Agathias* l. c. ἐνθάδε γὰρ Νύμφαι δενδρίτιδες, αἵ τ' ἐνὶ πόντῳ Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην. Cf. *Leonid. Tar.* Ep. XCIV. 4.

LXII. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 486. W. — V. 1. ἔκλιτο χ. Vulgo. — V. 2. „Corrupte vulgo „legitur νηϊάδες, ἀδρυάδες, aut, ut in Florentina, ἀδριάδες." *Br.* In Vat. membr. νηρεῖς ἀδρυάδες. Quam lect. profert *Dorvill.* ad *Charit.* p. 181. *Brunckius* recepit conjecturam *Huetii* p. 33. cui calculum adjecit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 163. Νύμφας Δρυάδας et Ναΐδας junxit *Alciphron* L. III. Ep. XI. ubi vide *Bergler.* *Statius* I. Sylv. III. 62. *forsan vel lubrica Naïs, Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.*

¶. 91.] *LXIII.* Vat. Cod. p. 462. Plan. p. 353. St. 492. W. Argumentum indicat lemma. Iisdem plerumque balneis et viros et mulieres usos fuisse, apparet ex *Clem. Alex.* Protr. III. 5. p. 272. κοινὰ δὲ ἀνέῳκται ἀνδράσιν ὁμοῦ καὶ γυναιξὶν τὰ βαλανεῖα· κἀντεῦθεν ἐπὶ τὴν ἀκρασίαν ἀποδύονται· (*ad intemperantiam sese parant*) ἐκ τοῦ γὰρ εἰσορᾷν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾷν. — αἱ δὲ μὴ ἐς τοσοῦτον ἀπερυθριῶσαι, τοὺς μὲν ὀθνείους ἀποκλείουσιν, ἰδίοις δὲ οἰκέταις συλλούονται καὶ δούλοις ἀποδύονται γυμναί. Non multum itaque *Hadriani* lex, quae λοῦσθαι χωρὶς ἀλλήλων προσέταξεν, (*Dio Cass.* LXIX. 8. T. II. p. 1156. ubi vide *Reimarum*) valuisse videtur ad tollendam illam consuetudinem. Cf. *Casaub.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 174. — V. 2. ἧρξε. Vat. Cod. — τὴν μεγάλην ὀλίγη. In talibus ὀλίγος ponitur pro μικρός, ut passim observatum est. Hinc haud scio, an scribendum sit ap. *Liban.* Decl. T. IV. p. 203. ed. R. καὶ ἀξιῶ γε κερδαίνειν οὐκ ἀπὸ τῶν μεγάλων (vulgo τῶν ἄλλων) μόνων, ἀλλὰ καὶ ῥόδων ὀλίγων καὶ ἴων καὶ κρίνων — certe ὀλίγων non cum *Reiskio* delendum est. — V. 3. παθοβλήτοις ἐπ' ἔργοις. in iis, quae ad amorem spectant.

LXIV. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 498. W. Altam fuisse domum, quam hoc carmen illustrat, lemmatis auctori credere debemus; ex ipsis versibus hoc tantum emergit, illam domum in ora maris, fortasse in procurrente litoris tractu, exstructam fuisse, ita ut a tribus partibus prospectum in mare haberet. — V. 2. ἱματίῳ. Vat. Cod. — V. 3. Ἠὼς ipsa dies esse videtur, quam, illius domus adspectu captam, diu circa illam morari dicit.

LXV. Vat. Cod. p. 468. Plan. p. 360. St. 499. W. Conf. not. ad *Theaeteti Schol.* Ep. V. T. II. P. III. p. 407. — V. 1. Justinus, universum terrarum orbem a sordibus purgans, etiam Justitiae templum novo splendore illustravit. Usus est ad eam rem Domnini opera, qui noctem et tenebras (κατηφέα νύκτα) inde dispulisse dicitur. In v. 3. pusilla menda haerere videtur. Scribendum enim:

σοῖς δὲ πόνοις, Δομνῖνε, κατηφέα νύκτα διώκει,

ut haec omnia ad Justinum referantur. Levem hanc mutationem ad carminis elegantiam restituendam prorsus necessariam esse censeo. — V. 4. In not. ad Ep. LXXV. *Brunckius* dubium non esse scribit, quin h. l. corrigendum sit: ἐκ Θέμιδος μεγάρων, ἐκ μερόπων βιοτῆς. Sic certe gratior sonus. Sed optimis quoque poëtis rhythmicos versus excidisse multis exemplis constat, qualia collegit *Casaub.* ad *Persii* Sat. I. p. 78. sq. *Burmann.* ad Anth. L. T. II. p. 250.

LXVI. Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 377. St. 515. W. Conf. ad *Agathiae* Ep. LXXIII. — ¶. 92.] V. 3. Homines amplector eosque a muscarum morsibus defendo. τέχνη. ipsum conopeum. — V. 5. ἀβρῶτα. sine vulneribus. Notanda haec forma. — Sequ. vs. conopeum cum muro urbem muniente comparatur. Cf. ad *Agath.* Ep. VIII. 3. — V. 8. ἄγω. καρίζω. — De μυιοσόβος vide

not. ad *Ammiani* Ep. XXI. T. II. P. III. p. 144. — Servis muscarum abigendarum operam adimo. ἀτμενίη h. l. negotium molestum, qualia servis imponi solent. ἀτμεύειν ap. *Nicandr.* Alex. 172. δουλεύειν. ὑποχείεσθαι. ἀτμένες γὰρ οἱ δοῦλοι. Cf. *Eustath.* ad Od. p. 531. 1. Nostrum locum attigit, ubi de discrimine inter δουλείαν, λατρείαν et ἀτμενίαν disputat, *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 100. et *Toup.* in Em. ad Hesych. T. III. p. 63.

LXVII. Vat. Cod. p. 480. sq. Planud. l. c. — V. 1. καλλιγ. λέκτρ. Toro geniali et usus et ornamenti caussa conopeum circumdatum esse videtur. — V. 2. οὐ Φοίβης. quia non ad feras venandas adhibebatur. Παφίης. quia amantes tegit. Ad platanum *Thallus Mil.* Ep. IV. χλοερὰ δ' ἀπὸ σεῖο φυλλάς ἀεὶ κεύθει τοὺς Παφίης ἑτάρους, sive, ut mihi quidem persuadeo legendum esse, ὀάρους.

LXVIII. Vat. Cod. p. 481. hoc et sequentia duo carmina refert ad *Agathiam.* In Planud. p. 377. St. 516. W. praecedit Epigr. *Agathiae* LXXIII. cum lemmate: ἄδηλον. Tum nostro praefixa verba: τοῦ αὐτοῦ εἰς τάβλαν. unde apparet, illud ἀδ. (sic enim scribebatur in Codd. pro ἄδηλον) ex ἀγ. (ἀγαθίου) depravatum esse. Haec igitur in nova Anthologiae editione suo auctori reddentur. Clarissimum versionis Grotianae editorem *Brunckius* in errorem induxit, ut his carminibus *Pauli* nomen praefigeret. — V. 3. Hunc aequum animum in Theodorico laudat *Sidon. Apoll.* I. Epist. I. p. 6. *in bonis jactibus tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in utrisque philosophatur.* — V. 4. βολίδα. tesseram ne reprehendas, neque ei maledicas. βολίδες. ψῆφοι. βόλια. Vide *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 746. — V. 5. Haec aut ad artem spectant, fortunae vitia corrigentem aut favore ejus recte utentem, sicut est in Ep. in Tabulam:

Hic proprium faciunt ars et fortuna periclum:
Haec cavet adversis casibus, illa favet.

aut ad tranquillitatem animi bonamque mentem, quae in minimis quoque rebus cernitur.

LXIX. Vat. Cod. l. c. εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. Plan. l. c. Eleganter hoc Epigrammate tabulae lusus cum vita humana comparatur, ut est apud *Terentium* IV. Adelph. 7. 20. ubi Micio se ea, quae mutari non possunt, aequo animo ferre ait: *Ita vita est hominum, quasi si ludas tesseris. Si illud, quod maxime opus est jactu, non cadit, Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.* quae sua fecit Auctor Epigr. in Anthol. Lat. L. III. 77. p. 520. — V. 6. μέτρον ἐφηρμόσατο. Ex *Lucillii* Ep. XXVIII.

¶. 93.] *LXX.* Vat. Cod. p. 481. εἰς αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. Plan. p. 378. St. 516. W. — V. 1. πρηΰνδοις Vat. Cod. quod reponendum. *Julian. Aeg.* Ep. LXXI. πρηΰνοι κραδίης μέγα δεῖγμα. Nam, ut Grammaticus quidam praecipit in Anth. Lat. III. LXXV. p. 518. flectendi sunt *truces animi, ut vere ludere possis.* — λύσσα καὶ ἀμπλακίη. Alius ibidem de Alea p. 524. *Multa viri nequidquam inter se vulnera jactant, Et tenues rumpunt tunicas, caecique furore Hic metuunt cupiuntque.* — V. 3. ὕστατος ἔρπων. id quod in praecedente est carmine ἀπολειπόμενος, victus. — V. 4. ῥινοβόλῳ πατάγῳ. per parodiam a pugnae descriptione traductum, ubi πάταγος ῥινοβόλος scutorum esse debet strepitus. δοράτων καὶ ξιφέων πάταγος est ap. *Archiam* Ep. XVIII. ἐν σακέων πατάγῳ. *Diotim.* Ep. VIII. πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός. *Aesch.* VII. c. Theb. 99. *Sophocl.* Trach. 517. Vocabulum ῥινοβόλος autem, quo ad formam τοῦ ῥινοτόρος ab ῥινὸς, *pellis*, ficto epicus fortasse poëta ad strepitum telorum et saxorum in scutis coriaceis significandum usus erat, *Agathias* ludibundus longe diversa significatione usurpavit de *spiritu coacto et stridente*, (*Seneca* de Ira I. 1.) quem irati per nares (ῥῖνας) efflant. Similiter ante eum nescio quis lusit in eodem vocabulo, qui ῥινοβόλους ἀνέμους de *ventris* usur-

pavit *crepitu*, teste *Hesychio* T. II. p. 1115. ubi vide Intrpp. Tumorem orationis auget verbum ἀναῤῥοιβδεῖν, quo *Homerus* de Charybdi utitur Od. μ. 104. sq. — Vertit *Grotius*, non tota vi graecorum verborum expressa: *nec verba profare Impia, nec tortis naribus ede sonum*. — V. 5. παίζειν ἐν σπουδῇ. *Cato* ap. *Stob.* Tit. VI. p. 82. 20. Κάτων τοὺς σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις ἔλεγε (lege ἔλεγεν ἐν ex *Plutarch.* T. II. p. 199. A.) ταῖς σπουδαίοις γίγνεσθαι καταγελάστους. Mutata formula vulgari *Plutarch.* T. II. p. 16. D. τί παίζουσα τὰς ὀφρῦς συνάγεις; γέλωτα καὶ σπουδὴν junxit *Meleag.* CXXVIII. et *Damippus* Pythagor. ap. *Stob.* T. III. p. 41. 50. in loco, post palmariam *Valckenarii* emendationem ad *Herodot.* p. 621. 58. sic facile restituendo: ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐφ' ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῷ οἴκω συναρμογᾶς συντάσσει τε καὶ συντίθησιν σπουδὰς καὶ παιδιὰς εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας. Vulgo συντάσσεται. Similibus vitiis passim inquinatus est *Stobaei* textus.

LXXI. Vat. Cod. p. 500. *Stobaei* Flor. I. p. 2. 38. Gesn. p. 9. Gr. Plan. p. 12. St. 21. W. Aequum in omni vita animum conservandum esse docet. — V. 1. τύχης ῥοῖζῳ. idem quod ὁρμῇ. Ep. LXIX. et ῥιπὴ τύχης ap. *Lucian.* Ep. XXXVIII. Secunda fortunae aura (πνευμάτων ῥοῖζον dixit *Plutarch.* T. II. p. 18. C.) ne te superbum reddat, nec curae animum liberum et ingenuum deprimant. — V. 3. „πελεμίζεται. sic unus Planud. codd. „et Stob. in Flor. Grot. p. 9." *Br.* In Stob. Gesneri ἐγχαθέσσει β. πολεμίζεται. Etiam Vat. Cod. πολεμίζεται. In alterum sponte incidit *Jos. Scaliger* in not. msc. *Macedon.* Ep. III. κραδίης ῥυθὸς πελεμίζεται οἴστρῳ. — V. 4. καὶ τῇ καὶ τῇ δαμνᾶς. Vat. Cod. — V. 5. Idem sententiarum contextus ap. *Horat.* III. Od. XXIX. 53. de Fortuna: *Si celeris quatit pennas*, (hic habes τὸν ῥοῖζον τύχης,) *resigno quae dedit, et mea Virtute me involvo – Tum me, biremis praesidio scaphae Tutum, per Aegaeos tumultus Aura feret*

geminusque Pollux. Multum huc facit etiam *Cliniae* ap. *Stob.* T. I. p. 8. 23. ἐκ τῶνδε γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον καὶ βίος ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξοι, ἄμ' ὀρθοπλοεῖ. quae sic videntur emendanda: ὅτι πᾶν ἔργον κ. αἴκα ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξῃ, ἄμιν ὀρθοπλοεῖ. Initio ejusdem fragmenti scribendum suspicor: πρᾶτον δ' ἐκ τῶ θυμῶ τὰς αἰτίας ἀναιρὲν δεῖ, δι' ἃς ἄδικον πέφυκεν ἄνθρωπος.

LXXII. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 84. St. 124. W. Historia passim in Anthol. exornata. Vid. ad *Antip. Sid.* T. II. P. I. p. 59. — V. 2. συγκέχλῃ. Vat. Cod. — V. 4. ᾠδός. avis canora. Vide ad Ep. XLVIII. 8. et Ep. ἀδεσπ. CLXXV. 11. ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσιν ᾠδός. — „ἐρη-„μοφίλας. Sic veteres libri tam calamo quam typis ex-„pressi, quod consultone an operarum errore in Stepha-„ni editione mutatum fuerit, dicere nequeo. ἐρημοφί-„λας est etiam in Ep. incerti auct. CCXXXVI. Sic apud „Theocritum γυναικοφίλας. Augendus hac voce Stephani „Thesaurus, in quo non magis comparet altera forma „ἐρημοφίλος.“ *Br.* Depravata lectio cum plurimis aliis erroribus ex ed. Ascensiana in Stephan. propagata est. — V. 5. Diana in Apollinis fortasse gratiam canoram avem liberavit. — „εὐμόλπω genitivus est doricus. Hoc e „vat. membr. reposui.“ *Br.* At haec forma ab hoc carmine prorsus aliena est, quippe quâ seriores hi poëtae non magis usi sunt, quam τῶ τῆνος, τίν, γα, et similibus. Aut εὐμόλπου revocandum est, aut εὐμόλπῳ scribendum.

LXXIII. Vat. Cod. p. 435. auctoritate ad *Eratosthenem Scholasticum* referri debet. *Paulo* tribuit Planud. p. 20. St. 31. W. et *Stobaeus* Tit. V. p. 64. 28. Gesn. p. 39. Gr. Ad justum matrimonium hortatur poëta. Vide, quomodo idem argumentum exornaverit *Liban.* in Decl. T. IV. p. 1060. ed. R. — V. 2. ἄλσε' ἐν πόρι. Vat. Cod. — φυλασσομένη. Ibid.

¶. 94.] LXXIV. „De hoc carmine videndus Fabri„cius Bibl. Gr. T. II. p. 722. et praesertim notarum li„bellus, quo illud illustravit flos Episcoporum Huetius. „Denuo ante tres annos editum est a viro politissimi in„genii, qui literas patrias praeclare ornat, cl. Lessing, „in Anecdotorum fasciculo e Bibliotheca Serenissimi „Ducis Brunsvicensis Wolfenbutteliana, cui praefectus „est, cum scholiis graecis veteribus, melioribusque et „uberioribus ipsius editoris animadversionibus, prae„missa critica carminis et illius editionum historia, quae „omnia lectu dignissima doleo iis solis esse scripta, qui „germanice loquuntur. Prodiit autem hoc carmen pri„mum in Appendice, qua Aldus Manutius Anthologiam „auxit a se editam anno 1503. unde in caeteras, quae „subsecutae sunt, receptum est. Quid in editione Jun„tina, qua careo, commissum fuerit, nescio. Ridiculi „erroris, quo mirifice perturbatus adeo versuum ordo, „ut viri doctissimi nihil in eo intellexerint, primus „auctor est Ascensius, in cujus editione anni 1531. „carmen hoc non geminis in eadem pagina columnis „distributum est, sed continua serie eodem expressum „est modo, quem post imitati sunt H. Stephanus et „Wechelii heredes. Typographi Itali, qui post Ascen„sium et Frobenium Anthologiam ediderunt, Aldo me„liorem, quem sequerentur, ducem non quaesiverunt; „proinde carmen hoc in Nicolinorum editione Veneta „1550. et ea, quae anno post subsecuta est, filiorum „Aldi, legentibus, res facile procedit.“ *Br.* Vide *Lessingium in den Beyträgen zur Gesch. und Literatur*, 1773. Fasc. I. p. 137. quem excerpsit cl. *Harlesius* in *Fabr.* B. Gr. T. IV. p. 488. sq. Versuum ordinem in hoc carmine prima turbavit Edit. Juntina Flor. 1519. quam secuta est Ascensiana; hanc H. Stephanus. Plures postea, antiquiores editiones secuti, verum ordinem restituerunt, qui tamen Wechelianos non impe-

diverunt, quominus veterem errorem propagarent. Tandem inventus est *Huetius*, (v. eum in Comment. de Rebus ad se pertinentibus. L. III. p. 144.) qui, *Bocharto* instigante, omnia in suam sedem revocaret. *Lessingius* hoc carmen edidit ex Cod. Mſ. olim Gudiano, nunc Guelpherb. ubi inter excerpta Anthol. Planudeae Epigrammata legitur.

Scriptum est carmen εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά. Has thermas *Claudius Ancantherus* medicus, qui versionem latinam carminis edidit Venet. 1586. in urbe Pytho Apollini sacras fuisse perperam statuit. Verum earum situm indicavit *Brodaeus* ad Anth. L. IV. 26. p. 503. ad Ep. ἀδεσπ. CXCV. *Stephan. Byz.* Θερμά. ἔστι καὶ Βιθυνίας θερμά, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Προύσῃ βασιλικὰ λεγόμενα. ubi *Berkelius*, post *Brodaeum*, excitavit locum *Procopii* de Aedif. Justin. V. 3. p. 98. Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν ἐν χώρῳ, ὃν ἐπονομάζουσι Πύθια. Ταύτας ἔχουσι παραψυχὴν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ διαφερόντως Βυζάντιοι, ἄλλως τε ὅσοις νοσώδεσι συμβαίνει εἶναι. Ἔνθα δὲ πολυτέλειαν ἐπιδέδεικται βασιλεῖ πρέπουσαν. Βασίλειά τε γὰρ ᾠκοδομήσατο οὐ πρότερον ὄντα, καὶ λουτρῶνα ἐν δημοσίῳ τῶν ἐκεῖ φυομένων θερμῶν ὑδάτων πεποίηται. Πηγὰς δὲ ποτίμων ὑδάτων ὡς ἑκάστῃ ἀποβλυζούσας ἐς τόνδε τὸν χῶρον ὀχεταγωγίᾳ διακομίσας, τὸν πρότερον ἐνταῦθα ἐπιχωριάζοντα παρείλεν αὐχμόν. Ἀλλὰ δὲ τοῦ ἀρχαγγέλου τὸ τέμενος, καὶ τὸ τῶν νοσούντων ἀναπαυστήριον, μεῖζω τε καὶ κατὰ πολὺ ἐπιφανέστερον κατεστήσατο. — In Cod. Bibl. Laurent. ap. *Bandinium* T. II. p. 256. hoc carmen extat cum lemmate: Πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Κωνσταντῖνον Πορφυρογέννητον. Deinde sequuntur hi versus:

Βούλει μαθεῖν, Αὔγουστε,
Κωνσταντῖνε κράτιστε,
θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα.

quibus nonnulli in errorem inducti existimaverunt, auctorem carminis longe diversum fuisse a *Paulo* illo, qui

qui, Justiniano imperante, Silentiariorum primicerius fuit. At hos versus, quos nullus Cod. praeter Florentinum agnoscit, ab inepto interpolatore profectos esse, statuit *Lessingius*, qui inter alia argumenta, quae h. l. non repetimus, etiam hoc habet, quod versus secundus in metrum peccet. At in Κωνσταντῖνος Justinianei aevi scriptores penultimam pro lubitu modo producunt, modo corripiunt. Vide Ep. in Aurig. Stat. LII. 1. LIII. 1. — Ceterum thermas Pythicas *Lessingius* easdem esse suspicatur, quas *Paulus Lucas* descripsit in Itiner. T. I. p. 103. Amstelod. 1714. Eas ultra montem Olympum in Bithynia fuisse positas, docet *Constant. Porphyrogen.* ap. *Bandur.* Imp. Orient. T. I. p. 113. Ibi nunc magnificarum aedium ruinae visuntur.

V. 1. - 12. Promittit poëta, se caussas et originem thermarum explicaturum, tam secundum physicorum opiniones, quam ad ipsius naturae et experientiae ductum. In primis verss. verba sic jungenda: βούλει μαθεῖν, πῶς καὶ πόθεν τὸ θερμὸν ῥεῦμα ποιοῦσι φανὲν κρήνας ται. — ἄτεχνον, non arte, sed natura comparatum. Comparat *Huetius Gregor. Naz.* Od. II. p. 184. ἃ γῆ φίλη δίδωσιν Ἄτεχνα δῶρα πᾶσιν, et ad proxima eundem: ποτὸν μέθης ἄποιον Ἀκλήματον γένημα. — V. 5. αὐτάργυρον. Aldinae tres et Asc. ἀνάργυρον etiam Cod. Gud. — Hae thermae munus sunt naturae inemtum. *Claudian.* de aquis Apon. XLIX. 70. *praesens numen, inemta salus.* — V. 6. γένημα. Cod. Gud. — V. 9. σοφοί. physicorum sententias. Collegit veterum de aquarum e terra prorumpentium calore opiniones *Andreas Baccius* de Thermis L. I. c. XVII. — V. 13. Erant qui sub terra tenues canales esse putarent, per quos aqua acta et compressa calorem insolitum contraheret. — Pro σύριγγας *Vulcanius*, qui hoc carmen edidit Lugd. Bat. 1591., σύριγγας dedit; non male. — V. 16. πιλοῦσθαι. *Nemesius* de H. N. V. p. 118. ὕδωρ παχυνθὲν καὶ πιληθέν. Cf. *Bernard.* ad *Theoph. Non.*

T. I. p. 58. — V. 19. – 25. Alteram hanc caufam caloris aquarum affert *Seneca* Nat. Qu. III. 24. *Quidam exiftimant, per loca fulphure plena exeuntes vel introëuntes aquas calorem beneficio materiae, per quam fluunt, trahere; quod ipfo odore guftuque teftantur.* Cf. *Vitruv.* L. VIII. 3. — V. 19. 20. 21. abfunt a Cod. Gud. una fcil. deficiente linea, quarum unaquaeque tres vff. continet. — V. 25. τρέχει. Vulgo. — ¶. 95.] V. 26. Recte *Leffingius* poft ἔχει interrogandi fignum pofuit. — *Paulus* alteram fententiam amplectitur, propter odorem aquarum fulphureum. — V. 31. τρανόν. i. e. σαφῶς. manifefte huic explicationi patrocinatur. — V. 32. τὸ θερμ. Sic igitur calidi hi fontes originem ceperunt. Hos fontes propter vim medicam *Paulus Hippocratem non fpirantem, Galenum arte non eruditum* appellat. *Plin.* L. XXXI. 2. p. 546. *Alibi tepidae egelidaeque auxilia morborum profitentes.* — V. 36. Novo argumento fuam fententiam firmat, flammas terris contineri docens Vulcanis in Sicilia, Media aliisque regionibus. Νῆσος, Sicilia, infula per excellentiam appellata. — V. 41. Τιτανία Μηδίας. Sic Aldin. tres, Afcenf. Cod. Gud. et Regius. Alii Μηδείας. De Medea cogitabat doctiffimus *Huetius*, Colchidem *Titaniam tellurem* nuncupari ap. *Valer. Flacc.* V. 464. videns. Cf. *Apollon. Rh.* IV. 131. At eum poftea ab hac fententia dimovit locus *Pfeudo-Ariftotelis* de Mir. Aufc. c. 33. ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακηνῇ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα – et c. 34. p. 76. ed. *Beckm.* φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιτανίαν, πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτήν, ἐκφλογοῦται. Hinc emendandum cenfebat:

εἶδεν φέρειν τοιαῦτ' Ἀ-
τιτανία, Μηδία –

quod probabile eft. Nam fi Τιτανίαν *Brunckius* eandem regionem putavit, quam *Ariftoteles* et alii (vide *Stephan.*

Byz. in 'Ατιτανία) Atitaniam appellarunt, illa non in Media fuit, sed in Macedonia. — V. 42. Πιττάκης. *Flagrat in Medis et Sittacene, confinio Persidis. Plin.* N. H. II. 110. p. 122. ubi *Harduinus Psittacenen* intelligendam esse vidit. Eandem regionem Nostrum Πιττάκης nomine significare voluisse, dubitari nequit. Ψιττακὴ appellatur ap. *Steph. Byz.* V. — V. 43. Λυδία. *Aristotel.* Mir. Ausc. c. 39. p. 81. λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ πάμπληθες, καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. ubi *Beckm.* nostri loci non memor Λυκίαν tentabat. Sic et ap. Nostrum corrigebat *Lessingius*, quod montes ignivomi essent in Lydia nulli, in Lycia contra frequentes. At primum idem vocabulum ap. utrumque scriptorem depravatum esse, parum probabile; deinde epitheta πλουτοῦσα et v. sq. μεταλλόχρυσος nos dubitare non sinunt, quin Lydiam significare voluerit Noster. Adde quod veteres eam regionem, quae ἡ κατακεκαυμένη vocatur, modo cum Mysia, modo cum Maeonia, quae Lydiae pars est, conjungebant. Cf. *Casaub.* ad *Strab.* T. II. p. 931. — V. 43. recte distinctionem sustulit *Lessingius* post πλουτοῦσα, quod arcte cum γαῖαν jungendum est. Solum Lydiae auro abundat, unde Pactolus κατέφερε τὸ παλαιὸν χρυσοῦ ψῆγμα πολύ. *Strabo* XIII. p. 928. C. Hic si Cod. offerret νᾶμα pro γαῖαν, id lubens amplecterer. — V. 45. Ἡρακλέων στηλῶν. *Aristotel.* l. c. XXXV. p. 77. λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντός, τὰ δὲ νύκτωρ μόνον, ὡς Ἄννωνος περίπλους ἱστορεῖ. Locus *Hannonis* est in Geogr. Min. T. I. p. 4. — πλεῖστα, referendum ad τὰ τοιαῦτα v. 40. — V. 47. Πιθηκ. *Aristotel.* l. c. XXXVI. p. 79. εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσαις φασὶ πυρώδες μὲν καὶ θερμὸν ἐκτόπως, οὐ μὴν καιόμενον. De Lipara v. eundem p. 77. ibique *Beckmannum*. *Theocrit.* Eid. II. 134. Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου πολλάκις Ἁφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει. Ad sequentia plurimum facit locus *Calliae* de Reb. Agath. ap. *Schol. Apoll. Rh.* III. 41.

quem *Huetius* aptè comparavit: κρατῆρές εἰσι δύο, ὧν ὁ ἕτερός ἐστι τὴν περίμετρον τριστάδιος, ἐξ οὗ πολὺ φέρεται φέγγος· ὥστε ἐπὶ πολὺν τόπον διήκειν τὸν φωτισμόν. ἔπειτα ἐκ τοῦ χάσματος ἀναφέρονται διάπυροι λίθοι ἐκπλετομεγέθεις, καὶ τηλικοῦτος βρόμος γίνεται, καθ' ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥφαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον — οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἀναφυσήματος ἀναῤῥιπτούμενοι μύδροι διὰ τὴν ἐκπύρωσιν πάντοθεν ἰώδεις εἰσὶ καὶ διακεκαυμένοι τὴν ὄψιν, καὶ τὴν δύναμιν καθ' ἥλιον ἔχουσι. νύκτωρ μὲν οὖν πάντα τὰ περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ θεοῦ γινόμενα καλῶς δηλοῦται, μεθ' ἡμέραν δὲ ἐκ τῆς κορυφῆς, ὅθεν ἡ φλὸξ ἀνίησι, ὥσπερ νέφος ὑπερκείμενον ὁρᾶται. — V. 49. ἄσθμα, flammae erumpentes. λάβρον ἐπ' ἄσθμα πυρός. *Antip. Sidon.* Ep. LXIII. — ¶. 96.] V. 56. Ad varia fontium miracula enarranda pergit. Primum commemorat fontem oblivionis, deinde alium ebrietatis caussam. *Lessingii* conjectura ad h. l., ἄλλη δὲ ποιεῖ μνήμην, antithesin efficit satis elegantem, et firmari possit loco *Plinii* L. XXXI. 2. p. 548. *In Boeotia ad Trophonium Deum juxta flumen Orchomenon duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis.* At praeterire non poterat *Paulus* eos fontes, qui inebriare putabantur, quales multi commemorantur ap. veteres. Vide *Huetium* p. 59. Hodie satis observata plurimorum fontium aquae acidae virtus, potantes vertigine afficiens. Quocum *Plinii* conspirat narratio L. II. p. 121. *Lyncestis aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit.* De hoc flumine *Ovid.* XV. Met. 329. *Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis, Quem quicunque parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.* — V. 58. ἔλαιον βλύζει. *Athen.* L. II. p. 42. F. ἐν τῇ Καρχηδονίων δὲ ἐπικρατείᾳ κρήνη ἐστίν, ᾗ τὸ ἐφιστάμενον ἐλαίῳ ἐστὶν ὅμοιον. — καὶ παρ' ἄλλοις δ' εἰσὶ λίπος ἔχουσαι τοιοῦτον, ὡς ἡ ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὲρ ἧς Ἀλέξανδρος ἐπέστειλεν, ὡς ἐλαίου κρήνην εὑρηκώς. Alia laudat *Huetius* p. 59. sq. *Beckm.* ad *Arist.*

M. Ausc. c. 123. p. 253. — V. 59. γέλα. Quae *Huetius* ad h. v. attulit, parum sunt apposita. *Pausan* L. IX. 34. p. 778. apud Coroneam fontes esse dicit, papillis similes, unde ὅμοιον γάλακτι ὕδωρ ἄνεισιν. — V. 61. πτηνόν. Cod. Vulcan. πτηνόν, ut sit ταχεῖα θεραπεία· eadem lectio est in Cod. Gud. Vulgatae veritatem arguit metrum et *Aristotel.* Mir. Ausc. c. XXVIII. p. 62. περὶ Σικελίαν δέ φασιν εἶναι ὕδατος συστρεμμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ. — ubi συστρεμμάτιον aut vortex est, aut lacus rotundus. Ad utrumque vox τροχάζει accommodata. — V. 62. ποθεῦσιν. Male *Bochartus* ποτεῦσιν tentabat. — V. 63. μισήτρεον. τὸ μῖσος ἐμποιοῦν. φίλτρον δὲ τὸ φιλίαν ἐμποιοῦν· κατὰ ταῦτα λέγεται καὶ θέλγητρον τὸ ἐμποιοῦν τέρψιν· καὶ φόβητρον τὸ ἐμποιοῦν φόβον καὶ ἕτερα. *Schol.* in Cod. Gud. *Gruterus* margini adscripserat μισγητόν, infeliciter. Spectant haec verba fontem Clitorium, de quo *Athen.* L. II. p. 43. F. Φύλαρχος δέ φησιν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας οὐκ ἔτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν. Vide Ep. ἀδεσπ. CXCVIII. — V. 64. μόνης suspicabatur *Vulcanius*, sine causa idonea. — Hoc miraculum commemorat *Lucret.* L. VI. 891. *Quod genus endo mari Aradio fons dulcis aquai, Qui scatit, et salsas circum se dimovet undas. Et multeis alieis praebet regionibus aequor Utilitatem opportunam sitientibu' nauteis, Quod dulceis inter salsas intervomit undas.* *Plin.* L. XXXI. 2. p. 546. *Vaporant* (aquae calidae) *et in mari ipso, quae Licinii Crassi fuere; mediosque inter fluctus exsistit aliquid valetudini salutare.* Anth. Lat. L. III. Ep. XXXI. p. 479.:

Alpheum fama est dulcem per Thetidos arva
Currere, nec laedi gurgitibus pelagi.
Dant simile exemplum nostri miracula fontis:
Vicinum patitur, nec sapit unda salum.

— V. 66. Antra et spiracula, quae vapores μαντικοὺς exhalabant, plurima commemorat *Huetius* p. 62. Qui

inter recentiores de antris, unde flatus oriuntur, scripserint, vide ap. *Beckm.* ad *Antig. Caryst.* c. CXXXIX. p. 189. — V. 68. ἄσφαλτον. Notus lacus Asphaltites, de quo *Strabo* L. XVI. p. 1107. *Diodor. Sic.* L. XIX. 98. Alia multa vide ap. *Vitruv.* L. VIII. 3. Cf. *Beckm.* ad *Aristot.* Mir. Ausc. c. CXXXIX. p. 282. sq. — V. 70. Longe majus miraculum, quod fons quidam vituperatus turbabatur, laudatus splendebat. Hujusmodi fontis alibi commemorati se non meminisse fatetur *Huetius*, qui vulgatum δολοῦται cum *Vulcanio* et Codd. reg. in θολοῦται mutavit. Sic habet etiam Cod. Gud. — ψόφῳ *Vulc.* Huc traxeris *Solin.* c. 5. *In Halesina regione fons alias quietus et tranquillus, cum siletur; si insonent tibiae, exultabundus ad cantus elevatur: et, quasi miretur vocis dulcedinem, ultra margines intumescit.* *Priscian.* Periegef. v. 499. *Hic et Halesinus fons est, mitissimus undis: Tibia quem extollit, cantu saltare putatur Musicus, et ripis laetus excurrere plenis.* Alius fons erat, in quo simile miraculum celebrat *Claudian.* de VI. Cons. Honor. 508. *Nec te miracula fontis Praetereunt, tacito passu quem si quis adiret, Lentus erat; si voce gradum majore citasset, Commistis fervebat aquis.* — V. 74. κρυπτοὺς δόλους. Respexit fortasse fontem Siciliae, quem perjuria prodere narrat *Aristot.* M. Ausc. c. LVIII. p. 115. Simile quid de Sardiniae fonte *Priscian.* Perieg. v. 468. et *Solinus* c. IV. Prope oppidum Tyana Jovis ὅρκιον aqua erat, cui eandem vim tribuebat superstitiosa antiquitas: τοῦτο (τὸ ὕδωρ) εὐόρκοις μὲν ἡδύ τε καὶ ἵλεων, ἐπιόρκοις δὲ παρὰ πόδας ἡ δίκη· ἀποσκήπτει γὰρ καὶ εἰς ὀφθαλμοὺς καὶ εἰς χεῖρας καὶ εἰς πόδας. — quae ducta sunt ex *Philostr.* Vit. Apoll. L. I. 6. p. 7. De alio fonte, qui pudicitiam arguebat, vide *Solin.* c. V. *Priscian.* Perieg. 489. sq. — V. 75. Virtus acidarum aquarum in purgandis humoribus satis spectata. — V. 77. Duos hos versus primus in Cod. invenit *Vulcanius*, neque tamen

eos in textum recepit. Id primus fecit *Lessingius*, qui eosdem in Msc. Gudiana reperit. — χαῦνον. παραλελυμένον ἤτοι ἐκλελυμένον, ἐναντίον τῷ συμπεπηγότι καὶ συνεσφιγμένῳ. *Schol. Valc.* Vocem χαῦνος illustratam dedit *Foesius* in Oec. Hippocr. V. — V. 79. Quosdam fontes solis aestus amaros reddit, qui noctis frigore dulces redduntur. — Contrarium quendam effectum tradit *Plin.* H. N. II. 106. p. 120. *In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, circa diem maxime frigidus, mox paulatim tepescens ad noctis media, fervore et amaritudine infestatur.* — V. 83. ὄλβιος πηγῆς per periphrasin de fonte mirabili quadam facultate praedito. Non de uno autem, sed de diversis fontibus agi, monuit *Huetius*. In aliis vult nihil mergi, nihil fluitare in aliis, sed omnia deorsum ferri. ὡς ἔχουσι *Lessingius* recepit ex emendat. *Huetii*. *Senec.* N. Qu. III. 25. *Est adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres, et mergi projecta non possunt, etsi gravia sunt.* *Plin.* H. N. XXXI. 18. p. 549. *Ctesias tradit, Sidam vocari stagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur. Caelius apud nos in Averno ait etiam folia subsidere. — Contra in Africae lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur. Item in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni.* Fontem in Aethiopia, cui ne levissimae quidem res innatent, commemorat *Herodot.* L. III. 23. p. 205. Plura dedit *Huetius*. Cf. *Beckm.* ad *Aristot.* M. Ausc. p. 219. — Pro κεύθειν Cod. Gud. κεύθων exhibet. — ¶. 97.] V. 87. Ducta sunt haec ex *Aristotel.* c. CXXVII. p. 261. Ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρόν, ἐξ οὗ καὶ ῥεῖ (fort. καταῤῥεῖ) τοιοῦτον ὕδωρ, ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων. Idem et alii tradiderunt, quos laudat *Beckmann*. Haereo in voce στρέφει, quod contrarium ejus significare videtur, quod *Paulus* dicere voluit. Vide *Foesii* Oecon. Hipp. v. στρέμμα.

Cod. Gud. habet *τρέφει*· in quo cum vulgatis edd. conspirat. Hoc sensum efficit satis idoneum. Aqua illa fracta ossa conglutinat, et praeterea corpus nutrit ac pingue reddit. — V. 93. Haec iterum ex *Aristotele* traducta sunt, c. CL. p. 310. de fonte in Illyriis Ardiacis: *ὃ ὕδωρ λαμβάνοντες, τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τῷ στεγνῷ φυλάττουσι, τὰς δὲ νύκτας εἰς τὴν αἰθρίαν τιθέασι· καὶ πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας τοῦτο ποιησάντων αὐτῶν, πήγνυται τὸ ὕδωρ καὶ γίνεται κάλλιστον ἅλας.* — Pro *εἰ νυξίν*, *Vulcanius* in Schol. *ἐν νυξὶν* legit, quod explicat *ἐν ἀσκέπτῳ τόπῳ.* Eum *ἀσκέπῳ* scribere voluisse, eamque glossam ad *αἰθριάζεις* pertinere, recte existimat *Lessingius.* — V. 96. Est alius fons, qui potaturos et versus eum sese inclinantes fugere videtur. Vulgatum *βλέπει* *Lessingius* cum *Huetio* mutavit in *βλέπεις.* Alii aliter. Doctissimus hujus carminis interpres comparavit *Sotionem*: *ἐν δὲ Ἀλιφάνῳ τῆς Ἰταλίας φρεάτιόν ἐστι βαθύ, οὗ τὸ μὲν ὕδωρ βλέπεται, ἠλίθιον δ᾽ ἄν τις χαλάσῃ σχοινίον, οὐχ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος, ἀλλ᾽ ὑπὸ θείου τινὸς κωλύεται.* — V. 100. De fontibus res injectas crusta lapidea inducentibus *Seneca* Qu. N. III. 20. laudato *Ovidio* Met. XV. 314. *Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.* De Silaro, Campaniae fluvio, *Sil. Ital.* L. VIII. 583.:

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.

Cf. *Harduin.* ad *Plin.* L. II. p. 120. *Beckm.* ad *Aristot.* c. 98. p. 200. ad *Antig. Caryst.* c. 151. p. 198. — V. 104. Derivata sunt haec ex *Aristot.* c. LVII. p. 114. *ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι οὔτε μεγάλη, οὔτε ὕδωρ ἔχουσα πολύ· συναπαντήσαντος δὲ εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ, παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον.* — V. 108. *In agro Pisinate trans Apenninum fluvius Novanus omnibus solstitiis torrens, bruma siccatur.* *Plin.* L. II. p. 121. Idem de fontibus circa Ascanium lacum tradit *Aristot.* c. 55. p. 112. *τοῦ χειμῶνος ἀναξηραίνεται πάντα τὰ φρέατα, ὥστε*

μὴ ἐνδέχεσθαι βάψαι τὸ ἀγγεῖον· τοῦ δὲ θέρους πληροῦται ἕως τοῦ στόματος. Cf. *Antig. Caryst.* c. 178. p. 220. Ad utrumque locum conf. *Beckmannus.* — V. 112. De lacu Afcanio haec tradit *Plin.* L. XXXI. 46. p. 564. *Mirum in lacu Afcanio et quibusdam circa Chalcida fontibus, fummas aquas dulces effe potarique, inferiores nitrofas.* *Aristotel.* l. c. c. LIV. p. 110. *Ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ οὕτω νιτρῶδές ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος προσδεῖσθαι.* Comparavit cl. editor *Strabon.* L. XI. p. 801. — ¶. 98.] V. 116. *Aristotel.* c. LXXXII. p. 161. *ἔτι δὲ λίμνην ἔοικε πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσαν θερμόν· ὀσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα, καὶ χαλεπὸν ἀποπνεῖ· καὶ οὔτε ζῷον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπταται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει.* Cf. *Apoll. Rhod.* L. IV. 597. fqq. 621. fq. *Cluver.* Ital. L. III. p. 148. — V. 121. In eadem regione populi dicuntur nafci, unde electrum deftillat. Hoc quoque derivatum ex *Aristotel.* p. 161. *εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους πολλάς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. οἱ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ἕλληνας.* *Apoll. Rhod.* L. IV. 603.

— ἀμφὶ δὲ κοῦραι
Ἡλιάδες, ταναῇσιν ἐλιγμέναι αἰγείροισιν,
μύρονται κινυρὸν μέλεαι γόον· ἐκ δὲ φαεινὰς
ἠλέκτρου λιβάδας βλεφάρων προχέουσιν ἔραζε.
αἱ μέν τ' ἠελίῳ ψαμάθοις ἔπι τερσαίνονται·
εὖτ' ἂν δὲ κλύζῃσι κελαινῆς οἴδματι λίμνης
ἠιόνας πνοιῇ πολυηχέος ἐξ ἀνέμοιο,
δὴ τότ' ἐς Ἠριδανὸν προκυλίνδεται ἀθρόα πάντα
κυμαίνοντι ῥόῳ.

φυτῶν jungendum cum *ἐξαγνύσαις.* Exfpectaffes *κλάδων* vel *φλόων*, vel fimile quid. *φυτῶν* tamen a *Paulo* fcriptum effe puto. — V. 124. *πίπτει* eft ex emend. *Huetii*, pro *τίκτει*, quod non habet, quo referatur; *πίπτειν* confirmat locus *Aristotelis* modo commemoratus. — V. 127.

ἀκροῦ. *Gruterus* margini adſcripſerat ὠχροῦ. inepte. — V. 128. Sequentibus lucem accendit *Ariſtoteles* c. CXXII. p. 249. qui ex *Polycrito*, rerum Sicularum ſcriptore, haec narrat: εἶναι — λιμνίον τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον· τοῦτο δ' ἔχειν ὕδωρ διαυγὲς μέν, μικρῷ δὲ θολερώτερον. εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ, λούσασθαι χρείαν ἔχων, αὔξεσθαι εἰς εὖρος· ἐὰν δὲ καὶ δεύτερος, μᾶλλον πλατύνεσθαι· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γενόμενον διευρύνεσθαι· ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν, ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἔξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος. Similes fabulas comparaverunt *Beckm.* et *Huezius.* — V. 140. κρύπτων τὸ καῖον. edd. Aldin. verſu mutilo. κρυπτὸν ἔχων τὸ κ. *Stephan.* et ſic *Vulc.* in Schol. τὸ καῖον· τὴν καυστικὴν δύναμιν. *Leſſing.* ex Cod. Gud. κρύπτον ἔσω τὸ κ. edidit, in notis autem κρύπτων praefert. Quod ad rem ipſam attinet, *Paulus* ſequitur auctorem *Ariſtotelem* c. XXXIV. p. 76. φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιντανίαν — εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτήν, ἐκφλογοῦται. De cauſis hujus miraculi vide *Beckm.* ad cap. 139. p. 283. — V. 143. Alius eſt lapis ardens, cujus flamma oleo reſtinguitur. De gagate lapide *Plinius* L. XXXVI. 34. p. 749. *Cum uritur, odorem ſulphureum reddit; mirumque, accenditur aqua, oleo reſtinguitur.* ubi vid. *Harduin.* et *Beckm.* ad *Ariſtot.* p. 259. — V. 142. στάξεις. Cod. Gud. *Vulcan.* in Scholiis: γρ. ἐκ παλαιοῦ ἀντιγράφου· ἔλαιον ὑπερστάξῃς, quod metrum jugulat. — ¶. 99.] V. 147. δέλτοι. Phyſicorum ſive Geographorum libri. Habet et hoc ex *Ariſtotele* c. CXXIV. p. 254. qui poſtquam quaedam tradidit de fonte oleum fundente in agro Carthaginienſium, addit haec: φασὶν καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν, αὐτοφυᾶ, μεγάλην τῷ μεγέθει. ταύτης οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀνάπτειν πυρός· χειμῶνος δὲ γενομένου, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναῤῥαίνειν, οὕτω ψυχροῦ, ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον, μηδὲν

διαφέρειν. Plura ejusmodi fontium, naphthâ, aquae innatante, ardentium, exempla profert ad illum locum *Beckm.* — V. 151. Fons quidam describitur, cui lapides insint ardentes. Rem narrat *Aristotel.* c. 125. p. 257. qui in Thracia fluvium esse ait, Ponti nomine, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἳ καίονται, καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξι. ῥιπιζόμενοι γὰρ σβέννυνται ταχέως, ὕδατι δὲ ῥαινόμενοι, ἀναλάμπουσι καὶ ἀνάπτονται κάλλιον. Cf. *Antig. Caryst.* c. 151. p. 198. Haec exscribentem *Paulum* pro ὕδατι legisse αἵματι censebat *Huetius.* — V. 151. In Aldin. legitur ἅπτοντας αἰθάλαμας. Vitiosius etiam *B. Vulcanius*: ἅπτοντες αἰθάλαμας. In Schol. autem profert lectionem, ut ex Msto derivatam, ἀεὶ δᾷδας. *Lessingius* αἰεὶ δᾷδας exhibuit, probante Viro D. in Bibl. Philol. T. II. 2. p. 167. qui v. 155. suspicatur *Paulum* dedisse εἰ νᾶμα ῥαίνων σπείσαις, quo hic locus cum *Aristotele* conciliatur. — V. 157. Fontem, in quo aqua cum igne commista sit, commemorat *Achilles Tat.* L. II. p. 95.: τὸ γοῦν τῆς Σικελικῆς πηγῆς ὕδωρ κεκερασμένον ἔχει πῦρ, καὶ φλόγα μὲν ὄψει κάτωθεν ἐπ' αὐτῆς ἀλλομένην ἄνωθεν· θιγόντι δέ σοι τὸ ὕδωρ ψυχρόν ἐστιν οἷον ἐπὶ χιόνι. quem locum comparavit *Huetius.* — V. 158. μίγδην ex Cod. Gud. Vulgo σμίγδην, quod recentioris est graecitatis. Vide *Ducange* Gloss. p. 1404. et *Bernardum* ad *Theoph. Non.* T. I. p. 223. — V. 160. τετρακτύος κλειτοῦται. „Optime Scholiastes: τουτέστι, τὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων „μῖξιν βεβαιοῖ. Notanda τετρακτὺς et τετρὰς Pythagoreo„rum, quam et Gnostici deliriis suis inseruerunt: radix, „principium, causa, vinculum rerum omnium. Prae„cipue vero quatuor elementorum connexionem signi„ficabat. Haec autem φιλεχθέες μῖξις elementorum sex „notat Empedoclis principia: passiva quatuor, ipsa ni„mirum elementa; duo activa, amicitiam et dissidium.“ *Huet.* Notus locus in Aureis Carm. v. 47. ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, παγὰν ἀενάου φύσεως.

de quo differit *Cudworth* in Syft. Intell. T. I. p. 575. fqq. ubi *Moshem.* not. *q.* p. 578. Vid. eundem de quatuor Empedoclis principiis p. 23. fqq. Loca veterum de ejusdem opinione de φιλίας et ἔχθρας elementorum collegit *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* VIII. 76. p. 384. et *Meiners* Hift. de Vero Deo p. 354. — V. 164. *Aldus* κερνῶν. *Vulcan.* κρίνων. In marg. exempli Gruteri quidam notaverat κερνῶν ἢ κρίνων. Vera lectio eft ap. *Stephan.* et in Cod. Gud. — V. 168. Hortatur poëta homines, ut deum fibi mente fingant, nulla ejus imagine facta. Imaginum cultus Juftiniani aevo paffim introductus videtur, quia eum ad inflammandum pietate animum vim quandam habere exiftimabant. Vide *Agathiae* Ep. XXXVIII. Dei tamen fimulacrum fieri Nicenum quoque concilium, quod imaginum venerationem fanciebat, vetuit. — V. 174. „ἀειναρχοφαντόμενον. Luce lucens „aeterna et arcana. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς „ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ait Paulus I. ad Timoth. „VI. 16. Gregor. Naz. Od. III. Χριστέ μου, λόγε Θεοῦ, φῶς „ἐκ φωτὸς ἀνάρχου. Joannes Damafc. Or. de Transf. Dom. „οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, φῶς ἐκ φωτὸς ἄναρχον καὶ ἀπρόσιτον." *Huetius.* — ¶. 100.] V. 175. ἀφραστολογοδίνευτον. Ad fpiritum dei omnia mirabili et ineffabili modo permeantem hoc referendum eft. — V. 176. φέρον pro *regens* et *moderans* pofitum illuftrat doctiffimus Praefal. τὸ φέρον pro τὸ πεπρωμένον dixit *Pallad.* Ep. CI[b]. ubi vid. not. T. II. P. III. p. 247. — V. 177. τὸ πάνσοφον χωρίον eft mundus ipfe fumma cum fapientia defcriptus et fervatus. — V. 179. οὕτως. Cod. Gud. Idem v. 181. ξυνῆς. — V. 182. πίστις. rebus obfcuris res manifeftae fidem faciunt, magnis parvae. i. e. ex rebus oculis noftris fubjectis deus cognofcitur, quo nihil majus nec fieri nec cogitari poteft. Harum igitur rerum adfpectu commotus, triplicem illam lucem etiam magis cupies intelligere. ὁ τρισσόφωτος φαῦσις eft Trinitas. — V. 189. θεό-

σεις. Cod. Gud. — τὸ κρεῖττον, mentem, meliorem tui partem, ad divinae naturae perfectionem attolles. μετουσίᾳ *Lessingius* interpretatur τῇ μεταλήψει τῆς εὐχαριστίας argutius, ni fallor, quam verius. Apposite laudavit *Huetius Agapetum* in Paraen. c. 3. ὁ γὰρ ἑαυτὸν γνούς, γνώσεται θεόν· θεὸν δ' ὁ γνοὺς ὁμοιωθήσεται θεῷ· ὁμοιωθήσεται δὲ θεῷ, ἄξιος γενόμενος θεοῦ. et *Nicolaum Methon.* τῆς τελετῆς τέλος μετουσία Χριστοῦ καὶ ζωὴ αἰώνιος· ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, τῶν μετεχόντων ἐκθέωσις.

LXXV. Vat. Cod. p. 501. *Stobaei* Flor. III. p. 51. 34. Gesn. 25. Gr. Plan. p. 108. St. 158. W. Ab una sapientia omnem vitae beatae spem pendere docet. — V. 1. Non vita per se, sed vita sine molestiis et aerumnis jucunda est. — V. 2. τὰς πολιοκροτάφους. γῆρας πολιοκρόταφον *Bacchyl.* Fr. XVIII. Curae canitiem ante tempus adducunt. — V. 3. ἡ περισσή. nimia divitiarum cupiditas. Comparavit haec *Mitscherl.* ad *Horat.* III. Od. XVI. 17. *Crescentem sequitur cura pecuniam, Majorumque fames.* *Ovid.* Fast. I. 211. *Creverunt et opes, et opum furiosa cupido: Et cum possideant plurima, plura volunt.* Nota avari comparatio cum hydropico, cujus auctor fuisse videtur Diogenes. Vide *Stob.* Flor. X. p. 131. — V. 6. „καὶ βιότου θάνατον. elegantius quam vulgo καὶ θάνατον βιότου. Sic Vat. membr. et Planud. ut e codd. manifestum est." *Br.* In Vat. Cod. tamen vitiose καὶ βίοτον θανάτου. — V. 8. μίαν ὀρέων. Vat. Cod.

LXXVI. Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 220. St. 320. W. „Lemma in Vatic. ineptissimum εἰς ζωγράφον τινὰ καλούμενον Χρυσόμαλλον. Erat autem homo ille pantomimus, „qui, ut videtur, tragicam saltabat, cujus argumenta „erant priscorum heroum casus, ἀρχαιγόνων μερόπων." *Br.* — V. 1. Χρυσόμαλλε. Vulgo. — τὸ χάλκεον. secundum Homericum τὸν χάλκεον ὕπνον ἰαύειν. Ludere videtur poëta in verbis Χρυσόμαλλε et χάλκεον. — ¶. 101.] V. 3.

νεύμασιν ἄφθ. Nutibus et digitis, non lingua, loquebantur pantomimi. Vide not. ad *Antip. Theff.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — σιωπή. Illud filentium, quo nos oblectabas olim, nunc, cum tibi a morte fit impofitum, trifte et odiofum videtur.

LXXVII. Bis legitur in Vat. Cod. poft titulum et p. 252. ubi *Paulo* tribuitur. In Plan. p. 206. St. 300. W. ἄδηλον eft. Hunc lufum, quo nihil poft mortem ad nos pertinere et ne famam quidem rerum in vita actarum noftram effe docet, comparavit *Gatacker.* ad haec *M. Antonini* L. IV. 19. p. 104. ὑπόθου δ', ὅτι καὶ ἀθάνατοι μὲν οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη. τί οὖν τοῦτο πρὸς σέ; καὶ οὐδὲν λέγω, ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα· ἀλλὰ πρὸς τὸν ζῶντα τί ὁ ἔπαινος; *Boethius* de Confol. II. 7. *Quid est quod ad praecipuos etiam viros, qui virtute gloriam petunt, de fama post resolutum morte suprema corpus attineat? nam si, quod nostrae rationes credi vetant, toti moriuntur, nulla est omnino gloria: cum is, cujus ea esse dicitur, non exstet omnino.* — V. 1. τί δὲ τοῦτο. Vulgo et in Vat. Cod. utroque loco. — εἴς τι. Vat. Cod. — V. 4. τινί. Vat. Cod.

LXXVIII. Vat. Cod. p. 303. Edidit *Valefius* in not. ad Socratem p. 375. ed. Cantabr. p. 70. ed. Parif. *Jenfius* nr. 91. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 77. *Reisk.* Anthol. nr. 742. p. 152. *Toup.* in Epift. de Syrac. p. 335. In Cod. lemma eft: εἰς τάφον Ἀττικοῦ τινος ζῶντος ἑαυτοῦ κατασκευάσαντος. Atticum Epifcopum ex Sozomeno commemorat *Suidas* v. Ἀττικός· eumque vitae fuae finem praefenfiffe narrat *Socrat.* L. VII. 26. Sed quoniam Atticus ille fub Honorio et Theodofio juniore vixit, et fatis diu ante *Paulum* noftrum, a. p. Chr. 425. obiit, de auctore carminis dubitarunt *Valefius* et *Reiskius.* Et hic quidem fufpicatus eft, illud fcriptum effe a Calliopio, Attici amico, apud Nicaeam presbytero. Haec con-

jectura admodum infirmo nititur tibicine. Primum nihil est, quod evincat, Atticum illum, cujus sapientiam Noster celebrat, et Atticum Episcopum, quem illi commemorant, eundem fuisse hominem; deinde, licet hoc certum sit, non tamen propterea de auctore Epigrammatis dubitandum aut incertissimis cum *Reiskio* indulgendum suspicionibus. Passim enim Epigrammatarii stilum exercuerunt in laudibus hominum, qui diu ante eos obierant. — V. 1. Sepulcrum loquitur, ut Ep. ἀδέσπ. DCXXXIV. — πανάγρεως Vat. Cod. quod *Salm.* emendasse videtur. A corruptelae suspicione, quam *Jensius* movit, verba πανάγρεος μοῖρα vindicat *Dorvillius*. Parcam sibi poëta finxit venatricem et omnia retibus suis includentem. πάναγρα. πανάγρια. (λίνα) ἐν οἷς τὰ λεπτὰ καὶ ἀδρὰ θηρεύεται. et πανάγρεο· τοῦ πάντα θηρεύοντος. *Hesych.* Ap. *Aeschyl.* Agam. 358. nemo Trojanorum dicitur effugisse μέγα δουλείας Γάγγαμον, ἄτης παναλώτου. Ibid. 1040. μόρσιμα ἀγρεύματα, retia fatalia, i. e. fati, mortis, occurrunt. Neque in πανάγρεος quisquam haerere debet, cum poëtae saepenumero adjectiva masculae terminationis, a substantivis derivata, cum femininis conjungere soleant. Hujus generis sunt Ἐριννύες λωβητῆρες in *Soph.* *Antig.* 1087. ubi vid. Schol. Multa similia collegit *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 93. — V. 3. παίζων. Virtute mortis timorem pellens et contemnens. — V. 4. ἥλιος. Metaphorica significatione de iis, qui pulchritudine, gloria, virtute splendent; passim obvium. Vid. not. ad *Meleagr.* Ep. XXXV. T. I. P. I. p. 55. *Horat.* I. Serm. VII. 24. *Solem Asiae Brutum appellat stellasque salubres Appellat comites.* *Himer.* Ecl. XIII. 35. p. 236. ver nobis adducet αὐτὸν τὸν ταῖς χρυσαῖς ἀκτῖσι καταυγάζειν μέλλοντα τὴν Ἰωνίαν ἥλιον.

LXXIX. Vat. Cod. p. 302. sq. Planud. p. 193. St. 281. W. In servum haec scripta esse, temere sibi persuadebat *Brodaeus* ex verbis ἐλευθερίην ἀπτιμένος, quibus

libertas indicatur, quam mens, vinculis rerum terrenarum soluta, morte nanciscitur. — ἐπειμένος dictum ad *Homeri* imitationem Il. α. 149. ὤ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε. Il. η. 164. ἐπιειμένοι ἀλκήν. — V. 3. κρέσσονι. Vat. Cod.

LXXX. Vat. Cod. p. 208. Plan. p. 269. St. 387. W. Expressum ex *Antip. Sidonii* Ep. LXIX. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in ἐγχιάλεια T. I. p. 43. — V. 3. ὀλίγη. *Ovid.* III. Amor. XV. 11. *Atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi Moenia, quae campi jugera pauca tenent; Quae tantum, dicet, potuistis ferre poetam, Quantulacunque estis, vos ego magna voco.* — V. 6. αἰδίων. Vat. Cod. ἐπ' Plan. — Delus Apollinem a matris sinu accepit.

¶. 102.] *LXXXI.* Vat. Cod. p. 300. Bis extat in Planud. p. 213. 281. St. 310. 407. W. „Lemma in „Vat. Cod. εἰς Δαμόχαριν τὸν γραμματικὸν τὸν Κῷον τὸν „φίλον καὶ μαθητὴν Ἀγαθίου. Hinc cognoscitur hujus poë„tae patria.“ *Br.* — V. 1. ὑπεδέξατο γαῖαν. Plan. altero loco. — V. 3. laudat *Suidas* in ἀμφιεργέτη T. I. p. 154. ubi pravam distinctionem emendavit *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 28. — In hoc versu tentabat *Casaub.* in not. msc. κρουματικῆς l. β. citra necessitatem. Grammatici epitheto ornatur *Damocharis* in membr. Multos hanc professionem cum poësi conjunxisse neminem fugit. — V. 4. Similis color in Moschi Eid. III. 71.

LXXXII. Vat. Cod. p. 295. Plan. p. 262. St. 378. W. ubi integrum legitur. Iterum, sed omisso primo disticho, p. 258. St. 373. W. cum not. marg. περιττόν· ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς ὁλοσχερῶς γέγραπται. Scriptum in Leontium, juvenem, qui in peregrina terra procul a parentibus obierat. — V. 1. ξείνοις. Vulgo. — V. 3. φλεφάρων. Vat. Cod. — χέῃ. ed. Flor. pr. — V. 5. ἔπλεο. Vat. Cod. Ald. 2. ex Lectt. Aldi et Steph. Aliae ἔπλετο. — Priore loco in Plan. sine varietate ἔπλετο legitur.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 302. Plan. p. 259. St. 375. W. »Lemma in Vat. Cod. εἰς κόρην τινὰ, Μακεδονίαν, »δωδεκέτιν τελευτήσασαν, ἦν δὲ θυγάτηρ αὐτοῦ τοῦ Παύλου ἡ »Μακεδονία. Sic enim legendum videbatur Salmasio. »Equidem in Cod. scriptum ἡ Μακεδονίου, unde suspicari »quis possit, scribi debuisse ἢ Μακεδονίου, quo significare»tur, puellam illam filiam fuisse ipsius Pauli aut Mace»donii. Hujus filiam hoc nomine vocatam fuisse verisi»milius est. Praeterea hoc carmen, quod ceteroqui »non invenustum est, nil habet paterni affectus.« *Br.* In Apogr. Goth. ἢ Μακεδονίου legitur. — V. 3. ἀμπλακίαις. Vat. Cod. male. — γόων νέφος. Tristitia cum caligine et tenebris comparari solet. Cf. *Aeschyl.* Agam. 132. Pers. 535. 667. Notum νέφος ὀφρύων de fronte tristi et turbida. Vide *Valck.* ad Hippol. p. 183. — V. 5. »Ridiculum in modum corruperunt librarii aut ipse »Planudes.« *Br.* Vulgo enim habetur: δωδεκέτιν γὰρ ἄρουρα μακηδονική σε καλύπτει.

LEONTII SCHOLASTICI

EPIGRAMMATA.

¶. 193.] *I.* Vat. Cod. p. 138. Plan. p. 467. St. 607. W. Ad poculum dulcissimo amicae ori admotum. — V. 1. ἄμελγε, τὸ μέλι τοῦ στόματος scil. *Apollonid.* Ep. VI. κηρῶν μέλι πολλὸν ἀμέλξας. *Schol. Arist.* Aves 498. ἐπέβλισε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κηρίων ἢ ἀπὸ τῶν γάλα ἀμελγόντων. — οὐ φθονέω. Solemnis formula, cum aliorum bona et fortunam laudamus. Huc referendus *Theocrit.* Eid. I. 62. κοὔτοι τι φθονέω. Vide not. ad *Straton.* Ep. L. T. II. Vol. III. p. 94. — V. 2. laudat *Suidas* in αἶνα T. I. p. 658. ubi δ' omittitur. In fine Vat. Cod. τέχων (sic); correctum ἔχων.

II. Planud. p. 291. St. 430. W. ubi in lemmate ὑπάρχου habetur. Saepe haec vocabula permutantur. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 407. sq. ὕπαρχος h. l. idem, qui πολίαρχος, *praefectus Urbis.* Cf. *Valesius* ad *Euseb.* Hist. Eccl. IV. p. 239. Hunc nostrum *Gabrielem* tamen ὕπαρχον dicit *Suidas* in Ἰωάννης Φιλαδελφεύς, Λυδός. —. προσομιλεῖ δὲ ταῦτα Γαβριήλῳ τινὶ ὑπάρχῳ. quem locum Epigrammati nostro admovit *J. Rutgersius* in Var. Lect. L. III. p. 290. probante *Pearsono* ad *Suidam.* — V. 1. Quemadmodum pictores, ait, cum Solis imaginem repraesentare instituunt, radios ejus et splendorem non exprimunt; sic qui Gabrielem pinxit, ejus virtutes gloriosos que labores exprimere non potuit. *Martial.* X. Ep. 32. *Ars utinam mores, animumque effingere posset, Pulchrior in terris nulla tabella foret.*

III. Plan. p. 291. St. 430. W. Scriptum in imaginem Callinici, sacri cubiculi custodis. Ludit poëta in nomine hominis, quem non solum corporis, sed mentis quoque pulchritudine illo nomine dignum esse ait. — V. 4. μειλιχίῃν. jucundo sermone Imperatorem oblectas.

IV. Plan. p. 292. St. 431. W. cum lemmate: Λεοντίου Σχολ. τοῦ Μινωταύρου εἰς στήλην. Minotauri nomen unde *Leontio* adhaeserit, non constat. Scriptum Epigr., ut videtur, in Petrum Syrum, cui cognomen Barsames, de cujus ap. Justinianum auctoritate turpique avaritia multa sunt ap. *Procopium* Hist. Arc. c. XXII. p. 63. sqq. unde sua derivavit *Suidas* in Δαρᾶς Tom. I. p. 523. et in Πέτρος T. III. p. 104. Cf. *Bandur.* Antiqq. CP. I. 56. p. 590. — V. 2. ἀρχαί. Regiones, quibus praefuerat Petrus, in illa imagine expressae fuisse videntur, tanquam testes laborum ipsi adstantes. — ἀμοιβαίων πόνων. dignitates sese invicem excipientes: bis enim fuerat Praefectus Praetorio Orientis; bis Comes sacrarum largitionum. — V. 3. πολιτονόμους. i. e.

»τῆς ἐπαρχίας τῶν ἱερῶν τῆς ἐν πραιτωρίων," *Br.* Cf. *Zosimi* Histor. II. 33. p. 156. quaeque ibi ex *Pancirolli* Notit. Imperii attulit *Reitemeier* p. 555. sq. — V. 4. »Κό»χλου πορφυρέου. i. e. consulatus, qui jus purpurae dabat, »cujus insigne erat purpura. Ridiculus est in his expli»candis Brodaeus. Male eum habuit corrupta lectio »Κόλχου πορφυρέης, quae ex Ald. edit. in alias derivata »est; nam in Florent., ut in scriptis libris, recte legitur »κόχλου. πορφυρέης est in tribus Codd. πορφυρέου recepi »ex cod. Jan. Lascaris." *Br.* Κόχλου scripsit *Huetius* p. 29. sed bonam lectionem male interpretatur.

¶. 104.] *V.* Plan. p. 362. St. 501. W. Musis et Gratiis Rhodocleam aequat, imo anteponit. — V. 1. »Ῥοδόκλεια. sic Vat. membr. Planudes Καράμαλλε. Vide »Orvillium in Vann. crit. p. 204." *Br.* Illustris fuit Caramallus pantomimus, quem laudat *Aristaenet.* I. Ep. XXVI. p. 63. et *Apollinaris Sidonius* c. XXIII. v. 267. Floruit sub Zenone imperatore, ut apparet ex *Malala* Chron. T. II. p. 98. ubi vide *Hodium*. Verum cum vix tolerabile sit, virum vocari quartam Gratiarum, decimam Musarum, praeferenda videtur membr. lectio Ῥοδόκλεια. Minime enim audiendus *Corn. de Pauw*, qui saltatricem laudari eamque figurate *Caramallum* appellari censebat, quod, quasi alter Caramallus, praestantissimi hujus pantomimi artem accurate referret. — V. 2. ἄστεος. Constantinopolis. — V. 3. ὄμματά σοι est in Plan. ὄμμα δέ σοι. Vat. ῥήματά σοι tentabat *Pauw* ad *Aristaen.* p. 174. ὄμματά σοι λάλα, παρὰ π. *Toup.* Emend. in Hesych. P. III. p. 5. *oculos argutos* interpretatus. Vide *Bentlej.* ad Tusc. Quaest. III. 9. Sic vero auctor potius, non lectio emendatur. — σοφὰ χειρῶν δ. *Lucian.* de Salt. 69. T. V. p. 161. Λεσβώναξ ὁ Μιτυληναῖος, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειρισόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἐπεκάλει. Vide not. ad *Antip. Thess.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — καὶ Μουσῶν. sic Plan. et Vat. *Li-*

banias T. IV. p. 1071. 2. ed. R. ἐκείνη γὰρ ὑπερεπήδα τὰς Χάριτας, καὶ Μοῦσα μᾶλλον ἦν τῶν Μουσῶν.

VI. Plan. p. 362. St. 501. W. In Helladiae saltatricis imaginem, in *Sosthenio* positam. Sosthenium recentiores appellant sinum Leosthenium in Bosporo. Conf. *P. Gyllium* de Bosp. Thrac. LII. 15. et *Harduin.* ad *Plin.* T. I. p. 205. 28. ubi nostrum quoque Epigramma excitatur. Templum ibi Sosthenium ab Argonautis exstructum et a Constantino M. instauratum narrat *Malala* in Chron. T. I. p. 96. — V. 2. Hic, ubi populus choreas agit verno tempore. In Imperatorum honorem choreae agebantur, (*Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 427.) factionibus non in circo tantum, sed in aliis quoque locis publicis saltantibus. Vide *Reisk.* ad *Constant.* de Cerem. p. 95. — V. 3. ὁππόθι πορθμῷ γαῖα μερίζεται. ad Bosporum. De CPoli *Himerius* in Ecl. XIII. 25. p. 226. τὴν πόλιν ἐκείνην, ἣν ἀπὸ Γαδείρων Εὐρώπη λήγουσα πορθμῷ θαλάσσης πρὸς τὴν Ἀσίαν μερίζεται. — ἀμφότεραι ἄντυγες. uterque coeli axis, i. e. et Asia et Europa. ἄντυξ de coelo passim obvium. Ep. ἀδεσπ. Byz. XXXIII. ἄντυγος οὐρανίης κινδύνητον ἀνάγκην. Ep. ἀδεσπ. DCLXXXIV. εἰς οὐρανοῦ ἄντυγας ἦλθε. *Eustath.* ad *Homer.* Il. γ. p. 483. 12. ἡ μεταφορὰ καὶ οὐρανοῦ ἄντυγα ἀγόρευσιν, ὡς δηλοῖ καὶ τό, ἐξ ἀντύγων οὐρανίων.

VII. Plan. p. 362. St. 502. W. Jejunum Epigramma in eandem Helladiam, quae saltationis artem ad summum fastigium adduxisse dicitur. — V. 2. Μοῦσα. Polyhymniam interpretatur *Mercerus* ad *Aristaen.* I. 26. p. 169. Haec enim Musa *clamosum* orchestarum *silentium*, ut *Cassiodorus* ait, invenisse traditur. In Musar. Imag. T. II. p. 521. *Polyhymnia:* Σιγῶ· φθεγγομένη παλάμης θελξίφρονι παλμῷ, Νεύματι φωνήεσσαν ἐπαγγέλλουσα σιωπήν. ubi vide not. T. II. P. III. p. 417.

VIII. Plan. p. 363. St. 502. W. In eandem Helladiam, quae Hectorem saltabat. — V. 1. Ἕκτορα σοι-

man de Hectore. Vide *Valcken.* ad Adon. p. 389. A. B. Alius igitur canebat carmen, quod Helladia saltando exprimebat. Hectorem inter argumenta pantomimorum fuisse, apparet ex facete dicto Antiochensium ap. *Lucian.* T. V. p. 166. μικροῦ μὲν γὰρ ὀρχηστοῦ εἰσελθόντος καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ἀστυάναξ, Ἕκτωρ δὲ ποῦ; — V. 2. χλαῖνα, vestis militaris, *sagum.* *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 385. et passim cum *chlamyde* confunditur, ut ap. *Anton. Liber.* c. XXIII. ubi utrumque vocabulum promiscue ponitur. Cf. *Markland.* Epist. ad *Fr. Hare* p. 87. — πρὸς μέλος ἀντίασεν. cum carmine certabat, aemulabatur, verba gestibus accurate exprimere studens. *Alc. Mess.* Ep. X. οὕνεκα Φοίβῳ, Θνατὸς ἐὼν, θείαν εἰς ἔριν ἀντίασας. — V. 3. Simul desiderio et amore, simul terrore implebantur spectatores. — ὀρχηθμοὶ Ἐνυοῦς. Incessus pugnantium cum saltatione passim comparatur. Hinc Mars ap. *Lycophr.* v. 249. vocatur ὀρχηστής. et Meriones in Il. π. 616. Simile est Euripideum in Phoen. 797. Ἄρης — κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.

¶. 105.] IX. Plan. p. 362. St. 502. W. In membr. lemma: Εἰς εἰκόνα κιθαριστρίας διάχρυσον. Hoc quoque Epigramma vehementer est frigidum. Non homines, ait, Anthusam inauraverunt, sed Jupiter ipse, aurea pluvia descendens, ipsam auro circumdedit. Noluit tamen ipsius puellae corpus tangere, veritus, ne forte Musam, (filiam itaque suam ac virginem) comprimeret. — V. 4. In marg. Wech. εὐδέκτῳ καὶ γεγραμμένον μέγεν ἀλλ' οὐκ ἴδιλων. Sic habet Ed. Flor. pr.

X. In Vat. in primis foliis. Plan. p. 363. St. 502. W. Libaniam pantomimam cum venustissimis diis comparat. — V. 1. Nomen ipsum venustum quid indicat. Respicitur ad montem Libanon, ubi Venus colebatur *Libanitis,* cujus mentionem facit *Lucian.* adv. Indoct. §. 3.

T. VIII. p. 5. ed. Bip. ubi vide *Gesner.* Unice huc facit locus Anonymi, quem *Godofredus* edidit in Exegesi totius Mundi §. 10. Ἡλιόπολις, ἡ πλησιάζει τῷ Λιβάνῳ ὄρει, γυναῖκας εὐμόρφους βλέπει, αἳ παρὰ πάντων ὀνομάζονται Λιβανιτίδες, ὅπου τὴν Κύπριν μεγαλύνως σέβουσι· φασὶ γὰρ αὐτὴν ἐκεῖ οἰκεῖν καὶ ταῖς γυναιξὶ τὴν χάριτα τῆς εὐμορφίας διδόναι. Vide ad Ep. ἀδέσπ. CCLIII. — V. 3. ὅτι κοῦφος vulgo. In membr. obscurum est, utrum κοῦφοι an κοῦφος scriptum sit. Equidem posterius hoc non spreverim. — V. 4. Comparavit haec *Mercerus* ad *Aristaenet.* I. 26. p. 175. ubi etiam de saltatrice: Εὐδαίμονες οὖν οἱ Πανυχίτην εἰτυχοῦντες, οὕτως ὑπερφέρουσαν καὶ τέχνῃ καὶ κάλλει.

XI. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 497. W. In domum inter Zeuxippum et circum sitam. — V. 1. De Zeuxippo, balneo magnificentissimo, vide ad *Christodori* Ecphr. T. II. P. III. p. 302. Hujus balnei et hippodromi prima aedificia exstruxit Severus Imperator, secundum *Cedrenum* p. 252. Haec admodum vicina fuisse, apparet ex *Hesychio Milesio:* καὶ τὸν τῷ Ζευξίππῳ πλησιάζοντα χῶρον τῆς Ἱπποδρομίας, τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακείμενον κούροις. *Suidas* in v. Σεβῆρος T. III. p. 297. καὶ Ἱπποδρόμιον ᾠκοδόμησεν — συζεύξας αὐτῷ καὶ λουτρὸν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός, ὅπερ ἐκαλεῖτο Ζεύξιππον. Cf. *Ducang.* CPol. Chr. L. I. 27. p. 89. — V. 3. Curruum decursionibus matutinis spectatis, post balneum, huc veni coenatum. Hinc justo tempore ad hippodromum redire poteris. Ludorum celebratio a mane usque ad vesperam produci solebat, ita ut plerumque mane quaterni utriusque factionis decursus fierent, totidem vespera. Vide *Onuphr. Panv.* de Circ. L. II. 14. p. 113. Diversus tamen diversis temporibus decursionum numerus. Cf. *Petav.* ad *Julian.* Misop. p. 340. A. et *Reisk.* ad *Constant.* de Cerem. p. 98.

XII. Plan. p. 403. St. 539. W. Expressum est ex Ep. III. in Statuas Athletarum, nisi forte utrumque carmen ejusdem auctoris est.

p. 106.] *XIII.* Planud. p. 340. St. 479. W. In Satyri graviter dolentis statuam. „Qua de causa doleat, „non addit. Suspicor, spinâ pedi infixâ eum doluisse, „qua specie Faunum in gemmis videmus, et Fauno spi-„nam evellentem Satyrum Museum Pio-Clementinum „servat. T. I. Tab. XLIX.“ Verba sunt *Heynii* in Comm. Soc. Reg. T. X. p. 89. — V. 1. expressus ex *Bionis* Fragm. in Hyacinthum: ἀμφασία τὸν Φοῖβον ἕλεν τρόμον ἄλγος ἔχοντα. — V. 3. Ne sic quidem ejus dolor cessare videtur. Similis color in Ep. *Glauci* V. T. II. p. 348. in Philocteten: ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀναπαύειν Ἀνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει. — καὶ λίθος ὤν. Cf. ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXI. T. II. P. I. p. 39.

XIV. Plan. p. 346. St. 485. W. Jamblichi, medici et philosophi, abstinentia a Venere et lucro laudatur. Diversus hic Jamblichus ab illo, quem Vita Pythagorae illustravit, secundum *Jonsium* Script. Hist. Phil. III. c. 16. p. 90. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. V. p. 773. ed. Harl. et T. XIII. p. 252. — V. 2. Κυπριδίων ἱδρῶν. Vide ad *Thall. Miles.* Ep. IV. T. II. P. II. p. 30. — V. 4. Ne justo quidem lucro manus supposuit. Socratis igitur exemplum secutus gratis docebat.

XV. Vat. Cod. p. 461. Plan. p. 352. St. 491. W. Hoc et sequ. Ep. in idem balneum videtur scriptum *Ducangio* in CP. Chr. T. I. p. 91. qui hujus distichi vellem interpretationem dedisset. Parvum balneum, prope Zeuxippum exstructum, iram hujus magnificentissimi balnei deprecatur. Hoc perspicuum; at in altero versu haeremus, cui nec *Grotii* versio lucem accendit: *Sic et parvus Amor magnam decet asseclis currum;* nec *Brodaei* commentarius. ἱππότας ap. *Theocrit.* Eid. III. 7. τὸν ἐραστὴν significat ἐρωτικῶς· apud Nostrum ipsum Amorem significari, vix est quod dubites. Sed ubi,

quaeso, Amor apparebat juxta magnum currum? An cogitandum de illo curru, quem Constantinus in hippodromo collocavit? Cf. *Suidam* in Μίλιον. et *Codin.* Or. CPol. p. 20. Juxta hunc forte Amoris statua fuit posita. Commemoratur etiam Ἔρως, tanquam cubiculi nomen, quod initio armarium fuisse apparet ex *Contin. Theoph.* p. 88. Cf. *Reisk.* ad *Constant.* p. 81. Jam alius fuit CPoli locus Ἄρμα appellatus, ubi arma aurigarum circensium fuisse videntur. *Reisk.* Ibid. p. 104. Haec fortasse inter se comparantur. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXIII.

XVI. Vat. Cod. p. 462. Plan. p. 354. St. 493. W. In idem balneum. — V. 1. ξυνεῖα λοετροῦ. Zeuxippi, λουτροῦ δημοσίου. Vide *Ducange* CP. Chr. I. p. 89. — V. 2. „εἵνεκεν. Sic e Vat. membr. cujus nisi suasisset „auctoritas, vulgatum οὕνεκα non mutassem, quum id „pro ἕνεκα apud scriptores atticos saepe occurrat. Ma„tron in Coen. v. 54. κεχολωμένη οὕνεκα τευχέων ἀμφοτέ„ρων." *Br.* οὐκ ἔριδος, non ut cum incomparabili Zeuxippo contenderet, sed officii et amicitiae causa. Male *Brodaeus* verbum ἔριδος interpretatur: *lavantium turbas.* — V. 4. προχοαί. aqua ex fistulis prorumpens. μύρα. Lavantes etiam ungebantur. In Hippiae balneo ap. *Lucian.* T. VII. p. 299. erat οἶκος, εὖ μάλα φαιδρός, ἀλείψασθαι προσηνῶς παρεσχημένος. Ap. *Plin.* II. Epist. XVII. 11. *Inde balinei cella frigidaria — Adjacet unctorium. Plaut.* in Poen. III. 3. 89. *faciam, ubi tu laveris, Ibi ut balneator faciat unguentariam.* — χάριτας intelligo de omnibus iis rebus, quae ad luxum faciebant. In descriptione balnei Hippiae commemorantur ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένα οἰκήματα — χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις, ap. *Lucian.* T. VII, p. 298.

¶. 107.] *XVII.* Vat. Cod. p. 463. Plan. p. 355. St. 495. W. De thermis Basilicis *Ducangio* nihil aliunde innotuit, CP. Christ. L. I. p. 94. Eas hoc nomen

magnificentia accepisse, fere ut splendidas illas porticus, quae Basilicae appellabantur, ex hoc Epigrammate apparet. Reliqua aenigmatice elata. Naturali calore aqua in hoc balineo tepebat, et quidem ita temperata, ut frigidam affundere necesse non esset. — V. 5. ποτιδεύεται. Vulgo et in Vat. Cod. In quibusdam libris etiam ψυχρὸν legi notavit Schol. Wech. In Ed. Flor. est ψυχρόν.

XVIII. Vat. Cod. p. 298. Planud. p. 285[a]. St. 412. W. Scriptum est in Petrum rhetorem, qui Dionysia spectans cum pluribus de tecto decidit. Commemoratur Petrus rhetor ap. *Suidam* T. III. p. 103. legati munere ap. Chosroën regem functus. Hujus olim historia extitit, ex qua Excerpta servata leguntur in *Hoeschelii* Eclog. Legat. p. 23. sqq. ed. *Labbe*. Ejusdem mentio injicitur ap. *Procopium* L. I. Gothic. p. 170. et in aliis locis, quos diligenter commemorat *Valesius* ad Excerpt. de Legg. p. 204. sq. Ejusdem meminit *Stephan. Byz.* in Ἀκόναι. unde apparet, *Stephanum* ante exitum seculi VI. non vixisse. Post multa enim inter Justinianum et Chosroën transacta, pax convenit a. Chr. 561. — V. 5. ἴσον ἤρκεσε. quantum satis erat ad res suas ordinandas, ut equidem h. l. intelligo. — τοιοῦτον. ejusmodi mortem qui saevam vocaverint, falluntur; naturalis potius mors prae ea saeva putanda est. *Tacitus* Annal. IV. 62. in descriptione ruinae amphitheatri, quod Fidenae exstructum erat: *immensam vim mortalium — praeceps trahit atque operit. Et illi quidem, quos principium stragis in mortem afflixerat, ut tali sorte, cruciatum effugere.*

XIX. Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 284[a]. St. 412. W. Chiredius rhetor ob insignem eloquentiam et probitatem laudatur. — V. 2. τῆς προτέρης ἰουλίδος. Eadem laude oratorem ornat *Lucianus* in Scytha §. 10. Tom. I.

p. 870. ed. R. παιδείᾳ δὲ καὶ λέγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δεκάδι παραβάλλοις ἄν. Antiquissimorum igitur oratorum laudem aemulatus esse dicitur Chiredius; nam ἡ προτέρα δεκὰς comprehendit eos, quos Aristarchus et Aristophanes Grammatici, reliquis exclusis, in ordinem redegerant. Vide *Rühnken* in Hist. Crit. Orat. Gr. p. XCV. sqq. Insequenti tempore inter recentiores oratores denuo delectus est factus et novus canon institutus, in quem iterum, ut in priorem illum, decem redacti sunt. Hujus alterius δεκάδος mentionem fecit *Suid.* in Νικόστρατος: ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι. Eodem sensu, quo *Leontius* Chiredium inter oratores τῆς προτέρας δεκάδος refert, Herodem Atticum quoque aequales ejus ἕνα τῶν δέκα appellabant. *Philostrat.* Vit. Soph. L. II. 1. 14. p. 564. cujus laudis praestantiam vehementer imminues, si, quod *Brodaeus* fecisse videtur, de altera seriorum sophistarum δεκάδι cogitaveris. — V. 3. Cum causae patronus esset, facile judici, quidquid vellet, persuadebat; ubi ipse judicis munere fungebatur, ne minimum quidem a recta decedebat via.

XX. Vat. Cod. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In Ajacem Telamonium, sua ipsius manu peremtum. — V. 1. 2. laudantur a *Suida* in ἐν ὅπλοις T. II. p. 703. — V. 3. 4. ibid. in αὐτοφόνῳ. T. I. p. 389. Ductum est acumen ex Ep. *Archiae* XVIII. in eundem Ajacem: Μαρμάρων βουλῇσι τεῆς ἠμπλάκομεν, ὡς ἂν ὑπ' ἐχθρῶν Μή τινος, ἀλλὰ σῇ σῷ πότμον ἕλῃς παλάμῃ. Cf. Ep. ἀδεσπ. DCXVIII.

[T. 108.] XXI. Vat. Cod. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In eundem Ajacem, non hostibus, sed belli sociis et amicis mortem suam exprobrantem.

XXII. Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 241. St. 351. W. In Platonem citharoedum, aliunde vix notum. — V. 1. Orpheo defuncto, aliqua saltem Musarum superstes

fuit; te mortuo, omnis musica periit. *Mosch.* in Bion. Epit. 66. πάντα τοι, ὦ βώτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν. — V. 3. ὀλίγη τις ἀποῤῥώξ. Fortasse ductum ex *Meleagri* I. 38. Ἀρχιλόχου μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ. Similiter *Julian*. Epist. XXXIV. p. 406. D. τῷ γὰρ ὄντι τοῦ κάλλους ... ἡμῖν εἰσιν ... τις ἱερὸς ... καὶ γονίμου παιδεύσεως, ὑπὸ σοὶ μόνῳ ζωπυρεῖται. quod cum similibus ductum ex *Platon*. III. Legg. p. 585. C. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 189. — V. 4. πολλάκις. De tibicine *Hedylus* ap. *Athen.* IV. p. 176. C. τοῦτο δ' ἴδησι τὸν ... ἀρεστὸν τοὔνομα σήμαινεν. Si recte h. l. emendavimus T. II. P. II. p. 342.

XXIII. Vat. Cod. p. 298. Plan. p. 230. St. 334. W. Lemma in Analectis ductum est ex Vat. membr. unde apparet, errasse *Huetium* p. 22. qui v. 2, πόλιν de Beryto interpretatur, ubi leges floruisse constat. At Byzantii quoque idem studium floruit. Vid. *Menag.* Amoen. c. 24. p. 133. — V. 3. Gemellus Juris Romani Professor fuisse videtur. Certe verba, ἐς εὐνομίης ἴδμονα θῆκε πόλιν, vix aliter quam de Antecessore accipi possunt. — V. 6. ζώειν. Edit. Flor. pr.

ARABII SCHOLASTICI

EPIGRAMMATA.

T. 109.] I. Plan. p. 292. St. 431. W. cum lemmate: εἰς εἰκόνα Λογγίνου ὑπάρχου ἐν Βυζαντίῳ. Longinus, quem hoc Epigr. celebrat, is esse videtur, qui post Narsem a Justino juniore Ravennam missus est. Eum plurimis legationibus functum esse, ex hoc carmine apparet. — V. 1. Ἴβηρ. Accipiendum de Iberia, quae inter Pontum Euxinum et mare Caspium jacet. Vide *Strabon*.

XI. p. 500. — V. 5. ζώοντα. Edd. Aldinae. ζείοντα restituit *Brod.* — Ἀγαρηνῶν. Quem populum significaverit, obscurum. Fuit urbs Ἄγρα (sive Ἄγαρα) in Arabia Felici, quam ab Aelio Gallo oppugnatam tradit *Strabo* XVI. p. 781. Hinc fortasse Agareni pro Arabibus positi. Agareni etiam commemorantur ap. *Dion. Cass.* LXVIII. 31. p. 1145. μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἀραβίαν ἦλθε καὶ τοὺς Ἀγαρηνοὺς — ἐπεχείρησε. At hoc loco *Reimarus* Ἀτρηνοὺς in textu posuit. Numerosum populum esse, intelligitur ex epitheto πολυσπερέων. Cf. *Homer.* Il. β. 804. *Hesiod.* Theog. 365. Ὠκεανῖναι πολυσπερέες. Eundem populum in calidissimis regionibus habitasse, apparet ex verbis πόλλα ζείοντα, quae maxime Arabiae conveniunt. — V. 6. εἰρήνην κευθομένην. inter belli tumultum quasi latentem pacem. Ad quam potissimum historiam haec referri debeant, non constat.

II. Plan. p. 376. St. 514. W. In statuam ejusdem Longini ex aere, ut videtur. Quod urbs aeneam potius quam auream statuam ei posuerit, ita interpretatur poëta, ut Longinum, hominem incorruptissimum, auri munera respuisse dicat. Respondet ad haec *Macedon.* Epigr. XXXVIII.

III. Plan. p. 319. St. 458. W. Utrum picta tabula describatur, an statua, non apparet ex hoc carmine; nec magis, utrum Hippomenes solus, an Atalanta simul cum eo effcta fuerit. — V. 3. ἔρυκε δρόμον. impedivit Atalantam, quominus Hippomenem cursu anteverteret. — σύμβολον Παφίης. ut omnino mala amorem significare putabantur, (vide ad *Platon.* Ep. IV. T. I. P. I. p. 339. sq.) ita Hippomenis malis, quae a Venere acceperat, etiam vis quaedam animi deliniendi indita fuisse traditur. *Theocrit.* Eid. III. 41. μᾶλ' ἐκ χειρὸς ἑλὼν δρόμον ἄνυεν· ἁ δ' Ἀταλάντα Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα. *Scholiast.* ad Eid. II. 118. τὰ ἀπὸ Ἀφροδίτης δοθ-

μενα τῷ Ἱππομένει μῆλα ἐκ Διονύσου — εἰς ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐκίνησεν, ὥς φησι Φιλητᾶς. *Philetae* versus huc pertinentes vide T. I. P. I. p. 394. — Quod autem Noster illa mala ἕδνα γάμων appellat, in eo consentientem habet *Nonn.* Dionys. XLVIII. p. 1258.

> Καὶ πάλι τοῖος ἄεθλος ὁμοίιος, ὥς ὅτε κούρην
> Χρυσοφαῆ προχέουσα γαμήλια δῶρα κυλίνδων
> Ἱππομένης νίκησεν ἐπειγομένην Ἀταλάντην.

¶. 110.] *IV.* Plan. p. 319. St. 459. W. In imaginem Andromedae rupibus affixae, prope quas bellua marina conspiciebatur. Aliud ejusdem historiae momentum expressit is, cujus opus commemorat *Antiphilus* Ep. XIII. ubi vide not. — Picta fuit tabula, ut ex v. ζωγράφος intelligitur; nec audiendus *Bandur.* in Antiq. CP. T. II. p. 846. qui statuam illam Andromedae describi existimat, quae, Constantino M. imperante, una cum Perseo CPolin advecta est. — V. 3. γναμπτῇσι χερ. Vulgo, γναμπταὶ σπιλάδες rupes esse videntur acutae et fluctibus imminentes. Conspiciebatur cetos, ut haec verba declarare videntur, in ipso litore, sive quod ex undis escenderat, (κῆτος πεζεῦον ἐπὶ τὰς ἀγέλας καὶ τοὺς ἐν τῇ γῇ ἀνθρώπους, verba sunt *Philostrati* I. Imag. XXIX. p. 806. Andromedam periculo ereptam describentis) sive quod, certamine finito, in litus projectum jacebat. *Philostrat.* l. c. τετέλεσται ἤδη ὁ ἆθλος, καὶ τὸ μὲν κῆτος ἔρριπται πρὸ τῆς ἠϊόνος. — V. 6. καὶ βλεφαρ. praeclarum artificem fuisse oportet eum, qui hac imagine et oculos et mentem fefellerit.

V. Plan. p. 320. St. 459. W. Jejunum Epigramma.

VI. Plan. p. 335. St. 474. W. In Panis statuam, fistulam ori admotam tenentis. — V. 2. ἐγκατέμιξε. *Christodor.* in Ecphr. v. 48. de Simonide: ὤφελεν ὁ πλάσσας σε — χάλκῳ συγκεράσαι μέλος ἡδύ. *Callistr.* Stat. VIII. p. 900. ὥσπερ, οἶμαι, τοῦ Πραξιτέλους καὶ τὰ βάκχεια

ἐγκαταμίξαι ἀνυψώντες. Idem IX. p. 901. πέτρην ἐνέβραξεν ἀλγεινῷ. *Tullius Gem.* Ep. IV. Lysippus χαλκῷ ἐγκατέμιξ' ὀδύνην. *Paul. Silent.* Ep. LVIII. ἡ τέχνη — μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ. — V. 3. Fistulam inflare recusat, quod Echo, quam deperit, aufugientem videt. Amabat ille Nympham, dum ipsa Satyri amore flagrabat. *Mosch.* Eid. VI. ἤρα Πὰν Ἀχοῦς τᾶς γείτονος· ἤρατο δ' Ἀχὼ Σκιρτητᾶ Σατύρω. *Nonn.* Dion. XVI. p. 457. Fuerunt tamen, qui ex his amoribus Iÿnga natam traderent. Cf. *Tzetza* ad Lycophr. 316. — ἀμήχανος. nescius, quomodo voti compos fiat. idem fere, quod δυσέρως, quod junxit *Theocr.* Eid. I. 85. ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί. — ἄστατος. Idem Echûs epitheton apud *Nonnum* Dion. XXXII. p. 816. ubi de Pane e pugna fugiente, σιγαλέοις, ait, πόδεσσιν ἐδύσατο δάσκιον ὕλην, Μή μιν ἴδῃ φεύγοντα δι' οὔρεος ἄστατος Ἠχώ, Καί οἱ ἐπεγγελάσειε καὶ ἀδρανέοντα καλέσσῃ. — V. 4. σύριγξ fistula h. l. ut passim. Cf. ad *Comet.* Epigr. III. p. 15.

VII. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 374. St. 513. W. Fortasse hoc quoque carmen scriptum est in Heraei hortos, de quibus vid. not. ad *Agath.* Ep. XLVI. et *Paul. Silent.* LXI. et LXII.

MACEDONII CONSULIS

EPIGRAMMATA.

¶. 111.] *I.* Vat. Cod. p. 122. Primus edidit *Wolf.* in Fragm. Sapph. p. 227. *Reisk.* in Misc. Lips. T. IX. p. 475. nr. 367. Comparat auctor puellam, quam deperit, cum vite, se ipsum cum vindemiatore. — V. 2. τοὺς ἕλικας. sarmenta sunt sive palmites aridi. De palmitibus simpliciter *Simonid.* Ep. LIV. 2. *Nonn.* Dion. XVI. p. 454. ἡμερίδων γὰρ Αὐτοφυὴς μίτρωσεν ἕλιξ εὐάμπελον

αὐγήν. Ad hederae palmites translatum ap. *Theocrit.* Eid. I. 31. quem locum, male vulgo intellectum, explicuit operum antiquitatis elegantiſſimus ſpectator in *Vaſengemählden* T. I. P. I. p. 82. — V. 3. „In cod. „ſcriptum ἐμῆς ἀνάθημα μερίμνης. Salmaſii emendationem „recepi." *Br.* Sic *Meleag.* Ep. CXII. ἀμφὶς ἐμῶν ἀπάτημα πόθων. Cod. ſcripturam ſervavit *Reiskius*, ad quam illuſtrandam *Schneiderus* in Peric. crit. p. 55. attulit *Polemon. Soph.* Epit. in Callimachum p. 27. ὦ σεμνὸν ἀνάθημα πολέμου, ὦ καλὸν Ἄρεος ἄγαλμα. Pro ornamento uſurpavit *Euripides* in Meleagro Fr. XIII. παῖδες δὲ χρηστοὶ — δώματος Καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε Ἀνάθημα βιότου. *Heſych.* ἀνάθημα· κόσμημα. Hinc apparet, ἀνάθημα parum diverſum eſſe ab ἄγαλμα, cum quo jungitur ap. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1088. βάρβιτα χειρὶ λίγαινε τεῆς ἀναθήματα Ῥείης, Κύπριδος ἁβρὸν ἄγαλμα παροίνιον. Quare ſi quis Cod. lectioni inhaerere velit, μερίμνης ἀνάθημα explicari poſſit per *oblectamentum amoris* i. e. amantis, voluptas mea. Sic haec lectio accepta haud ſcio an magis etiam conveniat calamiſtrato *Macedonii* ſcribendi generi. — V. 4. ἐνὶ πλέξας. Vat. Cod. quod verum videtur, modo ἐνιπλέξας ſcribas. Pro ἅμματι *Reiskius* σώματι dedit, citra neceſſitatem. Idem eſt ἅμμα et δεσμός, ſed utrumque junctum copiae oſtentandae cauſa, fere ut ap. *Aeſchyl.* Prom. 6. ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις. Ad ſenſum comp. *Paulus Silent.* Ep. VII. 15. ἀλλ' ἀντιπέροισιν ἐγερτοῖς Ὑγρὰ περιπλέγδην ἅψεα δησαμένους. — V. 5. τρυγόω τὸν ἐρ. Vat. Cod. Sic emendavit etiam *Wolfius*, cum in Apogr. eſſet τρυγόωσιν. τρυγᾶν pro *decerpere* politum illuſtravimus ad *Meleagr.* Ep. II. p. 15. Ad rem amatoriam hoc verbum tranſtulit *Ariſtaenet.* L. II. 1. p. 72. οὐ δεῖ τηρεῖν ὀπώραν. δίδου τοῖς σοῖς ἐπεραμένοις τὴν ὥραν τρυγᾶν· μετ' ὀλίγον ἔσῃ γεράνδρυον. *Euſtath.* de Amor. Iſm. IX. p. 418. ἐν τοῖς τούτοις χείλεσι καὶ ὅσοις ἄλλοις τρυγᾶται βότρυς ἐρωτικός. Nonn. Dion. XLII. p. 1096. πιέζων, σύγγονος ἦλθε κυτει

τρυγόωμαι ὀπώρην, ὡς στάχυς ἠέξετο. — V. 6. »Cod. οἶδα »νέμειν. Recte Salmas. οὐκ οἶδα νέμειν. habere, possidere »nescio, i. e. nolo. Tum cod. ἔτι μοι. Quod etiam a »Salmasio emendatum.« Br. νέμειν θέρος, ἔαρ, idem fere h. l. quod τρυγᾶν. nulla est puella neque vernantibus annis, neque paulo provectior aetate, quam habere malim. οἶδα periphrasi inservit. Cf. Abresch. ad Aristaen. p. 336. — V. 7. »In membranis, et perspicue in ap. »Buheriano ὑβήσειας, quod conjecerat Reiskius, sed »quum versus modulo congruum esset, recipere noluit »et praetulit ἀκμάσειας, ne semel metricis legibus pa- »ruisse videretur. Tum Cod. εἰ δέ τις ἔλθῃ. In margine »cod. Lips. emendatum ἔλθοι, judice Reiskio, absque »necessitate. At ἔλθῃ cum εἰ soloecum est, quod ignorasse »mirum, qui tot graecos auctores edidit. Scribendum »erat ἢν δέ τις ἔλθῃ, aut εἰ δέ τις ἔλθοι.« Br. At secundum Reiskium judicabat vir doctissimus Locella, qui εἰ cum conj. aor. 2. jungi posse censet ad Xenoph. Ephes. p. 186. — Pro ἡβήσειας quaedam Apogr. ἡμύσειας. — V. 8. λοξὰς ἕλιξ. respicitur v. 2. — Pro πλήσομαι, quod Reisk. dedit, in Ap. Lips. est πλήσομαι, ap. Wolf. λήσομαι. Totum hoc distichon Vir Doct. in marg. Apogr. Guy. et Ruhnk. addititium esse putabat. Temere. Nihil his verss. magis genuinum.

II. Cod. Vat. p. 123. Edidit Reisk. Misc. Lips. IX. p. 476. nr. 368. Hinc protulit Toup. in Cur. Nov. p. 168. Est colloquium viri cum muliere, amantes promissis lactante. Antiquiorem quendam poëtam expressisse nostrum, satis verisimile est. — V. 2. laudat Suid. v. ἀμβολία T. I. p. 136. — V. 3. ταῦτα. Vana haec promissa, nihil amplius mihi gratificaris. — V. 5. »Distinctis personis, quae interloquuntur, facile intel- »ligitur carmen, et palam est, v. 5. ἐσπερίη, non ἑσπερίην, »ut in Cod. perperam scriptum est, legendum esse.« Br. In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἑσπερίην. i. e. vesperam; tarde

tarde te videbo. Hesych. ἑσπέριον ξένον. τὸν ἑσπέρας ἥκοντα. Nec *Dorvillius*, qui hoc distichon profert ad *Charit.* p. 156. vitium intellexit, quod sublatum debemus *Toupio* l. c. Est ambiguitas in his verbis, quae alio sensu a muliere dicuntur, alio ab amante accipiuntur. Dixit illa: Ad vesperam te visum ibo. Jam cum ἑσπέρη translata significatione etiam de aetate ad senectutem vergente usurpetur, ille respondit: Quid, quaeso, vespera est mulierum, nisi rugarum plena senectus? — Huc facit *Aristotel.* Poët. c. XXI. ὁμοίως ἔχει ἑσπέρα πρὸς ἡμέραν καὶ γῆρας πρὸς βίον. ἐρεῖ τοίνυν τὴν ἑσπέραν γῆρας ἡμέρας, καὶ τὸ γῆρας ἑσπέραν· ἢ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου. — V. 6. ἀμετρήτῳ ῥυτίδι. Sic Vat. Cod. et *Dorv.* ἀμετρήτων ῥυτίδων. *Reiske* et *Toup.* Verbum πλήθεσθαι utrumque casum adsciscit. Vide, qui multa collegit, *Abresch.* ad Aësch. II. p. 187. sq.

¶. 112.] *III.* Vat. Cod. p. 124. *Reisk.* Misc. Lipf. IX. p. 477. nr. 389. Animum ob inopinatum puellae adventum vehementi gaudio perculsum significat auctor. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in ἐξεσάλαξας T. I. p. 767. ὅλην φαντασίην, *omnem imaginandi vim excussisti*, vertit *Reiskius.* Dubito an recte. Sunt potius ea, quae menti obversabantur poëtae, sive cogitationes, quibus tum occupatus tenebatur, cum puella intraret. — ἐξεσάλαξας. ut *Paul. Silent.* XXXIV. ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον. — V. 3. »Scriptum in cod. κραδίη δὲ βυθῷ πελεμίζεται οἶστρον, »quod partim a Salmasio emendatum. At v. sq. pro κι- »νυμένης reponenda est codicis lectio πνιγομένης, quam »temere immutavi.« *Br. Reiskius* servavit lect. Cod. vertens: *cor profunda oestri voragine aestuat;* quod sensum non habet. κραδίης βυθός, ut *Paul. Sil.* Ep. XXVII. ἡμετέρης θερμῷ βένθεϊ σῆς κραδίης. — οἴστρῳ πελεμίζεται. Haud aliter *Nonn.* Dion. XV. p. 424. νυμφῆ οἴστρῳ λαβροτέρῳ δεδονημένον. XLII. p. 1084. πόθου δεδονημένον οἴστρῳ. — V. 4. πνίγεσθαι de iis, qui in undis laborant, pro-

prium illustravit *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 75. qui vs. seq. φθάνοντα corrigit pro φανέντα. sine necessitate. — κῦμα Κυπρίδιον ductum ex *Meleagr.* Ep. XIX. 7. — V. 5. ναυηγόν. Vide notata ad *Posidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. ubi v. 1. legendum: σύν, Παφίη Κυθέρεια, παρ' ἠόνα εἶδε —, non παρ' ἠιόν' εἶδε, quod minus elegans. — V. 6. λιμένων. Dum in allegoria pergit et otium sibi a tempestatibus precari videtur, rem obscoenam tecte significat. Hac imagine usus in re perquam gravi *Sophocl.* Oedip. Tyr. 1208. ᾧ μέγας λιμὴν αὑτὸς ἤρκεσε Παιδὶ καὶ πατρὶ θαλαμηπόλῳ πεσεῖν. Allegoriae auctor fuisse videtur *Empedocles* secundum *Schol.* Eurip. Phoen. v. 18. Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς ἀλληγορῶν φησί· σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης, ἐν οἷς ἡ τῶν παίδων γένεσίς ἐστιν. ubi vide *Valcken.* p. 600.

IV. Vat. Cod. p. 125. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 324. *Reisk.* Misc. Lips. IX. p. 479. nr. 371. Quum sibi per quietem puellam amplecti videretur, invidiosus Amor omnem illam felicitatem, somno excusso, turbavit. — V. 1. ὄνειρον. *Reisk.* contra Cod. fidem. — V. 3. πείθετό μοι. Cod. Vat. et Dorv. Ad rem confer Ep. *Incert.* LVI. — οὐκ ἀλέγιζεν. facile patiebatur, me varia Venere corpus ejus tractare. — V. 5. »Male Dorvillius »καὶ πάντα pro κατὰ πάντα. quod perspicue in Cod. scri»ptum est.« *Br.* Hoc quoque loco Apographa cl. editori fraudi fuerunt. In membr. est καὶ πάντα, idque verius et gravius puto quam emendationem *Salmasii*, in marg. apogr. Ruhnk. notatam. Amor non contentus interdiu me ludere, noctem *quoque* observans voluptate me privavit. Talem Amorem sibi finxit *Crinagoras* Ep. III. in dormientem Cupidinem: ἀλλὰ καὶ ὥς σε δέδοικα — μὴ κἠν ὕπνῳ πικρὸν ὄνειρον ἴδω. et hinc *Scaevol. Flacc.* Ep. VII. ἐγὼ δ', ἀγρυπνῶ, δέδοικα Μή μοι καὶ παύσων πικρὸν ὄνειρον ἴδῃ. — V. 6. ἐξέχεεν. Vat. Cod. — V. 7. ἐστί μοι. Sic mihi Amor vel in somniis voluptatem ex fur-

tivis amoribus percipiendam invidet. γάμος, *concubitus*, hoc sensu passim obvium. *Dorvillius* comparat *Ovid.* L. VIII. Metam. 850. *qui raptae praemia* (κέρδεα) *nobis Virginitatis habes.*

V. Vat. Cod. p. 132. Edidit *Salmas.* ad Solin. p. 539. C. D. *Reiske* Misc. Lips. IX. p. 680. nr. 384. In meretriculam, olim formosam et superbam, nunc, annorum flore deperdito, ab amantibus relictam. Expressum ex *Rufini* Ep. XXXVII. — V. 1. βακχεύουσαν. Eodem sensu *Agath.* Ep. XIII. ἡ πάρος ἀγλαΐῃσι μετάρσιος — καὶ σοβαρευομένη. De quovis vehementiore impetu βακχεύειν usurpatur; ut ap. *Agath.* Ep. XXVII. Κύπριδι βακχεύειν μᾶλλον ἐπειγομένη. Cf. *Cuperi* Obss. L. III. p. 310. Hinc βακχεύουσα ἐν εἴδει mulier esse possit pulchritudine sua insigniter ferociens. Sed sic θηλυτεράων nimis otiosum videtur. Emendando succurrere conati sunt Viri doctissimi, quorum unus in marg. apogr. Ruhnk.: *Leg.:* ἐν' ἤθεα. *Homer.:* ἐν' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. *placet. Vel ex lectione Gaulminii Cod.* ἐν εἴδεσι θ. ἐν ἤθεσι. ἐν εἴδεσι praebent Schedae Tryll. *Cornel. de Pauw* in Apogr. suo ἐν εἴδεσι θηλυτεράων pro periphrasi habet: ἐν θηλυτέραις. Nihil horum eximie placet. Fortasse legendum:

ἐν εἴαρι θηλυτεράων

in vere mulierum, i. e. in aetatis et pulchritudinis flore. Vide not. ad *Rufin.* Ep. VIII. T. II. P. III. p. 159. — V. 2. χρυσεοκροτάλῳ et σπατάλην Vat. Cod. Posterius vocabulum initiali majore scriptum pro nomine proprio habebat *Reiskius*, qui initio versus χρυσέῳ κροτάλῳ exhibuit. Neutrum horum admitti potest. *Rufinus*, quem Noster expressit: σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη. ubi vide not. σπατάλη autem ob praecedentem accusativum in σπατάλην depravatum esse, noli dubitare. Nihil enim hoc erroris genere in Vat. Cod. frequentius. χρυσοκρόταλος dicitur ornatus aureus ob inanem, quem efficit,

strepitum, ita ut de *crotalis* ne cogitandum sit quidem. κρόταλον ad res streperas translatum illustravit *Kuster.* ad *Aristoph.* Nub. 259. — σειομένην. de incessu superbiore accipio, eodem fere sensu, quo σοβεῖν, de quo *Bergl.* ad *Alciphr.* p. 142. et *Piers.* ad *Moer.* p. 341. Haec mihi interpretatio contextui aptissima videtur. Quae si cui non satis placeat, is haec verba de saltatrice accipiat, *corpus movente* (σειομένῃ) *ad* σκατάλῃ χρυσέων κροτάλων, *ad aureorum crotalorum delicias.* Sic adjectiva pro genitivis passim usurpantur, ap. Tragicos praesertim. *Cornel. de Pauw* cogitabat de πατάγῳ. — V. 3. *Suidas* T. III. p. 600. φιληταί. — οἱ φιλοῦντες· οἱ δὲ φιληταί, οἵ ποτε θρυλλήσαντες ἐναντίον ἐ. κ. μ. π. Amantes, qui olim cum precibus et supplicationibus ad eam accedebant. — τὸ ἀέξοσέληνον. *luna plena. Salmasius* l. c. bonam et plenam puellae habitudinem (*l'embonpoint*) interpretatur. Mihi omnino opulentior puellae conditio indicari videtur, quam poëta initio carminis descripsit. In σύνοδος iterum est lusus ex ambiguitate. Significatur primum *interlunium*, ubi luna vetus non amplius conspicitur, nec nova apparet; deinde concubitus, congressus, frequentia amantium. Vide *Dorvill* ad *Charit.* p. 739. Hoc igitur *Macedonius* voluit: Ille pristinus puellae splendor, illae divitiae et munditiae cessarunt, cum amantes ei obviam fieri et sumtus porrigere nolint. — V. 6. ἐξέλιπεν et μὴ κέτι. Vat. Cod.

¶. 113.] *VI.* Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 454. St. 590. W. De vulneribus ab Amore sibi inflictis satis inepte conqueritur. — V. 3. κακότητας. Dolor vulneris me tam graviter afficit, ut consilium reperire nequeam. De ἀμήχανος vide ad *Arabii* Ep. VI. 3. — V. 3. πάσσειν. Vulgo πάσσει. Legendum credo ἤπιά κεν πάσσαι, et »sic excudi volebam.« *Br.* Vulgatam πάσσει confirmat Vat. Cod. nec emendatione opus esse videtur. Respicitur locus Il. λ. 218. ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς Πάσσε, τά οἱ

πατρὶ πάτρῃ φίλα φρονέων πέρι Χείρων. — V. 5. Τήλεφος. Cf. not. ad *Paul. Sil.* Ep. XV.

VII. Vat. Cod. p. 126. Plan. p. 461. St. 598. W. Ad puellam, quae, pristina severitate deposita, blanditiis eum frustra allicere et irretire conabatur. — V. 1. καχλάζεις. lascivo risu me ad furtivam voluptatem invitas. Καχλάζειν. τὸ γελᾷν ἀτάκτως. *Suid.* T. II. p. 320. ubi nostrum vs. excitat. Multa de hoc vocabulo dedit *Brodaeus* ad h. l. Plurimum huc facit *Clem. Alex.* II. Paed. p. 196. 25. risus immodicus, εἰ μὲν ἐπὶ γυναικῶν γίνοιτο, κιχλισμὸς προσαγορεύεται, γέλως δέ ἐστι πορνικός· εἰ δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν, καγχασμός· γέλως δέ ἐστιν οὗτος μνηστηριώδης. — Eodem redit χρεμέτισμα, quod equis proprium, praecipue ubi coitum desiderant. *Claudian.* de Nupt. Hon. et Mar. v. 289. *Sonipes – quem primus amoris Sollicitavit odor – Pharsalia rura Pervolat, et notos hinnitu flagitat ignes.* — προκέλευθον. *Nonn.* Dion. L. III. p. 106. ἐσσομένων προκέλευθον ὑπέρτερον ἐλπίδα βίοιο. — V. 3. τρισὶν ὤμοσα πέτραις. Jusjurandum sanctissimum indicari sponte apparet; in causa locutionis investiganda laboramus. *Brodaeus* quidem haud pauca aliena attulit; ut quae de saxo (μύδρῳ) fluctibus immisso profert. (Vide *Intrpp. Herodoti* L. I. 165. p. 78. et ad *Horat.* XVI. Epod. 25.) Unice huc facit *Harpocration* v. λίθος· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος· τῶν τε παρόντων καθ' ἕνα ἡμῶν οὑτωσὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες· ἐοίκασιν οὖν Ἀθηναῖοι πρός τινι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχορος ὑποδηλοῦσι. Similem consuetudinem, sed in imprecationibus, usque ad sua tempora durasse notavit *Scholiast.* ed. Wechel. Quum tamen et hic ritus, et ille, quem *Harpocration* commemorat, nonnihil diversus sit ab eo, cujus *Macedonius* mentionem injecit, Vir ingeniosus in Specim. Quaest. Philol. p. 75. legendum proposuit:

ὤμοσα τὴν δυσέρωτα Κόρην, τρισὶν ὤμοσ' ἀδελφαῖς,
μήποτε μειλιχίοις σ' ὄμμασιν εἰσιδέειν,

Proserpinam in amore infelicem et Parcas juravi. τρεῖς κασίγνηται Parcae appellantur ap. *Homer.* H. in Mercur. 549. nec non apud Latinos poëtas *tres sorores* passim obviae. *Propert.* II. X. 44. *quaevis de tribus una soror.* *Ovid.* XV. Metam. 807. *Sola insuperabile fatum, Nata, movere paras? intres licet ipsa sororum Tecta trium.* *Horat.* II. Od. III. 15. *Dum res et aetas et Sororum Fila trium patiuntur atra;* ubi vide *Mitscherl.* et *Wakker* Amoen. litt. c. XII. p. 111. — Nolim tamen ingeniosae huic conjecturae nimium tribui. Ne enim diversos casus eidem verbo additos urgeam, certe δυσέρως de Proserpina otiosum videri debet; nec causam video satis gravem, cur δυσέρως κόρη non de ipsa meretrice (*in libidinem nimis effusa*, et vere δυσέρωτι) accipiatur; praesertim cum sic elegantissima sit verborum collocatio. Etiam hoc, quod poëta a secunda persona ad tertiam delabitur, elegantiam suam habet et scenicum ἦθος. Ipse cl. *Eichstaedt* in literis ad me datis aliam tentavit emendandi viam:

ὤμοσα τὴν δυσέρωτα Κόρην, τρὶς ἐπώμοσ', ἑταίρην
μήποτε μειλιχίοις ὄμμασιν εἰσιδέειν.

Equidem vulgatae inhaerere malim, ritum ex amantium religione, nobis, ut multa hujus generis, non satis cognitum significari existimans. Hoc quoque *Grotio* visum esse, ex ipsius versione apparet:

Juravi, manibus capiens tria saxa, procacem
Luminibus placidis nec semel adspicere.

— V. 5. πόππυζε σεαυτῇ. tibi ipsi illis ποππύσμασι blandire. *Suidas*, hunc versum laudans, T. III. p. 155. πόππυζε. — ἀντὶ τοῦ κολάκευε, κήλει. ποππύσματα· κολακεῖαι εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους. Illustravit h. v. de blandientibus aliosque allicere studentibus *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 93. 64. Hoc loco simul ad sonum compressorum labiorum respicitur. — V. 6. χείλεσι

γυμνοτάτοις. sequentibus illustratur. Cl. *Eichstaedt* malit ὑγροτάτοις. — V. 7. 8. a Planude omissos *Brunckius* ex Vat. Cod. addidit. — ἐργάτιδες. Vide not. ad *Philippi* Ep. XXVIII. T. II. P. II. p. 168. sq. *Paul. Silent.* XII. 12.

VIII. Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 454. St. 590. W. Cf. *Archiae* Ep. II. — ἥπατος. ubi amoris et cupiditatum sedes. ἔρωτος ὁ πυρσὸς καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διελήλυθεν εἰσρυείς. *Aristaen.* I. II. Ep. V. p. 79. Hoc expertus erat Polyphemus ille Theocriteus, cui κόπτε ἥπατι πᾶξε βέλεμνον. Eid. XI. 16. et Hercules ap. eundem Eid. XIII. 71. χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν. Illustravit hunc *morbum hepatarium Plauti* in Curcul. II. Sc. I. *Toupius* ad Longin. Π. 'Υ. p. 302. — V. 2. „κατάβα. Sic cod. „Ja. Lascaris. Vulgo μετάβα." *Br.* Vulgatum exhibet etiam Vat. Cod.

IX. Vat. Cod. p. 121. Plan. p. 454. St. 590. W. Poëta, diu exoptatam noctem denique nactus, Luciferum rogat, ut aliquamdiu morari noctemque extendere velit. Cf. *Meleagr.* Ep. LXXXI. sq. — V. 2. Ἄρεϊ γειτονέων. Martis sidus tristia minari et omnino saevioris indolis esse putabatur; hinc poëta veretur, ne vicinitate sua aliquid hujus indolis cum Lucifero communicet. — V. 3. Κλυμένης. Nota fabula de Solis et Clymenes amoribus vel ex *Ovid.* I. Metam. 756. Fuisse, qui noctem tum a Sole protractam esse fingerent, ex hoc loco apparet; an alibi idem occurrat, ignoro. *Nonnus* Dion. XXXVIII. p. 972. ubi Clymenes cum Sole nuptias describit, Luciferum carmen nuptiale cantasse, Lunam face praeluxisse narrat. — V. 6. Κιμμερίοις. Ex *Pauli Sil.* Ep. XIII. εἴ τις Ἐρώτων λάτρις, νύκτας ἔχειν ὤφελε Κιμμερίων.

¶. 114.] *X.* Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 455. St. 591. W. De duro puellae animo conquestus se ipsum

et puellam cum Niobe comparat. Hoc carmen, quod *Opsopoeus* festivum esse dicit, mihi quidem ineptissimum esse videtur. — V. 1. τὴν Νιόβην. Putabatur lacrymas fundere Niobe in saxum mutata, secundum *Homer.* Il. ω. 617. ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. unde *Antip. Sid.* Ep. XLIII. πέτρος ἔσῃ, Νιόβα, κάδεϊ τειρομένα. *Ovid.* Met. VI. 309. *intra quoque viscera saxum est. Flet tamen, et validi circumdata turbine venti In patriam rapta est; ubi fixa cacumine montis Liquitur, et lacrymas etiamnum marmora manant.* Cf. *Senec.* Agam. 371. *Callimach.* H. in Apoll. 22. et *Ruhnk.* Epist. cr. II. p. 131. — βουκόλος ἀνήρ. Nisi dixeris, *Macedonium* rusticum hunc hominem, Niobes lacrymas mirantem, sine ulla causa adduxisse, verisimile est, veteris cujusdam poëtae locum ei obversatum esse. Fuit is fortasse *Philemon* Comicus, cujus versus servavit Schol. ad *Homeri* Il. ω. 617.:

Ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,
Οὐδέποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι,
Ὡς τοῦτ' ἐγένετο, καὶ κήδεα πέσσει [λίθος].

Sic legendi videntur hi versus, quos in *Philemonis* Comoedia rusticum quendam pronuntiasse suspicor. — V. 3. τέσην. Vulgo et in Vat. Cod. τέσης, quod Brunckianae lectioni praefero. — V. 4. ἔμπνοος λίθος. quamvis viva, quovis tamen saxo durior.

XI. Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 460. St. 598. W. Multiplices puellae illecebras enumerat; fere ut *Liban.* in Ecphr. Pulchrit. T. IV. p. 1070. ed. R. ἐπ' ἐκείνο τὸ πρόσωπον περιεχόρευον αἱ Χάριτες — αἱ Μοῦσαι περὶ τὴν κόρην ἐμήριζον, καί τι λέγειν τοῦ κάλλους ἐπάξιον οὐκ εἶχον. Ἔρως ἐντύχει (fort. εἱστήκει) παρ' αὐτῇ τὰ τόξα τείνων καὶ πικρὸν ἐπαλείφων τοῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τόξευσιν. — V. 1. πρόσωπα τὰ δ' Vat. Cod. De forma προσώπατον vide *Rittershus.* ad Op.

plan. Cyneg. I. 418. III. 91. — In fine versus membr. βάλλει. »θάλλεις. Sic omnino legendum, non, ut vulgo, »βάλλεις: membr. βάλλει, e quibus v. 3. συλλέβεις recepi.« *Br.* Illud fortasse in mente habebat magnus *Grotius*, cum verteret: *Ora lepor, frontem florum tibi circulus ornat;* qui de florum corona cogitasse videtur; sed coloris florem, lilia cum rosis in puellae ore commixta, intelligi voluit. — V. 3. συνελέβεις. Vulgo. *Aristaen.* L. II. 1. p. 71. τὼ δὲ ὀφθαλμὼ φλέγεις καὶ ἀκουσθεῖσα (sic *Toup.* Ep. crit. p. 110.) τιτρώσκεις.

XII. Vat. Cod. p. 124. Plan. p. 460. St. 598. W. Quare nudum ensem gerat, poëta docet hoc Epigrammate, quod omnibus *Macedonii* carminibus facile praetulerim. — V. 1. τὸ ξίφος. *Apollon. Rh.* L. III. 1381. γυμνὸν δ' ἐκ κολεοῖο φέρε ξίφος. — In fine vs. κούρα Vat. — V. 3. ἐζαλέον. ἄγαν ζέον. θερμόν. *Hesych.* Hujus significationis nullum in Lexicis exemplum prostat. Notandus igitur *Macedonii* locus. — V. 5. In his color fortasse ductus ex Scolio *Hybriae Cretensis* XXII. T. I. p. 159. — In fin. vs. κάτοπτρον Vat. C. — Verba οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι male vertit *Opsopoeus: Hic mihi amanti est conscius;* pro: *hic me amantem comitatur.* — V. 7. καὶ καλός. Idem interpres haec verba ad ensem refert, parum apte. Melius *Grotius: In hoc videor pulcher et ipse mibi, Quantum sivit amor.* Amor enim pulchritudini nocet, pallorem genis obducens. — ἀπ' ἐμεῖο λαθῆναι. Vat. Cod. in qua lectione fortasse aliud quid latet, quam quod Planudes substituit.

XIII. Vat. Cod. p. 126. Plan. p. 461. St. 599. W. De inconstanti puellae Parmenidis animo conqueritur. — V. 1. Παρμενίς. lusus in nomine ex παρὰ et μένειν composito. — V. 3. Ducta sunt haec ex *Theocrit.* Eid. VIII. 17. unde eadem ad Nicaeam transtulit *Nonnus* Dion. XVI. p. 297. Iis, quae notavimus ad *Callim.* Ep.

XI. T. I. P. II. p. 264. adde *Ovid.* I. A. A. 717. *Quod refugit, multae fugiunt: odere, quod instat.* — ¶. 115.] V. 5. »Ultimum distichon omisit Planu»des, quod ita a me emendatum e membranis addidi, »in quibus depravata scriptura. Nam in hexametro κεν»τρομανὴς et in pentam. fine χείλους ἐκρέμαθα exhibent.« *Br.* De prioris vocabuli sinceritate non dubitabat *Grotius*, qui hoc distichon, quod ex Cod. Vat. cognitum habebat, sic vertit:

Hamus sed furians os est tibi; morsus ab illo
Attamen a labris pendeo purpureis.

Et sane κεντρομανὴς huic loco unice aptum. Est hamus, cujus aculeus, ceu oestrus quidam, furore animum percellit; proprie, *qui aculeo furit*, ut δοριμανής, *hasta furens*, θηλυμανὴς πόθος, Cupido ad muliebrem amorem incitans, ap. *Meleagr.* Ep. LIV. et similia. Ad rem cf. *Plaut.* in Truc. I. Sc. I. 21. *interim ille hamum vorat, Si semel Amoris poculum accepit mere.* — Ceterum dubitare possis, an hoc distichon ad nostrum carmen pertineat. Nexus certe tenuissimus; nisi forte haec fuit auctoris sententia: Levissima quidem es et me inconstantia tua excrucias; nec tamen me ex laqueis, quibus me irretitum tenes, expedire possum.

XIV. Vat. Cod. p. 125. Plan. p. 461. St. 598. W. Non scorti avari verba, ut *Brodaeus* existimabat, sed amantis, qui se veram ad amorem viam invenisse affirmat. Cf. *Antipatr. Thessal.* Ep. II. III. — V. 1. οὐ γὰρ ἀρότρῳ. Sensus est: Ut aliis instrumentis opus est ad agriculturam, aliis ad mellificandum, ita amor quoque propria sibi et peculiaria instrumenta habet. In antithesi verborum ἀρότρῳ et ἔαρι δροσερῷ poëtae judicium desideras; expectabatur ἀλλὰ ἄνθεσιν ἠρινοῖς. — V. 2. σκαπάνη. Vat. Cod.

XV. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 141. St. 205. W. Ad mulierem facie fucata. — V. 1. Recepit *Br.* lectionem a *Stephano* metri causa in textum invectam, ἐγὼ δὲ πάλιν σου ἐλ. cum in omnibus edd. et in membr. quoque legatur, ἐγὼ δέ σε πάλιν ἐ. in quibus verbis latens ulcus aut sanandum aut certe non celandum erat. *Jos. Scaliger* in not. msc. tentabat: ἐγὼ δέ σ' ἔπηλυν ἐλέγξω — pulchritudinem tuam non nativam, sed alienam *et quasi advenam* monstrabo. Elegans conjectura, sed ingeniosior fortasse quam verior. Num fuit

ἐγὼ δέ σ' ἐπαύτικ' ἐλέγξω —

quod a vulgatae ductibus proxime abesse fatebuntur, qui codd. perlustrarunt. — V. 2. νοθοκαλλοσύνη, *facies interpolata*, καπηλικῶς ἔχουσα. *Aristoph.* in Plut. 1064. νῦν καπηλικῶς ἔχει. (νόθον ἔχουσα χρῶμα *Schol.*) Εἰ δ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ ψιμύθιον, Ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου τὰ ῥάκη. *Claudian.* II. p. 447. ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραφεν ἄχροος αἰδώς, Ἀγλαΐῃ στέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μῆλα. Facit huc *Alciphr.* III. Ep. XI. φύκει γὰρ καὶ ψιμυθίῳ καὶ παιδέρωτι δευσοποιοῦσι τὰς παρειὰς ὑπὲρ τοὺς δεινοὺς τῶν ζωγράφων. Σὺ δὲ ἢν ὑγιαίνῃς, ὁποίαν σε τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ῥύμμα τὸ πρὶν ἐκάθηρεν, τοιαύτη διαμενεῖς. — V. 3. τοῦτο καὶ ἢ. δέ ποτε Πίνδαρος ἐλέγχων. Ed. Flor. pr. Aldin. pr. Ascens. Reliquae Aldinae exhibent, quod in Aldinae pr. lectionibus repetitur: τ. κ. ἢ. ποτε Π. αὐτὸς ἐλ. idque *Stephan.* recepit. In Vat. Cod. versus non integrior, quam in antiquis edd. quippe ubi nec δέ, nec αὐτὸς legitur. — αἶσχος ἐλέγχων *Brunckius* assumsit ex marg. Edit. Wechel. quid in regiis Planudeae codd. repererit, non indicans.

XVI. Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 135. St. 195. W. Hoc quoque scriptum in mulierem ex illis, *quae se unguentis unctitant, interpolibus, vetulis, edentulis, quae vitia corporis fuco occulant*; ut *Plautus* loquitur Mostell. I. 3. 117. — V. 1. τῷ abest a membr. — τοῖνε παρ.

Antiphilus in Epigr. quod edidimus ad *Luciani* Ep. VI. T. II. P. II. p. 412. κῦν τείνῃς ῥακόεντα πολυτμήτοιο παρειῆς χεῖρα. — V. 2. Λαοδίκη. lusus in puellae nomine, quam τοῖς λαοῖς, populo et juvenibus inprimis, qui eam olim amaverant, poenas dare ait. Temere haec lectio suspecta fuit Viro Doct. in Sched. Bibl. Bodl. qui in λαοῖς haerebat. — V. 3. μήποτε. ne os tamen aperias cave. Comparandus *Horat.* IV. Od. XIII. 9. ad Lycen vetulam: *Amor – transvolat aridas* (αὐχμηρῷ καρφομένας θέρει) *quercus, et refugit Te, quia luridi Dentes, te quia rugae turpant et capitis nives.* — ὀδόντων ὄρχατον. διστοιχος ὄγμος ὀδόντων. Epigr. ἀδεσπ. CCLXXII. — φαρμακόεντα δόλον fucum appellat, quia homines fallit et decipit. Jam hoc dicit: Faciem licet fuco interpoles; quis autem reperietur fucus, qui dentium tuorum ordinem tibi reparet? Non tamen ignorabant veteres artem dentium inserendorum. *Lucian.* in Rhet. Pr. 24. T. II. p. 245. γυναικὸς ἑβδομηκοντούτιδος, τέτταρας ἔτι λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης, χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους. Cf. *Boettiger in den Vasengem.* T. I. Fasc. I. p. 63. — V. 5. ἐξέῤῥευσας. omnis tibi effluxit venustas, qua olim fuisti conspicua. Verbum ῥεῖν transitiva potestate gaudet, ut προῤῥεῖν. Vide *Ruhnk.* Ep. crit. p. 264. et not. ad *Archilochi* fr. XVIII. T. I. P. I. p. 163. — In fine vs. οὐκ ἀπὸ γαίης vulgo legitur et in Vat. Cod. in qua lectione explicanda trepidant interpretes. *Huetius* p. 14. vitium non eo, quo latet, loco quaerens ἀέναος legit; quod ipsum jam *Brodaeo* in mentem venerat. Suam emendationem, οὐκ ἀπὸ πηγῆς, unde acceperit, non indicavit clariss. editor. Sed sic emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc.: *Pulchritudo non hauritur ex fonte perenni.* Notus est ille *Juventutis fons*, (*La fontaine de Jouvence*) cujus apud Romanenses poëtas medii aevi crebra fit mentio. — V. 7. Conf. *Stratos.* Ep. XXXVII. 5. — γήραος καρφομένη θέρει. Ductum ex *Archilochi* fr. XXVII. De senili aetate *Aeschyl.* in Agam. 79.

τὸ δ' ὑπεργήρων φυλλάδος ἤδη κατακαρφομένης τρίποδας μὲν ἰδοὺς ἐπεῖχε. quem locum commode admovit *Mitscherl.* ad *Horat.* I. Carm. XV. 15. *Laeta quod pubes hedera virenti Gaudeat pulla magis atque myrto: Aridas frondes Hiemis sodali Dedicet Euro.*

XVII. Vat. Cod. p. 513. »In Planud. p. 180. St. »264. W. distichon hoc adespoton est; in membran. »praefixum habet nomen Μακηδονίου Θεσσαλονικέως. Cujas »Macedonius fuerit, ignoro: forte est librarii error, »et pro Μακηδονίου scribere debebat Ἀντιπάτρου. Pro»fecto Epigramma hoc argutum est et lepidum, et me»liori aevo dignum.« *Br.* Sensum Schol. sic explicant: poëtam, compotatores excitantem, ut majoribus sese poculis invitent, mulierem dicere hesternae compotationi interfuisse, parum pudicam eamque sagam, quae his minoribus poculis usa sit. Jam cum periculum esset, ne haec pocula incantaverit, eum hortari pueros, ut illa frangant. Eadem fere *Brodaeus* attulit. Verum quidem est, veteres, incantationis avertendae causa, ova sorpta, cochleas, aliaque his similia fregisse; sed vereor, ut haec consuetudo nostro loco magnopere congruat. Verba, περὶ ἧς λόγος ἔρρει οὐχ ὑγιής, eo spectare videntur, ut puellam impuri oris fuisse significent. Hanc impuritatem cum aversetur poëta, pueros pocula frangere jubet. Unice huc facit *Martial.* XII. 75. vitreos calices amico commendans:

Hoc quoque non nihil est, quod propinabis in istis,
Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix.

Ad quem locum *Heraldus Macedonii* distichon admovit p. 234. hac explicatione addita: »His scyphis poteris »propinare et eosdem absque magno damno frangere, »si impuri oris homini propinaveris. Sic enim solebant.«

¶. 116.] *XVIII.* Vat. Cod. p. 515. sq. Planud. p. 176. St. 257. W. **Elegans Epigramma strenui pota-**

toris, nec divitias, nec honores petentis, dum ipsi in amicorum coetu bibere liceat. Color fortasse ductus ex *Anacr.* Od. XV. — V. 2. *οὐδ' ὅσα.* Ducta sunt haec ex oratione Achillis Il. ι. 381. ubi se Agamemnonis conditiones accepturum esse negat, quamvis ipsi dederit, ὅσα Θήβας Αἰγυπτίας (ποτινίσσεται), ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται, αἵ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσι. — V. 3. *βλύσσοι.* Poculum mihi nunquam non spumante vino scaturiat. *Dioscorid.* Ep. XXIV. *κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον.* In his βλύζειν parum distat ab ἀφρίζειν et ὑπεραφρίζειν, quod legendum videtur in *Alexidis* versu ap. *Athen.* L. XI. p. 471. F. *μεστὴν ἀκράτου Θηρίκλειον ἔσπασε Κύλικα, ὑπεραφρίζουσαν.* (vulgo ὑπερθέουσαν.) ut ap. *Eubulum* ibid. *ἄρτι μὲν μάλ' ἀνδρικὴν Τῶν Θηρικλείων ὑπεραφρίζουσαν.* *Aristophan.* in Philon. p. 472. D. *εὐκύκλωτον ἀσπίδα Ὑπεραφρίζοντα.* — V. 4. *χείλεος.* De calicis ora accepit *Brodaeus;* aptius *Grotius* de potatoris labiis: *Et mea perpetuus proluat ora liquor.* — V. 5. *λάλος χορός.* Vat. Cod. quod revocandum. — *οἱ δὲ περισσοί.* Nonnunquam in malam partem accipitur *περισσός.* Hoc loco sunt homines, quos in hilari convivio esse nolis, severi et superciliosi. Hos poëta ad vineae culturam amandat, ut ibi operam dent vitibus, dum hilariores vitium latice fruantur. Hoc displicuisse videtur summo *Grotio,* qui longe diversam expressit lectionem: *Qui volet in crassa sudet ephemeride.* Legit itaque junctim *ἐφημερίσιν.* Ingeniose sane! *Dum nos bibimus, tristiores expensorum rationes ducant et calculis insudent.* Ἐφημερὶς non solum est, ut *Suidas* interpretatur, *τῶν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων ἀπογραφή,* sed etiam impensarum recensio. *Propert.* L. III. El. XXII. 19. *Me miserum, bis aliquis rationem scribit avarus, Et ponit duras inter ephemeridas.* Fieri tamen possit, ut ad astrologicas rationes haec referri voluerit Vir summus; nam de his quoque *ephemerides* usurpantur. Jam apud veteres fuisse constat, qui

ne coenare quidem auderent, nisi stellas consuluissent, *Ammian. Marcell.* L. XXVIII. 1. *nec in publico prodeunt, nec prandent, nec lavari arbitrantur se cautius posse, antequam ephemeride scrupulose sciscitata didicerint, ubi sit v. g. signum Mercurii.* Cf. *Salmas.* de Ann. Clim. p. 837. — V. 8. τῶν χρυσέων ὑπάτων. Dubitabat *Brodaeus*, num ὑπάτων de consulibus, an de *magnis poculis* accipiendum sit. *Consulatum* intelligi debere, nullus equidem dubito. Anonym. Bibl. Bodlej. κυάθων adscripsit margini.

XIX. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 176. St. 257. W. Ad vinum bibendum, Cereris muneribus neglectis, hortatur compotatores. Conf. *Paul. Silent.* Ep. XL. — V. 1. χανδοπότῃ. χανδὸν πιεῖν. κεχηνότως καὶ ἀθρόως πιεῖν ὅλῳ στόματι. *Hesych.* Hinc χανδὴ κύλιξ, majoris mensurae scyphus, in Epigr. ap. *Athen.* X. p. 436. C. χανδοχάρυβδιν, eodem sensu, quo χανδοπότης, positum, emendavit in *Hipponacte* (ap. *Athen.* XV. p. 698.) *Mitscherl.* ad *Horat.* I. Carm. XXVII. p. 258. Significatione translata *Philostratus* II. Icon. XXIII. p. 847. de Hercule somno oppresso, χανδὸν ἐμπιμπλάμενος τοῦ ὕπνου. — V. 2. ἔργα εἰλαπίνης dictum, ut ἔργα μάχης et similia, de quibus v. *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 44. — Intelliguntur certamina de poculorum multitudine, ad certas leges (*insanas* appellat *Horat.* II. Serm. VI. 68.) siccandorum. — V. 3. σπεύδοντες. Vat. Cod. — Ἰκαρίου Λυαίου. epitheton aut ab Icaro, cui Bacchum utrem vini dedisse constat, ductum, aut vinum Icarium sive Pramnium intelligitur, de quo vid. *Athen.* L. I. p. 30. D. — V. 5. ἔχει. Cereris munera cum multis laboribus conjuncta esse declarantur, eademque tristium rerum, ut Proserpinae raptus, memoriam injicere animis. — καὶ ante ἰχθύσιν omittit Vat. Cod. — De ἰχθύσιν vide ad *Agath.* Ep. XXX.

XX. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 177. St. 258. W. Poëta medicum, qui eum vino abstinere jubet, Homeri

auctoritate refutat. Profert hoc carmen *Bandin.* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 382. ubi v. 2. ἀπειπόμενος et v. 3. οὐδὲ ἀδάχθη habetur. — Respicitur *Homer.* Il. ζ. 261. ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει. et Il. ι. 702. τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. *Horat.* III. Carm. 21. 15. *Tu spem reducis mentibus anxiis Viresque.*

XXI. Vat. Cod. p. 516. sq. Plan. p. 177. St. 259. W. Vini vires laudat, quippe quod pauperibus divitias, timidis fortitudinem addat. — V. 2. τὴν πενίην. Apposite ad h. l. *Horatius* III. Carm. XXI. 24. in vini laudibus: *addis cornua pauperi, Post te neque iratos trementi Regum apices neque militum arma.* Cf. I. Epist. V. 20. et not. ad *Bacchyl.* fr. XI. T. I. P. I. p. 285. — ¶. 117.] V. 3. Ecce tibi strenuum potatorem, qui cratere pro poculo utitur, nec cadum vini, sed totum torculare prope appositum habet! Optime Vat. Cod. ἄγχι δὲ ληνὸς Ἀντὶ πίθου — quod futurus Anthologiae editor in textum revocabit. — Torculare, in quo vinum, laetitiae quasi sedes, ἔνδιον εὐφροσύνης. Excitavit h. l. clar. *Mitscherl.* ad *Horat.* l. c. ubi Lyricus de amphora: *Seu tu querelas, sive geris jocos, Seu rixam et insanos amores, Seu facilem, pia testa, somnum.* — V. 6. „μαρνάμενον pro μάρνασθαι. „Male vulgo μαρναμένων. In optimo Planudeae codice „μαρναμένην." *Br.* Hoc notavit etiam Aldus in Lectt. μαρνάμενον emendavit *Jos. Scalig.* in not. msc. In membr. Vat. Καναστρέοις μαρναμένην ἔθελης. Canastraei Thraces sunt aut Macedones, de quibus inprimis cf. *Wasse* ad *Thucyd.* IV. p. 465. ed. Bip. Suspiceris, hoc carmen scriptum esse eo tempore, quo Thraces cum Belisario bellum gerebant. Vide *Procop.* de Bell. p. 134. B. p. 138. D. Sed verisimilius est, poëtam doctius vocabulum posuisse pro Gigantibus. Sic enim *Lycophr.* v. 526. καίπερ πρὸ πύργων τὸν Καναστραῖον μέγαν Γίγαντα: ubi Schol.: Κάναστρα, ἀκρωτήριον μεταξὺ Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης, οὗ πλησίον

σίων ἥκησαν οἱ Γίγαντες. Aliter *Huetius* p. 14. »Canastraei »sunt Thraces, quorum esse queritur Horatius pugnare »natis in usum laetitiae scyphis.« Hoc vix probaverim.

XXII. Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 439. St. 572. W. Hoc et sq. carmine Crantus Neptuno navem dedicat. »In hoc et sq. Epigr. in membr. dedicantis nomen est »Κράντας, quod doricum est pro Κράντης. Hocne an Κράν-»τος verum sit, parum interest.« *Br.* — V. 2. πέζα. τὸ ἄκρον ἢ τὸ ἀπολῆγον τοῦ χιτῶνος, ὃ ἡμεῖς ᾤαν λέγομεν· — καὶ ἐν Ἐπιγρ. ἔμπεδον εἰς κείνου πέζαν ἐρεισάμενος. etc. *Suid.* T. III. p. 70. Neptuni templum in monte positum sibi fingit *Toup.* ad *Suid.* p. 333. ita ut Crantus naviculam suam ad montis radices subduxerit. — V. 4. εὐρὺς ἀνακλινθείς. humi stratus, quam fieri potest commodissime. ἄτρομον ὕπνον. securum somnum, non, ut in navi, sollicitudinis plenum.

XXIII. Vat. Cod. p. 154. Plan. l. c. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in τέγγειν Tom. III. p. 440. — V. 3. Comparavit *Doeringius* Vir clariss. haec ad *Catull.* IV. 4. ubi phaselus se omnes naves celeritate superasse gloriatur, *Sive palmulis opus foret volare sive linteo.* Navibus passim tribuuntur alae a poëtis, qui modo vela, modo remos intelligunt. Vide *Drakenb.* ad *Silium* L. XII. 98. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 104. Sed diversa ratione *Macedonius* navem ipsam ἀνέμων πτερὸν, *ventorum alam*, appellat, sive potius *avem* et *volucrem*, ventis impulsam. πτερὸν propter celeritatem, ut est ap. *Homer.* Od. H. 36. τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα. Quum *Hesych.* πτερὸν per σκηνὴν explicet, *Brodaeus* hoc loco navem *ventorum mansionem, tabernaculum* interpretatur, quod nemo facile probabit. — V. 4. εἰς ἅλα ἂν Ἀΐδη. Vat. Cod. — In navigatione ὀλίγον διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει secundum *Aratum* v. 300. Cf. *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 3. p. 17. *Victor.* in Var. Lectt. XXIX. 18. et *Rittershus.* ad *Oppian.* I. Hal. 41. 354. Ad illum *Arati* locum respicere videtur etiam *Liban.*

T. IV. p. 992. ed. R. οἱ πλωτῆρες δὲ, ἐπειδὴ λόγοντας παραμείψωσι τῶν λιμένων τὰ στόματα, πλησίον ἔχοντες τὸν θάνατον πλέουσι, λεπτὴν ἔχοντες εἰς σωτηρίαν ἐλπίδα, τὰ ξύλα ἐφ' ὧν φέρονται. — V. 5. πόρον, κέλλης. Vat. Cod. — V. 6. ἠρεσάμην. Ibid. ἤρεσα. ἠθέλησα. ἐστήριξα. ἔπηξα. *Hesych.*

XXIV. Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 437. St. 570. W. Eumolpus citharoedus Apollini citharam dedicat, quam ipse trepidis manibus non amplius impellere valet. Fortasse *Macedonius* intelligi voluit Eumolpum illum, Musaei filium, quem Πυθιονίκην in musico certamine antiquitas tradidit. Vide *Suid.* v. Εὔμολπος. — V. 4. φέρειν Vat. Cod. a pr. man. ἐμμελέτημα idem quod μελέτημα. Meditationum et exercitationum laborem, quem musica postulat, non amplius suscipiam. — V. 6. ἠρεισάμεθα. Vat. Cod. quod vulgatae fortasse praeferendum. Vulgatam tamen tuetur *Suid.* qui v. 5. 6. laudat in βάκτρον T. I. p. 411.

¶. 118.] *XXV.* Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 441. St. 574. W. „Foede in Planudea corruptum est hoc Epigr. „quod e Vat. membr. emendatum dedi, prolatum etiam „a Dorvillio in Siculis p. 32." *Br.* Daphnis, senectute confectus, Pani clavam dedicat. Celeberrimum inter Siculos pastores nomen eligens *Macedonius*, vix tamen illum Daphnidem intelligi voluit, quem primum *Theocriti* Eidyllion celebrat. Ille enim flore aetatis periit. — V. 1. τρομερῷ περ γ. Vulgo vitiose. In Edd. ante Stephan. περὶ habetur; ἐπὶ emendavit V. D. ap. *Huetium* p. 42. περὶ praebet etiam *Suidas*, qui tres priores versus profert T. I. p. 59. sq. in ἀεργηλή. ἀεργά. ἀεραντος. — συρικτάς, non συριγκτάς, ut Lexicographus dedit. Cf. *Theocrit.* Eid. VII. 28. VIII. 9. 34. In uno horum locorum tamen Codd. nonnulli etiam συριγκτὰς offerunt, cujus formae patrocinium suscepit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 660. — V. 2. τᾶσδε βαρυνομέναν. Vulgo. τάνδε. Ed. pr. Flor.

Suid. Vir. D. ap. *Huet.* l. c. Hi omnes non offenderunt in βαρυνομένων, cujus emendationem membr. obtulerunt; qua admissa non opus est cum *Kustero* χεῖρας ἐπέγνωσα legere. — V. 3. ἀνέθηκε. Sic editi et Vat. Cod. etiam *Suid.* Nec mutatione opus esse videtur, quamvis ex v. 5. sqq. ipsum Daphnidem loqui apparet. Sic enim tertiam personam prima sequitur in *Agath.* Ep. XXX. *Julian. Aeg.* Ep. IV. et alibi. — κορύνη. Mediam modo corripit, modo producit. Utriusque usus exempla collegit *Arnald.* Lectt. Gr. p. 194. — V. 5. μελλέδομαι ex Vat. Cod. Vulgo μελλέδεται. — V. 7. εὔκοις. Ed. Flor. — Laudat h. v. cum sequ. *Suidas* in εἴνης T. III. p. 318. — ἀδρανίῃ. Vide ad *Leonid. Tar.* XII. T. I. P. II. p. 75.

XXVI. Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 417. St. 552. W. Satyri imago, Baccho a vindemiatore posita, describitur. — V. 1. „In membr. κισσοκόμαν. Satyrus capite hedera „redimito fictus erat, ut e v. 3. patet. Nulla ratio est, „cur antiqua haec lectio non restituatur.“ *Br.* Cf. *Callistrat.* Stat. I. p. 891. σεσαλαγμένον οἴνῳ. Ductum ex *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. 1. — V. 2. λινογέρας. Vat. Cod. — V. 3. Tam egregie ebrietas in Satyro expressa erat, ut non ipse tantum, sed pellis quoque, qua indutus erat, hedera, quae tempora cingebat, crines denique et uva (ὀπώρη), quam manu tenuisse videtur, ebrietatis et temulentiae participes esse viderentur. — V. 5. φύσιν. *Callistr.* Stat. VI. p. 897. καιρὸς ἦν ἐς ἄγαλμα τετυπωμένος ἐκ χαλκοῦ, πρὸς τὴν φύσιν ἁμιλλωμένης τῆς τέχνης. — V. 6. Materiae natura arti cedebat; quod de Daedalo dicit idem scriptor Stat. IX. p. 901. ὅτι δύναμιν εἶχεν ἡ ἐκείνου τέχνη ἐξιστάναι — τὰς ὕλας.

XXVII. Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 411. St. 546. W. In canis imaginem, tanta arte elaboratam, ut latrare videretur. — V. 3. ὡς δ' ἴδ'. Ab his inde verbis usque ad finem *Macedonii* versus laudat *Suidas* in κλωδὸς

T. II. p. 332. — V. 4. κλοιός. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 25. — V. 6. »ποῦ δε. *Latrantis* »*enim simulacrum canis persuadebat illi, se etiam incedere* »*posse.* Graecorum verborum, qualia leguntur, hic mihi »videtur esse sensus, quem non exprimit Grotii versio: »*Jam dic age, Leucon, Carras, ait: latrans nam sua* »*jussa manet.*“ *Br.* Male vertitur ap. *Suidam*: *juberet etiam canem ingredi et latrare.* — Pro Λεύκωνι, quod ex membr. et *Suid.* receptum est, vulgo Λεύκωνα legitur.

XXVIII. Vat. Cod. p. 146. Plan. p. 414. St. 549. W. ubi plura hujus argumenti carmina leguntur. — V. 1. ἀκρομόλυβδον. Vat. Cod. passim hanc scripturae diversitatem notavimus. — ἀμφὶ τριαίνῃ δῆσε. Dubitari potest, utrum circa ipsius tridentem, (nam piscatores quoque τριαίνῃ utebantur,) an Neptuni. Hoc potius existimasse videtur is, qui margini Vat. Cod. adscripsit γρ. θῆκε. — ¶. 119.] V. 4. ἀπὸ σκ. et φλεγφόρων. V. C. — κακοῦ. Cum senectute, malo jam per se satis gravi, conjunctum est aliud, quod non magis depellere possum, paupertas. ἡβάσκει propter antithesin posuit. ἡβάσκει. ἀκμάζει. *Suid.* Vocabuli potestatem explicuit *Pierson.* ad *Moer.* p. 181. Male igitur *Brodaeus*: ἣ βάσκει, *quae accedit, properat.* — ἄλυτος *Suidas*, qui hos vss. laudat T. I. p. 128. idque *Huetio* quoque verum videbatur. — V. 7. 8. *Suid.* in σπαίρει T. III. p. 362. senem aliquid adhuc spiritus et vitae habentem. — »Vulgo ὡς ἐθέλεις. Recta scribendi »norma verbum requirit in subjunctivo; subauditur »enim ἄν. At necdum sic placet. Jubente sensu scri- »bendum videtur, ὡς δύνασαι, *ut facile potes*, siquidem »et terrae et maris potens es, in terra et in mari im- »perium exerces. Nam ut Homerus ait; γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ »πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος.“ *Br.* ἐθέλεις habent etiam membr. Mihi in mentem venit:

ὡς θέμις, ὦ μεδέων καὶ χθονὶ καὶ πελάγει.

ut terra me nutrias, ut te facere fas est, qui terra mari

quae imperas. Verba ὡς θέμις sic passim interponunt Epigrammatarii. *Leonid. Tar.* XXV. ὁ γριπεὺς Διόφαντος ἀνάκτορι θήκατο τέχνας, Ὡς θέμις, ἀρχαίας λείψανα τεχνοσύνας. Idem XVIII. 5. *Meleager* Ep. XIV. 9.

¶. 332.] *XXVIII*[b]. Vat. Cod. p. 147. sq. „Hoc „Epigramma, quod a nemine, quod sciam, fuit editum, „non est in cod. Buheriano: descripsit illud Salmasius „in calce exemplaris ed. Wechel. quod ad membranas „contulit. Ultimum distichon habet Suidas in Κορινθι„ακόν.“ *Br.* Agricola Cereri binos boves ex farina dedicat. Ejusmodi hostias Pythagorei solebant afferre diis. Vide *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* L. VIII. 53. p. 379. et *Olearium* ad *Philostr.* V. Apoll. I. 1. p. 3. not. 19. Idem pauperiores nonnunquam fecisse constat. Cyziceni, cum taurus niger ipsis aliquando deesset, σταιτίνην πλάσαντες τῷ βωμῷ παρέστησαν, ap. *Plutarch.* Vit. Lucull. p. 498. quem excitat *Wesseling.* ad *Herodot.* II. 47. p. 127. οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βίου σταιτίνας πλάσαντες ὗς καὶ ὀπτήσαντες ταύτας, θύουσι. — V. 1. οἱ τόνδε τετ. Sic membr. Sed supra scriptum σῖτον. unde *Grotius* (in Mantissa tertia, T. III. p. 434.) σῖτον fecit, vertitque: *Ecce boves factos de frugibus: accipe quos non Dat stabulum, sed dat nostra polenta, Ceres.* Sed sincera est Cod. lectio:

σῖτον δὲ τετεύχατον

in quibus δὲ causam reddit, cur boves ad Cereris aram afferat, nec tamen veros, sed fictos. Boves enim immolare, qui agrum coluissent, nefas putabatur. Vide not. ad *Addaei* Ep. III. T. II. P. II. p. 232. Codicis lectioni patrocinatur etiam Vir doctiss. *Chardon de la R.* in libro menstruo *Magas. Encycl.* an VI. T. I. nr. 3. — V. 3. ἐτύμω βόε. fictis opponuntur. πλάξεν ἀρούρας. Vide not. ad *Moschi* Ep. T. I. P. II. p. 210. — V. 5. ὀκτάδος. octoginta quatuor annos natus. — V. 6. laudat haec

Suidas T. II. p. 350. nulla tamen interpretatione addita, quam *Kusterus* adjecit: nec divitem fuisse hunc hominem, nec pauperem, sed mediocri sorte contentum vixisse. Nam τὸ ἀμῆσαι Κορινθιακὸν de larga messe accipiendum esse, secundum proverbium: εἴη μοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος, quod sic interpretatur *Zenobius* III. Cent. 57. p. 66. ἐπὶ τῶν κάλλιστα καὶ λυσιτελέστατα ἑαυτοῖς εὐχομένων· ἐπεὶ γάρ ἐστι τὰ μεταξὺ τούτων τῶν πόλεων εὐφορώτατα χωρία. ad h. l. vide *Schottum*. — V. 8. ἀφιλοσταχύου. De hac forma vide *Br.* ad *Crinag.* Ep. V. 1. T. II. P. I. p. 381.

T. 119.] *XXIX.* Planud. p. 295. St. 434. W. In statuam Thyonichi, athletae, qui in certamine pueros, juvenes et viros superaverat. — V. 1. τὸν παῖδα. juvenis adhuc erat Thyonichus, cum statua ornaretur; quod notandum, ne *Brodaeus* nos in errorem abripiat. — Junge οὐχ ἵνα λεύσσῃς ἐν ἀγλαΐῃ τῇδε μνήματος, non, ut hoc tam pulchrum monimentum ipsius pueri pulchritudinem vobis ostendat. — V. 4. μανίας. bono sensu, nobile gloriae studium. — τὰς αὐτάς. Ed. Flor. pr. ἴσας edd. antiquae plures. — V. 5. οὗτος ὁ. *Ecce illum, qui* —. Sic *Pindar.* Ol. IV. 37. οὗτος ἐγώ. *ecce me.* Multa hujus generis collegit *Abresch.* ad *Aeschyl.* T. II. p. 195. — μὴ κλίνας πόδα. nunquam viribus deficientibus concidit. — ἄλικα. ephebos puta vicerat is, qui vix ipse ex ephebis egressus fuerat, ita ut etiam pueris annumerari posset; hinc factum, ut et cum pueris, qui per ὁπλότερον significantur, et cum athletis ipso vetustioribus, προτέροις, certamine aemularetur.

XXX. Vat. Cod. p. 462. sq. Plan. p. 354. St. 493. W. Lemma vulgo: εἰς ἕτερον (δημόσιον) ἐν λουτρῷ. unde *Brodaeus* ἐν Λυκείῳ (gymnasio.) In membr. ἐν Λυκ. — Amoenum hoc balneum ubi situm fuerit, parum refert. Ita ejus moenitatem poëta laudat, ut Naïades, Gratias et Ve-

norem in eo lavare dicat. — V. 1. πυλωρός. Vat. Cod. — V. 2. κρίνων, qui lavaturis opportunum intrandi tempus diligenter indicet. — V. 3. ἐπὶ χ. Vulgo. — V. 4. ἤδη. Ed. Flor. ἴδοι Vat. Cod. — V. 5. οὐκ ἐθέλων. Expressa sunt haec ex *Callim.* H. in Lavacr. Pall. 78. ubi Tiresias ad fontem accedens, quo Minerva lavabat: ποτὶ ῥόον ἤλυθε κράνας Σχέτλιος· οὐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θέμις ἦς. (vide *G. Koen.* ad *Gregor.* p. 118.) — Quae sequuntur verba sunt *Homeri* ex Il. υ. 131. quem *Pausan.* respexit L. X. 32. p. 881. τὸ ἔπος οὖν κληθεῖσιν ἔοικε τοῦ 'Ομήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργεῖς ὁρᾶσθαι. Hinc ap. *Lucan.* III. 424. in descriptione horrendi luci: *pavet ipse sacerdos Accessus, dominumque timet deprendere luci;* et fontium sacerdos ad Herculem in loco *Propertii*, qui plurimum huc facit, L. IV. El. XI. 53. *Parce oculis, hospes, lucoque abscede verendo, Cede, agedum, et tuta limina linque fuga — Magno Tiresias adspexit Pallada vates, Fortia dum posita Gorgone membra lavat. Dî tibi dent alios fontes: haec lympha puellis Avia secreti limitis una fluit.*

XXXI. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 497. W. *Macedonius* in domum suam Cibyrae, quae urbs Asiae haud procul ab Antiochia minore. Vide *Constant. Porph.* de Themat. Imper. Or. I. 44. *Banduri* T. II. p. 15. sq. In eandem domum scriptum est Epigr. inter ἀδέσπ. CCCLVII. — V. 1. θεμείθλοις. Vat. Cod. — ¶. 120.] V. 3. ἠνίστορι χαλκῷ. vi et rapina belli divitias sibi comparans. — V. 5. λιπεσφηνίτης, sive λιπερνὴς, *pauper.* Vide *Interpp. Hesych.* v. p. 386. — λιπερνίτης et vs. sq. μεθλοῦ. Ed. Flor. pr. — V. 7. Deos rogat, ut hanc sibi conservent domum, in qua post laboriosae vitae molestias requiem inveniat. ἄμπαυμα πόνων. ipse quietis locus, ut ap. *Pindar.* Nem. I. 1. ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ. — Ὀρτυγία. nisi pro recreatione a laboribus accipere velis, ut ap. eundem poëtam Olymp. VIII. 9. τῶν μόχθων ἀμπνοάν.

XXXII. Vat. Cod. p. 465. Plan. p. 373. St. 511. W. Sardium laudes. — V. 1. ὑπ' ἠνεμόεντι. Vulgo. At in membr. est ἀνθεμόεντι, quod egregie convenit cum *Euripid.* Bacch. 462. τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον οἶσθά που κλύων. Cf. *Virgilii* Georg. I. 56. ibique Intrpp. ἠνεμόεντα Τμῶλον occurrit ap. *Nonn.* Dion. XXVII. p. 712. νιφόεντι Τμώλῳ in versu Homeri, quem nonnulli Il. β. post vs. 866. inserendum censebant. Altum, hoc enim est ἠνεμόεις, describit *Ovid.* Metam. XI. 150. *freta prospiciens, late riget arduus alto Tmolus in adscensu, clivoque extensus utroque Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.* — Μαίονες Ἑρμοῦ. *Nonn.* Dion. XII. 334. Λυδοῖο ῥόος δονακώδεος Ἑρμοῦ. Lydos Homerus appellat Μῄονας, recentiores Μαίονας. *Strabo* L. XIII. p. 928. B. — V. 2. Σαρδαλέη. Vulgo. Θαρσαλέη. Ed. pr. Flor. Nostrum est in membr. — V. 3. Matrem deûm, quam et Cybelen et Rheam appellatam esse constat, Sardium incolae indigenam sibi esse autumabant, tradente *Herodoto* V. 102. p. 429. ubi *Wesselingius* apte comparat *Sophocl.* Philoct. 390. ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, Μᾶτερ αὐτοῦ Διός, Ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις. ubi *Schol.* Πακτωλὸς ποταμὸς Λυδίας, ἔνθα ἡ Ῥέα τιμᾶται. Numus Sardianorum cum Cybeles capite profertur a *Begero* in Thes. Brand. p. 502. Jam ex nostro carmine apparet, fuisse, qui Jovem Sardibus, fortasse in ipso Tmolo, natum esse traderent, haud secus ac Bacchum, eumque ibi celatum fuisse. οὐ γὰρ ἐλέγχειν. nolebam enim prodere furtivum Rheae nostrae filium. — V. 5. Βρεφίῳ. Cf. *Eurip.* Bacch. 462. *Arrian.* Exped. Alex. V. 1. 2. οὐ γὰρ ἔχω συμβαλεῖν, εἰ ὁ Θηβαῖος Διόνυσος (ὁ ἐκ Θηβῶν ἢ καὶ ἐκ Τμώλου τοῦ Λυδίου ὁρμηθεὶς) ἐπ' Ἰνδοὺς ἧκε στρατιὰν ἄγων. — ἐν δὲ κεραυνῷ. Haec ad Bacchi natales referenda sunt, quem Semele peperit λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί. *Eurip.* Bacch. v. 3. Hinc eum οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα λελουμένον dicit *Nonn.* Dion. VIII. p. 248. — V. 6. οὐρωτέρῳ τὶ φ. Vat. Cod. syllaba φα a

praecedente ευ absorpta. — V. 7. In montibus (ὀργάσιν) circa Sardes primas vites natas esse, tumidis verbis poëta dicit. οἰνὰς ὀπώρη est ἄμπελος. At quam insolenter vites dicuntur *mulxisse mustum ex uvarum uberibus!* Putabam, *Macedonium* fortasse scripsisse:

πρώταις δ' ἠμετέρησιν ἐν ὀργάσιν ΟἸΝΙΑΣ ὯΡΗ
οὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.

Horae hoc musti exprimendi negotium tribui poterat, quod certo anni tempore debebat peragi. οἰνιὰς idem quod οἰνὰς, secundum *Polluc.* VI. 22. Nam licet *Pollux* huic vocabulo significationem ab nostro loco alienam tribuat, intelligitur tamen, formam οἰνιὰς in usu fuisse. Ceterum *Macedonio* obversabatur *Ion Chi.* fr. I. 4. 9. ubi vid. not. T. I. P. I. p. 313. — V. 10. πολὺς αἰών. In longo temporis lapsu opulentissimae mihi urbes felicitatem inviderunt. Saepius enim Sardes expugnatae sunt. Antiquissimis temporibus, Ardye regnante, Cimmerii expugnaverunt, *Herodot.* I. 15. p. 8. deinde Cyrus; ibid. I. 84. p. 42. denique ab Ionibus capta et concremata est urbs; ibid. V. 101. p. 428. Cf. *Strabon.* L. XIII. p. 930. C.

XXXIII. Vat. Cod. p. 511. „Edidit in notis ad „Stephanum Holstenius p. 308. ubi mendose legitur. „Duo prima disticha emendatiora exhibet Harduinus „ad Plin. T. II. p. 722. Vasa fictilia alia sunt vilissima, „quae pauperioris plebeculae in usum cedunt; alia pre„tiosiora divitum luxui reservata. Hic est ultimi distichi „sensus, cujus versionem a Grotio concinnatam lectori „suo non invidisset Harduinus, si a summo viro conver„sum etiam hoc fuisset. Sed probabile est, illi duo prima „tantum nota fuisse disticha, quae profert Salmasius „in Plinian. p. 58. tanquam integrum Epigr.“ *Br.* Vide Mantiss. Quart. Anthol. Grot. T. III. p. 430. ubi nonnisi duo disticha leguntur; totidem profert *Bur-*

monu. ad Anth. Lat. T. II. p. 702. — V. 1. Συῤῥέντου. Vat. Cod. Agitur de vafis fictilibus, quorum fabrica fuit inprimis celebris Surrenti et Pollentiae. *Plin.* H. Nat. L. XXXV. 12. 46. *Major pars hominum terrenis utitur vafis. Samia etiamnum in efculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem et Arretium in Italia; et calicum tantum Surrentum, Afta, Pollentia, in Hifpania Saguntum, in Afia Pergamum. Martial.* XIV. Ep. 98. vafa Aretina celebrat; et de calicibus Surrentinis idem Ep. CII.:

Accipe non vili calices de pulvere natos,
Sed Surrentinae leve toreuma rotae.

non vili de pulvere, fed pretiofo, Συῤῥέντου μυρπνόῳ κόνῃ. Idem poëta Surrentinum vinum ex Surrentinis calicibus bibendum commendat L. XIII. Ep. CX.:

Surrentina bibis, nec myrrhina picta, nec aurum
Sume, dabunt calices haec tibi vina fuos.

τρηχεῖα κόνις non peculiare pulveris Surrentini epitheton effe videtur, fed folemne, pulveri in univerfum conveniens; idem αἰχμηρός. — μυρίπνοος. *unguentum redolens.* quod Surrentinae terrae aut naturale erat, aut arte comparatum. *Terram, quae unguenta fapiat,* optimam effe dicit Plin. H. N. XVII. 5. Solebat etiam terra, fictilibus adhibenda, aromatibus mifceri, ut apparet ex *Athen.* L. XI. p. 464. B. qui vafa fictilia ἐκ τῆς Κόπτου κατάγόμενα commemorat, ἃ μετὰ ἀρωμάτων συμφοραθείσης τῆς γῆς ὀπτᾶται. — V. 2. Πολλεντίων. *Martial.* L. XIV. Ep. CLVII. *Non tantum pullo lugentes vellere lanas, Sed folet et calices haec dare terra fuos.* — V. 3. *Br.* hunc vf. edidit ex emendat. *Salmafii.* In membr. enim corrupte legitur αἷς ταὶ δ' αἱ τρ. ἀφ᾽ ἧς. quod etiam *L. Holftenius* exhibuit, cujus conjectura Ἀσταί δ' αἱ – minime fpernenda. Agitur enim de *Afta* five *Aftis*, urbe Italiae, fupra inter eas commemoratá, quas calicum fabrica nobilitavit. Sic igitur in pofterum hic locus exhibebitur:

Ἀσταὶ δ' αἱ τριπόθητοι, ἀφ᾽ ἧς — —

Matthaeus Sladus. Ἄστης θ' ἡ τριπόθητος tentabat, monente *Cornelio de Pauw*, qui mstas illius notas habebat, ipse Apographi sui lectionem ἀστὰ γὰρ αἱ unice probans. — βρομιώδης πηλός, propter calicum usum in compotationibus; iidem a Gratiis dicuntur ficti propter elegantiam. Cf. not. ad *Meleagr.* I. 9. T. I. p. 5. — V. 5. τρυφῆς χρῆσι. elegantior et ad luxum comparata suppellex. περισσὸς de re eximia, pulchra, illustravit *Valcken.* ad Hippol. p. 266. B. *Tyrwhitt.* ad *Aristot.* Poët. p. 194.

¶. 121.] *XXXIV.* Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 185. St. 269. W. et ap. *Stob.* Tit. X. p. 126. 44. Gesn. 73. Grot. „Opsopoeus: *de quodam Euclione, qui sternens conspecto „thesauro mori voluit. Plana sunt omnia.* At mi bene, „nihil minus planum, imo hic aspera salebra est. Nam „avarus, si quando thesaurum suum amisit, vitam odit „et mori vult; at invento thesauro gaudet, et vitam, „sine qua thesauro suo invigilare non potest, amat. „Hoc epigrammate nihil ineptius legi potest, servata „corrupta lectione, quam v. 2. invexit socors quidam „librarius, ἤθελ' ἀποθνήσκειν. Miror hic Grotio nihil „suboluisse, cujus versionem vide in Stobaei Flor. p. 72. „Scripsi ἀποθρώσκειν, qua emendatione nihil certius. In „cod. Jani Lascaris orae adscripta haec nota: τοῦτ' οὐχ „ὑγιὲς ἴσως τὸ ἀποθνήσκειν." *Br.* Etiam hac emendatione admissa, quae mihi non tam certa videtur, quam cl. ejus auctori, multum obscuritatis in hoc Epigrammate remanet. Certe exitus historiae minime respondet exspectationi, quam prius distichon excitavit. Quod enim poëta dicit, illum hominem, quum spem suam delusam vidisset, iterum obdormivisse, id non tam avari est, quam tranquilli et probi hominis, qui paupertate sua contentus vivit, nec majora desiderat. Haec igitur bene inter se cohaererent, si de homine ageretur, qui, ut Cynicus ille ap. *Horatium* (I. Epist. XVII. 30.) Mi-

textam chlamydem, sic aurum cane pejus et angue erat, ita ut divite somnio conspecto aufugere (ἀποφυγεῖν) aut etiam mori (ἀποθνήσκειν) mallet, quam divitias illas contrectare, neque antea tranquillitatem animi suum recuperaret, quam apertis oculis et bene vigil pauperem esse intellexisset. At de avaro agitur? : si per quietem sibi visus est impensam facere, non um, si sibi ipse infestus mori voluit. Nec dubito, n Macedonius hunc ipsum sensum efficere voluerit. ν θησαυρὸν non est thesaurum inveniens, sed divitias s tangens, contrectans, ut inde sumeret aliquid eoque retur. Verbum ἀφᾷν igitur eo fere sensu usurpatum . quo ἀπτεσθαί τινος, gustare; vid. Dorvill. ad Charit. 134. sq. Hinc apparet, ἀποθνήσκειν non sollicitandum :. Sic enim Lucill. Ep. CIII. ποιήσας ἑαυτὸν ἐν ὕπνοις ἐλέγχους Ἑρμῆν Ἐκ περιοδευίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν. — 3. κέρδος ὀνείρου. somnium, unde nonnihil commodi ipsum avarum redundare videbatur. — Hoc satis iculum, illum mori voluisse, cum sibi bene esset; ıtra, cum vigilans pristinam illam vitae miseriam circa ideret, turbas illas animi subsedisse, eumque beatior ı sibi visum esse in sordibus, quam in lautitiis. — 4. ἀντικλίθειεν. Vulgo.

XXXV. Vat. Cod. p. 499. cum lemmate: Μακηδ. του ἐν ὀνείρῳ. quod quid sibi velit, non video. Plan. 'o. St. 102. W. Hoc quoque distichon male accepit ὀpoeus. Tantum enim abest, ut Memoriae et Oblivionis bona extenuet auctor, ut potius illam laudet, i bona vitae quodammodo perpetua reddat, hanc, i malis quasi umbram inducat. Similiter Orestes ap. pid. v. 213. ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφὸς, Καὶ δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός.

XXXVI. Vat. Cod. p. 402. Μακηδονίου. Planud. 6. St. 141. W. Μακεδόνιος. In Codrum venatorem,

qui aprum in terra, cervum in fluctibus ceperat. — V. 1. ἔκτανεν. Vat. Cod. — V. 3. „οὐδ' ἂν ἐν αἴθρῃ. sic „e Vat. membr. in qua perperam scriptum αἴθρ.. Cum „veteribus editionibus variant hic multum Planudeae „codices, in quorum nullo vera lectio reperitur. In hoc „consentiunt omnes, quod αἰθέρα in fine versus pro „αἴθρην habeant. Similis fere error Oppiani versum „Cyn. II. 414. insidebat, ubi recte hodie legitur: ἠλι„θὶς εἰς αἴθρην, οἶδεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος." Br. οὐδ' ἂν αἰθέρα. Ed. Flor. Ald. 1. Ascens. οὐδ' ἂν ἐν' αἰθέρα. Lect. Ald. αἴθρην exhibet Steph. ex emend. Brodaei. ἐν αἴθρῃ emendavit Jos. Scalig. in not. msc.

XXXVII. Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 24. St. 38. W. Stabat ad tumulum poëta, de conjugis morte cogitans, eamque tacitis precibus exoptans; ubi cum sternutasset, se voti damnatum iri speravit. Jam illa spe se delusum esse conqueritur. — V. 1. ἔπταρον. De sternutationis praesagio vide Brod. ad h. l. et Doeringium ad Catull. XLV. 8. — ἤθελον. auditurus eram conjugis mortem, ut equidem sperabam. θέλειν apud seriores Graecos fere eandem vim habet ac μέλλειν, observante Reiskio ad Constantin. Cerem. p. 96. qui hunc versum excitans εὖτ' ἀκοῦσαι legit, quod mihi quoque vulgatâ videtur verius. Eodem sensu emendaveram equidem: αὐτίκ' ἀκοῦσαι. — V. 3. εἰς ἀνέμους. De re irrita Theocr. Eid. XXII. 167. τὰ δ' ἐς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. Idem XXIX. 35. αἰ δὲ ταῦτά γε φέρεις ἀνέμοισιν ἐπιτρέψαις. Catull. LXIV. 140. Mihi non hoc miserae sperare jubebas: Sed connubia laeta, sed optatos hymenaeos: Quae cuncta aërii discerpunt omnia venti. Cf. Fischer. ad Anacr. Od. XXXIX. 7. Mitscherl. ad Horat. I. Carm. XXVI. 2. — V. 4. „In membr. scriptum λόγων ἐν ἀνθρώποις, quod „Salmasius probabat; positum est pro λόγον, nihil quod „sona ab ea liberos. Sed alterum in Planudea vulgatum

»praeferendum mihi videbatur.« *Br.* Utravis lectione admissa jejunus Epigrammatis exitus.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 560. Planud. p. 165. St. 240. W. Justitia aurum puris manibus allatum non spernit. Cf. Ep *Arabii Schol.* II. — V. 1. Δίκη. *Hesiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 255. ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα. πελώρων. Δίκας ῥάβδον πελώρων dixit *Pindar.* XIII. Ol. 7. Similia collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* II. Hal. 680. — V. 2. αὐτὸν ἐν. Vat. Cod. — V. 3. Respicitur locus *Homeri* Il. ϑ. 69. — νόμων βάθρων. vitae leges, τὰ πεπρωμένα. — V. 6. ἀμείνων, carminum. Vide not. ad *Nossid.* Ep. XI. T. I. P. I. p. 420.

T. 122.] XXXIX. Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 33. St. 50. W. De spei ludibriis se, hominem et mortalem, minime conqueri. — V. 1. Si spes me deludit, facile id patiar, cum mortalis sim. παίζομαι. Vide ad *Pallad.* Ep. CXL. T. II. P. III. p. 264. — V. 2. ὑπερβολίην. Spes omnia quidem promittit, sed ipsum honorum fructum in futura tempora semper remittit. — V. 4. δολιχῆς. Vat. Cod. — Dum me spei deludendum praebeo, laetor errore meo. δολιχῆς. *longas spes* vocat *Horat.* I. Carm. 15. ubi similia comparat novissimus editor. — V. 6. εἰς κρίσιν. neque severus mei ipsius censor esse velim. Ἀριστοτέλης pro quovis philosopho severioris indolis accipiendus videtur. *Opsopoeus* tamen ad locum quendam *Aristotelis* respici putat, quo duos esse dicit vitae tyrannos, timorem et spem; his exactis hominem plane liberum fore. — V. 8. »Respicit Anacreontis »haec verba in Ode XLI. τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.« *Br.*

XL. Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 34. St. 51. W. In notum Pandorae facinus poëta commentatur. — V. 1. γυλλ. Vat. Cod. — οὐδέ. non tam Pandora vituperanda, quam hoc dolendum est, quod bona, in ipsius pyxide inclusa, alis instructa aufugerunt. Apud *Hesiodum* Ἔργ.

καὶ Ἠ. 95. Pandorae pyxis mala continet, quae operculo ſublato in omnes terrarum regiones diſperſa ſunt. Sed alii fuiſſe videntur, qui munera illa, quibus dii Pandoram exornaſſent, pyxide aperta aufugiſſe traderent. Sic ſaltem *Macedonius* fabulam illam interpretatur. Cf. etiam *Nonn.* Dion. VII. p. 204. 15. — V. 3. ἐπ' Οὐλύμποιο. Vulgo et in Cod. Vat. Hujus diſtichi ſenſus mihi minime perſpicuus eſt. Sic enim bona illa, ab Olympo et diis derivata, per omnes terrae regiones vagantur, non opus eſt voto, ut in terram delabantur. *Grotius* vertit: *Sicut enim coelo ſublimia dona feruntur, Sic utinam ſaltem pars cecidiſſet humi.* Servaverim equidem: ἐπ' Οὐλύμποιο, ſcil. δώματα. μετὰ χθονὸς ἤθεα autem explico: poſtquam omni terra relicta ad Olympum avolaverunt. — V. 3. ἡ δὲ γυνή. Pandora, quae pro muliebris ſexus ſymbolo habenda eſt, pyxidis operculo deducto expalluit, et omnem ornamentorum ſuorum copiam perdidit. Hinc factum, ut mulieres facile ſeneſcant. Poſtremum hoc ductum ex *Heſiod.* l. c. qui mala, ex Pandorae adventu orta, recenſens, Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον, ait, ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο, Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν· Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. Idem omnem mulierum calamitatem, a Pandora derivat in Deor. Gen. 589. — Ceterum hoc Epigramma *Palladae* potius, quam *Macedonii* ingenio dignum.

XLI. Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 221. St. 322. W. Tumuli inſcriptio de vanitate rerum humanarum. — V. 1. Εἰλείθυια. Vulgo. — V. 2. ἀμφοτέραις. Vat. Cod. ſupra ſcriptum αις, ut in Plan. habetur. Durum eſt, Terrae et Ilithyiae ſtadium tribui hominibus percurrendum. Putaverim:

χαίρεται ἀμφοτέραι· ἤνυσα τὸ στάδιον.

ubi ſyllaba αι in hiatu ante vocalem producta vix offen-

fioni erit. At in ejusmodi poëtis non fine periculo fententiarum emendatio tentatur. — V. 3. νίσομαι. Vat. Cod. — »Foede corruptum vulgo legitur ultimum distichon. »Nam primum pro εἰμὶ *fum*, fcribendum εἶμι *vado*. Ce»terorum ordo eft: οὐ γὰρ οἶδα, τίς ἢ τίνος ὢν, ἢ πόθεν »(ἐρχόμενος) μετέβην εἰς ὑμᾶς. Quae fic conftructa in Pla»nudea leguntur: οὐδὲ γὰρ ὑμέας ἢ τίνος ἢ τίς ἐών, οἶδα »πόθεν μετέβην.« *Br.* In Vat. Cod. fic legitur, ut in Plan. Quod fententiam attinet, comparandum Ep. inter ἀδέσπ. LXXX.

Praeter haec Epigrammata Vat. Cod. *Macedonio* tribuit Ep. incert. CCCLVII.

ERATOSTHENIS SCHOLASTICI

EPIGRAMMATA.

T. 123.] *I.* Vat. Cod. p. 133. Plan. p. 466. St. 607. W. Se pueros prae mulierum amore fpernere.— V. 1. εἰς χρονίην. Metaphora a fructibus ducta, quorum alii cito marcefcunt, alii in futurum ufum reponuntur, docente *Toupio* Em. in Suid. p. 157. qui comparat *Strabon.* L. III. p. 233. A.— V. 3. Laudat hoc diftichon *Suidas* in ἡβητὴς T. II. p. 40. ubi φθονερὴν omittit. — *Invidos pilos* illuftravimus ad *Stratonem*. Ep. XIII. T. II. P. III. p. 62.

II. Vat. Cod. p. 125. qui *Eratofthen*i hoc carmen vindicat, quod in Plan. p. 605. W. (in Stephan. et aliis antiquis edd. omiffum) *Agathiae* tribuitur. Latinam ejus verfionem dedit *Reisk.* in Mifc. Lipf. IX. p. 478. Tecte moechus mulieri, coram marito, impudici amoris vota fignificat. — V. 1. ἀκοίτῃ κεῖνῃ. Vulgo. ἀκοίτῃ κεῖνῃ. Vat. Cod. Literam, quae in fine verfus exciderat, reftituit cl. Editor. Initium vf. laudat *Suidas*

Suidas in ὄχεες T. II. p. 774. — V. 3. 4. profert et illustrat *Salmas.* ad *Plin.* p. 652. C. qui ἀικλίδα non de janua, sed de clave Laconica accipiendum esse contendit. ἡ βάλανος clavis dens est, qui claustris injicitur ad succutienda repagula. *Aratus* in Phaenom. v. 192. οἵην δὲ κληῗδι θύρην ἔντοσθ' ἀραρυῖαν Δικλίδ' ἐπιπλήσσοντες ἀνακρούουσιν ὀχῆας. *Reiskius* ὑμετέρης (i. e. σῆς) emendandum censebat, sic vertens: *Licetne tui portalis vectes regerere, laxata valvarum tuarum glande.* Et certe βάλανος etiam μοχλὸν significat. Vide not. ad *Hedyl.* Ep. III. T. I. P. II. p. 328. At βάλανος etiam aliam significationem habet apud medicos, quae locum fecit ambigue dicto Demetrii regis ap. *Athen.* L. XIII. p. 477. F. Hac significatione nihil ad h. l. aptius; quare ἡμετέρης servandum censeo. — V. 4. χαλάσας. Vulgo; et βάλανον. — V. 5. διερῶν. Duplices januae valvas habere solent. πλαδαρὴ κρηπὶς vero non est *mobilis crepido*, ut *Reiskius* vertit, sed *humida*. Vid. ad *Agath.* Ep. L. — V. 6. ἄκρον ἐπιβλῆτος. summum pessulum in media parte figens. Interiores januae pessulo, exteriores vecte ligneo transverso claudebantur. ἐπιβλής. ὁ μοχλός. *Hesych.* Similis est ἀμφιβολία in voce ἔμβολον, quam notavit idem Lexicographus: ἔμβολον, τὸ αἰδοῖον. *Aristoph.* ap. *Athen.* L. I. p. 29. A. οὐδ' ἄλλον, ὅστις ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον. — V. 7. „ἀνέρα λοξὸν „ἰδοῦσα. Sic recte membr. quod vulgatur ἀνέρι, graecum „non est. V. 8. μὴ σκαιὴν ὀλέσῃς. Ita jam emendaverat „Salmasius. In membr. μὴ σκαφίην ὀλέσεις. Ultima haec „illustrat doctissimus Toup. ad Suid. II. 192. (p. 303.) „ubi integrum prolatum hoc carmen.“ *Br.* Hic iterum apographa interpolata fucum fecerunt eruditissimo editori. Vulgo legitur μὴ κεφαλὴν ὀλέσῃς. In marg. Wechel. ὀλέσῃς, ἢ ἀντὶ τοῦ μὴ γραπτέον ἤ. In membr. autem habetur μὴ σκευὴν ὀλέσῃ, quod cum in metrum peccare existimaret *Salmasius*, σκαφίην correxit in not. inedit. quas ex libro Lennepiano excerpsi. σκευὴν invenit etiam

Reiskius in Apogr. Lipf. — σκευὴ est apparatus, arma, quibus quis instructus est. Hoc loco eam partem, qua viri sumus, recte significat. Priapus ap. *Antistium* Ep. II. ἐστὶν γελάσης, ἐσιδών με, τῆ σκεύης.

III. Vat. Cod. p. 155. Edidit *Kuster.* ad *Suidam* T. I. p. 88. *Reiske* in Anthol. p. 3. nr. 401. Daphnis, mulierum amator, Pani, eodem morbo laboranti, munera quaedam dedicat. — V. 1. vehementer depravatum profert *Suidas* in ἱκεστήσας· τὰς τρητὰς δόνακας καὶ ἱκεστὴν σὺν κορύνῃ, Ὦ Πὰν, δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος. — τόδε in Vat. Cod. lineae superscriptum. — V. 2. pro ἄνθετο, quae Cod. est lectio, ἄνθετο emendavit *T. Hemsterb.* qui hoc carmen protulit ex *Kusteri* not. ad *Lucian.* T. I. p. 138. Idem *Salmas.* tentavit in marg. ap. Guy. et Ruhnk. ἄνθεο *Reiskius* dedit ex sua conjectura. — Δάφνι, superscripto σ, Vat. Cod. — γυναικοφίλας. *Theocr.* Eid. VIII. 60. — V. 4. »Hic versus in solo Lipsiensi »codice ex emendatione viri docti recte scriptus est.« *Br.* καὶ μολπὰν exhibet apogr. Gotham. In apogr. Guy. Ruhnk. et ap. *Kuster.* μοι πᾶν. In marg. tamen illorum codd. μολπὰν notatum invenio.

IV. Vat. Cod. p. 155. Plan. p. 438. St. 571. W. Vinosus homo Baccho cadum exsiccatum dedicat. — V. 1. Βάκχε. Vat. Cod. — V. 2. ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχει. Cf. *Lucian.* Ep. XV.

MICHAELII GRAMMATICI
EPIGRAMMA.

¶. 124.] Planud. p. 376. St. 514. W. In imaginem Agathiae, fratris ejus, et utriusque patris Memnonii. — V. 2. δίζυγος. duplex eloquentiae genus, quod in carminibus et in historia exhibuit. — V. 4. σοφίης. sc. de

hominum rebus bene gestis recte judicare posse docuit.

THOMAE PATRICII

EPIGRAMMA.

Planud. p. 408. St. 543. W. Anastasium aurigam tot victorias in Circensibus reportasse dicit, quot alii certamina viderint. — V. 3. In marg. Wech. γρ. καὶ δὲ τόσσους στεφάνους ἀνεδήσατο πρίν.

THOMAE SCHOLASTICI

EPIGRAMMA.

[125.] Planud. p. 376. St. 514. W. In laudem Aristidis rhetoris, qui cum Demosthene et Thucydide inter praestantissimos eloquentiae antistites numeratur. Est hic sine dubio Aelius Aristides, quem, ut alterum ab Homero Smyrnae ornamentum, laudat Auctor Ep. inter Incert. DLXXX.

SOPHRONII PATRIARCHAE

EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 484. Plan. p. 357. St. 497. W. Xenodocheum, Alexandriae, ut videtur, conditum, peregrinantes ad se invitat. — V. 2. ἐπ' ὁδοιπορίης. Vat. Cod. — V. 3. „Veram hujus versus lectionem dedit unus „Planudeae regiorum codd. cujus sine ulla discrepantia „scripturam repraesentavi. In Vat. membr. στῆσον, ξεῖνε,

„πόδα. Alter Planudeae: στῆσον, ξένε, σὺν πόδα. imper„fecto utrobique versu. Salmasius conjiciebat: στῆσον, „πόδα, ξεῖνε, πλανήτην. Sed jam conjecturis non indige„mus." Br. Vulgo legitur στῆσον, ξένε, τὸν σὸν πόδα. Brodaeus conjiciebat τὸν πόδα σῶ. — V. 4. ἔχων. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 5. ἀνακρίνεις. Vulgo. Nostrum est in membran. Illud equidem h. l. praetulerim. — πολιῆτα Vat. Cod. — Eulogius Episcopus fuit Alexandriae secundum Theophan. Chron. p. 211. Ejus scripta quaedam recenset Photius in Bibl. cod. CCVIII. CCLXXX. Cf. Fabricii Bibl. Gr. T. IX. p. 437.

II. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 194. St. 282. W. Lemma est in membr. τοῦ ἁγίου Σωφρονίου πατριάρχου. εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν πάπαν Ἀλεξανδρείας τὸν ἐλεήμονα. — V. 1. „Prava distinctione vulgo laborat hic versus et „male inserta particula δέ. Veteres enim libri exhibent „ἦν δ' ἔτι. aut δέ τι." Br. Vat. Cod. ἦν δ' ἔτι παῖς; et sic Ed. Flor. pr. δέ τι tres Aldd. ἦν καὶ τί ex Ascens. edidit Steph. — In fine vs. ὄλβου Vat. Cod. — V. 2. νεκρός. Vulgo et in Vat. Cod. νεκροῦ ex ingenio emendavit cl. Editor. Idem placuit *Jos. Scaligero* in not. msc. Junge: ἄνυσε ἔργα καὶ ὄλβον νεκροῦ. — ¶. 126.] V. 5. „ὅλων pro πάντων, ut infra in Leonis Ep. III. et Incerti „Poët. XCVI. quod a probatorum scriptorum usu rece„dit." *Br.* Hunc usum vocis ὅλος, qua sequioris aevi scriptores usque ad fastidium utuntur, illustravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 370. qui membr. lectiones in hoc carmine indicat. ὄλβων πλέον Vat. Cod. Vulgo κτήματα, unde *Jos. Scaliger* πλέον ἔχων emendabat. κτήμασι est in Cod. Sensus est: Joannem divitiis a majoribus ipsi traditis, sanctisque operibus paratis, omnes Cypri cives superasse. — V. 9. στομάτων. nemo facile verbis eloquatur. — V. 10. φαινοτάταις. Vat. Cod. et in Plan. — V. 12. „Scribendum censeo ἀμνηστέητε. In membr.

»κρειττότας.« *Br.* Hoc probabat etiam *Salmaf.* in not. msc.

III. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 194. St. 282. W. — V. 1. ἱερείων. Vulgo. ἱερῶν. Ed. Flor. et tres Aldd. Post stadium sanctissimarum virtutum decursum. — V. 3. ἄφθιτον ἔξει. Vat. Cod. et v. 4. ibid. καταχθονας ἔρξιν. »πρήξεις τε. otiosa est hîc copula. Scribendum γε, »aut, quod melius esset, in superiori versu, θνητὸν γὰρ »λάχε σῶμα, βίον δ' εἴθ' ἄφθιτον ἔσχεν. *Utinam vero im»mortalis fuisset et* – sic bene adhibetur copula.« *Br.* At sic extenuasset viri laudes. Debebat potius dicere, mortalem quidem fuisse genitum illum, sed immortalia facta edidisse. Idque ipsum *Sophronii* mentem fuisse, vehementer suspicor. Quare vide, an legi debeat:

θνητὸν γὰρ λάχε σῶμα, καὶ εἰ βίον ἄφθιτον ἔσχεν,
ἀθανάτους πρήξεις γε κατὰ χθόνα ῥέξεν ἀπείρους.

Si ipsi immortalis vita concessa non fuit, immortalia saltem facta in terris peregit innumerabilia.

COSMAE MONACHI

DISTICHON.

¶. 127.] Plan. p. 313. St. 453. W. cum lemmate Κοσμᾶ μηχανικοῦ. In imagine sacrificii Polyxenae conspiciebatur Pyrrhus puellam immolaturus. Polyxena autem Minervam invocare videbatur, quod vituperat Pyrrhus; impudentis enim esse, preces facere ad deam, quam frater Paris tam graviter laeserit. Haec quo referenda sint, haud facile dixeris. Fortasse in tabula picta signum Minervae conspiciebatur, ad quod virgo oculos manusque protendebat. Malim tamen existimare, de statuis agi, quales describuntur Pyrrhi et Polyxenae in *Christodori* Ecphr. v. 192. sqq. in quarum vicinia for-

tasse esset Minervae simulacrum. Ad hanc deam cu forte conversa esset Polyxena, Casaus hoc de precib ad illam factis interpretatur.

MICHAELIS PSELLI

EPIGRAMMA.

Edidit Cangius in Additamentis ad CPolin Chri in calce Zonarae p. 151. Scriptum est in equum e aere, pede sublato factum. Multi in Hippodromo e qu fuerunt positi, quos recenset cl. Heynius in Comment Soc. Reg. T. XI. p. 36. — V. 2. χρεμέτισμα. Hoc voca bulum etiam de equarum hinnitu usurpari docent Gram matici, quorum loca vide ap. Valcken. ad Ammon. p. 226. — V. 4. παρεῖδες. Cang. „Pravam lectionem minori mutatione emendare debuissem, scribendo ε παρέδωκε." Br. In Anal. exhibitum ὁ παρέδωκε. — V. 5. ἀγαλμα. Similiter de equo Domitiani Statius I Sylv. I. 46.

At sonipes, habitus animosque imitatus equestres,
Acrius attollit vultus, cursumque minatur:
Cui rigidis stant colla jubis, vivusque per armos
Impetus, et tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent.

— V. 6. τὸ τοῦ λόγου. Ne id, quod hi versus tibi timendum esse dicunt, vere experiaris.

LEONTIS PHILOSOPHI

EPIGRAMMATA.

¶. 128.] L. Vat. Cod. p. 355. Edidit Reisk. Anth. nr. 753 p. 155. inter Jensiana nr. 102. In Quin-

librum mechanicum, Marcelli, fratris, ope elaboratum. Suspicatur *Reiskius* p. 242. hunc Quirinum et Marcellum nihil diversos esse ab iis, quos *Libanius*, ut homines sui aevi, commemorat Epist. 362. ed. Wolf. p. 177. ubi Quirinus Marcelli, medici dexterrimi, opera in morbo filii usus esse dicitur. Quirinum illum a professione sophistae ad illustres dignitates adscendisse, constat ex ejusdem *Libanii* Epist. 369. p. 182. — V. 2. γνωτοῖσι. *Jens.* quod *Reisk.* emendavit, consentiente Cod. Vat.

II. Vat. Cod. p. 388. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 754. p. 155. inter Jens. nr. 103. Protulit etiam *Dorvillius* ad *Charit.* p. 370. Designari videtur hoc carmine Paulus ille Alexandrinus, qui Isagogen apotelesmaticam sive de viribus astrorum composuit, editam ab *Andr. Schotto*, Viteberg. 1586. Hujus viri, qui scripsit anno p. Chr. 387. mentionem fecit *Suidas:* Παῦλος φιλόσοφος. Εἰσαγωγὴν ἀστρολογίας καὶ ἀποτελεσματικά. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 140. ed. *Harl.* — V. 1. Liber ipse loquitur, mysteria artis astrologicae sibi a Paulo commendata esse glorians. — Μαντόος conjecit *Jens.* male. μαντείης corr. *Corn. de Pauw*, in cujus Apogr. ex Guyeti codi descripto notatum in marg. fort. θηειῆδος et θεομήδεος. — V. 2. μ' ἐδιδάξατο est in membr. *Dorville* με διδάσκετο, *Reiskius* μ' ἐδιδάσκετο exhibuit.

III. Vat. Cod. p. 388. *Reiske* in Anthol. nr. 755. p. 155. in Jensian. nr. 104. De Theonis et Procli operibus astronomicis consule *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 211. et 516. — V. 1. βίβλοι notavit *Salmas.* in marg. Apogr. Guy. et sq. versu Πρόκλος (Πρόκλου scribendum videtur), utrumque absque necessitate. Complectebatur unum volumen Procli et Theonis opera, quorum ille terram, hic coelum metiri docebat. Quum v. 2. – 4. eadem res ter inepte repetatur, *Reisk.* v. 3. omittendum esse putabat. — V. 4. excitavit *Salmas.* ad *Solin.*

μὲν autem in talibus non desideratur. — V. 3. In nomine proprio Λευκίππης poëta mediam pro lubitu corripuit. σωφρονέστατος est in membr. Ap. Jens. et R. σωφρονέστερος. — V. 5. ἐξίστησι. omnes in admirationem sui rapit. — Sequitur recensus malorum, quae Leucippe in Achillis historia patitur. — κατηχρειωμένη. Verbum ἀχρειόω recentioris est usus. *Pessimo modo habitam* significare videtur compositum, quo Lexica carent. — V. 7. θέλῃς φίλος. Vat. Cod. φίλε dedit *Salm.* — V. 8. πάρεργον proprie de iis rebus, quae ornatus caussa adduntur et minori tractantur diligentia, quam reliquum opus; quam significationem cum derivatis diligenter explicavit *Budaeus* in Comm. L. Gr. p. 1180. sq. Hoc loco adverbialiter positum pro παρέργως, ἐν παρέργῳ. At τὴν alieno loco esse videtur. Malim:

μή τοι πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν.

ne obiter et oscitanter hujus tabulae historiam specta. — V. 9. „non discrepat a codicis scriptura. Salmasius edi„dit. πρὸς τὴν συνδρομήν; pessime Reiskius πρὸς τὸ συνδρο„μήν." *Br.* In membr. contextu legitur προς την. supra scriptum πρῶτα. In marg. Apogr. Guy. notatur πρόσθε. — συνδρομὴ historiae est finis, quo omnes ejus partes tendunt. — V. 10. „νυμφοστολεῖ γάρ. Cod. δέ, quod recte „Salmasius emendavit." *Br.* In Apogr. Goth. non δέ, sed γὰρ exhibetur.

V. Vat. Cod. p. 390. Εἰς τὸν φιλόσοφον (φιλόσοφον) Πορφύριον. In Plan. p. 118. St. 171. W. auctoris nomine caret. Ludit poëta in Porphyrii nomine, cujus orationem cum purpura comparat propter praestantiam: Labia tua tingis orationis tuae purpura, eademque mentem tamquam veste instruis. Is est procul dubio Porphyrius, qui magnum inter Pythagoreos nomen habuit.

VI. Vat. Cod. p. 416. sq. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 796. p. 172. in Jensian. nr. 145. — V. 1. μῆτερ. Ma-

trem tibi iratam finge, quod filiam vitiatam deprehenderit. Ductus est vers. ex Odyss. ψ. 97. — V. 2. ex Il. ι. 361. — V. 3. ex Il. κ. 83. — V. 4. ex Il. φ. 50. — ¶. 130.] V. 5. πᾶν δ' ἐπεῤῥάνθη. *Reisk.* contra codic. fidem. *Homer.* Il. π. 333: πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι. Eadem vocabula repetuntur Il. υ. 476. — V. 6. ex Odyss. ε. 268. ubi accentu diverso et diverso adeo sensu οὖρον legitur. In apogr. Guy. et Ruhnk. etiam οὖρον habetur, sed in marg. ὑγρὸν notatum, i. e. *liquorem.*

VII. Vat. Cod. p. 456. sine auctoris nomine, quod nec Planud. indicat p. 124. St. 187. W. Cl. editor monere neglexit, quibus causis commotus hoc carmen *Leonti* tribuerit. Ceterum cf. simile carmen T. II. p. 519. — V. 1. ὀπλέτων πρῶτος, ὁ δὲ δ. Vulgo et in membr. Vat. — αὔλακα τέμνει. *Palladius* in Februario L. III. 1. *Locis tepidis – colles pingues vel hoc mense proscinde. – Nunc ager, qui accepturus est medicam, iterandus est, et purgatus lapidibus diligenter occandus.* — V. 2. ἐπὶ μῶλον. quia tertius mensis Marti sacer, et tum plerumque exercitus ex hibernis ad bellum prorumpunt. — V. 3. ῥοδοδάκτυλον. ex Ald. 2. et Asc. recepit *Stephan.* In Flor. Ald. 1. 3. est ῥοδοδάκτυλος. Illud habet etiam Vat. Cod. Sed praeferenda est forma insolentior, de qua vide not. ad *Crinagor.* Ep. V. 1. T. II. P. I. p. 381. Tuetur eam *Reiskius* ad *Constant. Porphyr.* Cerem. p. 115. — V. 5. τὰ δ' ἐμὰ πτερά. Venti sunt, qui Aegypti inundationem efficere putabantur. Etesiarum flatu Nilum intumescere, Thales suspicatus esse dicitur. Vide *Diogen. Laërt.* I. 37. et *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* I. 38. p. 46. — Pro ἐγείρει *Brodaeus* ἀγείρει tentabat, perperam. — V. 6. ἀρισταφύλλῳ πεφιλημένος (ω in Wech.): ἐρισταφύλῳ corr. *Huetius* p. 13. et sic Vat. Cod. — V. 8. δαῖτα. De olivis explicat *Brodaeus*, quae cum aliis id genus escis mitti solebant amicis die natali. Pro εἰς οὔνομα idem εἰς ἓν δόμα legendum suspicatur.

Mensem Novembrem ab olivis designat etiam auctor Carminis in Menses v. 22. Εἴ τοι Ἀθηναίης πέλει ἔργα, ὥριον ἤδη καρπὸν ἀποθλίβειν, μυῆστιν ἔχειν καμάτων. Solebant olivae initium et finem epularum facere, secundum *Martialem* L. XIII. 35. *Haec, quae Picenis venit subducta trapetis, Incboat atque eadem finit oliva dapes.* Sed haec ad nostrum locum illustrandum non sufficiunt, in quo verba ἐς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου Oedipum suum quaerunt. — V. 9. φορμίζειν. Haec ad Saturnaliorum festivitatem referenda videntur.

VIII. Vat. Cod. p. 455. cum lemmate: εἰς τὰ κωνικὰ Ἀπολλωνίου, quod non omittendum erat. — V. 1. Sensus est: χαρακτὴρ τῶν (λόγων), ὧν ἥδε βίβλος (ἐγὼ) ἔνδον ὠδίνω, i. e. ἔχω, βαθύς —. Liber ipse loquitur, res alte reconditas nec sine magna mentis intentione percipiendas sese continere glorians. ὠδίνω. Vide ad *Christodor.* Ecphr. v. 277. βαθὺς χαρακτήρ. opponitur iis, quae in superficie sunt posita. φροντὶς βαθεῖα dixit *Aesch.* Suppl. 408. βάθος ψυχῆς de ingenii altitudine illustravit *Lennep.* ad *Phal.* p. 6. *Wessel.* ad *Diodor.* T. I. p. 552. Idem, sed tragica audacia, extulit *Aesch.* VII. c. Th. 595. de Amphiarao: βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος. Apud eundem in Choëph. v. 444. fortasse legendum: δι' ὤτων δὲ συντέτραινε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶν βάθει (pro βάσει), *in tranquilla mentis altitudine.* — περισκελής. σκληρός. δυσχερής. *Hesych.* περισκελεῖς φρένες sunt ap. *Sophocl.* in Aj. 649. σίδηρον περισκελῆ Antig. 475. — V. 3. κολυμβητοῦ Δηλίου. *Suidas:* Δηλίου κολυμβητοῦ. ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων. Σωκράτει γὰρ δόντος τοῦ Εὐριπίδου Ἡρακλείτου τοῦ σκοτεινοῦ σύγγραμμα, ἐρέσθαι, τί δοκεῖ; τὸν δὲ φάναι, ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα. πλὴν Δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. Cf. *Diogen. Laert.* II. 22. — V. 4. εἰ δ' αὖ. Vat. Cod. In quibusdam apogr. εἰς omittitur. — V. 6. γέρα. primum honorificum geometrae nomen obtinebit, deinde omnibus

consentientibus philosophus appellabitur, vel Platone spondente, qui mathematicam philosophiae viam munire censebat. — V. 7. εἰσκριθήσεται. Vat. Cod. Verbum κριθήσεται revocandum.

IX, Vat. Cod. p. 455. τοῦ αὐτοῦ. Εἰς κηρύκιον. Edidit *Dorville* in Sicul. T. I. p. 163. — V. 1. κηρύκιον sive κηρυκεῖον (sic etiam quaedam Apogr.), σκῆπτρον. *Hesych.* ubi vide Intrpp. Hoc *sceptrum* antiquissimorum virorum σχῆμα, i. e. *ornamentum*, appellat poëta. Vide *Musgr.* ad *Eurip.* Androm. v. 1. De forma *caducei* vide quos laudat *Boettigerus* in *Vasengem.* I. 2. p. 107. multa ibi de origine caducei docte et acute disputans.— V. 2. Θριδακίης. Vat. Cod. Huic lectioni patrocinatur *Corn. de Pauw* in not. msc. excitans *Eustath.* ad *Dionys.* Perieg. v. 467. ubi haec habentur: ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι Θρινακία λέγεται, διὰ τὸ ἐοικέναι θρίδακι. ex quibus verbis hoc tantum intelligitur, fuisse, qui Thrinaciae sive Thrinacriae nomen inepte derivarent, non item, Θριδακίη fuisse scriptum. — οἰκιστὰ Κορίνθου. Syracusani sunt a Corinthiis oriundi. Cf. *Theocrit.* Eid. XV. 91. *Scaliger* in Euseb. Chron. p. 76. *Drakenborch.* ad Silium Ital. XIV. 51.

V. 131.] X. Vat. Cod. p. 456. Plan. p. 1. St. 3. W. μονημέριον venationis spectaculum appellabant, quod ultra unum diem non extendebatur. *Justinian.* Novell. CV. μετ' ἐκείνην τὴν τοῦ λεγομένου μονημερίου, ἔνθα πολλῆς ἡδυπαθείας ἐμπλήσει τὸν δῆμον, τό, τε καλούμενον Πάγκαρπον θεώμενον, καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους. quem locum illustravit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 79. sq. De his venationibus ex instituto egit *Onuphrius Panvin.* de Circ. L. II. p. 203. sqq. Optat poëta, ut Diana feras quidem excitet, sed quantum satis sit ad invadendos homines, non ad occidendos. — ἀμφαύειν. tangere, fortasse etiam levi vulnere perstringere. — V. 4. μηδὲ νοήσω. Nolim ego quidem, qui in Jovis placidissimi solio sedeo,

hominis interitum videre. Hi quidem versus quin *Leoni Imperatori* tribuendi sint, dubitari non potest. De Jove μειλιχίῳ vide *Ducker.* ad *Thucyd.* L. I. 126.

THEAETETI EPIGRAMMA.

Vide Animadvers. T. II. P. II. p. 244.

EPIGRAMMATA
IN QUAEDAM MONIMENTA BYZANTINA.

¶. 132.] *I.* Vat. Cod. p. 473. Plan. p. 370. St. 509. W. „Julianus hic non alius est, quam Imperator. „In alium enim non quadrat, quod hic praedicatur, „maluisse procul ab urbe hostes caedere, quam ante „muros pugnam committere.“ *Br.* Haec clariss. editor monuit contra *Cangium*, qui in CPoli Christ. L. I. p. 47. non satis constare ait, an Eugenii porta aedificata sit a Juliano apostata. Constat tamen, Julianum ante bellum contra Persas susceptum Constantinopolin aedificiis ornasse. — V. 4. ἤ. Subaudi μᾶλλον, quod hic saepenumero omittitur. Multi hoc observarunt, quos laudat *Wernsd.* ad *Himer.* p. 674. — κρoτεῖν πόλεμον. Frequentius συγκροτεῖν, bellum parare et instruere. Ceterum vers. ut hic legitur, a *Planude* concinnatus esse videtur. In membr. Vat. est: ἢ πόλεως προπάροιθε κροτεῖν πολέμοις. Unde possis etiam scribere:

ἢ προπάροιθε πόληος συγκροτέειν πολέμους.

II. Vat. Cod. p. 472. Plan. p. 349. St. 488. W. „Vide CP. Christ. p. 105. Obeliscus erectus jussu Theo„dosii M. cura Procli, qui non erat architectus, sed „Praefectus urbis, de quo Fabric. Bibl. Gr. T. VIII.

„p. 459. Post hoc carmen ponendum erat Epigr. Inc. „CCCXXXIV. εἰς τὸ λουτρὸν Καρίας ἐν Βυζαντίῳ, de quo „vide Ducange ibid. p. 93." *Br.* Plures hanc Inscriptionem dederunt. *Wheler* Itiner. p. 183. *Fleetwood* p. 83. *Gruter* p. CLXXXV. quem vid. in Corrig. p. CCCVII. *Smith.* in Notit. CPol. p. 190. Obelisci descriptionem dedit *Gyllius* de Topogr. CPol. L. II. c. XI. Reliquos, qui de eo tradiderunt, et veteres et recentiores, laudat *Bandur.* Antiq. CPol. T. II. p. 612. qui etiam anaglypha lateris septentrionalis stylobatae exhibet p. 666. cujus notae comparandae sunt cum iis, quae tradit *Ducang.* ad Alexiadem p. 422. sq. In latere orientali legitur hoc Epigramma latinum:

Difficilis quondam dominis parere serenis
Jussus et extinctis palmam portare tyrannis,
Omnia Theudosio cedunt subolique perenni:
Ter denis sic victus duobusque diebus
Judice sub Proclo sublime elatus ad auras.

— V. 3. Quidam Πρόκλος exhibent; Πρόκλον Vat. Cod. Ante hoc nomen καὶ inserit *Gruter.* quod in Obelisco non comparet, teste *Th. Smith* l. c. Vide *Masson.* in Varior. Corrigend. ad *Gruter.* p. CCCXXIII. — V. 4. Dies triginta duo obelisco erigendo impensi sunt.

III. Vat. Cod. p. 474. Plan. p. 370. St. 509. W. Hoc et sequens Epigr. scriptum est in porticus, quibus Theodorus, Praefectus urbi, sub Theodosio juniore Basilicam, i. e. aedes senatoribus addictas, instruxerat. Fuerat is Theodorus, ut ex proximo Epigrammate apparet, semel consul et ter ἔπαρχος; unde poëta ludendi occasionem arripuit dicens, quaternum illum honorem ei merito contigisse, qui Basilicam quatuor porticibus exornaverit. Consulatum gessisse hunc Theodorum constat anno CCCXCIX. Vide *Ducang.* in CP. Christ. L. II. p. 146. — V. 1. τετραπλεύροις. τὸν Σενάτου οἶκον ὑπὸ τετρα-

ὑάξων κιόνων βασταζόμενον dicit *Anonym.* in Collect. CPol. p. 96. — Pro πόλιν in membr. et in Plan. habetur πόλις, quod cl. editor ex Ducangii conjectura mutavit. At sic pars antitheseos perit. Is, qui urbem quaternis *ornavit arcubus*, ipse quoque dignus est, qui quaternis honoribus ornetur. ἐγείρας τὴν πόλιν ἀψῖσι dictum per enallagen pro ἐγείρας τῇ πόλει ἀψῖδας.

¶. 133.] *IV.* Vat. Cod. p. 474. Plan. p. 370. St. 509. W. — V. 1. Basilica Fortunae, Τύχης, templum vocatur propter Templum *Fortunae Romanae* ibi exstructum. CPol. Christ. L. II. p. 147. *Heyne* in Comm. Soc. Reg. T. XI. p. 26. not. et XII. p. 276. — V. 2. θαύματι. Vat. Cod. Edd. Ald. tres et aliae. Huic lectioni cur θαύμασι praeferatur, causa non est. — V. 3. χρυσάσπιδι Ῥώμῃ. Ductum epitheton ex *Pindar.* Isthm. α. v. 1. ubi χρύσασπι Θήβα de Diva aureo scuto instructa occurrit. CPolis autem ἡ νέη Ῥώμη, nonnunquam simpliciter Ῥώμη vocatur. Sic etiam hodie veteris Graeciae incolae Ῥωμαῖοι vocantur, eorumque lingua ἡ ῥωμαϊκή. Vide *Wheler* et *Spon.* in Itin. T. II. p. 64. et 76. et, qui fuse de hac re disputavit, *Büschingium* in Hist. Liter. p. 29. not. v. — V. 4. τεῦξεν et ἐρῇ. Vat. Cod. Dorica verbi forma ab h. l. aliena.

V. Vat. Cod. p. 473. Plan. p. 370. St. 509. W. Hoc et sq. Epigramma scriptum in portas muri terrestris, quem, cum terrae motu collapsus esset, Theodosius junior per Constantinum, Praefectum urbi sive praetorio, reparari jussit. Porta Xylocirci appellata est, quod per eam ad ligneum circum pergebatur. Vide CPol. Christ. L. I. p. 49. Aliam nominis causam, sed vanam eam et nugatoriam, afferunt recentiores Graeculi, quos refutat *Bandur.* in Comm. ad Antiqq. CP. T. II. p. 694. — Ξυλοκίρκου est in Ed. Fl. pr. et Ald. 1. In Ald. 2. 3. Ξυλοκρίκου, quod deinde in alias edd. propagatum

pagatum est. Fuit haec porta ultima muri terrestris, post Rhegii contra prima. Hinc intelligitur, cur, muris reparatis, Constantini Praefecti nomen his potissimum portis inscriptum sit. — V. 1. ὕπαρχος. Vat. Cod. vulgari horum vocabulorum confusione.

VI. Vat. Cod. p. 473. εἰς τὴν πόρταν τοῦ Ῥηγίου. Plan. p. 371. St. 509. W. In cod. *Dorvilli* ῥηγίου. Vide Miscell. Obss. T. IX. p. 378. Eadem est hujus nominis diversitas ap. alios scriptores, ubi haec porta et Rusia et Aurea appellatur. Vide *Ducange* CP. Chr. L. I. p. 53. et p. 39. Ad nostrum Epigr. facit inprimis *Marcellinus Comes* ad ann. XXXIX. Theodosii Junioris: *Urbis Augustae muros, olim terrae motu collapsos, intra tres menses, Constantino Praefecto praetorio operam dante, reaedificatos fuisse.* — V. 2. ὕπαρχος ἐδείματο. Vat. Cod. — τείχει τεῖχος de duplici muro interpretatur *Ducangius* p. 40. exteriore et interiore. Malim accipere de novo murorum firmamento sive ornamento, eoque τῶν τειχέων nomine praecipue digno.

VII. Vat. Cod. p. 485. cum lemmate: Ἐν τῷ πορφυρέῳ κίονι τὸ ὂν (f. τῷ ὄντι) εἰς τὸν Φιλαδέλφιον. Et sic fere in Plan. p. 373. St. 511. W. Exstructum igitur Museum in eo loco, qui a statuis filiorum Constantini M. *Philadelphium* appellatum est. De columna porphyretica videndus *Bandur.* T. II. p. 586. Cf. *Heyne* in Comment. T. XII. p. 284. Ex hoc Epigr. apparet, Muselium, quem a Musello, sacri cubiculi praeposito, nihil diversum putat *Ducang.* CP. L. II. p. 176. Museum suis sumtibus exstruxisse, in eoque Imperatoris imaginem collocasse. — V. 1. εὔνους. Respicitur, quod jam *Ducangius* vidit, ad *Eunuchi* titulum; nam sacri cubiculi praepositos eunuchos fuisse constat. Vide *Reisk.* ad *Constant.* Cerem. p. 6. Hanc appellationem erant qui derivarent ἀπὸ τοῦ εὔνουν ἔχειν. Praeclare huc facit *Theodorus*

de Vit. Patr. c. VIII. de eunuchis, quibus spes liberorum ademta: καὶ τούτου ἕνεκα εὔνοι εἶναι βασιλεῖ νομιζόμεναι καὶ τὴν προσηγορίαν ἐντεῦθεν καρπούμενοι. Eandem ob causam isti homines etiam πιστοὶ appellabantur. Vide *Stanlei.* ad Aesch. Pers. 2. T. II. p. 764. et *Sibelis* Diatr. de Persis p. 37. — V. 1. Μουσίλιος. Vat. Cod. et βεβῶσιν. — V. 2. πράγματα, ut saepe, *verbis* opposita. Factis ille suam erga Imperatorem fidem demonstravit, quo documento nullum fortius et gravius. — V. 3. δὲ χαρίσατο. Vat. Cod.

VIII. Vat. Cod. p. 485. ubi prius distichon cum praecedente Epigr. jungitur. In Planud. p. 373. St. 512. W. in duo disticha divisum, quae jungenda esse vidit *Huetius* p. 35. Idem totum hoc carmen cum praecedente jungendum existimabat. Membranarum distinctionem sequutus est *Grotius.* — V. 1. In poëtarum igitur et eruditorum praesidium haec domus exstructa fuit. — In fin. vs. vulgo κυρῶν, in membr. κόρων habetur. κούρων correxit *Huët.* p. 35. eamque correctionem expressit magnus Interpres:

Spem pueris, urbique decus, laudemque poëtis,
Armaque virtuti divitiasque bonis.

— V. 2. ταῖς ἀρεταῖς. Vat. Cod. — ¶. 134.] V. 3. Μουσίλιος Vat. Cod. — Ejusmodi opera in literarum gratiam exstruxit Muselius. — Ludit poëta in diversis significationibus vocis λόγος, quam primum de *literis*, mox de *verbo* dei accipit. — Laudat enim Muselium, quod *verbum* non dubitet pro *vero deo* habere.

IX. Vat. Cod. p. 485. Vide ad praeced. Ep. Hoc distichon, Brunckio judice, non male subjungeretur praecedentibus. Idem judicabat *Salmas.* in not. ined. Mihi peculiarem inscriptionem constituisse videtur. — πολλά. partem aedificii labantem stabilivit. — V. 2. ἵδρυσεν. Vat. Cod. ἥδρασεν emendavit cl. editor. Fortasse tamen membr. lectio servari poterat. ἀσφαλέως ἱδρύειν et

iam pro *firmare*, *stabilire*, *in firma sede collocare* poni potuisse videtur.

X. Plan. p. 299. St. 439. W. Scriptum in Aurelianum, qui Consul fuerat cum Stilichone ao. Chr. CCCC et ter Praefectus Praetorio. Ei Senatus, ob res praeclare gestas, auream statuam decrevit. Vide CP. Christ. L. II. p. 147. *Bandur.* Antiqq. p. 844. — V. 1. τὸν τρισίν. vitiose Steph. ἐν habet Ald. qui hoc Ep. primus exhibuit in Lectt. — V. 2. πατέρα. Qui Praefecti erant, iidem πατέρες πόλιος appellabantur. Vide *Reisk.* ad *Constant.* p. 12. Patricii autem Constantini et Theodosiorum aevo *patres Imperatoris*, βασιλέως πατέρες vocabantur, sive etiam uno vocabulo βασιλεοπάτορες. Vide eund. p. 20. — V. 4. κατέπαυσεν. Ald. tres.

XI. Plan. p. 298. St. 437. W. Hoc Epigramma *Ducange* CP. Chr. L. I. p. 77. scriptum esse putat in statuam argenteam Theodosii M. quam in Foro Tauri positam fuisse tradit *Codin.* in Origg. p. 21. 24. Verum ibi non equestris status, ut hoc carmine, sed columna Theodosii intelligitur. Fuit quidem in Foro Tauri statua equestris, non tamen Theodosii. Vide *Bandur.* Antiqq. CP. T. II. p. 802. et 842. — V. 1. In orientali terra, ceu alter Sol, inter mortales regnas. — πόλου μέσον. Fortasse ad elatum locum referri debet, quo Theodosii statua erat posita. — V. 3. 'Ωκεανόν. Sub pedibus statuae, in basi, terra et mare expressa fuisse videntur.

XII. Plan. p. 299. St. 439. W. In Zenonis et Ariadnes statuas. Eas commemorat, in Chalce positas, *Anonym.* de Antiqq. CP. ap. *Bandur.* T. I. p. 7. *Ducange* CP. L. II. p. 115. et 151.

XIII. Plan. p. 299. St. 439. W. Bibliotheca, a Juliano Imperatore exstructa, cum igne consumta esset Basilisco imperante, anno Chr. $\frac{476}{477}$, restaurata est sub Zenone, (sive potius Anastasio; vid. *Heyne* in Comm. XI.

p. 49.) curante Juliano Praefecto Urbi. Hic, opere ad finem perducto, Imperatoris statuam auream ante Bibliothecam posuit. Vide CP. Christ. L. II. p. 151. *Bandur*. T. II. p. 843. Ceterum ineptum Epigramma, cujus postremus versus exspectationem prioribus excitatam minime explet. — V. 1. οἶκος Ἑλικῶνος, Musarum domicilium, Bibliotheca.

¶. 135.] *XIV*. Plan. p. 299. St. 439. W. »Vulgo »in pentametro legitur χρυσέην Ἀναςτασίην. Viris Byzantinae historiae peritissimis ignoratur penitus haec Anastasia, et vix dubio locus est, quin corrupta sint haec »verba, quae sic, ut ea exhibui, emendanda erant. Vide »Ducange p. 150, et Banduri p. 843. nr. 397.« *Br. Bandurius* scribendum censebat χρυσέην (στήλην) Ἀναστασίου. — μετὰ κόσμον Πιερ. post Bibliothecam, Musarum ornamentum, exstructam.

XV. Vat. Cod. p. 467. sq. Plan. p. 359. St. 498. W. In Chalcen, imperante Anastasio exstructam, Aetherio opus designante. Fuit haec Chalce triclinium, quod magno Palatio pro vestibulo erat. Videtur initio porta ex aere fuisse (χαλκῆ, sc. πύλη), quae ad Palatium ducebat; transiit nomen ad aedificium ei vicinum; quae est suspicio *Heynii* in Comm. T. XII. p. 279. quem inprimis vide. Si *Cedreno* fides p. 322. Anastasius, confecto Isaurico bello, hanc aedem in eximiam eduxit altitudinem. Cf. CP. Chr. L. II. p. 114. *Bandur*. T. II. p. 851. Ceterum praeter *Cedrenum* omnes Originum CPol. scriptores Chalcen ante Anastasium extitisse scribunt; unde haud inepte suspiceris, falsum esse lemma Epigr. nostri, idque ipsum *Cedreno* imposuisse, cum aliud fortasse *Anastasii* aedificium describatur. Cogitabam equidem de Palatio Blachernarum, de quo *Suidas* in Ἀναστάσιος· — κτίζει καὶ τὸν μέγαν τρίκλινον, τὸν ἐν Βλαχέρναις, ὃς Ἀναστασιακὸς μέχρι τῆς δεῦρο λέγεται. — V. 1. τοξάνυσφι-

γου. Referendum ad Isaurorum oppressionem, quos τυραννῆσαι βουλομένους invasit Anastasius, ducesque rebellionis sive tyrannos, Longinum, Athenodorum aliosque, occidit. *Malal.* Chron. T. II. p. 106. sq. — V. 5. Ingens hoc opus propter amplitudinem suam sine tecto relinquere statuerunt. Verum Chalcen aëneis tegulis tectam fuisse plurimi tradiderunt; quin nomen inde traxisse existimarunt. Insequenti tempore, cum Chalce in seditione conflagrasset, Iustinianum ex aëneis tegulis statuam sibi faciendam curasse tradit *Cedrenus.* Vide CP. Chr. L. II. p. 115. *Banduri* T. II. p. 804. — V. 6. Pro πολυμήτοιο *Huetius* p. 34. πολυκμήτοιο tentabat, sine causa idonea. — V. 8. Aetherius sancto Imperatori primitias artis suae offerebat. An igitur hoc primum erat aedificium paulo insignius, quod Aetherius conderet? — V. 9. Iam hoc triclinium cum ceteris orbis terrarum miraculis comparare instituit auctor; primum cum Capitolio, cuius aëneas tegulas commemorat *Plinius* H. N. XXXIII. 3. qui eas a Catulo inauratas esse tradit. Cf. *Lipsium* de Magnit. Rom. L. III. 5. qui nostri loci non fuit immemor. — V. 14. Ῥουφίνιον. Vat. C. Lucum Nicephorium, ab Eumene ad Pergamum exornandum consitum, commemorat *Strabo* L. XIII. p. 926. B. Hunc Rufinus fortasse novis aedificiis exornavit suoque vocavit nomine. Rufinum splendida aedificia exstruxisse, apparet ex *Claudian.* in Ruf. L. II. 448. *qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis Ornatura suos exstruxit culmina Manes.* Sed de luco Pergami ab eo consito nihil reperio. — V. 15. *Hadrianus per Asiam iter faciens, templa sui nominis consecravit. Ael. Spart.* in Vit. Hadr. T. I. p. 126. Ibi *Casaub.* nostrum versum excitavit; unde templum Hadriani Cyzicenum unice cognitum sibi habebat *Tristan.* T. I. p. 453. Eodem referendus videtur locus *Xiphilini* p. 799. ubi de terrae motu agit, Cyzicum inprimis devastante: καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ναὸν

μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ναῶν ἁπάντων — ᾧ τετραόργυιοι μὲν πάχος οἱ κίονες ἦσαν, ὕψος δὲ πεντήκοντα πηχῶν, ἕκαστος πέτρας μιᾶς, καὶ τἆλλα τὰ ἐν αὐτῷ, ἕκαστον θαυμάσαι πλέον ἢ ἐπαινέσαι. His verbis Hadriani templum significari putabat *Wasse* ad *Thucyd.* L. VIII. p. 297. ed. Bip. His et sqq. versibus simillimum *Martialis* Epigr. primum:

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis,
Assiduus jactet nec Babylona labor:
Nec Triviae templo molles laudentur honores,
Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares ad astra ferant.
Omnis Caesareo cedat labor amphitheatro:
Unum pro cunctis fama loquatur opus.

V. 16. ἐκείνοις Vat. Cod. — V. 18. μοῦνος omittit Ed. Flor. pr. — V. 19. Ἰσαυροφόνον. De bello Isaurico vide ad v. 1. et ad *Christodori* Ecphr. 404. T. II. P. III. p. 325. — V. 20. ἐδέθλων Ἠῴων. Sedem Imperatoris in orientali parte terrae intellexit. — V. 21. τετραπόρων. propter arcus in quatuor mundi regiones patentes. Vide *Duc.* CP.-Chr. p. 115.

¶. 136] *XVI.* Vat. Cod. p. 534. Plan. p. 185. St. 270. W. „In statuam Imp. Anastasii, ad euripum circi „Constantinopolitani positam, juxta Scyllae statuam, „quae ibi erat.“ *Br.* Epigramma nostrum, quo Anastasio sordes et iracundia exprobrantur, catholico cuidam auctori tribuendum esse suspiceris, Anastasio forte propter Eutychianae haereseos suspicionem infesto. Hunc Imperatorem avarum fuisse et ignavum, et multis aliis vitiis inquinatum, tradit etiam *Suid.* in Ἀναστάσιος ex Collectan. Constant. a *Valesio* editis p. 853. ubi ille inter alia paupertatem omnibus communem dono dedisse dicitur. Longe aliter de ejus parsimonia judicat *Gibbon* History on the D. and F. etc. cap. XL. T. VII. p. 83. ed.

Baf. — V. 1. σιδήρου. Statuarum ex ferro exempla collegit *Junius* de Pict. Vet. III. 11. p. 292. nostri Epigr. non immemor.

XVII. Vat. Cod. p. 543. Plan. p. 185. St. 270. W. — V. 1. Anastasii statua proxime Scyllam erat posita in Hippodromo, de qua vide ad Ep. ἀδέσπ. CCLXXVI. Hinc Imperatorem cum Charybdi comparat. Hanc comparationem fortasse debuit auctor *Anaxilae* Comico, qui de rapacibus scortis haec scripsit ap. *Athen.* L. XIII. p. 558. C. Ἡ δὲ Νάννιον τί δεινῆς διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ; — Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω που ποιεῖ; Similiter *Alciphr.* I. Ep. VI. p. 36. de meretrice: κωμάζουσι γὰρ εἰς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει — ἡ δὲ εἰςδέχεται καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. Ejusmodi acuminis a Byzantinis ad interpretanda artis opera adhibiti exemplum offert *Anonym.* ap. *Bandur.* L. III. p. 42. nr. 114. item de Scylla in Hippodromo: αἱ δὲ γεννῶσαι θῆρας καὶ ἐσθίουσαι ἀνθρώπους ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, ἡ μὲν μία ἐστὶν Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῶν δευτέρων αὐτοῦ πράξεων, ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ πλεῖον ὑπάρχει, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἡ Σκύλλα ἐστίν, ἡ ἐκ τῆς Χαρύβδεως ἐσθίουσα τοὺς ἀνθρώπους. — V. 4. κερματίσας. te, cum aënea sis, in parvula frusta comminuens, sive in numos convertens et sic te abripiens.

XVIII. Planud. p. 294. St. 433. W. Scriptum est in Proclum, Ictum illustrem, qui, a Iustino Thrace Quaestor factus, eximiam justitiae et integritatis laudem tulit. Vide de hoc Proclo *Fabric.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 462. *Alemann.* ad Procop. Hist. Arc. p. 102. et *Bandur.* T. II. p. 839. Procli pater Consul fuit ao. Chr. DXII. imperii Anastasii XXII. Quum Proclus in nostro Epigr. Consulatum saepius gessisse dicatur, neque tamen ejus nomen in Fastis compareat, intelligendus est Consulatus honorarius sive codicillaris. — V. 2. Δίκης. cum patronus causarum esset et Scholasticus, Imperator eum aulae

vindicavit. Quantum valuerit ap. Justinum, hominem ἀνεπιλφάβητον, narrat *Procop.* in Hist. arc. c. VI. — V. 3. στόμα πιστόν. Quaestores Imperatorum Principis epistolas, decreta, constitutionesque in Senatu recitabant. Vide *Panciroll.* Dignit. Imp. c. LXXIII. (Thes. Graev. T. VII. p. 1513.) — V. 4. χαλκός. aënea haec statua docet, quantis honoribus labores remunerentur.

XIX. Plan. p. 297. St. 437. W. ubi in lemmate legitur ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ pro ἐν τῷ Αὐγουστιῶνι, quod *Brunckius* scripsit ex mente *Bandurii* T. II. p. 841. Nullus enim eorum scriptorum, qui de Justiniani statua equestri tradiderunt, eam in Hippodromo, omnes in Augustaeo positam fuisse dicunt. Graphice eam descripsit *Procopius* de Aedif. L. I. 2. p. 10. — V. 1. Μηδοκτόνε. Conversus erat Imperatoris vultus ad orientem, τὴν ἡνιόχησιν ἐπὶ Πέρσας, οἶμαι, ποιούμενος. *Procop.* l. c. — V. 2. γενέτης, ὡς σύμβουλος. παῖς, ὡς πολίτης. *Schol.* De Eustathio Senatore nihil aliunde constare videtur. — V. 3. Νίκην. De Victoriae statua non cogitandum. Sed ipse equus sive tota statua, propter victorias Justiniano dicata, Νίκη ἄλλη appellatur, fortasse etiam propter eximiam pulchritudinem, qua ceteras superabat. — V. 4. μετηνεμίῳ. velocissimo. *Procopius* l. c. ἵππος — ἔοικε βαδιουμένῳ καὶ τοῦ πρόσω λαμπρῶς ἐχομένῳ. — ¶. 137.] V. 5. „Vulgo legitur ὕψος, sine ullo sensu. ὕψου imperativus ab ὑψόω, evehe, „extolle." *Br.* In vulgata haerebat etiam *Jos. Scaliger*, qui ὑψόσ' Ἰ. emendavit in not. mst. ad quod si ἔχοι subaudias, sensum habebis aptissimum: Tua vis, tuum imperium nunquam non in altum tendit. Respicitur enim altitudo columnae, in qua Imperatoris statua erat posita. — ἐν χθονί. Haec propter antithesin videntur dicta: Dum tu in sublimi regnas, hostes tui vincti jaceant humi. Hoc malim, quam captivos Scythas et Persas humi consedisse putare, quae est sententia Ill. *Heynii* in Comm. Soc. R. T. XI. p. 50. qui omnino consulendus;

et T. XII. p. 276. — Ceterum nomen *Justiniani* mediam syllabam in his carminibus ubique corripit, quod fieri posse negabat *Santenius* in Not. ad *Muret.* T. IV. p. XXX.

XX. Planud. p. 297. St. 437. W. In eandem statuam. — V. 1. Babylonis imago in basi statuae expressa fuisse videtur. — V. 4. „Ille fortassis Julianus hanc Justiniani statuam equestrem erexit, qui, ut scribit Victor Turnens. urbis praefecturam gessit ao. XXXIX. Justiniani. Fuit item Julianus Praef. praetorio Coss. Lampadio et Oreste. De Juliano vero fratre Summi, qui fuit Justiniano a secretis et legati officio functus est ap. Homeritas et Aethiopes, nec non apud Chosroëm, loquitur Procopius de Bellis p. 61. 88. et 103." Verba sunt *Bandurii* ad h. Epigr.

XXI. Vat. Cod. p. 488. εἰς εἴσοδον τῆς Ἡρίας. In Plan. p. 298. St. 437. W. εἰς εἴσοδον τῆς ἱερείας. quod lemma in errorem induxit *Brodaeum*, ut de aede Virgini a Justiniano condita cogitaret. Agitur de Heraeo, cujus palatii vestibulo hoc Epigramma inscriptum erat. Vide *Alemann.* ad *Procop.* Hist. Arc. p. 148. Cf. *Agath.* Ep. XLVI. et CP. Christ. IV. p. 175. — Ad Palatium Ἱερίας hoc distichon refert *Petav.* ad Nicephor. p. 72. ed. Par.

XXII. Vat. Cod. p. 487. ubi de lemmate nihil nisi Εἰς . . servatum. Plan. p. 361. St. 501. W. *Ducangius* in CP. Chr. II. p. 126. novum consistorium a Justiniano in Hebdomo exstructum describi putat; nescio quo jure.

XXIII. Plan. p. 297. St. 437. W. In statuam Justini Imp. in Portu Juliani sive Sophiae. Hunc portum a Justino purgatum esse tradit *Cedrenus:* κτίζει οὖν καὶ τὰ Παλάτια τὰ ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι, ἐκκαθαίρων καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα. Huic negotio Theodorus praefuisse et, opere perfecto, statuam Imperatoris ibi collocasse videtur.

Vide CPol. Chr. I. p. 59. — V. 1. ὕπαρχος. Vulgo. — V. 3. πετάσεις γαλήνην. De Venere marina agi existimes. Cf. ad *Anytes* Ep. V. T. I. P. I. p. 425. Respicitur autem ad titulum τοῦ πρῴου et τοῦ γαληνοῦ, qui Imperatoribus solebat tribui. Cf. *Reisk.* ad *Constant.* Cerem. p. 122.

¶. 138.] *XXIV.* Vat. Cod. p. 486. Εἰς στήλην Ἰουστίνου βασιλ. Plan. p. 300 St. 440. W. ubi inepte εἰς Ἰουστινιανοῦ στ. unde *Brodaeus* Justinum pro Justiniano positum existimabat. — V. 1. κατάρχεως et ὕπαρχος Vat. Cod.

XXV. Vat. Cod. p. 486. cum eo lemmate, quod *Br.* dedit. In Plan. p. 300. St. 440. W. εἰς οἶκον Σοφίας legitur. Erat statua Sophiae Augustae juxta statuam Justini Imp. posita in portu Sophiano. CP. Christ. I. p. 59. Cf. Anonym. de Antiqq. CPol. nr. 126. et *Bandur.* T. II. p. 844.

XXVI. „Plan. p. 299. St. 439. W. cum lemmate: „εἰς εἰκόνα Ἰουστινιανοῦ. et in ultimo versu θεῖον Ἰουστινιανοῦ κάρτος ἠμειψαμένα. quod nomen cum metrum non „admittat, depravatam scripturam esse credo librarii „ignorantia ideoque utrobique reposui Ἰουστίνου." *Br.* At haec emendatio aliquid difficultatis habet. Nam Justino imperante Persis omnia feliciter successisse constat, donec Tiberius eos superaret magno proelio, paucis mensibus ante Justini obitum. Dicendum igitur, intra hoc breve spatium, quod ab illa victoria usque ad mortem Justini effluxerit, statuam ei esse positam; aut poëtam, quod adulatores facere solent, non de victoriis jam reportatis, sed de reportandis, quarum scilicet spem animo conceperant CPolitani, agere. — V. 1. alio monimento Persae victorias tuas celebrabunt, alio Avares. — V. 4. κείρας βόστρυχον. longam comam tondens, ut servi solent. Longam comam gerebant Avares, teste *Theophane*, eorum ad Justinianum legationem describente: εἶχον τὰς κόμας ὄπισθεν μακρὰς πάνυ, δεδεμένας πρανδίοις καὶ πε-

πλεγμένας — ἡ δὲ λοιπὴ φορεσία αὐτῶν δὴ καὶ τῶν λοιπῶν ἐστιν Οὔννων. — V. 5. τὸν δ' ὑπὲρ. Vulgo, quod sine dubio verum est. In fine versus autem τούτων legendum videtur. Junge πόλις ἔνασσα τούτων, Persarum puta et Avarum. — V. 6. „ἐξ ὑπάτου μίτρης. Hoc, si verum est, signifi„care debet *post exactum consulatum.* At Justinus junior „perpetuo fuit consul, unde scribendum reor εἰν ὑπάτου „μίτρῃ, *consulari habitu.*" *Br.* Eodem sensu *Grotius* hoc distichon accepit vertens: *Hanc dedit interea sub cultu consulis illi Pro bene servatis legibus urbs dominans.* Haesit etiam in vulgata *Jos. Scaliger*, qui μίτρης emendavit in not. mst. Fortasse tamen nihil mutandum: ἐξ ὑπάτου μίτρης significare potest *propter consulatum*; quem primus post longum intervallum Justinus restituit, populo gaudente et acclamante. Et ob hunc magistratum restitutum fortasse Imperatoris εὐνομία celebratur. — V. 7. „Vulgo ἄμμορε sine sensu, aut contrario sententiae po„tae. Hesych. ἄμμορον. δύσμορον. κακόμορον. Huic opposi„tum est ἔμμορε. *fortunata Roma.*" *Br. Scaliger* in not. mst. ἄφθορε tentabat. — V. 8. Ἰουστινιανοῦ. Vulgo. Saepe hoc nomen cum Justini nomine confusum est.

XXVII. Vat. C. p. 483. Plan. p. 381. St. 519. W. In Horologium in Miliario positum. Miliarium, quae pars est fori Augustaei, intelligitur per τὴν ἀψῖδα τὴν εἰς τὴν βασιλικὴν in lemmate. (CPol. Chr. I. p. 74.) Horologium cum surreptum esset, Julianus Praefectus praetorio id reperit et loco suo restituit. Vide *Bandur.* Antiqq. T. II. pag. 857. Collocabantur autem solaria in foris, basilicis, balneis. *Paciaudius* in Mon. Pelop. T. I. p. 48. Alia horologia CPoli posita indicat *Heyn.* in Comm. T. XI. p. 35. sq. — V. 1. Poëta Solem alloquitur eumque rogat, ut solarium nunquam non adspiciat. φέγγος ἐλευθερίης, Sol, libero populo lucem ministrans; dictum ad analogiam τοῦ ἐλεύθερον ἦμαρ. Illam autem libertatem populus, poëta auctore,

ad Justinum et Sophiam referebat. Quo munere hanc laudem Imperator meruerit, non satis perspicuum; fortassis consulatu restituto, in quo vana erat priscae libertatis species. — V. 4. μονάδες. A prima diei hora usque ad duodecimam.

p. 139.] XXVIII. Vat. C. p. 468. Plan. p. 360. St. 500. W. In Capitolium sive Basilicam, ubi Professorum auditoria erant. Ibi cum ceterae artes, tum inprimis legum scientia tradebatur. Vide Cl. Christ. L. II. p. 150. *Bandur.* T. II. p. 853. — V. 3. π Vat. C. — πᾶσι plurimae editt.

XXIX. Plan. p. 293. St. 432. W. Spectare videtur hoc Epigr. ad Theodorum Curopalatam Heraclii Imper. fratrem, qui a fratre Augusto dux exercitus contra Saracenos missus, bellum cum iis per decem annos vario eventu gessit, tandem in eo proelio, quod ad Gabatam cum Saracenis iniit ao. Chr. 618. occisus est. *Banduri* T. II. p. 839. *Heynius* in Comment. T. XI. p. 54. de Theodoro cogitabat eo, qui Praefectus Praet. sub Theodosio juniore ao. 409. Pylen Basilicae instauravit. — V. 1. ἀστῦρες. ῥήτορες, causarum patroni. — V. 2. γραφὶς statua esse videtur. Cf. cl. *Heyn.* l. c. p. 53. not. m. — V. 3. εἰ μὴ χρυσὸν ἔφευγε. Ductum ex *Arabii Schol.* Ep. II.

XXX. XXXI. In primis fol. Vat. C. Plan. p. 294. St. 433. W. Nicetas, cujus statuam hoc carmine Imperator et Populus posuisse dicuntur, est Nicetas Patricius, Gregorae Patricii filius, qui erat patruus Heraclii Imper. Hunc pater Gregoras cum magnis equitum turmis terrestri itinere contra Phocam misit, dum Heraclius, Heraclii filius, maritimo itinere in eundem tenderet, pacto inter eos inito, ut, qui prior eo venisset, imperium, si posset, occuparet. Heraclius igitur, cum prior ve-

nisset, Imperator est appellatus; Nicetam vero ille semper coluit ut imperii participem, quin et statuam ejus equestrem auream supra columnam in foro erexit, ut scribit *S. Nicephorus* CP. in Brev. Histor. p. 24. Ad hujus statuam videntur spectare duo haec Epigrammata, quae fortasse basi ejus inscripta erant. *Banduri* Antiqq. CP. T. II. p. 839.

XXXII. Vat. C. p. 467. Plan. p. 359. St. 498. W. „De Palatio Magnaura vide CP. Christ. p. 127. V. 3. „e codicibus scripsi σὺν Κωνσταντίῳ υἱῖ. Probabile est Con„stantium opus ab avo inchoatum absolvisse; Constanti„nus tres tantum post patrem menses imperavit." *Br.* In Vat. membr. Κωνσταντίνῳ quod fortasse non mutandum. Hoc nomen penultima brevi occurrit in Ep. in Athlet. LII. LIII. T. III. p. 29. sq. Deinde Constantinus III. licet nonnisi tres menses post Heraclium patrem regnaverit, patre adhuc vivo Augusti titulo utebatur. Quo tempore simul cum patre Magnaurae triclinium exstruxisse potuit. Caeterum ex hoc Epigrammate patet, post illud Magnaurae palatium, quod Constantinus M. condidit, aliud ejusdem nominis ab Heraclio exstructum esse post Persas devictos. — V. 2. αἰχμὴν λαχόντες. De imperio simpliciter acceperim, quod favente Christo tenuerint illi. Sic etiam *Grotius: Sub crucis auspiciis felicia sceptra tenentes.* *Bandurius* T. II. p. 851. interpretatur: *post recuperationem sacri ligni crucis*; quod ex ipsis verbis non conficitur, quamvis non negaverim, auctorem carminis felix Imperatorum illorum regnum a crucis recuperatione derivasse. Jam satis notum, Persas ab Heraclio pacem petentes ei crucem, Christianis ablatam, restituisse (an. 628). *Theophan.* p. 272. sq.

¶. 140.] *XXXIII.* Vat. C. p. 486. Plan. p. 382. St. 520. W. In Horologium a Sergio Patriarcha CPolitano in loco quodam positum, ubi olim hortus fuerat. De Sergio, qui sub Heraclio floruit, vide *Bandur.* T. II.

p. 899. et *Fabricii* Bibl. Gr. T. X. p. 199. — V. 2. συσκιερής. tenebrae ab arboribus circumstantibus ortae solem obumbrabant, et ipse locus adeo nocturnis umbris videbatur obductus. — V. 3. παλάμαις. Vat. C. Sincera est vulgata. Sergius eundem locum ab arboribus purgavit. — V. 4. μυστιπολεῖ. *Brodaeus* ex hoc vocabulo colligit, ethnicum hoc Epigramma evomuisse; nescio quo jure. Nam Christiani vocabula, de paganorum mysteriis usurpata, ad veri dei cultum transferre solebant. Vide *Suiceri* Thesaur. v. μυστήριον. — ἀληθέστατος τελέθει. Episcopum catholicum significari existimo, qui vere et ex orthodoxae ecclesiae decretis de Trinitate statuit. Quantopere enim agitata fuerit illa aetas controversiis de Trinitate, nemo ignorat, nisi qui Ecclesiae christianae historiam ignorat. Jam licet Sergius monotheletarum haeresi infectus fuerit, diu tamen catholicus videbatur; saltem usque ad ann. Chr. DCXXXIV. quo tempore summa ap. omnes auctoritate florebat. Vide *Baronii* Annal. ann. 633. XXIV. — V. 5. ἀκλίνητον ἀνάγκην ἄντυγος οὐρ. conversiones coeli, naturae legibus obnoxiae. — λίθος στατός. gnomon. — In ἑπτάκις *Brodaeus* suspicabatur respici ad cantum hymnorum, septies per diem a christianis iteratum, aut ad septem horas, forensibus negotiis impendendas. Neutra harum interpretationum satisfacit; non magis ac *Brodaei* conjectura ἐξάκις. *Grotius* de planetarum numero cogitans vertit:

Stas lapis immotus, septenaque sidera monstras,
Qua nunquam cesset lege rotare polus.

Duodecim zodiaci signa in solariis notata fuisse constat, idque septem fortasse lineis, ut probabile fit ex iis, quae disputavit *van Beek Calkoen* in Differt. mathem. philol. de Horologiis veterum sciothericis (Amstel. 1797. 8.) p. 38. Cf. figur. T. V. 33. Huc si quis τὸ ἑπτάκις in nostro loco referre voluerit, non multum refragabor;

malim tamen credere, poëtam diei quam anni distributionem significasse. Jam pone, Sergium in area solarii notasse ortum, meridiem, occasum; duas partes habebis et tres lineas. Unamquamque iterum in tres, totumque adeo diem ab ortu solis usque ad occasum in sex aequas partes divisisse videtur; unde septem lineae in solarii area existebant, in quas gnomonis umbra incidens, *septies* (ἑπτάκις) coeli conversionem indicabat.

XXXIV. Vat. C. p. 486. Plan. p. 382. St. 520. W. Hoc Epigramma in *Brodaei* commentario praeteritum est. Primum distichon obscurum; Mechanica ars Phaëthontem i. e. Phoebum cogit, bene adhibitis gnomonibus solis cursum aucupari s. captare. An ἀγρεύειν depravatum est et in ἀγγέλλειν mutandum? At ne hoc quidem satis commodum et, ut verum fatear, nimis obvium. *Grotius*, vulgata lectione penitus relicta, vertit:

Sole novo solis mentitur in aethere cursum
Mire compositis machina docta modis.

Sic quidem in editione V. cl. *H. de Bosch* legitur; at nullus dubito, quin *Grotius* scripserit: *metitur-cursum*, quod bonum sensum facit, sed ex graecis verbis vix extundendum. Res optime se haberet, si legeretur: μηχανικὴ ἀγρεύει δρόμον ἠελίου, sive Φαέθοντα; at quid duplici accusativo facias? quid verbo βιάζεται? An igitur scribendum:

Μηχανικὴ Φαέθοντα βιάζεται ἁρμονιοῦσι
γνώμοσιν ἀρχεύειν τῷ δρόμῳ ἠελίου.

Mechanica Phoebum cogit solis cursum ad gnomonem solarii dirigere; in qua hyperbola nemo haerebit, qui sequentem vs. perpenderit, ubi parvus lapis ortum et occasum solis *moderari*, ἀμφιέπειν, dicitur. Hoc sensu verbo ἀμφιέπειν utitur *Apollon. Rhod.* I. 561. Tiphys, ὅς ῥ' ἐνὶ χερσὶν εὔξοα τεχνηέντως Πηδάλι' ἀμφιέπεσκ', ὄφρ' ἔμπεδον ἐξιθύνοι. — V. 4. ἀρευόμεν. Vat. C. Vulgatam ut exquisitiorem praefero: *Arte illa, quae in horas descripsit*

dium. — σκιὸεις τόπος est umbra ipsius gnomonis, certis solarii lineis incidens. — V. 5. Hoc *mortalium* opus perfectum est, Sergii *divina* mente opitulante.

XXXV. „In medio Hippodromo etiamnum extat „structilis colossus ex lapidibus quadratis factus, olim— „ut Epigramma in ejus basi incisum testatur — aereis „tabulis vestitus, ferro colligatis, ut apparet ex forami„nibus, non modo in scapo, sed etiam in basi remanen„tibus, in quae quidem foramina regulae ferreae insitae „erant, plumbo confirmatae: nunc spoliatus restat, stru„cturam interiorem lapideam prodens, barbarorum avari„tiam expertus. In basi incisi sunt versus subsequentes: „Τὸ τετράπλευρον κ. τ. λ." Verba sunt *Gyllii* de Topogr. CP. L. II. c. XII. p. 376. ap. *Bandur*. Hinc *Ducang.* in CP. Christ. L. II. p. 105. Descripsit etiam *Th. Smith* in Brevi Not. CPol. p. 98. *Gruter*. p. CLXXXVI. *Bonada* in Anth. p. 189. *Smith* de ipso monimento haec tradit: „In hippodromi extremo columna hodie ex„stat, quasi stadii meta, sed illa incendii vim passa rimas „agit, inde dicta *columna cremata*, quam alii vocarunt „*colossum structilem*." Ex inscriptione nostra apparet, colossum renovatum esse a Constantino Romani filio, illius, qui ab anno Chr. CMXIX. simul cum tribus filiis, quorum minimus Constantinus erat, imperium capessivit. — V. 1. τῶν μεταρσίων, mirabile hoc opus inter illa, quae altitudine sua mirationem faciunt. — V. 3. ὁ Ῥωμανοῦ παῖς. Sic *Th. Smith.* Reliqui οὗ Ῥωμανὸς παῖς. quod et ipsum ferri potest. Successit Romanus junior patri Constantino VII. ann. Chr. CMLIX. — V. 4. κρεῖττον. sic *Dousa* emendavit vulg. κρείττων. Illud exhibet *Smith*. — Restituendo hoc opus pulchrius reddidit, quam ante fuit. — Pro θεωρίας *Gruterus* male θεουργίας. — V. 6. ὁ χαλκός. Etiam hoc ad colossum Rhodium referri voluit *Masson* in Corrig. ad *Gruter*. p. CCCXXIII. quia colossus ille in Hippodromo saxeus,

non

non aëneus fuerit. Videtur tamen ob firmitatem structurae χάλκεος appellatus esse. Sic certe *Codinus*, quem *Cangius* laudat, de parte Circi, ubi colossus: μέχρι τοῦ χαλκοῦ κίονος τοῦ τετρακλεύρου πεδινὸς τόπος.

CARMINA VARII ARGUMENTI

METRO HEROICO CONSCRIPTA.

Plurima eorum carminum, quae cl. editor hoc capite conjunxit, lusus sunt Grammaticorum rhetoricis, quibus illustrium antiquitatis hominum in memorabili quadam vitae conditione positorum sensus exprimere conabantur. Hoc exercitationis genus, a declamatoribus valde frequentatum, attigit *Quinctil.* Instit. Or. III. 8, 53. Nostris similia reperiuntur in Anthol. Lat. L. I. 89. p. 68. et ap. *Libanium* in Ἠθοποιΐαις, T. IV. p. 1009. sqq. ed. R.

¶. 141.] *I.* Vat. C. p. 436. Plan. p. 36. St. 54. W. Cupidinem suis ignibus flagrantem vidimus ap. *Meleagr.* Ep. XLII. — περὶ πῦρ. Id. Ep. LXXVI. φλέγεται πῦρ περὶ καιόμενον. Simili acumine *Ovidius* de Sole IV. Met. 194. *Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris, Ureris igne novo.*

II. Vat. C. p. 436. Plan. p. 12. St. 22. W. Historiam Philomelae multi narrarunt, quos vide in Not. ad *Apollodor.* III. 14. 8. p. 842. — V. 1. ἐνὶ σπήλυγγι. *rex Pandione natam In stabula alta trahit, silvis obscura vetustis: Atque ibi pallentem, trepidantem et cuncta timentem — Includit, fassusque nefas et virginem, et unam, Vi superat. Ovid.* Metam. VI. 520. — V. 3. δέ με. Vat. C. — V. 4. ἔθερισε. Flor. Ald. I. 3. — Verbum θερίζειν in hac re plures usurparunt. *Anacr.* Od. XII. 5. ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω; *Sophocl.* Ajax v. 238. τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ

γλῶσσαν ἄκραν ῥίπτει θηρείας. — V. 8. ἐν ἕρκεσι μηλονομήων. *Stabula* appellat etiam *Ovidius*, qui Philomelam ibidem inclusam fuisse narrat l. c. v. 571. *Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit: Structa rigent solido stabulorum moenia saxo: Os mutum facti caret indice.* Unde apparet, recte emendatum esse εἶρξας pro ἔρξας, quod vulgo obtinet. *Jos. Scaliger* in not. mst. εἶρξας tentavit, eodem sensu. — V. 9. ἐνέσφηνε. Vat. C. δὲ νόσφισε. Vulgo.

III. Vat. C. p. 437. Plan. p. 37. St. 55. W. Apud *Nonn.* Dion. XLVII. p. 1226. Ariadne de Pasiphaë: ἡμετέρη ποτὲ μήτηρ Ἀγρονόμοις θήτευε, καὶ αὐχένα κάμψε νομῷ, Βοσκομένῳ δ' ὀάριζεν ἀφωνήτῳ τινὶ ταύρῳ — Πηκτίδος οὐ πόθον ἔσχεν, ὅσον μυκηθμὸν ἀκούειν.

¶. 142.] *IV.* Vat. C. p. 438. Plan. p. 11. St. 21. W. Juno Herculis virtuti iram denique remisisse eumque omnibus Divis consentientibus in coelum admisisse putabatur. — V. 2. πόνον. Vat. C. vitiose. — *Pindar.* XII. Pyth. 49. εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται. *Aristotel.* Hymn. in Virt. v. 12. σοῦ δ' ἕνεχ' οὑκ Διὸς Ἡρακλέης, Λήδας δὲ κοῦροι πόλλ' ἀνέτλασαν, Ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες δύναμιν. De virtute et fortitudine *Horat.* III. Carm. III. 9. *Hac arte vagus Hercules Innixus, arces attigit igneas;* ubi plura similia collegit *Mitscherl.* p. 40. — V. 4. χάριν ἐτέλεσσε. Vat. C.

V. Vat. C. p. 439. Plan. p. 8. St. 14. W. *Telephus — quum obstinate Ulyssem inter vineas, quae ei loco adjunctae erant, insequeretur, praepeditus trunco vitis ruit. Id ubi Achilles procul animadvertit, telum jaculatus femur sinistrum ei transfigit.* *Dictys* L. II. 3. Ad hanc fabulam respexit *Pindar.* Isthm. H. 107. Achilles Μύσιον ἀμπελόεν αἵμαξε, Τηλέφου μέλανι ῥαίνων φόνῳ πεδίον. Hoc Bacchi cura factum esse, ut vitis Telephi pedes impediret, tradunt cum alii, tum *Eustath.* Ιλ. α. p. 35. 20. — V. 1. πράξομεν. Vat. C. — V. 2. πρόσθεν ἐμόν. Si filium meum Apollo ita prosternet, ut tu

nunc Telephum stravisti, an tum etiam Apollinem supplantabis? ἐξ Ἀλ. βελέμνων. Vat. C.

VI. Vat. C. p. 439. Plan. p. 20. St. 31. W. Referenda sunt haec ad Menelai et Paridis monomachiam Ἰλ. γ. 314. sqq. quam Helena de moenibus spectabat. — V. 2. Jam inter vos decernitur, utri vestrum uxor destinata sim. Vulgo ἵσταται ἀκμή legitur. ἀκμῆς emendavit *Brodaeus*, idque ipsum exhibet Vat. C. Ingeniose *Jos. Scaliger* in Not. mst. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταμαι ἀκμῆς. Sed noster respexit *Homer.* Ιλ. κ. 173. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς Ἠ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι. quae obversabantur *Herodoto* L. VI. 11. p. 443. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι — quem locum similibus illustravit *Valckenarius.* — V. 3. ἔλῃ. Vat. C. ἕλοι, quod in Plan. est, praeferendum. — V. 4. ἔνευθε. Veneris judicium deprecatur, verita, ne iterum alii cuidam adultero tradatur.

VII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 9. St. 17. W. Spectatur Ιλ. λ. 248. Cf. declamationem Achillis, cum Graecos victos videret, ap. *Liban.* T. IV. p. 1036. sq. — V. 2. σταδίοισιν Vat. C. σταδίῃσι μάχαις, *pugna stataria.* — V. 3. βλάβῃ pro λώβῃ Vat. C. claudicante metro. — ¶. 143.]

V. 4. μέγα φανεῖ Vat. C. Unde scribendum

σοὶ δ' αὐτῷ μέγα πῆμ' ἐφάνη —

et sq. versu ex membr. revocanda lectio

καὶ ἄσχετα πένθεα πάσχεις.

— V. 6. πᾶσιν. Vat. C. Haec verba cum ironia pronuntiantur: tu, qui te omnibus propugnaculum belli fore gloriabaris. *Brodaeus* et *Opsop.* cogitabant de ἀτύχθης.

VIII. Vat. Cod. p. 439. ubi nonnisi v. 1. 2. exhibentur. Plan. p. 8. St. 14. W. ubi in antiquis edd. Patrocli responsum v. 3. omittitur. Illud ab edit. Bad. suppletum recepit Steph. Quum Patroclus reliqua Achillis arma indueret, hastam solam *onerosam gravemque*

Peliacam (*Ovid.* Met. XIII. 108.) reliquit. ιλ. π. 140. Hinc Hector, Patroclo interfecto, dixisse fingitur: Lacertorum horum imbecillitas damno me mactavit; non omnia enim, quae petebam, attulisti spolia. Respondet Patroclus: Hoc ipsum tibi profuit; Pelias cuspis te peremisset. — V. 4 – 6. in antiquis edd. item desiderati ex marg. ed. Wechel. una cum *Arsenii* disticho in textum recepti sunt.

IX. Vat. C. p. 439. Plan. p. 7. St. 13. W. — V. 1. Ἴλιος ὀφρυόεσσα ex ιλ. χ. 411. plurimi sumserunt, quorum loca larga manu dedit *Wetsten.* ad Lucam IV. 28.

§. 144.] X. Vat. C. p. 438. Plan. p. 8. St. 13. W. Helenus, vates, cum Achillem arma induentem videt, patriae interitum vaticinatur. — V. 1. Ἀθήνη. Quod ap. Homerum Thetis fecisse dicitur, Helenus Minervae, totius belli causae, tribuit. — V. 2. ῥήγιον. Vat. C. Vulgo in fine interrogandi nota ponitur. At non dubitanter loquitur Helenus, cujus nomen in lemmate legitur in Ed. Flor. pr. Aldin. 1. Ed. Nic. Sab. In reliquis Aldin. Ἕκτωρ, quod etiam Lect. Ald. 1. exhibent. — V. 4. ὄσσοντ' ἂν Vat. C. et in marg. ὡς.

XI. Planud. p. 8. St. 14. W. ιλ. χ. 369. ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν, Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος· οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη. — V. 2. λέοντος. Quis non meminerit fabulae de leone aetate confecto, quam spectat etiam *Ovid.* in Ibid. 29. *At tibi, calcasti qui me, violente, jacentem.*

XII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 7. St. 13. W. Pyrrhum, Calchantis hortatu, Trojam fuisse arcessitum, qui urbem expugnaret, vulgata est fabula. Vide *Quint. Smyrn.* VI. 57. coll. Od. λ. 507. — V. 4. Πρίαμον. Nam senem Priamum ad Jovis aram obtruncavit Pyrrhus. Cf. not. ad *Tzetz.* Posthom. v. 732. p. 171. — V. 7.

Vulgatum ἰνίοισι in ἐνίοισι mutaverunt *Brodaeus* et *Jos. Scaliger*. Conjecturam membranae firmarunt.

XIII. Vat. C. p. 437. sq. Plan. p. 7. St. 13. W. Deïdamia de filii fortitudine gloriatur. — V. 2. ὑμετέρου, *tui*, ut passim. Vide ad Aurig. Stat. XXIII. — Ἀχιλλέως Vat. C. — ¶. 145.] V. 5. δεκέτηρος. Similiter de Graecorum insidiis *Virgil.* II. Aen. 196. *captique dolis lacrymisque coactis, Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles, Non anni domuere decem, non mille carinae.* — V. 6. πάντεσιν. Vulgo.

XIV. Vat. C. p. 439. Plan. p. 62. St. 90. W. Spectatur his versibus fabula, quam *Euripides* tractavit in Helena sua. Eidothea, Protei filia, eadem est, quam Tragicus Theonoen appellat, cujusque ope Helena tyranni Aegyptii manibus erepta et Menelao reddita est. Cf. *Musgrav.* ad *Eurip.* Helen. v. 11. — V. 1. γενέθλης vulgo, quod et ipsum probum est. *Coluthus* v. 246. Ἰλήκοις, Διώνυσος, καὶ εἰ Διὸς ἔπλεο γενέθλης. ubi vid. *Lennep.* γενέθλη habet Vat. C. — V. 2. ἄγαλμα de formosis corporibus illustravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 12. sq. — In fin. vs. δὲ ex cl. editoris emendatione est. Vulgo enim γὰρ legitur. δ' ἄρ emendavit *Casaub.* in not. mst. — ἀπρεπέως ἐπόχθη. Sensus videtur esse: Dubitari nequit, Graecos cum Trojanis de tanta tua pulchritudine per decem annos bellum gessisse. Obversabatur versificatori locus Homericus ιλ. γ. 156.

XV. Vat. C. p. 442. Plan. p. 25. St. 38. W. — V. 2. δολοφρονέουσι γυναιξί. Vat. C. quod vulgatae praetulerim. In his quoque *Homeri* imitatio. Od. λ. 455. Agamemnon ad Ulyssem: ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν. ubi vide *Clark.*

XVI. Vat. C. p. 376. Plan. p. 40. St. 58. W. Conf. *Aeschyl.* Eumen. 593. Choëph. 886. — V. 2. Vulgo et in membr. legitur γαστὴρ ἢ σ' ἐλ. In edit. Nicol. Sab. γαστὴρ ἥ σ'. *Jos. Scaliger* in not. mst. ἡ γαστὴρ

σ' ἐλ. tentabat; quod haud ſcio an praeferendum ſit. Sed fortaſſe fuit: γάστρης, ἢ σ'. ubi facillime ſyllaba ης perire poterat. De hac forma vide *Gottleb.* ad *Thucyd.* I. 50.

XVII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 87. St. 128. W. Ducta ſunt haec ex Odyſſ. λ. 472.

Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
σχέτλιε, τίπτ' ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον;
πῶς ἔτλης ἄϊδόσδε κατελθέμεν, ἔνθα τε νεκροὶ
ἀφραδέες ναίουσι, βροτῶν εἴδωλα καμόντων;

¶. 146.] V. 5. δόλων ἀκόρητος. Comparavit haec *Burmann* ad *Propert.* L. III. El. V. 57. *Paulatim ſociûm iacturam flevit Ulyſſes, In mare cui ſoliti non valuere doli. Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno.*

XVIII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 88. St. 129. W. Ultimus verſus eſt ex Od. IX. 34. Vulgo γ' ἧς, etiam ap. *Homerum*, unde nonnulli γῆς πατρίδος fecerunt. In membr. Vat. γ' deeſt. *Julian.* Epiſt. I. p. 373. B. Ὀδυσσεία δὲ τὴν σοφὸν νῆσον οἰκοῦντα μικρὰν ὁμοῦ καὶ τραχεῖαν· καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ τὴν Ἰθάκην; οὔτε Καλυψὼ πέπεικεν, οὔτε φύσεως ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολή, τὸ μὴ τὴν Ἰθάκην ἀντὶ τούτων αἱρεῖσθαι.

XIX. Vat. C. p. 437. Plan. p. 91. St. 133. W. Ap. *Syneſium* in Dion. p. 59. B. Homerus Apollinis carmina literis conſignaſſe dicitur. *Philoſtrat.* in Heroic. c. XVIII. p. 726. ὅθεν τὸ ὑπὸ ἐνίων λεγόμενον, ὡς Ἀπόλλων αὐτὰ ποιήσας τὸν Ὅμηρον ἐπέγραψε τῇ ποιήσει, σφόδρα μοι δοκεῖ ἐῤῥῶσθαι.

XX. Vat. C. p. 376. Plan. p. 46. St. 67. W. ubi hoc diſtichon junctim legitur cum vſſ. *Neſtoris Larandenſis* in eundem draconem, T. II. p. 344. ubi vide not. T. II. P. III. p. 6. — σβέννυντο δὲ πηγαί. *Antiphil.* Ep. XXXIX. ποῦ τόσον ὕδωρ; τίς φλὸξ ἀενάους ἔσβεσεν αὐλούς; — κεκόνιστο. *Ovidius* III. Amor. VI. 95. de torrente, qui

per aestatem exarescebat: *Aut premis arentem pulverulentus humum.*

XXI. Vat. C. p. 417. Plan. p. 105. St. 155. W. »Lacera haec de Alpheo fragmenta e longiori poëmate »decerpta sunt, facto in Pisatarum contra Eleos pu»gnam, in ipsa ludorum celebritate commissam, de »qua Diodor. Sic. ad Ol. CIV. 1. quae nisi sit poëmatis »argumentum, simile aliud proelium respicere videtur, »quo Alpheus ludos agitantium caede cruentatus fuerit. »Lacunarum quae hic visuntur posterior tantum in unico »Ja. Lascaris codice indicata, vacuo relicto spatio; in aliis »continuata versuum scriptura.« *Br.* Partem majoris carminis esse hoc fragmentum, monuit *Huetius* p. 13. nec *Brodaeum* fugit, mutilos esse versus et lacunosos. — V. 1. στεφανηφόρον ὕδωρ. *Moschus* Eid. VII. 1. 'Αλφειὸς — ἔρχεται εἰς 'Αρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ, ἕδνα φέρων. καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα καὶ κόνιν ἱεράν. unde sua derivasse videtur *Nonn.* Dion. XXXVII. p. 928. οἶστρον ἔχων Πισαῖον ἐλαιοκόμου ποταμοῖο — 'Αλφειοῦ δυσέρωτος, ὃς εἰς 'Αρέθουσαν ἱκάνει, Ἄβροχον ἕδνον ἔρωτος ἄγων στεφανηφόρον ὕδωρ. *Silius Ital.* L. XIV. 53. *Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat Alpheon, sacrae portantem signa coronae.* Cf. *Achillem Tat.* L. I. 18. p. 42. — V. 2. Πισαίων. Vulgo. — V. 3. ἐκ δ' εὐπόντων Vat. C. pro ἐπήν. — V. 5. ἐὰν est in Ed. Flor. pr. et Ald. pr. Reliquae ἑών. ἐὰν revocavit jam *Huetius* p. 13. *Musaeus* de Leandro v. 255. αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος νηῦς. — V. 6. ὑγρὸς οἰκέτης Vat. C. *Musae.* v. 207. καὶ κατὰ νύκτα φερεύμενος ὑγρὸς ἀκοίτης Νήξομαι. Etiam sequentia multum habent similitudinis cum versibus *Musaei.* Hero enim, cum Leander ex undis enatasset, νυμφίον ἀσθμαίνοντα περιπτύξασα σιωπῇ 'Αφροκόμους ῥαθάμιγγας ἔτι στάζοντα θαλάσσης Ἤγαγε .... καὶ χρόα πάντα καθῆρε — καὶ ἀλίπνοον ἔσβεσεν ὀδμήν, Εἰσέτι δ' ἀσθμαίνοντα βαθυστρώτοις ἐνὶ λέκτροις Νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα φιλήνορας ἴαχε μύθους. ¶. 147.] V. 8.

ἀποτμήξασα. Vat. C. Odyss. Z. 226. ἐσμηχεν ἁλὸς χνόον ἐπρυγέτοιο. Quae Homerus ἁλὸς χνόον appellavit, nostro sunt ἄνθεα πικρὰ θαλάσσης. Nihil omnino marini salis traxisse Alpheum, auctor est *Statius* I. Sylv. II. 203. *tumidae sic transfuga Pisae Amnis in externos longe flammatus amores, Flumina demerso trahit intemerata canali, Donec Sicanios tandem prolatus anhelo Ore bibat fontes: miratur dulcia Naïs Oscula, nec credit pelago venisse maritum.* Quo loco vehementer suspicor, non *tumidae Pisae*, sed *unctae* a *Statio* scriptum esse. *Uncta* dicitur *Pisa* eadem ratione, qua *Horatius* Achivos appellat *unctos* II. Epist. I. 33. et *Theocrit.* λιπαρὰν παλαίστραν Eid. II. 51. Diverso sensu *uncta Corinthus* est ap. *Juvenal.* VIII. Sat. 113. *N. Heinsius* malebat *Eliacae* vel *Eliadis Pisae*, qnod longius a vulgata abest, nec per se valde commendabile videtur. — V. 10. ἰδίῃ δαιμῷ. Cf. ad *Paul. Silent.* Ep. VII. 17. — V. 12. Postquam Alphei fons (pugna forte ad ejus ripas exorta) sanguinolentis guttis infectus esset, prae tristitia et pudore desiderium Syracusanae conjugis in ipsius animo fere exstinctum est nec mare et torum polluere voluit. — V. 14. „ἀνέκοπτες. *inbibebas aquam.* ut *inbibere remos.* Verbum „est nauticae rei proprium.“ *Br.* πεπιεσμένον, aqua imminuta, in arctum contracta. In fontem, qui, sanguine infectus, prae pudore exaruit, Epigr. est *Apollonidae* XI. et *Antiphanis* Ep. VII. — V. 15. καὶ πόνον. Vat. C. „μιῆναι. Inepte vulgo μιγῆναι.“ *Br.* Cum vulgatis edd. conspirat Vat. C. — V. 16. Saepe cum fluvius, Arethusae desiderio incensus, iter in Siciliam instituisset, conspecto puro Arethusae fonte, sese cohibuit. αὐτὴν vix vim habet h. l. Quare legerim:

ἄντην ἐς φιλότητα χυτῆς ἀλόχοιο περήσας.

in conjugis adspectum ad dulces amplexus properans. — ἄχραντον Ἀρεθούσιον ὕδωρ. *Seneca* Consol. ad Marc. c. 17. *Videbis celebratissimum carminibus fontem Arethusam, ni-*

nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem. *Lucian.* Dial. Mar. III. 2. οἶδα οὐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφειέ, τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν, ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον. ubi conf. *T. Hemsterh.* — V. 20. δάκρυσι κυμαίνοντα, non, ut olim, puras aquas, sed lacrymis commistas volventem. — V. 21. ἀδειδεῖς. Vat. C. vitiose. — V. 22. καὶ δρόσος. De Arethusae dolore accipiendum, quae intus, ut ros in rosis, contabuit. Similis est comparatio ap. *Apollon. Rhod.* III. 1018. de Medea; ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω Τηκομένη, οἷόν τε περὶ ῥοδέεσσιν ἐέρση Τήκεται ἠώοισιν ἰαινομένη φαέεσσιν. — V. 23. προσεπιμαίρεται. Vat. C. — V. 24. ἔλαθεν πανδερκέα. Vulg. et in Vat. C. quod quibus de causis mutaverit cl. editor, non indicavit. Νέμεσις πανδερκὴς est ap. *Orpheum* in Hymn. LX. 2. Cf. *Pierson.* Verisim. p. 44. πάντα ὁρᾶν dicitur Δίκη ap. *Plutarch.* T. II. p. 1124. F. et passim. Vid. *Fiorillo* ad Inscr. Triop. p. 53. sq. — V. 25. ἀγάμων τε, Vulgo et in membr. ἄγαμον emendavit *Jos. Scalig.* in not. mst. Intelliguntur juvenes innupti, quos hostilis manus *metendo stravit*, ut *Horat.* loquitur IV. Od. XIV. 31. ubi vide cl. *Mitscherl.* et *Valcken.* in Diatr. p. 225. Plurimum huc facit *Euripid.* in Eurysth. II. πάντας δ' ἐξεθέρισεν, ὡς στάχυν πύριμον, Σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου. — V. 26. μινυώριοι. quorum filii immatura morte perierant. μινυνθαδίους vocat *Homerus.* μινυώριος. — ὀλιγοχρόνιος. *Hesych.* μινύωρος est ap. *Philetam* Ep. II.

XXII. Vat. C. p. 628. »Oraculum hoc ap. Herodotum legitur, p. 478. ed. Wessel. Oracula, quae passim ap. Scriptores leguntur versibus expressa, collegit olim Io. Opsopoeus, quae si quis emendatiora edere aggrederetur, is utilem, meo judicio, et antiquitatis studiosis non ingratam susciperet operam.« *Br.* Redditum est hoc oraculum Glauco, Epicydis filio, Spartano,

quaerenti, num ipsi liceret pecuniam, quam Milesius quidam hospes apud eum deposuerat, defuncti hospitis liberis denegare. Respexit ad illud *Pausan.* II. 18. p. 242. ed. *Facii*, ubi ex Cod. Vindob. emendatum: ἡνίκα ἡ Πυθία, Γλαύκου τοῦ Ἐπικύδους Σπαρτιάτου βουλεύσαντος ἐπίορκα ὀμόσαι, καὶ τοῦδε εἶπεν ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην. Partem ejus excitat *Eustath.* ad ιλ. γ. p. 414. fin. — V. 3. laudat *Dio Chrys.* Or. LXXIV. T. II. p. 400. et *Schol. Juvenal.* ad Sat. XIII. 199.

Spartano cuidam respondit Pythia vates:
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, et fraudem jure tueri
Jurando: quaerebat enim, quae Numinis esset
Mens, et an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddit ergo metu, non meritis, et tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, veramque probavit,
Extinctus tota pariter cum prole domoque,
Et, quamvis longa deductis gente, propinquis.

— V. 4. Ὅρκου παῖς. Excitavit h. l. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 18. simul cum *Philon.* de Mose L. I. p. 96. ἡ γὰρ κόλασις ἑπομένη κατ' ἴχνος, μελλόντων μὲν ἐβράδυνε, πρὸς δὲ ἀδικήματα θέοντας ἐπιδραμοῦσα κατελάμβανε. — ¶. 148.] V. 7. Ductus vers. ex *Hesiodi* Ε. καὶ Η. 285. ubi etiam praecedentes versus comparandi sunt.

XXIII. Vat. C. p. 472. Plan. p. 364. St. 503. W. Prior versus passim laudatur. Ap. *Servium* ad Aen. III. 700. ἀκίνητος παραμενέτω exhibetur. Quo sensu dicatur *movere Camarinam*, explicuit *Erasmus* I. Cent. 64. et *Schottus* ad *Zenob.* V. Cent. 18.

XXIV. Vat. C. p. 448. Plan. p. 97. St. 143. W. Plenae sunt historiae veteres narrationum de simulacris sudantibus. Vide *Freinsh.* ad *Flor.* II. 8. 3. *Fabric.* ad *Dion. Cass.* XLVIII. p. 565. 272.

XXV. Vat. C. p. 505. Plan. p. 12. St. 21. W. Conf. *Erasm.* Adag. VII. Cent. 6. *Zenob.* V. 77. *Diogen.* VII. 86. in his *πολλοί τοι* legitur, ut eſt in membr. Vat. Ap. *Platon.* in Phaed. p. 69. C. *Εἰσὶ γὰρ δή, φασίν, οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ γε* (l. *τε*) *παῦροι.* *Syneſ.* Dion. p. 46. B. Ad hanc paroemiam reſpexiſſe videtur *Themiſt.* Or. XXI. p. 254. B. et Pythia in oraculo ap. *Stephan. Byz.* v. Θριαί· Πολλοὶ *θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.*

XXVI. Vat. C. p. 494. *Palladae* hunc verſum tribuit, perperam. Laudatur apud antiquiores ſcriptores, quos vide ap. *Schott.* ad *Zenob.* V. 71. p. 141. Adde *Athenaeum* L. XI. p. 478. E. *πολλὰ μεταξὺ πέλει κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου.* Tanquam *Homeri* eum profert *Stobae.* Floril. CX. p. 580. 4. Cf. *Erasm.*, in Adagio: *Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.*

XXVII. Vat. C. p. 436. ubi ſic exhibetur:

— *ἢ ῥ' ἔχομέν τι;*

ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθα, ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

et ſic fere eſt in Plan. p. 91. St. 133. W. In Vita Homeri ap. *Herodot.* p. 760. nonniſi poſterior verſus, et quidem ſic, ut ap. *Br.*, legitur. In Certam. Homeri et Heſiodi p. 497. ed. Lipſ. verſus prior habetur. In Vita Homeri *Plutarcho* tributa: *Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες, ἦ ῥ' ἔχετ' ἰχθῦς;*

XXVIII. Vat. C. p. 422. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 798. p. 173. In Jenſ. nr. 147. — V. 1. *προχοούσῃ.* Vat. C. Librarius voluit *προὐχούσῃ*, ut eſt ap. *Homer.* Od. ω. 82. *προεχούσῃ* eſt in Ap. Guy. — V. 2. ex Ιλ. β. 514. — T. 149.] V. 3. *ἀφ' ἑστήκει.* Vat. C. *ἐφειστήκει* eſt in Ιλ. Z. 373. — V. 4. Odyſſ. τ. 34. — V. 5. Pro *ὀϊομένη* *Reisk.* *ἐφιεμένη.* Male. Cf. Od. β. 350. ubi *ὀϊομένη* explicatur per *νομίζουσα, ἐλπίζουσα.* — V. 6. *ἐκπεράασκε.* Vat. C. Noſtrum eſt in marg. Ap. Guy. *Reiskius* dedit *ἐκπεράασκεν.* — Verſus ductus ex Od. ψ. 275. ubi diverſus

est exitus. Cf. Od. ι. 323. — V. 7. ex Ιλ. κ. 83. ubi vulgo ἐρφναίην habetur. In Schol. ἀμβροσίην ut diversa lectio notatur. — V. 8. ex Odyss. ι. 402. — V. 9. ex Od. ξ. 93. ubi tamen non ἐκγεγάασιν, sed ἐκ Διός εἰσιν legitur. — V. 10. ex Ιλ. χ. 128. — V. 11. ex Ιλ. ξ. 296. — V. 12. ex Ιλ. β. 836.

XXIX. Vat. C. p. 422. sq. Plan. p. 50. St. 73. W. Etiam hoc carmen ex Homericis versibus compositum est. — V. 1. ex Ιλ. β. 110. et passim. — V. 2. ex Ιλ. κ. 534. In membr. Vat. post ἔτυμον superscriptum τι. — δέ με. Ibid. et in Plan. — V. 3. ex Od. ι. 238. νήεου in ἄγρου mutato. — V. 4. ex Od. μ. 449. — V. 5. Priora verba sunt ex Od. κ. 228. posteriora ex Od. μ. 249. δὲ φθέγγοντο. Vat. C. et ap. Homer. — V. 6. ex Od. ι. 496. — In membr. est τοῦ καὶ — ἀκούεις. In Plan. εἰ δὴ φ. τε καὶ α. ἀκούσοι. — V. 7. ex Od. μ. 453. — V. 8. ex Ιλ. κ. 432. paucis immutatis. διεξέρχεσθαι. Vat. C. — V. 9. ex Od. τ. 478. ubi est ἡ δ' οὔτ' ἀθρῆσαι δύνατ' ἀντίη, οὔτε νοῆσαι. — V. 10. ex Ιλ. ω. 250. Idem de Echo laudat *Archias* Ep. XIV. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων ἄπιθι. Homericum versum passim expresserunt veteres. Cf. *Abresch.* Lectt. Aristaen. p. 312.

XXX. Vat. C. p. 419. Plan. p. 118. St. 171. W. Tanquam ineditos profert hos versus *Villoisonus* ex Cod. Macarii in Anecd. T. II. p. 78. Latinis numeris expressi leguntur ap. *Hygin.* Fab. CCXXI. unde eos *Burmannus* recepit in Anth. Lat. T. I. p. 571. CIX. Similiter apophthegmata septem Sapientium versibus inclusit *Auson.* p. 270. ed. *Toll.* et p. 292. sq. — V. 3. Χείλων emend. *Jos. Scalig.* in not. mst. quae scriptura nominis etiam *Menagio* verior videbatur ad *Diogen. Laërt.* L. I. 68. p. 40. — γνῶθι σαυτόν. Vat. C. — ¶. 150.] V. 4. ἄγαν, Vat. C. Ibid. Μιτυλήνης. — V. 7. τοὺς πλ. δὲ κακοὺς Βίας κ. *Villois.* — V. 8. ἐγγ. φεύγειν Θαλῆς ὁ Μ. ἡ. *Villois.*

XXXI. Vat. C. p. 543. Plan. p. 130. St. 188. W. — V. 2. Similiter *Epiphanius* L. II. T. I. haeres. 58. 3. de eu-

nuchis: οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσί, διὰ τὸ ἐκτετμημένον, οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν. Excitavit hos verſus et cum ſimilibus comparavit *Gataker.* ad *M. Anton.* p. 89. E. F.

XXXII. Vat. C. p. 376. Plan. p. 64. St. 92. W. Morem Gallorum, *quos naſcentes explorat gurgite Rhenus* (*Claudian.* II. Rufin. 112.), plures commemorarunt; nec uni populo proprius fuiſſe videtur. Vide *La Cerd.* ad *Virgil.* Aen. IX. 603. Diſerte de eo *Julian.* II. Or. p. 81. D. ὑπάρχειν δέ φασι καὶ Κελτοῖς ποταμὸν ἀδέκαστον κριτὴν τῶν ἐκγόνων, καὶ οὐ πείθουσιν αὐτὸν οὔτε αἱ μητέρες ὀδυρόμεναι συγκαλύπτειν αὐτὰ καὶ ἀποκρύπτειν τὴν ἁμαρτάδα, οὔτε οἱ πατέρες ὑπὲρ τῶν ἐκγόνων καὶ τῶν γαμετῶν ἐπὶ τῇ κρίσει δειμαίνοντες. Idem in Epiſt. ad Maxim. Philoſ. XVI. p. 383. D. οὐδὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κελτούς, ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν ὑποβρύχια ταῖς δίναις πέμπει, καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων· ὅσα δ' ἂν ἐπιγνῷ καθαροῦ σπέρματος, ὑπεράνω τοῦ ὕδατος αἰωρεῖ, καὶ τῇ μητρὶ τρεμούσῃ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν. Attigit noſtros verſus *Io. Bapt. Pius* in Annot. Poſter. Syll. III. c. 23. Lamp. Crit. T. I. p. 420. — V. 1. ζηλήμονι. Epitheton hominum ad fluvium videtur eſſe translatum; omnis enim ille mos e ζηλοτυπίᾳ Gallorum ortus videtur. — V. 2. ταλαντεύουσι. explorant liberorum genuinam originem. *Theophyl. Simoc.* Epiſt. X. ὁ χρυσὸς — τῷ Κελτικῷ ποταμῷ ἐστιν ἐφάμιλλος· ἐκεῖθεν γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχός ἐστιν ἀληθέστατος. — V. 4. ὀλισθήσῃ Vat. C. et διὰ λύπων a pr. manu. *Antip. Theſſal.* Ep. XLVIII. οἱ δ' ἐπὶ γαῖαν ὤλισθον κοίλην ἄρσενες ἐκ λαγόνων. *Oppian.* Hal. I. 737. τόφρα παῖδας ἐνὶ λαγόνεσσιν ἔδεκτο — αὐτὴν ὁδόν, ἔνθεν ὄλισθον γεινόμενοι. — V. 5. νηπίαχον. Vat. C. — προχύν legitur in Lect. Ald. 1. unde in plures edd. manavit. — V. 6. αὐτὸς eſt paterfamilias, herus; ut ap. *Theocr.* Eid. XXIV. 50. ἄνστατε δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀΰτει. Cf. *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. II. Miscell. Obſſ. T. I. P. II. p. 109. Lect. Ariſtaen. p. 207.

suspicatur, eum a Jove in coelum esse sublatum, simul timens, ne aquilae ungues eum laeserint. — V. 1. ἀρ' ἀγ' Vat. C. — V. 2. „ἀθανάτοις in cod. omissum supplevit cl. Toup Indice Epist. crit. (p. 95. ed. Lips.) Hoc „nihil verisimilius. Salmasius conjiciebat Ἰδαῖος vel ἀμ„βροσίαν, non ἀμβρόσιος, ut male refert ad Charit. p. 25. „Orvillius, cujus commento οἰνοχόος longe praeferenda „erat Salmasii conjectura ἀμβροσίαν. Sappho ap. Athenae„um: κῆτ' ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο, Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ὄλ„πιν θεοῖς ὠνοχόησεν." *Br.* — V. 3. Junge περιστιάξας αὐτῷ πτερὰ πυκνά. *Homer.* Ιλ. λ. 454. οἰωνοὶ ὠμησταὶ ἐρύουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Ep. Incert. CCCXCVII. περὶ δὲ πτερὰ πυκνὰ βαλοῦσα. *Meleager* Ep. XL. καὶ δὴ βαλὼν πτέρυγας. Cf. *Toup.* Ep. crit. p. 95. et *Schneider.* Per. crit. p. 43. — V. 4. „μήπου. Subaudi ὅρα vel „δείδω." *Br.* In priscis operibus aquila Ganymedem ita ferens repraesentatur, ut pueri femora leniter tangat unguibus. Vide *Principales Figures de la Mythol.* Livraif. III. Pl. XXXI. ubi ejusmodi gemma exhibetur elegantissima. *Martial.* I. Ep. VII. *Aetherias aquila puerum portante per auras, Illaesum timidis unguibus haesit onus.* — ἔχει Vat. C. *Toup.* ἔξω. ἔχῃ est in Ap. Lips.

VII. Vat. C. p. 578. Scriptum est hoc carmen in puerum eximiae pulchritudinis et propterea a multis expetitum. Jam poëta Amorum facit judicium, num quisquam sit mortalium puero dignior quam ipse. Se eum igitur nonnisi Diis et Jovi concessurum esse. — Vehementer suspicor, *Meleagri* hoc Epigramma esse, cujus mihi ingenium agnoscere videor. Etiam nomen pueri hanc suspicionem firmat. Plura sunt inter *Meleagri* Epigrammata in Dorotheum. Cf. Ep. V. et XIV. — V. 2. ἀθανάτων. Jovem solum designat, ut ex proximis patet. Hunc poëtarum usum, apud Tragicos praesertim frequenter obvium, illustravit *Valcken.* ad Phoen. 978. *Brunk.* ad *Eurip.* Bacch. 543. ad *Sophocl.* Oedip. T. 366. Antig. 565. et alii. —

V.

V. 3. εἰ δέ τι. Vat. C. — V. 4. μάταια Vir Doct. not. in marg. Apogr. Lennep. — V. 5. φονεῖ. Vat. C. — V. 6. „In „cod. scriptum: ἀλλ' ἀποχωρεῖ, μεῖν' ἔτι. Perperam. Sensus „est: Sed abscedit a me Dorotheus. Subsiste. Quid? tune „adeo stultus, ut, qui pulcher es, pulchrum alium quaeras? „tute lepus es, et pulpamentum quaeris? Sic Salmasius." Br. Haec *Salmasius* valde pro lubitu posuisse videtur; parum enim cum praecedentibus cohaerent, nec apparet, quem poëta alloquatur. Unde autem noverit *Salmasius*, illum, qui hoc carmen composuit, sive *Meleager* fuerit, sive alius quisquam, pulchrum fuisse, ipse dixerit. In membr. legitur praeterea μάταια, et in Apogr. Lennep. et Lips. ματαιοφόρει. Fortasse vitium est in καὶ σύ. Mihi in mentem venit:

ἀλλ' ἀποχωρεῖ·

μηκέτι πρὸς τὸ καλόν, θυμέ, μάταια φέρου.

Amores quidem litem secundum me judicant; ille nihilominus ad alium transit. Jam se indignabundus ad animum suum convertit: Ne tu te iterum ad pulchros convertas, pulchris inhaereas, unde te nihil nisi cruciatus manent. — Fac, in Cod. scriptum fuisse θυμέ, quam facile, syllaba superscripta forte omissa, θυ in σύ abire potuit! — θυμὸν suum alloquitur *Meleager* Ep. LVI. 3. *Bion.* Ep. III. *Archiloch.* Fr. XIV. Cf. *Rittersh.* ad *Oppian.* I. Cyneg. 367. — φέρεσθαι ex cod. servavi. Sic sensus postulabat, ut causa hortationis verbo indicaretur.

VIII. Vat. C. p. 581. sq. Edidit *Klotz.* in Mus. Strat. p. 72. nr. 43. Amorem poëta increpat, quod eum nunquam non novis puerorum amoribus irretiat. — V. 1. πλήμων Apogr. nonnulla. — ἐμοῦ. Vat. C. — V. 2. ἐνιπύει στ. κέρατος. Vat. C. et *Klotz.* In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. notatum ἐνιπύεις παρὰ χεῖρ κέρατος. Quanto elegantior Brunckiana lectio, in quam etiam *Corn. de Pauw* incidit. Amor fulmina quatiens passim obvius. Vide *Meleagr.* XXIII. XXXVIII. LXXVI. ἀστράπτον κεῦμα ductum ex *Callim.* Ep. IX. νῦν δ' ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί. —

V. 5. „οὐ μούνοις δ' ἐπὶ τοῖςδε, minus concinne. At pes„sime habitus ult. vers. in quo sine sensu legitur ὄμμασι „πουλυμανῆ. Salm. emendabat: ἀλλ' ἀπὸ πάντων ὄμμασι „πουλυπαγῆ καιθὴν ἐφελκόμεθα. Minori mutatione et me„liori, ut mihi videtur, sensu locum restitui, pro ὄμμασι „reponendo κάλλει. Paulo Silentiario aut illius aeta„tis poetastro dignum est hoc carmen. Collectio illa „Epigrammatum, cui titulus Στράτωνος Μοῦσα παιδική, non „talis ad nos pervenit, qualis ab eo concinnata est; sed „ab interpolatoribus multa detracta, in quorum locum „pejora reposita. Stratonis meminit Diog. Laërt. V. 61. „ubi vid. Menagius. Ergo Severo antiquior est." *Br.* Cl. editoris conjecturae favet *Xenophon* in Sympos. I. 9. p. 116. ed. *Bach.* quem exscripsit *Athen.* L. IV. p. 188. Ὥσπερ γὰρ ὅταν φέγγος ἐν νυκτὶ φανῇ, πάντων προςάγεται τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων ἐφέλκεται ὄψεις ἐφ' ἑαυτό. Nondum tamen mihi persuadere possum, librarios tam oscitanter hic versatos esse, ut ὄμμασι scriberent, ubi κάλλει scribendum esset. Quare vide, annon minori mutatione, una litera deleta, scribi possit:

ἀλλ' ἀπὸ πάντων
ἄρκυσι πουλυπαγῆ καιθὴν ἐφελκόμεθα.

oculi nostri omnium, quotquot sunt, puerorum illecebris tanquam retibus capiuntur. Sosipater (Dioscorides) Ep. III. puellae, quam deperit, veneres δίκτυα appellat καὶ παγίδας. Ipsos oculos, pulchritudinem captantes, δίκτυα vocat *Philostratus* Epist. L. p. 938. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. IV. T. I. P. I. p. 19. Veneri retia tribuit *Ariphron Sicyon.* Scol. p. 159. εἰ τις χάρις πόθων, οὓς κρυφίοις Ἀφροδίτης ἄρκυσι θηρεύομεν.

IX. Vat. C. p. 584. Edidit *Schneider.* in Per. crit. p. 92. annexis quatuor versibus, qui *Stratonis* sunt Ep. LXXVII. 5 – 8. Poëta, diu ab amore alienus, tandem ejus laqueis irretitus Sapientiae renuntiat. Cf.

Meleagr. Ep. XXXVI. et LVI. — V. 1. μηδ' ἴνας. fortiter negat. Vide ad *Callim.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 272. Haereo in μηδ' et οὐδὲ sic cumulatis. Num in οὐδὲ latet οἶδα? In membr. οὐδ' ἔμαθον παρ. — V. 2. θερμόν. Vat. C. ἄρσενα θρεμὸν dictum, ut ἀρσενικὸν κνῶμα in praecedenti Epigr. θερμὸς autem, ut Latinorum *foedus*, de amore frequentur obvium. Cf. *Lennep.* ad *Coluthum* p. 103. et *Heinrich.* ad *Musae.* p. 91. — Ejusmodi puerilem amorem non didicerat Noster *fovere*, ἐπιμαίνειν, quod verbum cum θεραπεύειν junxit *Plato* Lys. p. 108. D. cum παραθάλπειν *Schol. Pindari* Isthm. V. 15. Cf. *Alberti* Obss. phil. p. 7. *Abresch.* ad *Aesch.* T. II. p. 9. — In θερμὸν incidit *Corn. de Pauw.*, sed hanc lectionem contextui convenire temere dubitans, maluit: ἄρσεν κνισμάτων τῶς μοῦ ὑπὸ κραδίας, quod ipse genuinum et nitidum appellat. — V. 3. Non me pravi pueri amor, sed ingenuus et pudoris plenus oculus in cinerem convertit. ἀνθέμιον βλέμμα habet *Strato* Ep. VI. — De metaphorico usu vocabuli εὐτροφος vide not. ad *Antipatri Sid.* Ep. LXXXIX. et ad Stat. Aurig. Ep. XXXV. T. III. p. 25. et *Schneider.* ad *Anacr.* p. 126. — κατηνθράκωσε. *Hesych.* κατηνθρακῶσαι. κατακαῦσαι. κατοπτῆσαι. ubi *Alberti* nostri carminis memor fuit. Vide ad Ep. ἀδέσπ. III. 2. — V. 5. Color, ut in *Posidippi* Ep. XI. στήκεθι Ζήνων ὁ σοφὸς κύκνος, ἄ τε Κλεάνθους Μοῦσα· μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως. — V. 6. γλυκερῆς ὀδύνης. Notum oxymoron. πικρῆς ἄλκος ὀδύνης. *Evenus* Ep. VI. τραῦμα θερμόν τε καὶ γλυκύ. *Chariton* L. IV. p. 65. ubi *Dorvillius* quaedam notavit p. 371.

§. 153.] X. Vat. Cod. p. 582. „Edidit Dorvillius ad Charitonem p. 709. et post eum, minus tamen accurate, doctus Hesychii sospitator T. II. col. 972." *Br.* Duorum puerorum amore incensus poëta, utrum potissimum sequatur, dubitat, et se, in duas partes divisum, utrique vult tribui. — V. 1. κατανυγίζοντες, ve-

vehementer in me irruentes. *Hippocr.* de Mul. L. II. ἢν ὀδύναι κατασγίζωσιν ἐξαπιναῖαι. Vide *Foesii* Oec. Hipp. p. 313. et *Eustath.* ad *Erotiani* Lex. p. 230. ed. Franz. — V. 3. ημιν σπαργανίζον κλ. δέμενος ηδέ. sic Vat. C. unde in plurimis Apogr. ἢ μὴν et ἢ δέ. — In marg. Guy. et Ruhnk. etiam πάλιν σοι notatur. Similiter *Rhian.* Ep. IV. ἦν δ' ἐπὶ Λεπτίνεω στρέψῃς ὄμμα. — V. 2. Τηλέφου. Subaudi ex praecedd. ἐπὶ, quod h. l. propensionem *versus* aliquam rem indicat. Vide *Locell.* ad *Xenoph. Eph.* p. 206. et *Fischer.* ad *Velleri* Gramm. T. III. P. II. p. 230. — ἐξόπτερος, ardentior oculis. Cf. *Graevii* Lect. Hesiod. IX. p. 555. In marg. Guy. et Ruhnk. Ap. Τηλέφ' ἐπιπεσότερος. — V. 5. τηλέξαντί μου. Vat. C. quod Vir Doct. in marg. Ap. Guy. et R. sic explicat: πάσχω τὴν ἐρωτικὴν ἡδονήν. quo sensu nihil foret ineptius. — πηλέξαντι, μοὶ τ. edidit *Dorvill.* Idemque in mentem venit *Cornel. de Pauw*; nec aliter scripsit Anonymus. ηδέ μοί ἐστι dicunt, cum se quid *cupere* indicant. Exempla dabit *Valcken.* ad *Herodot.* p. 126. et 550. — V. 5. ἐς πλάστιγγα. Ineptum phantasma, sed qualia etiam ap. *Meleagrum* aliosque eroticos invenias. Similis est imago, sed minime reprehendenda, ap. *Lucian.* in Amor. §. 41 T. V. p. 260. ed. Bip. καί μοι γενοῦ δικαστὴς ἴσος — ποτέρους ἀμείνονας ἡγῇ, τοὺς φιλόπαιδας ἢ τοὺς γυναίοις ἀσμενίζοντας· ἐγὼ μὲν γὰρ, ὁ πληγεὶς ἑκατέρῳ, καθάπερ ἀκριβὴς τρυτάνη ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν ἰσοῤῥόπως ταλαντεύομαι.

XI. Vat. C. p. 582. „Edidit ad Poetriarum fra„gmenta Wolfius p. 35. ubi bonam 4. vs. scripturam prava „emendatione corrumpit, pro ἔχοντι reponens ἔχων δέ, et „vertit: *amicas* quidem flectens iras, non vero portas aper„tas habens, quum vertere debuisset: *frustra tentans ini„micas nil habenti fores.* Nihil ibi supra tironis captum. „Protulit etiam ad Hesychium cl. Ruhnkenius T. II. col. „890. — V. 6. in membr. scriptum ἐν τι καθεστάτου, „quae scriptura prae ea, quam secutus sum, nihil ha-

licet. a Br. Schneider. Per. crit. p. 101. Triplicem amorem, quo flagraverit, poëta describit. — V. 2. οἷς δέ με et δὲ με καθεῖ. Vat. C. — V. 3. ἤλγημα bis habetur in Cod. — V. 4. τὰς ἐχθρὰς θύρας. Cf. not. ad Antip. Sidon. II. T. II. P. I. p. 288. Schneider. comparat Marc. Argent. Ep. XV. ἡ μὲν ἔγημε ... — V. 5. ... Vat. C. quod Salmas. emendavit. Color idem ap. Aristaen. II. Ep. XX. p. 104. ... Cf. cl. Doering. ad Catull. LXIII. 65. 66. p. 245. — V. 6. ... Vat. C. τί est in Sched. Tryll. in marg. Apogr. Lennep. ... margi Ap. Guy. et R. Cf. Agath. Ep. VIII. 17. — V. 7. Maximis cruciatibus puer me affecit, unde minimum solidae voluptatis cepi. — Schneiderus, cui ultima carminis verba languere videbantur, dubitanter proponit: καὶ ... Ad ... subaudiendum participium, ut ἔχων, δεχόμενος, vel simile quid; de qua constructione consule Abresch. ad Aristaen. p. 78. sq. — ... autem ita accipio, ut posterius effectum prioris designet: vanas spes ex pueri oculis conceptas.

XII. Vat. C. p. 585. Plan. p. 485. St. 630. W. ubi ... habemus.

XIII. Vat. C. p. 585. Edidit Dan. Heins. ad Horat. p. 32. et Toup. in Cur. nov. p. 173. quem clariss. Editor sequutus est. Cf. Schneider. in Per. crit. p. 21. — V. 1. ... membr. ... legitur in marg. Ap. Guy. et R. cum interpretatione: Si me amas, si meas partes complectitur. Comparat Toup. Lucian. in Hermot. §. 30. T. I. p. 770. ... — V. 2. ... Vat. C. καὶ sic emendavit Salm. Apud Heinsium est ... perperam. Nota est bene ominandi formula εἰς ...

γας. sive ἄρας ἴκάνω, quam fuse illustravit *Casaubon.* ad *Athen.* II. p. 112. Cf. *Valcken.* ad *Theocr.* Adon. p. 370. — V. 3. excitat *Wetsten.* ad Nov. Test. T. II. p. 276. μέγαν ζηλον, *hesterna* myrti *corona*, quae cum ceteris convivii reliquiis, ταῖς συψήλαις, everritur. ζάλον optime illustravit *Schneiderus* l. c. *Aristaen.* II. Ep. VII. p. 83. φαύσματα μὲν γὰρ ζηλα τὰ τῶν γυναικῶν. *Themistius* Or. p. 205. B. παραδείγματα ζηλα καὶ λίαν ἀρχαῖα — Primus igitur flos pulchritudinis Dionysii jam evanuisse putandus est; quare etiam v. 2. Gratias rogat poëta, ut eum αὖτις εἰς ἄρα ducere velint. — V. 3. genuinam Vat. C. lectionem exhibet *Salmas.* in Plin. p. 674. E. Vitiose Ap. Lips. ἐῤῥίφη. Vitiosius *D. Heins.* ἔῤῥιφ' ἐπί. — „Hoc carmen in cod. praecedit *Dionysii* Ep. IV. in cujus „ult. vers. post Γουρίωνι scribendum esse monui καὶ αὖ ἀρὲξ „φορέμενος κεφάλη. Ex uno carmine in alterum ab oscitante li„brario translata haec vox: nam hic pro φορούμενον, quod e „Salmasii emendatione est, in cod. scriptum φυόμενον." *Br.*

§. 154.] *XIV.* Vat. Cod. p. 589. Edidit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 72. *Meleagri* esse hoc Epigramma, probabiliter suspicatur *Corn. de Pauw.* Optimae certe aetatis poëta dignum. — V. 1. 2. profert *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 92. — τε post εἶπα non est in membr. In Ap. Guy. et Ruhnk. est εἶπα δέ, et in marg. δή. Ap. Pauw. εἶπέ γε. *Wart.* εἶπέ τε. — V. 3. 4. laudat *Wetsten.* ad Ep. Rom. II. 15. p. 32. Parietibus et arborum corticibus insculpebant nomina eorum, quos deperibant. *Eustath.* II. ξ. p. 490. 11. παλαιὸν ἔθος, καθ' ὃ δένδροις ὅσα καὶ πίναξιν ἐνέβαλλεν οἱ παλαιοὶ τὰ τῶν φιλουμένων ὀνόματα, ὡς εἶπερ Ἔρωτος ἡ Νύμφαι ἱερινὰ τοῦτο ἐποίουν· οἷον, ἡ δεῖνα καλή, ὁ δεῖνα καλός. Plures hunc morem attigerunt, quos vide ap. *Valckenar.* ad *Callim.* Eleg. p. 213. — V. 4. ἴσχεν ἔρως. Non inscriptionibus amorem meum significabam, sed potius in pectore eum tenebam inclusum. Sic haec accepta nihil difficultatis habent; nec erat, cur *Corn. de*

Pamo ἔρως depravatum putaret. — V. 5. δαίμων. *Klotz.* *Amor* videtur intelligendus. — V. 6. „πύτρεπής. repo„fui pro ἐτρεπής, quae est Cod. lectio. In optimo Musae „Stratonis Apogr. ἐγὼ δὲ ὁ λέγων. In Buheriano ἐγὼ δὲ λέ„γων." *Br.* ἐγὼ δ' ὁ λέγων ἐτρεπής. Vat. C. Obversabatur auctori carminis Ep. *Callimachi* II. καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῶε, λίην καλός· εἰ δέ τις οὐχὶ φησίν, ἐπισταίμην μοῦνος ἐγὼ τὰ καλά.

XV. Vat. C. p. 586. Puer cum Amore comparatur pulchritudine, celeritate, spiculorum efficacia. Cf. *Asclep.* Ep. II. III. — ἀμφοτέρων. et Amoris et pueri.

XVI. Vat. C. p. 586. In Arcesilaum, formosum puerum, Amoris victorem. — V. 1. εὐφαμεῖτε. Linguis favere jubet juvenes, quasi sacrae cuidam rei et arcanae admissos. *Imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente. Seneca* de Vit. Be. 26. Fuse hanc et similes formulas explicuit cl. *Mitscherl.* ad *Horat.* III. Carm. I. 2. — „Corruptissime in cod. scri„ptum εὐν. Ἔρωτα λέγει ἀλλά verbum praetextatum, ut „*molere* Latinis." *Br.* Hanc lectionem *Brunckii* ingenio deberi, intelligitur ex ejus notis ad *Aristoph.* Nub. v. 1299. Facit huc *Theocrit.* Eid. IV. 58. τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα. ubi Schol. μύλλει, ἀπὸ τῶν ἀλεθόντων καὶ τῇ μύλῃ τοὺς μύλους ἀθεόντων. Hinc intelligitur etiam, quare Arcesilaus Amorem purpureo fune, ἀφριδόνῳ, ligasse dicatur. Funibus aut loris enim equi asinive molis alligabantur. *Hesych.* μύλλει. λεῖα. Corrige ἀλεῖ. et: μυμεῖ. λεῖα. scribe: μύλλει. ἀλεῖ. A vero aberravit *Toup.* in Emend. in Hesych. P. II. p. 536. — πορφυρέῳ. Ad ornatum videtur spectare hoc epitheton; purpureo tamen colori peculiaris quaedam vis tribuitur in incantamentis, unde ap. *Theocrit.* Eid. II. 2. Simaetha poculum φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ cingit; et infra Ep. CXIII. Iynx Thessalae veneficae describitur: πορφυρέης ἀμνοῦ μαλακῇ τριχὶ μέσσα δεθεῖσα. — Ceterum de v. 1. lectione, quamvis eam a cl. editore et docte et

ingeniose tentatam esse apparet, nondum tamen constat. Fieri enim possit, ut poëta scripserit:

τὸν Ἔρωτ' ἄγει Ἀρκεσίλαος.

Arcesilaus Amorem vinctum et captivum adducit; quod cum v. 2. etiam melius conspirat, quam Brunckiana lectio. Nec hoc parum honorificum de puero, qui, qua violentia Amor in homines uti solet, eadem in Amorem usus esse dicitur. Contigerat enim Arcesilae, quod Daphnis temere professus erat ap. *Theocrit.* Eid. I. 97. τὺ θην τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν; Ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης; Item minatur Amori *Meleager* Ep. LII. χαλκόδετον σφίγξω σοὺς περὶ ποσσὶ πέδην. Ap. *Ausonium* in Amore Cruci affixo v. 65. Heroïdes Amorem in caetum medias traxere catervas — *Devinctum post terga manus, substrictaque plantis Vincula moerentem.* Hinc saepius Amor vinctis manibus repraesentatus est. Cf. ad *Crinagorae* Ep. I. T. I. P. II. p. 377. — Recte autem jungitur ἄγει — δήσας. *Euripid.* Heraclid. 861. δεσμοῖς τε δήσας χεῖρας Εὐρυσθέα κάλλιστον ἥκει τῶν στρατηλατῶν ἄγων. *Meleager* Ep. LVII. καί με πάλιν δήσας τὸν σὸν ἄγεις ἱκέτην. *Mosch.* Eid. I. 24. ἢν τύ γ' ἕλῃς τῆνον, δήσας ἄγε.

XVII. Vat. C. p. 580. Edidit *Klotz.* in Mus. Strat. nr. XLII. Amorem jam exstinctum novas vires sumsisse conqueritur. Simile est Ep. *Meleagri* LXXVIII. et LXXIX. — V. 1. Ἀντίσταται. Margo Ap. Guy. et R. Ibidem v. 2. ψυχῆς tentatur; utrumque perperam. ψυχρὰ τέφρη. cinis jam exstinctus, cui nihil subesse videbatur ignis. — V. 3. δίς με. Vat. C. — V. 4. Plane similiter Ep. ἀδέσπ. XLV. XLVI.

XVIII. Vat. C. p. 594. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 332. Forti animo poëta se amorem, quem non nunc primum expertus sit, laturum esse pollicetur. *Alcaei Messenii* hoc Epigramma esse videtur, cujus est carmen in Nicandrum, puerum, T. I. p. 486. II. — V. 1. Pro θαρσαλέος Vir D. in marg. Ap. Guy. et R. ἀργαλέως tentat;

omnino male. — V. 2. χαλεπῶν. Apogr. Guy. Reisk. Pauw. χαλεπῆς est in membr. — V. 3. „Dorvillius e „cod. dedit βιάς, pro quo sagaciter et vere reposuit βουλὰς Pierson. Verisim. p. 92." *Br.* Non βιάς, sed βιὰς edidit *Dorvill.* quae est depravata membr. lectio. In marg. Guy. βοάς. *pugnas. rixas.* quod nihili est. *Homer.* Od. φ. 283. οὐ γάρ τι πληγέων ἐδαίμων, οὐδὲ βολάων. — V. 5. „καὶ σὺ μέν. Sic recte in Cod. scriptum. In ora Sal„masius adscripsit: *forte* καί σε. quod Dorvillius recepit. „Ne graecum quidem est. Nam τίειν dicitur, *qui poenas* „*das*, τίνεσθαι, *qui poenas exigit.* Haec verbi medii dif„ferentia, optimis et veteribus scriptoribus observata, „recentioribus neglecta quidem saepe, quorum exem„plum nullius est auctoritatis, et ubi quid in codicibus „juxta rectam loquendi normam scriptum reperitur, id „in pejus mutandum non est." *Br.* Excitavit hoc distichon *Albersi* ad *Hesych.* in Ἀδρηστεία. T. I. p. 99. *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 95. qui *Dorvillii* errorem primus aperuit, σύ με sive σύ μέ γε legendum censens: *tu ergo me, o Adrastea, ob pravum consilium puni.* Nemesin cum Adrastea passim conjungi, docuit *Dorvill.* l. c. Cf. *Herder.* in *Zerstreut. Blättern.* T. II. p. 213. *Siebenkees* in Anecdot. p. 64. Ceterum hoc distichon vix bene coit cum praecedentibus, nec intelligitur, cujusnam consilii poenae exigendae sint. Fortasse olim ad aliud quoddam carmen pertinebat.

155.] XIX. Vat. C. p. 574. Edidit *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 23. Hoc quoque carmen *Alcaei* esse videtur, quae etiam *Reiskii* est conjectura in not. mst. Agitur de puero, olim formosissimo, nunc barba et pilis hispido. — V. 1. 2. laudat *Pierson.* ad *Moer.* p. 50. — ἐσβέσθη. οὕτω σου τὸ καλὸν χρόνος ἔσβεσεν. *Rufin.* Ep. VIII. ubi vide not. T. II. P. III. p. 159. Eadem imagine *Meleager* Ep. XLIX. οὐδὲ τηλαυγὲς ἦεν ποτε, νῦν δ' ἤδη δεινὰς, Ἀπολλόδοτος. — V. 2. χαρίτων λοιπὸν οὐδ' ὅσον. Sic

Theocrit. Id. XVI. 97. φαῖς δ' ἔτι μηδ' ὄναρ εἶναι. — V. 3. ὁ ἀθανάτοις. quem non magis deflorescere posse arbitrabantur, quam Deos, Apollinem v. c. aut Bacchum, cui *inconsumta juventas*, *Qui puer aeternus*, *qui formosissimus alto Conspicitur coelo*. *Ovid.* IV. Metam. 17. — V. 4. ἀεὶ τρίχες. Cf. ad *Antomed.* Ep. II. T. II. P. II. p. 128.

XX. Vat. C. p. 574. »Primum distichon protulit »Salmasius ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 343. Caetera »plana sunt. ἐνδύτας hic vocat, quas alibi φθονερὰς τρίχας.« *Br.* *Seravonis* ingenium hoc Epigr. videtur prodere. Ipse puer loquens inducitur. Puerum ipsum poëta sibi finxit ut statuam, in cujus basi forte hi versus legerentur. — V. 1. μὴ δύσῃ δ' ἄ. margo Apogr. Lennep. μὴ ἀδύσης. Ap. Pauw. — V. 2. αὔτως. sic, veste indutum ἀμφὶ μέ. me haud secus ac statuam, veste indutum. — ἀκρολίθου ξοάνου. Statua ἀκρόλιθος non est statua lapidea, quod visum est *Salmasio*; multo minus signum, in summo aedium fastigio collocatum, quae *Trilleri* est sententia in Obss. crit. p. 325. sed potius statua ex ligno, cujus extrema tantum, quae vestis non tegebat, ut caput, pedes manusque, e marmore erant. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 72. *Winkelm.* Hist. Art. p. 15. De eadem re quaedam notavit *Eschenburg* ad *Lessingii* Collect. T. I. p. 39. sq. — Facit huc, quod *Athenaeus* narrat de Nannio meretricula, quam Atheniensium dicacitas προσκήνιον appellaverat, ὅτι πρόσωπόν τε ἀστεῖον εἶχε καὶ ἐχρῆτο χρυσίοις καὶ ἱματίοις πολυτελέσιν· ἐκδῦσα δὲ ἦν αἰσχροτάτη. L. XIII. p. 587. B. — V. 3. δ' post γυμνὴν desideratur in membr. Adscriptum margini Ap. Ruhnk. ubi ad γυμνὴν χλαῖναν haec notantur: τὴν πορνικὴν φυλὴν, γυμνὴν, ἄτριχα. Male. Intellige *concubitum cum nudo puero*. sive simpliciter: *Nudi Antiphili venustatem explorare cupiens*. i. e. γυμνὸν Ἀντίφιλον ἀθρῆσαι ζητῶν. — ἐκδῦσαι. Cf. *Rufin.* Ep. XXXVI. — Postremum versum cum parte praec. laudat *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 48.

XXI. Vat. C. p. 571. Plan. p. 484. St. 629. W. — V. 1. φίλην. Vulgo, quod casto monacho debetur. Verum *Brodaeus* vidit absque codice. Vir Doct. ap. *Huet.* p. 49. transpositis vocabulis φίλην θεοῦ' αἰτ. parum eleganter. — V. 2. αἰτοῦντι om. Vat. C. De verbo αἰτεῖν vide ad *Asclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21.

XXII. Vat. C. p. 577. „Hoc distichon praefixum sequenti in cod. ubi ex duobus unum Epigr. At separanda videntur, quod fuit etiam Orvillii judicium, quem vide ad Chariton. p. 199." *Br.* — V. 1. ἄθρει μοι διὰ παντός. Vat. C. In Ap. Lipf. et Voss. ἄθρει. in marg. ἄγρει. Deinde membr. ὅλαν κατάτηκ' Ἀρίβαζε. Totum versum sic emendavit *Dorvill.* ut *Br.* eum edidit. Ad verba ὅλαν τὰν Κνίδον κατέτηκε comp. *Meleager* Ep. XIII. καὶ πέτρος τήκει χερσὶ χλιαινόμενον. In primis disfichi verbis haereo. Legendum suspicabar:

Ἀνθρακίη διὰ παντὸς ὅλαν κατέτηκ' Ἀρίβαζος
τὰν Κνίδον.

Totus locus nil nisi carbones; omnem enim Cnidum Aribazus incendit. διὰ παντὸς non solum ad *tempus* refertur, quod *Darvillius* censet, sed etiam ad *rem*, ut δι' ὅλου. Sic *Pausan.* II. 34. p. 191. ἀλεκτρυόνα τὰ πτερὰ ἔχοντα διὰ παντὸς λευκὰ διελόντες. *Aeschyl.* Suppl. v. 846. γομφοι ἀίτῳ δορὶ δι' ὅλου. — Ἀνθρακίη autem ab horum poëtarum ingenio non alienum. Cf. not. ad *Posidipp.* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. et Ep. VIII. p. 139. — V. 2. θερπτόμενα θέρεται. Haec est genuina membr. lectio, quam Apogr. in τεπτόμενα φλέγεται et φέρεται temere mutaverunt. *Callim.* Ep. IX. ὁ μὲν ἀγρευτικῷ θέρεται πυρί. Idem fortasse vocabulum lectum olim ap. *Aristaen.* II. Ep. I. p. 70. ὅπως δ' οὖν ἐρῶ σου, Καλλίνη, καὶ τῷ σῷ θέρεται (vulgo φθείρεται) πυρί.

XXIII. Vat. C. p. 577. junctim cum praecedente. Aribazus puer Persicae originis fuit, quod ipsum nomen

men indicat. Cnidus autem, ubi habitasse videtur, cum reliqua Caria Persis parebat.

XXIV. XXV. Vat. C. p. 586. ubi Ep. XXV. alterum praecedit; ceterum versus in utroque eodem ordine leguntur, quo *Br.* edidit. In aliis libris ordo mirifice turbatus. *Wolf.* in Sapph. Fragm. p. 253. conjunxit posterius distichon Ep. XXV. cum v. 3. 4. Ep. XXIV. Alia Apographa, omisso altero disticho Epigr. XXIV. ex priore et altero disticho Ep. XXV. simul cum secundo Ep. XXIV. unum Epigramma conflarunt. Suspicabatur *Dorvillius* ad *Charit.* p. 89. haec quatuor disticha nonnisi unum carmen conficere, improbante *Brunckio*, cujus haec sunt: „Tam persuasus sum, disticha in cod. recte esse „disposita et singula tetrasticha Epigramma facere, ut „carminum ordinem immutaverim. Nihil prorsus inter„est, utrum prius vel posterius legatur. Dialogus est „in hocce; verba ἔστι δ' ἐμοὶ καὶ ἀυτὸς, famuli sunt. „V. 1. in cod. scriptum ἔλης, manifesta menda." *Toupius* in Cur. Nov. p. 237. prius distichon Ep. XXIV. praefigendum putabat versibus a *Suida* prolatis in ἐπίσημα:

ἣν γάρ με κτείνῃς, τοῦτ' ἀνάθημα· ἣν δέ μ' ἀφῇς ζῆν, καὶ διαθῇς τούτων χείρονα, κωμάσομαι.

ignorans scilicet, hoc distichon partem esse carminis *Asclepiad.* XXVI. ubi vide not. Huic poetae utrumque carmen facile equidem tribuerim; nisi forte *Meleagri* est, quem conf. Ep. LVI. — V. 1. τοῦτο. sic Vat. C. In Ap. Guy. not. τούτων. τὸν νῦν γενομένων, ἐν τούτῳ τῷ ἀγγ. malo. — V. 2. λουόμενον. membr. non λυόμενον, ut *Dorvill.* dedit. *Asclepiad.* IV. στέφανοι — ὑμᾶς δάκρυσιν κατέβρεξα. ubi vide not. Coronae tingebantur; ἐλούοντο, interdum unguentis, quo h. l. respici videtur. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. XCVII. T. I. P. I. p. 111. — V. 3. In marg. Ap. Pauw. tanquam a Gayetâ legitur: *forte* εἰς ὃ μάλιστα. Pauw conjiciebat μὰ τὴν. Neutrum membranis lectioni praeferendum

rendum: Viam ibo longam quidem, sed non frustra institutam. — Sequ. verba, ἔστι δ' ἀμφὶ καὶ αὐτοῦ, non opus est, famulo tribuas. Ipsius comissatori poëtae affici possunt. — Ad ἀμφὶ subaudi συνὼς, vel νόσημα. Propter hunc unum locum et alium Luciani T. II. p. 28. nullum habebat Schlaeger ad Moer. p. 32. qui illo additamento careret. Pierson. adjecit Heraclidem ap. Athen. XII. p. 432. F. ἐλευθερίαν — ἀμφὶ κομάζοντα. Sic etiam Polyaen. II. c. 34. τοῦς ἀμφὶ βαδίζοντων. — V. 4. μέγας φανός. Propert. L. III. El. XIV. 15. *demonstrans astra sub lebras; Ipse Amor accensas praecutit ante faces.* Vilsvius in Anth. Lat. T. I. p. 670. *Quid facundum praefers, Phileros? quo nil opus' nobis. Ibimus: hoc lucet pectore flamma satis.*

T. 156.] *XXV.* Vat. C. p. 586. Vide ad praeced. Ep. — Comissabundus se fulmina et tempestatem nihil timere ait, cum Amor ipsum satis tutum a periculis praestet. — V. 1. ἄκρητος μανίῃ. non vino ebrius, sed amatorio furore. De vocis ἄκρητος usu figurato quaedam notavi ad Ep. *Pauli Silent.* XXXVII. — μεθύων μύθοισι sermonum, in amorem pellicentium, plenus, tantum non ebrius. ἔνθεος καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιφέρομαι. Lucian. in Nigrin. T. I. p. 31. ed. Bip. Plutarch. T. II. p. 748. E. mimos appellat μιμήματα πραγμάτων καὶ λόγων, ἃ πάσης μέθης ταραχωδέστερον τὰς ψυχὰς διατίθησι. — V. 2. σώφρονος Ap. Lips. contra poëtae mentem, qui se dementia actum et securum per periculosam viam grassari ait. ἀφρονέοντος suspic. Reisk. in Misc. Lips. IX. p. 93. — V. 3. δέ μοι. Vat. C. — V. 4. ἔχων. membr. ἔχω Reisk. l. c. Idem Cornelio de Pauw in mentem venit. — ἢν βάλλῃ male interpretatur Dorvillius. Sensus est: Si Jupiter fulmina jacit. — θέλων sentum inprimis, quod male abjicitur.

XXVI. Vat. C. p. 587. Edidit Klotz in Mus. Stuart. n. XLIV. Warton ad Theocr. T. II. p. 66. In prae-

tam formosum, in pugilatu victorem. Optimae notae carmen, *Stratonis* ingenio non indignum. — V. 1. στεγνῇ. Vat. C. στυγνῇ est in omnibus Apogr. quae vidi, excepto Lipsiensi. — V. 2. ἀμφιπλέκεις ταινίαις. *Hesych.* ἀμφιπλέκουσι τὰς ταινίας· Στεφανοῦνται. Vide *T. Hemsterh.* in Misc. Obss. V. 3. p. 70. et ad *Lucian.* T. I. p. 164. Morem athletas taeniis ornandi illustravit *P. Wessel.* ad *Diodor.* XVII. 101. p. 238. et *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 246. — V. 3. πεφυρμένον. *Strato* Ep. LXVIII. πεφυρμένα ὄμματα κλαυθμῷ. Cf. eundem Ep. XXXIV. — σμύρνῃ. Suavius hoc mihi videbatur esse, quam si faciem unguento myrrhino inunctam habuisset. σμύρνα Συρίη inter pretiosa unguenta commemoratur ap. *Philodem.* Ep. XXII. ubi vid. p. 233.

XXVII. Vat. C. p. 591. Obscurum Epigramma, quod vellem clariss. editor disertius explicasset. At hic nihil notavit praeter haec: „Sic in cod. scriptus est vs. 1. „Ἑρμῇ τοξευθεὶς ἐξέσπασε πικρὸν ἐφήβῳ. in quibus nullus omni„no sensus. Emendabat Salmasius: Ἑρμῆς τοξευθεὶς ἐξέσπασε „πικρὸν ὀϊστόν· Κἠγὼ τὴν αὐτὴν οὐχὶ λ. τ. E sensu carminis „manifestum est, negationem in primo versu esse debere. „Est in eo metaphora e sagitta petita, qua quis confixus „eam e vulnere extrahit: sed ideo ὀϊστὸν contra codicis „auctoritatem scribendum non erat.“ Adscribam etiam, quae *Cornel. de Pauw* ad hoc Ep. notavit: „Scri„bendum videtur:

„Ἑρμῇ τοξευθέντ' ἐξέσπασας ἰὸν ἐφήβῳ,
„κἠγὼ τὴν αὐτήν, ξεῖνε, λέλογχα τύχην.
„Ἀλλά σ' Ἀπολλοφάνους τρύχει πόθος, ὦ φιλάεθλε,
„ἔφθασας εἰς ἓν πῦρ, οἱ δύ' ἐνηλάμεθα.

„Hermae, viro juveni, sagitta percusso jaculum extra„xisti. Et ego vero, mi hospes, eandem nunc sortem „subii. At Apollophanis te desiderium comedit; o labo„rum amans, in eundem tu incidisti ignem; nos duo

„agitati sumus et percussi. Sensus sic elegans est: Cum „antea Hermae suppetias tulisti, mihi easdem nunc ferre „potes: quanquam, quid miser ego gartio? Id tibi nunc „impossibile. Eodem enim telo percussi sumus, eodem „igne urimur; quare mihi sane nunc opem ferre non „potes, cum tibimetipsi id tentes frustra." Haec ille, qui secundis curis pro ἰδὼν tentabat ὕγκων; pro εἰ δ' ἐμ' autem ἢ δέ. Hae emendationes, quae auctori suo valde elegantes videbantur, rem minime salvam praestant. Quod enim ille de Herma, puero, somniabat, falsissimum est. Agitur de Mercurio φιλαέθλῳ, *palaestrae praesidi*, formosi ephebi amore capto. Hoc poëta ita extulit: Mercurium ipsum palaestricis artibus ab Apollophane superatum esse. Phantasma, quod *Brunckii* emendatio versu primo efficit, illustratur Od. *Anacreontis* XIV. 14. ubi Amor in certamine, ὡς οὐκέτ' εἶχ' ὀϊστούς, Ἠσχάλλεν· εἶθ' ἑαυτὸν Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον· Μέσος δὲ καρδίης μευ Ἔδυνε καί μ' ἔλυσε. (fort. μ' ἔκνιζε.) Ut hîc Amor sagittae loco in pectus penetrat, sic ap. Anonymum puer in Mercurii corde bella gerebat. — Jam vero v. 3. cum praecedentibus non cohaeret. ἀλλ' ἐμὲ antithesin indicat, cujus nulla causa cognosci potest. Expectabatur κἀμὲ γάρ, vel simile quid. In Vat. C. ἀλλά μ' vel ἀλλ' ἀμ' Ἀ. Neque ex seqq. lux affulget. Haec igitur aliis explicanda relinquimus.

XXVIII. Vat. C. p. 108. Plan. p. 448. St. 582. W. Similes lusus vide Ep. LXVII. LXVIII. Puero coronam rosarum mittens *Philostrat.* Epist. XXIX. περιθήσεις δὲ οὐ σὺ τὰ ῥόδα, ἀλλ' αὐτά σε.

XXIX. Vat. C. p. 592. Edidit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 24. una cum sequ. Epigr. *Schneider* in Peric. crit. p. 20. Neminem, nisi aut Deus sit, aut lapis, Apollodotum spectare posse, quin amoris flamma corripiatur. Inter pueros, quos *Meleagri* Musa celebravit, etiam Apollodotum fuisse, apparet ex ejus Epigr. XLIX. Haec res et carminis stilus efficit, ut facile accedam ad *Pauwii*.

sententiam, qui hoc et sq. distichon *Meleagro* tribuendum esse suspicatur. — V. 4. ἢ θεὸς ἢ λίθος. De stupidis et omni elegantiori sensu privatis hominibus passim: λίθος, οὐκ ἄνθρωπος. Exempla collegit *Wetsten.* ad Nov. T. I. p. 265.

§. 157.] XXX. Vat. C. p. 592. junctim cum praecedente. Separatim protulit *Salmas.* in Plin. p. 776. A. Etiam hoc distichon *Meleagri* esse videtur, qui Heraclitum puerum passim celebravit. — V. 1. M. Ἡράκλειτος ἐμοὶ πόθος οὔτι ε. Vat. C. οὐχὶ *Salmas.* dedit. — V. 2. ἐμὸν est in Cod. ἐμοῦ exhibuit *Salm.* Heraclitus puer ex Magnesia fuisse videtur. Jam lapis Magnesius (μάγνης λίθος et μαγνῆτις), qui ferrum trahit, etiam Heraclius appellatur. Hinc poëtae lusus. *Plato* in Ione p. 363. E. θεία δὲ δύναμίς σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν. Ad ea, quae *Salmasius* l. c. congessit de magnete, *Schneiderus* addidit *Eustathii* locum ad Ιλ. γ. p. 338. 38.

XXXI. Vat. C. p. 593. Omisso primo disticho, quod a Cod. Lips. abest, hoc carmen edidit *Wolf.* ad Fragm. Sapph. p. 253. Integrum post *Br.* exhibuit *Ruhnk.* Ep. crit. p. 85. nov. ed. nam in prima edit. mutilum est. Poëta nautae se comparat, verno tempore incertum pelagus tentanti, puerumque, quem deperit, precatur, ut ipsum aut sincere amet aut palam et aperte oderit. — V. 1. Διόδωρε. Diodorum puerum passim commemorat *Meleager*, quem si quis hujus quoque Epigrammatis auctorem existimaverit, me consentientem habebit. Simile est ap. eundem phantasma Ep. XLIV. ἦν μοι συννεφὲς ὄμμα βλέψῃ ποτε, χεῖμα δέδορκας· ἢν δ' ἱλαρὸν βλέψῃ, ἡδὺ τέθηλεν ἔαρ. Eidem poëtae comparatio amoris cum navigatione perquam familiaris est. — V. 2. κρινόμενος incertis fluctibus spectatus, multis igitur gravibusque periculis obnoxius. De nauta, qui multum maris emensus perierat, *Antip. Sidon.* Ep. XCVII. ὁ πολ-

σου

σεν ὕδωρ Ὤλεσε τὸν τόσσῳ κεχειμένον πελάγει. *Leon. Alex.* Ep. XV. ἀσπίδα δ' ἔσχον Συθεὶς κεχειμένην κύματι καὶ πολέμῳ. — V. 3. Comparavit haec *Rubnk.* ad *Hesiod* Ε. καὶ Η 550. ἄλλοτε μὲν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι. Similiter *Theocr.* Eid. IV. 43. χ' ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. — V. 4. εὔδεις ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν Vat. C. ἔνδεις *Wolf.* edidit, infeliciter suspicatus, ἔνδιος legendum esse. εὔδιον not. in marg. Apogr. Guy. et R. Sed praeferendum procul dubio *Brunckii* εὔδιος. Cf. ad *Meleagr.* Ep. LXIX. T. I. P. I. p. 86. Hoc recepto, vide an servata, quam membr praebent, conjunctione δέ, legi debeat: ἄλλοτε δ' αὖτε Εὔδιος, ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν ἐκκέχυσαι. Posterior enuntiatio caussam prioris continet, quod apud poëtas haud infrequens. Quum in Ap. Lips ἐκκέχυται haberetur, *Reisk.* conjecit in not. mst. ὄμμα σὸν, quod nunc non est necesse. *Ridentem effundi oculis* doctius quam *diffuso vultu ridere*, aut, ut *Heliodor* dixit L. VIII. p. 396. ἱλαρῷ καὶ διακεχυμένῳ βλέμματι *Apollon.* Argon. III. 1009. νεκτάρεον μείδησ'· ἐχύθη δέ οἱ ἔνδοθι θυμὸς Αἴνῳ ἀειρομένης. — V. 5. τυφλὰ κύματα. Vide ad *Serapion.* Ep. T. II. P. II. p. 340. — V. 6. Quum vox κῦμα ter in quatuor versibus repetatur, scribendum procul dubio:

μεγάλῳ χείματι πλαζόμενος.

in quam emendationem incidit etiam *Huschkii* ingenium, in Anal. cr. p. 164. qui cum alia comparat, tum *Catullum* Epith. Pel. et Th. 97. *Qualibus incensam jactastis mente puellam Fluctibus, in flavo saepe hospite suspirantem.* *Corn. de Pauw* μεγάλῳ χεύματι tentabat. — V. 7. φίλον. Vat. C. Comparandus *Theognis* v. 89. ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν Ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.

XXXII. Vat. C. p. 515. In Plan. p. 38. St. 55. W. interpolatum legitur; nam pro παιδείῳ *Planudes* παρθενικῷ dedit. Vaticani Cod. lectionem primus restituit

Dorvill. ad *Char.* p. 555. Idem Θρασύβουλε exhibuit. At in membr. et in Plan. Θρασύδουλε legitur. — V. 2. ἐνθρυαίνεις. de alto amantium suspirio illustr. *Mitsch.* ad *Horat.* T. II. p. 107. — δελφὶς ὥς. Proverbialis locutio. *Ion* ap. *Plutarch.* in Vit. Cic. T. V. p. 260. ed. Tub. κἀκεῖ γὰρ ὡς δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. quem attigit *Toup.* ad *Longin.* π. τ. p. 271. — V. 3. δρέπανον. Ad fabulam de Andromeda, Persei virtute liberata, respici videtur. Apte nostrum carmen adhibuit *Mitscherl.* ad illustrandum *Horat.* I. Od. XXVII. 21. *Quae saga, qui te solvere Thessalis Magus venenis, quis poterit Deus? Vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimaera.*

XXXIII. Vat. C. p. 590. „Hoc etiam miserum in „modum corrupit male casta monachi manus. Vide Plan. „p. 485. St. 630. W. Doctissimorum etiam virorum „saepe conjecturis praestat bonus codex. Casaubon. ad „Theocrit. Eid. I. emendabat τὸν τρυφερῆς Τρυφερῆς. Toup. „Ep. crit. p. 91. [74. Lips.] τὸν τρυφερῆς πάρθενον." *Br.* Argumentum carminis ut *Meleagr.* LXXII. *Marc. Argent.* VIII. Illorum autem gallo gallinaceo Noster luscinias substituit. — V. 1. τί μ' ἀπᾶτε. Vulgo. — V. 2. τὸν τρυφερῆς παρθένου. Vulgo. πάρθενον, quod *Toupius* conjecit, debetur *Huetio* p. 49. — Versus fortasse expressus ex *Meleagr.* Ep. XCIII. καὶ θῆρες ἄτεγκτοι τέρποντα τρυφερῷ χειρὶ χλιαινόμενοι. — V. 3. πετάλ. *Strato* Ep. II. καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν. — εἰ δέ. quod si natura loquax est muliebris natura, tamen, quaeso, quiescite. — Nihil hac clausula languidius. Poëtae suppetias ivit *Grotius* vertens:

sin muliebre est
Multa loqui, jam vos, nil veto, perficite.

qui sensus ex graecis verbis effici non potest. Vix tamen ea corrupta esse putaverim.

XXXIV. Vat. C. p. 591. ubi ἄδηλον. Ut *Meleagri* edidit *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 201. A sterili pue-

rorum amore dehortatur poëta. — V. 1. ἴσχε μ. Vat. C. ἴσχετε, Ap. Guy. R. Pauw. Lipſ. — V. 2. ἀπρήκτοις ἐλπίσι. *Agath.* Ep. LXXVIII. 6. Spe vana amamus et tantum non furimus. Vide ad *P. Silent.* Ep. X. 3. — T. 158.] V. 3. ἐπὶ ψαφαρήν, intell. γῆν. θάλασσαν ἀντλεῖν cum aliis proverbiis de rebus inutiliter ſusceptis laudatur in Append. Vat. III. 49. p. 305. — Mox junge ψακάδα ἀπὸ Λιβύσσης ψάμμου, abundante ἀπὸ, ut paſſim (vide ad Scol. XXII. T. I. P. I. p. 308.) et ἀριθμητὴν ἀριθμῆσαι pro ἀριθμῆσαι, *numerare arenam Libycam.* Vulgo dicitur per paroemiam ἄμμον μετρεῖν. *Diogen.* Prov. II. 27. Similiter *Theocrit.* XVI. 60. ἀλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν, Ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ, Ἢ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέι πλίνθον. Ad noſtrum locum plurimum facit *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXVI. 9. p. 32. ἀδικος ἡ μῖξις, ἄγονος ἡ συνουσία· ἐπὶ πετρῶν σπεῖρεις, ψάμμους ἀροῖς· μετάνεγκε τὰς εὐφροσύνας ἐπὶ τὴν φύσιν, τρέψον ἐπὶ τὴν γεωργίαν τοὺς ὀφθαλμούς, ἐγκλήροις ἥσθητι ἡδοναῖς ὥς κε μὴ ἄσπερμος γενεὴ μετόπισθεν ὄληται. — Ceterum ψακάδες ſunt res quaeque minutiſſimae, ramenta. *Brunck.* ad *Ariſtoph.* Pac. 121. — V. 6. ἐντυχθεῖσιν ἡδύ τι κναμάτοις Vat. C. quod in plurimis Apogr. emendatum eſt. — Fruſtra puerorum amorem tibi certum fore ſperas, quum eorum pulchritudo a Diis hominibusque expetatur, ut nunquam adeo a rivali tutus ſis. — V. 7. εἰς κοινὸν ἡμας. Vat. C. ἡμῶν emendatum in marg. Ap. Guy. et R. recte ſine dubio. — V. 8. μόχθοις. Vat. C. et ἐκκέχυται. Omnes labores, quos inſumſeram, perierunt. Metaphora ducta ab agricola in litoris arena ſementem faciente. ψάμμον ἀροῦν ex *Maximo Tyrio* paulo ante laudavimus. Simile eſt hoc ap. *Theogn.* v. 108. ἶσον γὰρ σπείρειν πόντου ἁλὸς πολιῆς· Οὔτε γὰρ ἂν πόντου σπείρων, βαθὺ λήϊον ἀμῷς, Οὔτε κακοὺς εὖ ἔρδων, εὖ πάλιν ἀντιλάβοις.

I. XXXV. Vat. C. p. 593. Obſcurum Epigramma, nec fortaſſe integrum. Eſt dialogus aut inter ſervum et

herum, aut inter puerum et servum paederastae. — V. 1. *A.* Ne mihi hoc itera! *B.* Quid culpae admisi? Ipse me misit. αὐτὸς aut *dominus* est, ut passim; vide *Abresch.* Lectt. Arist. p. 207. aut puer amatus. Hoc fere malim. Puer amanti iratus invito animo ejus nuntium accipit. Servus deprecatur iram, servitii necessitatem praetexens. Pro ἔπεμψε tamen in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἐπέμψω notatum. Sequ. versu fortasse mutata interpunctione legendum:

a. δεύτερον οὖν φέρεις; *b.* δεύτερον εἶπεν. Ἴθι.

Num igitur denuo repetere audes, quae mihi ingrata esse intelligis? — Tum servus respondet: Quidni faciam? Iterum iterumque mihi dominus dixit: abi, nec cunctare. — Ad ἰκέτευ subaudiendum videtur ῥήματα vel simile quid. — V. 4. εὐφόρ χ' ἄξω. Vat. C. Ordinem verborum mutavit cl. editor. At in his equidem caecutio. Pro οἶδα C. *de Pauw* οἶσθα malebat; fortasse recte.— Sensus latere videtur nequam, ut ap. *Meleagr.* Ep. XLVI. *Philodem.* Ep. XVII. εὖ δ', ὦ φιλεράστρι' Ἀμιντιχ, Ἥδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα. At totius carminis contextum alii explanabunt, qui nobis sagacitate praestant.

XXXVI. Vat. C. p. 584. Prius distichon edidit *Wetsten.* ad N. T. I. p. 400. Totum *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 73. In puerum reliqua venustum, sed pedibus minus eleganter formatis. Optimae notae carmen. — V. 1. βοῶντι Vat. C. male. — αὐχὴ Ap. Lips. — V. 2. Vide *Erasmi* Adag. III. Cent. 94. — πᾶσι δέδωκεν *Klotz.* — V. 3. ἐν ὄμμ. Ap. Lips. — Mox *Klotz.* male ἐπαρθέμενος ex conjectura sua. Nihil verius lectione codicis, qua *insignis* verecundia in pueri oculis laudatur. — V. 4. ἀμφιτέθαλε χάρις. Cf. ad *Rhian.* Ep. IV. T. I. P. II. p. 323. — V. 5. Conf. Ep. *Antip. Sidon.* III. — V. 8. „Male in Cod. scriptum: κάλλει δέ σ' ἑτέρῳ τέρψαι ἀγαλλόμενος." *Br.* At in Apogr. Spallett. est σφετέρῳ, quod etiam in membr. legi nullus equidem dubito. — Est

in his verſibus ſuavis ironia: Illud pedis vitium crepida occultabis, cujus elegantia haud ſecus ac tua pulchritudine laetaberis. Si vera eſt Brunckii emendatio ἀγαλλόμενον, hoc pro εἰ poſitum eſt. Pauw ἀγαλλομένα tentabat, crepidam ſibi fingens Pyrrhi pulchritudine delectatam. Omnino male.

XXXVII. Vat. C. p. 585. Plan. p. 485. St. 630. W. Sic plane Philodem. Ep. XX. γιγνώσκω, χαίρειν, φιλεῖν πάνυ τὸν φιλέοντα, Καὶ πάλι γιγνώσκω τὸν με δακόντα δακεῖν. ubi vide not. T. II. P. I. p. 230. — V. 1. κἤν μ' ἀδικεῖ, Vat. C.

XXXVIII. Vat. C. p. 514. „Ex ordine, quo hic „poſita ſunt hoc et ſequ. Epigramma, quo ſenſu intelli„genda ſint, animadvertitur. Planudes ea retulit in „L. I. cap. Εἰς χρόνον.“ Br. p. 122. St. 176. W. Puerum monet, ut tempore utatur, antequam pili tenerum haedum in hircum vertant. — ἔριφοι autem appellantur pueri meritorii. cf. Lucill. Ep. V. 6. T. II. P. II. p. 440.— Cum ſenſu totius diſtichi conſpirat Strato Ep. LVII. Martial. L. IV. 7. *Cur here quod dederas, hodie, puer Hyle, negaſti? Durus tam ſubito, qui modo mitis eras? Sed jam cauſſaris barbamque, annosque, pilosque:* O nox, *quam longa es, quae facis una ſenem!*

¶. 159.] XXXIX. Vat. C. p. 515. Plan. p. 122. St. 170. W. Similiter Rufinus Ep. XXXVIII. ad exoletum: μηδὲ συνάντα· Ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι. Commentarii inſtar eſt locus Achill. Tat. L. II. p. 98. ubi quis de puerorum agens κάλλει, ὅτι παρακύψαν μόνον οἴχεται καὶ οὐκ ἀπολαῦσαι δίδωσι τῷ φιλοῦντι, ubi in verbo παρακύψαι de roſa cogitavit auctor e calyce prorumpente. Galenus in Suaſ. ad Art. c. VIII. ἄμεινον οὖν ἐστιν ἐγνωκότας τὴν μὲν μειρακίων ὥραν τὴν ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιον δὲ τὴν τέρψιν ἔχουσαν. Ovid. II. A. A. 115. *Nec violae ſemper, nec hiantia lilia florent; Et riget amiſſa ſpina relicta roſa. Et tibi jam cani venient, formoſe, ca-*

pilli. — ἢν δὲ παρέλθῃ, οὗτος ὁ βαιὸς χρόνος scil. Idem dicit, sed efficacius etiam, paroemia ap. *Suidam* T. III. p. 262. ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν, ubi *Kustero* παρελθὸν corrigenti non debebat calculum adjicere *Toupius* Em. in Suid. p. 400. Hoc enim dicere voluit paroemiae auctor: Rosam florentem ubi praeterieris, non amplius invenies; tam cito perire solet! Hoc sensu certe accepit *Suidas*, cum addit: ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων τινά. Alii in alium sensum detorserunt. Vide *Gataker.* ad *Antonin.* XI. 33. p. 342.

XL. Vat. C. p. 409. »Misere corruptum est in »membranis hoc epigr. quod ideo omissum in Gaulmini »codice. Aliquanto emendatius editum est a sagacissimo »Toupio in Addend. in Theocrit. p. 392. Salmasii no»tis adjutus aliter pridem emendaveram. Utri felicius »res cesserit, judicent eruditi, qui si secundum Toupium »pronunciaverint, a tanto viro me vinci facile patiar. »Obscoenum est carmen, sed tam planum nunc et perspi»cuum, ut interpretatione non indigeat. Dialogus est »duorum caprariorum in Hermaphroditi statuam. λακόπυ»γος non comparet in lexicis; sed vox proba est, quae »etiam duplici κ scribitur. Occurrunt apud Pollucem »p. 237. λακόπεδον et λακοσχίας.« *Br.* Venustum est Epigramma et optimae aetatis, sed vereor, ut Hermaphroditi statuae conveniat τὸ φάλανθον βρέγμα, aut ut omnino de statua agatur. Sed ut recte judicari possit de sensu carminis, lectionis primum auctoritas examinanda videtur. Quod ut rectius fiat, agedum, totum carmen, sicut in membr. habetur, adscribam:

Ἄδηλον, μικρὸν τὸ ἐπίγραμμα ὅλον καὶ αἰσχρουργότατον.

Χαίρω τὸν λακόρυζον ὁρῶν θεὸν εἰςτοφάλανθαι
βρέγμ' ὑπὰ τὰν ὄχναν αἰπόλε τυπτόμενον,

αἰπόλε τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα· τοὶ δὲ τραγίσκοι
εἰς ἐμὲ δερκόμενοι ταρχιμέρας ἔβλεπον.
ὄντως Ἑρμαφρόδιτε πεπύγικεν οὐ μὰ τὸν Ἑρμᾶν
αἰπόλε καὶ τὸν Πᾶν αἰπόλε καπιγελῶν.

— V. 1. λακέρυζον emendavit *Toup.* Nota est λακέρυζα κορώνη ex *Hesiodi* Ἐργ. 747. ap. *Hesych.* λοίδορος· φλύαρος. quod Satyris et Silenis aptum est epitheton. Idem *Pauwio* in mentem venerat. λακόπυγος formatum ad analogiam τοῦ λακκόπρωκτος, qua voce utitur *Aristoph.* in Nub. 1333. — In marg. Ap. Ruhnk. notata sunt haec: λακερόζειν. *multa verba facere. nugari. conviciari.* — φάλανθον βρέγμα. πολιόν. *Hesych.* Est et canum et calvum caput. Vide quae collegit *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VII. 160. p. 330. Hoc alicui ex senioribus Satyris, Sileno aut Priapo convenit. — Elegans est vs. 2. emendatio αἰγᾶν, quae jucundam imaginem praestat capellarum cum Deo quodam calvo arietantium. In Ap. Guy. et Ruhnk. est ἄχναν, quod nullius est pretii. — V. 3. Si caprarius senilem Deum paedicavit, id per contumeliam fecisse putandus est, ut ille ap. *Theocrit.* Eid. V. 41. ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι Αἵδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη. qui locus ad nostrum est aptissimus. — Mox ἔβλεπον Codicis servavit *Toup.* At hoc non explet poëtae mentem, et gravius quid desiderari vel Theocriteus locus ostendit. Admodum itaque verisimilis, certe elegans et docta est *Salmasii* emendatio in marg. Guy. et Ruhnk. ἱβάτευν. Quod si *Virgilius* in exprimendis Theocriteis (III. Ecl. 8. *Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis, Et quo, sed faciles Nymphae risere, sacello.*) turpiora omisit, in eo castitatem poëtae laudamus, a qua laude Anonymus noster longissime abfuit. βατεῖν sic usurpat *Theocrit.* Eid. I. 87. ὡ'πόλος ὅκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται. — V. 5. 6. In his versibus emendandis valde recedit *Br.* a *Toupio*. Hic scripsit audaci conatu:

οὕτω σ', Ἑρμαφρόδιτε, πεπύγικα· καὶ μὰ τὸν Ἑρμῆν,
αἰπόλε, καὶ σαυτὸν αἰπόλε, κἠπυγίζον.

ubi in posteriore versu emendando certe a vero aberravit. καὶ μὰ est in Ap. Ruhnk. καὶ μά, Ap. Guy. Pro ὄντας in marg. Ruhnk. ὃν τοὺς notatur. — *Brunckii* emendatio elegans est et probabilis in reliquis; at quod Hermaphroditum a caprario πεπυγισμένον ponit, id mihi quidem a contextu alienum videtur. In hac voce sinceram puto lectionem Codicis Ἑρμαφρόδιτε, quo non notus ille Mercurii filius, sed ipse caprarius significatur. *Suidas:* Ἑρμαφρόδιτος· ὁ τὸν ἀμφότερα ἔχοντα τὰ μόρια — ὁ τὸν αἰσχρῶς καὶ ποιοῦντα καὶ πάσχοντα. Similiter Σατυρίσκον appellat lascivum hominem *Theocrit.* Eid. IV. 62. et XXVII. 48. — Hoc admisso fortasse probanda *Reiskii* lectio in not. mst. πεπύγικας. — Ultima verba κἠπυγίζον firmare videntur, quod supra dixi, caprarium non tam libidinis, quam contumeliae causa, illud flagitium se admisisse gloriari. Fateor, mihi haec nondum satis expedita videri, propius tamen *Brunckium* ad veritatem accessisse puto quam Britannum criticum.

XLI. Vat. C. p. 542. Planud. p. 131. St. 189. W. Salsum Epigramma. Patricii filius omnes amantes a se absterret; hoc sanctitati ejus tribuendum videtur; at illum amantes fugiunt, quod eum Κύπριδι οὐχ ὁσίῃ, nefandae Veneri, deditum norunt. Haec fellatorem notant.

XLII. Vat. C. p. 553. qui Ἀμμιανοῦ inscribit, quod in Plan. p. 153. St. 223. W. ἄδηλον est. Non esse puerile hoc carmen apparet ex disticho ejusdem poëtae in eundem Polemonem, quod in membr. praecedit: nec *Planudes* amatorium esse putavit, ap. quem legitur in Tit. εἰς κλέπτας. Nihil hic viderunt interpretes, quorum errores exagitat cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 251. sqq. qui de judice venali et corrupto agi praeclare vidit. Idem jam diu antea viderat vir doctissimus *Tristan.* T. I.

p. 553. qui etiam, quod *Huschkium* fugit, hominem illum detexit, in quem hoc distichon scriptum est. Fuit is Polemo Sophista, qui sub Trajano et Hadriano floruit, cujus vitam *Philostratus* scripsit L. I. 25. p. 530. sqq. Ei *Antonii* nomen fuisse, apparet ex marmore Oxon. XXVIII. p. 95. ubi Smyrnaei dicuntur ἐπιτυχεῖν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἀδριανοῦ δι' Ἀντωνίῳ Πολέμωνος — μυριάδας ἑκατὸν πεντήκοντα. unde *Olearius* recte emendavit §. III. p. 533. Ἀντώνιος Πολέμων pro Ἀντωνῖνος, praeeunte *Rubenio*. Hunc hominem fraudis ap. Smyrnaeos suspectum multisque ob alias causas invisum fuisse, ex ejus vita ap. *Philostratum* abunde prodit. Sensus distichi igitur hic est: Antonius es, Polemon, quod nemo ignorat; nunc autem ὤνιος, i. e. venalis, es factus. Similis est lusus *Ammiani* Ep. VIII. T. II. p. 386.

XLIII. Vat. C. p. 582. Plan. p. 485. St. 630. W. Se a Venere tribus sagittis confixum esse conqueritur. Perspicuum est carmen. — V. 3. Vulgo ἦν δ' ἀ. Et sic membr. nisi quod ibi etiam ἀπανεύσω legitur. In Sched. Tryll. s. *Schneider.* Peric. crit. p. 24. πῇ vel ποῖ emendabat, quod praecedentis syllabae mensura vix tulerit. Praeferenda cl. editoris lectio, in quam etiam *Pauw* incidit; ᾗ δ' ἀπονεύσω. Eodem sensu *Meleager* Ep. III. ποῖ ῥέψω; ποτὶ παῖδ' ἢ μητέρα. ubi vide not. p. 18. — Ad τῇ *Pauw* subaudiens κόρῃ, et de duabus tantummodo hoc versu agi videns, vitii suspectum habuit praecedens distichon; ubi tentat: τί μοι διστοὺς — ἰοὺς et δισσὰ βέλη. At nescio equidem, an liceat poëtas sic in ordinem redigere. Sensus est: In varias partes trahor, sive hic illic cruciatibus afficior. Non igitur ad τῇ subaudiverim κόρῃ, sed pro adverbiis loci acceperim, ut ap. *Hesiod.* Scut. 210. δελφῖνες τῇ καὶ τῇ ἐθύνεον.

XLIV. Vat. C. p. 584. Edidit *Dorvill.* in Vanno crit. p. 155. Veneri exprobrat amoris cruciatus, quibus laborat. — V. 1. οἴαν. Vat. C. et *Dorv.* οἷον est in

marg. Guy. et Ruhnk. Jam olim mihi emendandum est visum:

εἰς οἶόν με πόθον λιμέν' ἄξενον, ὦ Κύπρι, Θεῖσα.

Idem placuit *Cornelio de Pauw* in not. mst. Nota est significatio τοῦ ἄξενος, qua *ferum*, *importunum*, *periculorum plenum* significat locum. *Eurip.* Cycl. 91. ἄξενον στέγην ἐμβεβῶτες. Androm. 795. ἄξενον ἐκπερᾶσαι ξυμπληγάδα. — V. 2. πεῖραν ἔχοντα πόνων. *Sophocl.* Trach. 142. ὡς ἐγὼ θυμοφθορῶ, Μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα· νῦν δ' ἄπειρος εἶ. *Meleager* Ep. XLI. οἶδα παθὼν ἐλεεῖν. — V. 3. ἡ Vat. ἤ Ap. Lipf. — τοῦτ' ἔπος εἰπεῖν, gloriosae jactationis notionem habet. — V. 4. μέγα. Vat. C. quod revocandum. Pro ἔτρωσε haud scio an melius legatur ἔτρωσα. Ad sensum inprimis comparandum *Meleagri* Ep. XXXVII. — τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις. *Meleager* Ep. CXXIII. 16. τὸν Μούσαις ποικίλας ὑμνοθέτας. *Theocrit.* Eid. VII. 12. ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν ἄνδρα.

¶. 160.] *XLV.* Plan. p. 332. St. 471. W. ubi sequitur Ep. *Gabrielii* in Amorem, quod legitur in Analect. III. p. 7. In eundem Amorem hoc distichon compositum esse, significat lemma in Planudea: εἰς τὸν αὐτόν. Commodior videtur interpretatio de amante, qui se totum amoris flammis ardere dicat; nec tamen certa. Si amatorium esset carmen, vix desideraretur in membr. Vat. quae nonnisi iis carent carminibus, quae imagines et statuas describunt.

XLVI. Vat. C. p. 360. in Capite τῶν ἐπιδεικτικῶν, cum lemmate: ἄδεσποτον. τοῦτο οὐκ ἐπιδεικτικόν, ἀλλ' ἐρωτικόν τι ἐπίγραμμα. Tanquam ἀδέσποτον citatur etiam ap. *Stobae.* Tit. LXI. p. 389. 21. *Gesn.* 253. *Grot.* Nec ejus auctorem indicavit, qui latinam *Portii Licinii* imitationem laudat, *Aul. Gell.* XIX. 9.

Custodes ovium, teneraeque propaginis agnum,
Quaeritis ignem? ite huc, quaeritis? ignis homo est.

Si digito attigero, incendam sylvam simul omnem,
Omne pecus flamma est, omnia quae video.

Nescio igitur, qua auctoritate relatum sit inter Callimachea T. I. p. 330. ed. *Ern.* — V. 3. ἅψον. Similiter de Cynisca erubescente: χ' ἧφθα· εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις. ubi *Casaubon.* Lectt. Theocr. c. XV. nostrum Epigramma comparavit. — V. 3. γάρ μιν. Vat. C.

XLVII. Vat. C. p. 111. Plan. p. 450. St. 584. W. Nullas molestias periculave amantem timere affirmat auctor. Cf. *Asclepiad.* Ep. XXVI. — V. 2. εἰς κέ. καὶ εἰς. Vat. C. De insigni periculo. *Philodem.* Ep. XVI. οὐδ', ὅτι πὰρ κρημνὸν τέμνει πόρον, οὐδ', ὅτι ῥίπτει Πάντα κύβον κεφαλῆς αἰὲν ὕπερθεν ἐμῆς. — V. 3. πόνοις. Vat. C. a pr. m. 9 superscriptum. — ἀπαυδῆσαι πόνοις dicuntur, qui laboribus obruti spei renuntiant. *Pseudo-Plut.* de Liber. Educ. T. II. p. 9. B. σπεύδοντες γὰρ τοὺς παῖδας ἐν πᾶσι τάχιον πρωτεῦσαι, π ό ν ο υ ς αὐτοῖς ὑπερμέτρους ἐπιβάλλουσιν, οἷς ἀ π α υ δ ῶ ν τ ε ς ἐκπίπτουσι. — V. 3. Similis est color in Ep. *Posidippi* IX. T. II. p. 48.

XLVIII. Vat. C. p. 95. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 117. nr. 294. Cum hoc disticho *Schneider.* Per. crit. p. 8. jungendum censebat illud, quod vulgo finem constituit Ep. *Pauli Silent.* III.

καὶ τίς ὑποτλαίη; τάχα τις τάχα τοῦτο ταλάσσας
δίψαν Ταντάλεην τλήσεται εὐμαρέως.

Cui conjecturae obstat duplex distichi nostri versio ap. *Claudianum* nr. LXXXIX. XC.

Paupertas me saeva domat, dirusque Cupido.
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

* * *

Esuriens pauper telis incendor amoris.
Inter utrumque malum diligo pauperiem.

XLIX. Vat. C. p. 140. *Reisk.* in Misc. Lips. IX. nr. 394. p. 696. Ludibundus poëta Cupidinem ab iis, quos sagittis vulneravit, comprehensum fingit, Veneremque hortatur, ut periclitanti filio auxilium ferat. Simile phantasma obversabatur *Ausonio*, cum Amorem ab Heroïnis punitum fingeret in *Amore cruci affixo.* — V. 1. ἐσοῦντα. Vat. C. et sic *Reisk.* — V. 2. οὐ λαλέεις vix sensum habet idoneum. Legendum cum *Reiskio*:

οὐκ ἀλέγεις, Παφίη;

L. Vat. C. p. 444. Plan. p. 63. St. 91. W. Lusus minime probabilis, qui ductus videtur ex *Callimach.* Ep. XVI. Initio Vat. C. τρεῖς εἰσιν αἱ χάριτες. — „καὶ „δὲ μία. Sic recte in duobus Planudeae codicibus, salvo „metro, de quo male solliciti ediderunt οὐ δὴ μία." *Br.*

¶. 161.] *LI.* Vat. C. p. 101. Plan. p. 476. St. 618. W.

LII. Vat. C. p. 101. Plan. p. 483. St. 627. W. Amores suos Deorum exemplo excusat. — V. 1. δαεῖς. cum resciverit. Friget hoc vocabulum. φοιτῶ. Cf. not. ad *Agath.* Ep. XXXI. — ἰξόν. *Meleager* Ep. IV. de oculis suis: ὦ προδόται ψυχῆς, παίδων κύνες, αἰὲν ἐν ἰξῷ Κύπριδος ὀφθαλμοὶ βλέμματα χριόμενοι. ubi similia quaedam notavi. — θηρευτήν. omnia, quae pulchra et venusta sunt, aucupantem iisque inhaerentem. De verbo θηρᾶν in re amatoria usurpato vide *Dorvill.* ad *Char.* p. 555. sq. Auctor translationis *Plato* in Conv. p. 203. D. ubi Amor dicitur θηρευτὴς δεινὸς, ἀεί τινας πλέκων μηχανάς. unde emendandus *Themistius* Or. XIII. p. 162. D. — V. 3. καὶ Ἀΐδα. *Moschus* Eid. I. 14. de Amore: μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει, βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, καὶ εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα. — V. 5. Ad haec nemo est qui non meminerit loci Terentiani in Eunucho III. 5. 40. ubi Jovem ad Danaën descendentem in tabula videns Chaerea: *Quem Deum!* ait, *qui templa coeli summa sonitu*

concutis. Ego homuncio hoc non fecerim? Ego vero illud fecerim et lubens. Deorum amoribus recensitis *Clemens Alex.* Coh. ad Gent. p. 28, 24. τούτους ὑμῶν αἱ γυναῖκες προσκυνοῦνται τοὺς θεούς· τοιούτους δὲ εὔχεσθαι εἶναι τοὺς ἄνδρας τοὺς ἑαυτῶν, οὕτω σώφρονας, ἵνα ὦσιν ὅμοιοι τοῖς θεοῖς, τὰ ἴσα ἐζηλωκότες· τοιούτους ἐθίζονται οἱ παῖδες ὑμῶν σέβειν, ἵνα καὶ ἄνδρες γενήσωνται, εἰκόνα πορνείας ἐναργῆ τοὺς θεοὺς παραλαμβάνοντες.

LIII. Vat. C. p. 365. Plan. p. 56. St. 79. W. Simile hoc est *Sidonii Apollinaris* Carm. XI. 89.

Nec minor haec species, totiens cui Juppiter esset,

Delia, taurus, olor, Satyrus, draco, fulmen et aurum.

Amori iratus Jupiter ap. *Lucian.* II. Deor. Dial. T. II. p. 4. ed. Bip. σκόπει, ὦ κατάρατε, εἰ μικρά, ὃς ἐμοὶ μὲν οὕτως ἐντρυφᾷς, ὥστε μηδέν ἐστιν ὃ μὴ πεποίηκάς με, Σάτυρον, ταῦρον, χρυσόν, κύκνον, ἀετόν.

LIV. Vat. C. p. 374. Plan. p. 11. St. 20. W. Ap. *Stobae.* Tit. LXI. p. 389. 5. *Gesn.* 252. *Grot.* Jovis cum Amore dialogus. Paucis verbis impudentis pueri indoles adumbrata. Similis color est in Epigr. *Mosc*hi T. I. p. 411. Ap. *Achillem Tat.* L. I. 1. Amor in tabula picta ἐπέστραπτο ὡς ἐπὶ τὸν Δία καὶ ὑπεμειδία, ὥσπερ αὐτοῦ καταγελῶν, ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε βοῦς.

LV. Vat. C. p. 140. Plan. p. 487. St. 632. W. Sequioris aevi foetus. — V. 1. ὑφ' ὕπνοισι. Vat. C. — ὑγροῖς. *tenet assuetis humectans oscula labris. Lucret.* IV. 1190. — V. 2. νέκταρ. *Alciphron* I. Ep. 38. p. 178. ὡς δὲ ἡδύ τι καὶ ἀκήρατον ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν. *Horat.* I. Odar. XIII. 15. *Oscula quae Venus Quinta parte sui nectaris imbuit. Statius* II. Sylv. I. 48. *Osculaque implicitі vernos redolentia flores.* — V. 3. ἔρωτα πεπωκώς. *Eustath.* de Am. Ism. IV. p. 116. καὶ πίνων οὐ πίνω, καὶ μὴ πίνων πίνω τὸν ἔρωτα.

LVI. In Vat. C. p. 88. nomen non adscriptum. τοῦ αὐτοῦ (i. e. *Meleagri*) additum in Plan. p. 472. St. 613.

W. Meretricis avarae, quam diu frustra expetiverat, amplexibus sibi frui visus erat poëta; quare nullis amplius precibus apud barbaram et crudelem puellam uti constituit. Nota historia de Thonide, meretrice, ap. *Plutarch.* Vit. Demetr. c. 27. T. VI. p. 34. ed. Tub. ἀλλὰ γάρ τις ἐρῶν ἐν Αἰγύπτῳ τῆς ἑταίρας Θωνίδος, ᾐτεῖτο συχνὸν χρυσίον, εἶτα κατὰ τοὺς ὕπνους δόξας αὐτῇ συγγενέσθαι, τῆς ἐπιθυμίας ἐπαύσατο. — V. 1. „τὴν βαρύμισθον. Sic Vat. „membr. Hanc lectionem habet etiam optimus Planudeae „cod. reg. sed e correctione βαρυ supra πολυ scripto. Ce„tera, quae a vulgatis differunt, dederunt optimae mem„branae." *Br.* Vulgo τὴν πολύμισθον. — Meretricem, omnem civitatem amore sui incendentem, καταφλεξίπολιν facete appellat poëta, cui fortasse obversabatur simile cognomen Lamiae, Demetrii Poliorcetae amicae tributum. Haec enim appellabatur ἑλέπολις. — V. 2. οἱ βουλόμενοι. qui quaerunt, quomodo libidinem expleant. Vide *Abresch.* Lect. Aristaen. L. I. p. 106. Idem est de viro κνηῶν, quod hoc sensu passim occurrit, et in fr. *Machonis* de Phryne ap. *Athen.* L. XIII. p. 583. C. ubi certa emendatione legendum:

περίμενε τοίνυν καὶ σύ, φησίν, ἕως ἂν κ ἂ.
βινητιάσω καὶ τοσοῦτον λήψομαι.

— ἐρευγομένην. totos thesauros vomentem ac poscentem, vertit *Brodaeus*; quasi idem esset *vomere* ac *poscere*. At haec sibi opposita sunt. *Grotius*: *ingenti pretio sueta licere viris.* Videtur verbum ἐρεύγεσθαι transitiva vi accipiendum esse: quae viros cogebat, aurum ipsi effundere, viros itaque *emungens*. Similis usus exempla desidero. — V. 4. Vulgo χαριζόμενος, quod cum ὄνειρος conjunctum etiam elegans est. At praeferenda erat optimi cod. lectio χαριζομένην. Sic puella sine ulla mercede amanti corporis sui faciebat copiam. *Mnasalc.* Ep. I. ἐσθ' ὅτι τοῖς καλοῖς πάντα χαριζόμεθα. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 274. *Wernsdorf.* ad *Himer.* p. 353. — T. 162.]

V. 5. laudat *Suidas* in γοννάζομαι. T. I. p. 493. — ἐν δ' ἀμμιντῷ. *ob sortem meam* plorabo. Vehementer jejunus est hujus versus exitus, quare fere existimaverim, scriptum esse olim:

οὐδ' ἐπὶ παστῷ

κλαύσομαι.

nec ad ejus limina plorabo. Ep. ἀδεσπ. XI. ἔστρωμαι δὲ χάμαι ἐπὶ παστάδος αἰὲν ἄϋπνος. Idem παστὰς et παστός, ut apparet ex *Hesychio* v. ubi vide Interpp. — V. 6. ἔχων κεῖνο χ. Vat. C. Prius revocandum deleta interpunctione post κλαύσομαι. ἔχων κεῖνο vulgo. Verum est κεῖνα, quo pronomine res obscoenae tecte significantur. Iis, quae notavi ad *Straton.* Ep. L. T. II. P. III. p. 95. adde *Lucian.* T. III. p. 25. πεπταῦσθαι χρὴ μάλιστα μὲν τὰ πάντα, εἰ δὲ μὴ πάντως ἐκεῖνα. Ibid. T. III. p. 119. πάσχειν καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα.

LVII. „Epigramma hoc e schedis Leichii habuit „Reiske. An veteris poëtae sit, valde dubito." *Br.* Legitur nec in Vat. C. nec in Planudea. In sched. Leich. erat εἶλε καὶ, quod fortasse sic scriptum erat ad fraudem celandam. Similem ideam primus, ni fallor, poëta Gallicus expressit, *Clement Marot*, in carmine epigrammatico, cujus initium: *Amour trouva celle qui m'est amère.* Hoc Epigramma in memoriam revocat locum *Libanii* T. IV. p. 1070. ed. R. in descriptione pulchrae puellae: Ἔρως εὐτύχει (legendum forte εἱστήκει) παρ' αὐτῇ τὰ τόξα τείνων, καὶ πικρὸν ἐπαλείφων ταῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τόξευσιν· ἵστατο γοῦν ἡ κόρη μέσον Μουσῶν καὶ Χαρίτων καὶ Ἔρωτος· ταῖς μὲν συγκάλως συμπαίζουσα, τοῦ δὲ τὴν βελοθήκην κενοῦσα (sic leg. cum Morellio pro κινοῦσα) ταῖς τῶν ὀμμάτων τοξεύσεσιν.

LVIII. „In Planudea p. 478. St. 621. W. Epi„gramma hoc Dionysio Sophistae tribuitur. et tribus „constat distichis. In membranis duo sunt disticha tan„tum, quae singula epigramma faciunt. Priori praefi-

„xus titulus: ἀδέσποτον εἰς ἐρωμένην. alterius titulus „est: ἀδέσποτον ὁμοίως. Posterius habet apogr. Buherianum. Tertium in membr. non comparet, et „spurium videtur; fortasse ipsius Planudis, qui sua sibi „habeat. Adumbratum est ex veteri scolio, quod ha„bes Tom. I. p. 158. XIX.“ *Br.* Fallitur cl. editor, cum tertium illud distichon in membranis extare negat. Duo priora ibi habentur p. 100. tertium, quod *Planudis* fuisse putat *Br.*, ibidem legitur p. 695. sic:

Θεοφάνους ἐρωτικόν.

Εἴθε κρίνον γενόμην ἀργέννᾶον, ὄφρα με χερσὶν
ἀραμένη μᾶλλον σῆς χροτιῆς κορέσῃς.

In Plan. est λευκόχροον. Ineptum hoc distichon peperit studium illud eandem sententiam variandi, cui etiam Anth. Lat. tot ridicula Grammaticorum Epigrammata debet. Peccavit autem *Planudes*, qui diversorum auctorum versus conjunxit, eosque omnes ad *Dionysium* retulit, cujus distichon praecedit; (conf. cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 166. sq.) nec *Brunckius* caussam habebat satis gravem, cur ea, quae in membr. separatim leguntur, conjungeret. Ex *Planudis* Anthologia tria haec disticha duxisse videtur *Schol.* ad *Dion. Chrys.* Or. II. de Regno ap. Morell. p. 95. 5. T. II. p. 556. ed. R. — V. 1. σὺ δὲ στίχουσα Vat. C. καὶ σὺ στείχουσα. *Schol. Dion.* — V. 2. πνείοντα. Vat. C. — V. 4. ἀρσαμένη. Vat. C. Vitiose *Schol. Dion.* ἀραμένη χροιῆς στηθέων χαρίεν. Idem in postremo disticho ἀργέννᾶον cum membr. legit, et in fine vers. ὄφρα με βιεῖν.

LIX. Vat. C. p. 195. Elegans hoc Epigramma edidit *Reisk.* in Anth. nr. 501. p. 45. Ex cod. protulit *Valcken.* ad Adon. p. 372. C. — V. 1. „Philaenium „meretrix, quam domi clam habuit Agamedes, vestem ei „texuit. Alterius distichi sensus est: Operi jam intentae „sunt meretrices, at matronae inertes colum et stamina „in quasillis intacta relinquunt.“ *Br.* λάθρῃ et Ἀγαμηδὴς

Vat.

Vat. C. Hoc emendatum in marg. Ap. Guy. et R. κοσμηθεῖσα Ap. Lipſ. — εἰς κόλπους pro ἐν κόλποις. Vide *Reisk.* ad Lucian. II. p. 568. III. 856. In Agamedis ſinu haerens, inter viri amati amplexus. — V. 3. αὐτὴ Κύπρις. Minus recte haec accepit *Reiskius*, quaſi puellae pulchritudo laudetur, quae, cum texeret, altera Venus eſſe videretur. Spectatur potius veſtis elegantia et Philaenii erga Agameden amor. De pulchra Circes tela *Homer.* Od. κ. 223. ἱστὸν — μέγαν, ἄμβροτον' οἷα θεάων λεπτά τε καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται. unde *Valckenarius* ap. *Theocritum* XV. 79. tentabat: λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεῶν νήματα φασεῖς. — V. 4. ἀργὸς τάλαρος. in otioſo quaſillo penſa jacent et colus. Eſt hoc inter vulgares amoris effectus. *Horat.* III. Od. XII. 3. *Tibi qualum Cythereae Puer ales, tibi telas, operoſaeque Minervae Studium aufert – Liparei nitor Hebri*, ubi vide *Mitſcherl.* — γυναῖκας *matronae* h. l. ταῖς ἑταίραις opponuntur. Illis lanificium et Minervae Ἐργάνης opera cordi erant. *Alciphron* III. Ep. XLI. καὶ ἡ παρθένος δὲ ἡ παῖς, ἣν ἔχομεν ἐν ὥρᾳ γάμου, συλλαμβανέτω τῆς ἱστουργίας ταῖς θεραπαινίσιν, ἵνα εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα μὴ καταισχύνῃ τοὺς πατέρας ἡμᾶς. Καὶ ἄλλως δὲ εἰδέναι σε χρή, ὡς αἱ ταλασίαν ἀγαπῶσαι, καὶ τὴν Ἐργάνην θεραπεύουσαι, κόσμιον βίον καὶ σωφροσύνῃ σχολάζουσι. ubi vid. *Bergl.* T. II. p. 130. ed. W. — V. 4. ἔχοι. membr. ἔχει emendavit *Reisk.* Nec aliter exhibuit *Valckenar.*

LX. Vat. C. p. 566. ἐπὶ γυναικὶ πρεσβυτέρᾳ νέῳ ἐνοχλησάσῃ. Plan. p. 136. St. 197. W. ubi *Opſopoeus* illud de ſene libidinoſo interpretatur. — V. 1. ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. ἐπὶ τῶν ἐνδελεχῶς αἰτούντων τί, ἢ παρὰ τῶν αὐτῶν ἀεὶ δανειζομένων. *Suidas.* Vide *Eraſm.* in Adag. Chil. I. V. 34. — V. 2. ἴκμαρον. Antiquiores edd. ἰκμαῖον Aſcenſ. et Steph. et ſic legendum eſſe ſponte vidit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — ῥυτίδα μῆλον. poma rugoſa. μῆλον ἐρρυτιδωμένον eſt ap. *Antiphil.* Ep. VIII. ῥυσαὶ καὶ δρυπεπεῖς ἐλαῖαι. *Archeſtratus* ap. *Athen.* II. p. 56. C. Ad huma-

nae formae conditionem respiciens *Epigon. Thess.* Ep. I. T. II. p. 306. de uva: ἤδ' ὁ χρόνος οἷα δαμάζει· καὶ σταφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ῥυτίδων. — V. 3. Similiter de meretrice, quae nonnisi juvenes recipiebat, *Aristaen* I. Ep. XVIII. p. 45. τοῖς ἀκμάζουσι χαίρεις. — ὥστε διὰ φιλεραστείας μηδέν' ἐκβαλεῖν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ. — συνακμάζουσα ὀπώρα. puellae florentis aetatis. *Chaeremon* ap. *Athen.* L. XIII. p. 608. F. πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰξορῶν παρῆν Ἄκραισι περιλάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου. Similia multa collegit *Mitscherl.* ad *Horat.* II. Od. V. 10. p. 397. — V. 4. λευκὸν ἰδεῖν κόρακα. *Schneiderus* in Per. crit. p. 131. ex comparatione *Straton.* Ep. XXVII. hunc sensum extricat: Tu cana facta frustra quaeres corvum album, qui fructus marcidos comedat. At pro ἰδεῖν membr. ἰδὼν habent, quod gravioris corruptelae suspicionem movet. In verbis λευκὸν ἰδὼν latere videtur vocabulum ad vetulam referendum, non sine allusione ad canos ejus; cum contra κόραξ juvenem nigris capillis indicet. Talem igitur sensum desidero: Quid est, quod tu *alba columba* (vel simile quid) corvum tentes et sollicites? — Ejusmodi quid latere suspicor; at quid poëta scripserit, dicere non habeo. — Ceterum λευκὸς κόραξ inter res raras paroemiace dici potuit, ut *cygnus niger* ap. *Juvenal.* VI. 165. *Lucian.* Ep. XXII. θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην. *Corvi albi* mentionem injecit *Aristotel.* III. Hist. An. III. 12.

LXI. Vat. C. p. 203. *Marco Argentario* hoc Epigramma vindicat, quod ἀδέσποτον est in Plan. p. 483. St. 627. W. Lychno sternutante, poëta optat, ut puellae adventus ipsi hoc omine significetur. Hoc ominum genus diserte commemorat *Ovidius* XIX. Heroid. 151. *Sternuit et lumen, (posito nam scribimus illo) Sternuit, et nobis prospera signa dedit.* Quo facto lucernae, ut numini cuidam, vino libabant: *Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes.* Huc respexit etiam *Propert.*

IV. 3. 60. *Seu voluit tangi parca lucerna mero;* ad quem locum *Burm.* nostrum Epigramma excitavit. Vide eundem II. 2. 34. et *Interpp. Appuleji* Metam. II. p. 177. — V. 1. ἤ τάχα. Similiter caprarius ap. *Theocrit.* III. Eid. 37. ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ αὐτάν; — V. 2. εἰς Vat. — ¶. 163.] V. 3. εἰ γάρ. utinam. Vulgo ἄναξ legitur, quod mutavi. *Br.* ἄναξ est etiam in membr. nec fortasse spernenda haec lectio. Numina hoc vocabulo appellari, satis notum est; pro numine igitur lucernam poëta colit statim post omen editum, addito promisso, se illam pro *summo* inter divinantes Deos habiturum esse, si illud omen puellae adventum portenderit. — παρὰ τρίποδι. Ridicule haec verba interpretatur *Schol. Wech.* Sensus est: Tanquam Apollo apud mortales coleris, et tua oracula non minus magni fient, quam quae e tripode proferuntur. Facit huc Comicus ap. *Plutarch.* T. II. p. 513. F. Βακχὰς θεὸν σ' ἀνθρώπων, ἀδδαῦμον λόχνε, Καὶ τῶν θεῶν μέγιστος, εἰ ἐν αὐτῇ δοκῇ.

LXII. Vat. C. p. 92. Plan. p. 482. St. 626. W. Ad puellam de coma. — V. 1. Sive nigricante, sive contra flavescente incesseris coma, exaequo places. Cogitandum est de more mulierum comas tingendi. Vide *Interpp. Ovidii* I. Amor. XIV. Orationis color est, ut apud *Tibullum* IV. 2. 9. *Seu solvit crines, fusis decet esse capillis, Seu compsit, comtis est veneranda comis.* — V. 4. θρὶξ πολιήσειν. *Plato* de Archeanassa Ep. VI. ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων δριμὺς ἔπεστιν Ἔρως. ubi vid. not. p. 341. — Hoc Epigramma *Rufini* esse putaverim.

LXIII. Vat. C. p. 425. Plan. p. 62. St. 90. W. Lemma recte conceptum esse dubito. In natantem puellam Epigramma scriptum esse, nihil evincit; sufficit, puellam, quae laudatur, in Aegypto natam fuisse. — V. 1. πρώιον Vat. C. πρῴαν Ed. Flor. pr. — V. 2. σταγόνων Οὐρανίων. Nota fabula de Veneris origine ex Urani sanguine ap. *Hesiod.* Theog. 188. sqq. — V. 3. Nilus

Oceanum aemulatus ex suis undis alteram Venerem progenuit. γλαυκερὸν. propter fertilitatem undarum Nili, ni fallor. Eandem ob causam hoc epitheto Strymonem ornavit *Tullius Geminus* Ep. VII. Στρύμων, Ἠμαθίης τὸ γλαυκερὸν πέλαγος.

LXIV. Vat. C. p. 99. Plan. p. 472. St. In balneatricem formosam. — V. 1. τί μ' ἔκαυσε. Vat. C. τί δή ποτε est in Plan. Quid me igne lavas? nondum enim veste deposita aestum sentio. — V. 2. μ' ἀπεκδ. Vat. C. quod non spernendum.

LXV. Vat. C. p. 101. Plan. p. 483. St. 628. W. *Philodemo* tribuendum esse suspicatur *Schneider*. in Peri crit. p. 7. ex comparatione Ep. *Philodemi* III. Dialogus amantis cum meretrice in publico loco ipsi forte obviam facta. Sic hoc carmen accepisse videtur cl. editor. Sed magis arridet interpretatio *Brodaei*, qui non ipsam meretricem, sed ejus pedissequam respondere existimat. Tum versus 2di et 3tii verba sic inter personas distribuenda:

α. οὐκ ἐλέγχεις ζητεῖ β. δεσπότις ἡμετέρη.

α. ἐλπίζειν ἔξεστι.

Sic omnia bene procedunt, nec ulla difficultas est in verbis τίς ἡ προιοῦσα; quae, si altera interpretatio admittitur, pro obliqua interrogatione habenda sunt: Quae es, quaeso? Sed hoc durum. Quanto lenius alterum, ubi vir ancillam interrogat: τίς ἡ προιοῦσα; ubi tamen haud scio an rectius προϊοῦσα legatur: haec in publico ambulans. Hoc sensu verbum προϊέναι usurpatur, quod, cum προσιέναι crebro confusum, illustrat *Abresch.* in Lectt. Aristaen. p. 24. sq. — V. 3. Vulgo et in membr. legitur: ἔξεστι; ζητεῖς δέ τι (δ' ἔτι Vat. C.); metro pessum dato. θέλεις debetur *Reiskio*, idque probat *Schneider.* l. c. At fortasse praeferenda emendatio in marg. Wechel. proposita: ἔξεστ'· αἰτεῖς δέ τι; quod a vulgata propius abest. Hanc correctionem etiam Dem

-*sse* in mentem venisse, intelligo ex *Burmanni* Not. in *Propert.* p. 376. — φέρεις τι; *Muneris ecquid habes? Propert.* II. 18. 58.

LXVI. Vat. C. p. 89. Plan. p. 486. St. 630. W. — Vulgo v. 2. φιλέῃς, quod ex membr. emendatum. — τὴν ἐν γῇ ναυαγόν. *Alciphr.* I. Ep. XVIII. p. 70. πέπαυσο δὴ ταῦτα ἐπαινούμενος, μή σε ἀντὶ τῆς θαλάσσης ἡ γῆ ναυαγὸν ἀποφήνῃ. Vide ad *Posidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 138.

¶. 164.] LXVII. Vat. C. p. 100. Ineptum distichon. Similiter, sed sobrius lusit *Philostrat.* Epist. XXX. πέπομφά σοι στέφανον ῥόδων, οὐ σὲ τιμῶν, καὶ τοῦτο μὲν γάρ, ἀλλ' αὐτοῖς τι χαριζόμενος τοῖς ῥόδοις, ἵνα μὴ μαρανθῇ. — V. 2. μύρον. Hoc inde ductum, quod pulchros pulchrasque μύρον blande appellant amantes. Vide not. ad *Marci Argent.* Ep. XV. T. II. P. II. p. 285.

LXVIII. Vat. C. p. 100. Plan. p. 475. St. 617. W.

LXIX. Vat. C. p. 140. Plan. p. 487. St. 632. W. Puellam jam vetulam factam poëta rogat, ut ipsi reliquias saltem venustatis suae impertiat. — V. 1. ὄμφαξ. Vide ad *Onest.* Ep. I. T. II. P. II. p. 331. — ὅτε ἦς. Vat. C. Vulgo ὁ τῇ σταφυλῇ ex Aldin. 1 et 3. In Flor. pr. ὅτ' ἦς. Veram lectionem vidit *Brodaeus* et *Huetius* p. 49. A vero aberravit *Jos. Scaliger*, qui tentavit in not. mst. ὅ τοι σταφυλὴν περ ἔπεμψα. — V. 2. κἄν. Vulgo et in membr. Nec repudianda haec lectio. *Saltem* uvae passae aliquid sibi tribui cupit. Hoc sensu usurpatum κἄν illustravit *Locella* ad *Xenoph. Eph.* p. 202. Temere igitur *Reiskius* sollicitavit *Dion. Chrysost.* Or. LXXX. p. 438. 21. κἄπειτα δὲ ὑπόμενοι κἂν μικρὸν (ille πάμμικρον volebat) αἴθυγμα δειπνῆσαι πυρός.

LXX. Vat. C. p. 95. Plan. p. 487. St. 632. W. In nuptias clandestinas cum puella ipsi amanti ignota. Argumentum in dictionis gratiam fictum, qualia multa apud Grammaticos. Quaesivit auctor elegantiam in eo, quod primum versum ex singulis verbis, iisque trisylla-

bis, praeter ultimum, composuit; alterum autem hemistichium ex monosyllabis. — ἡ Θεός. Venus, quae mihi illam adduxit.

LXXI. Vat. C. p. 448. Plan. p. 26. St. 41. W. — „Vat. membr. [illegible], quod aeque bonum." *Br.* In membr. praeterea est: [illegible]

LXXII. Plan. p. 130. St. 188. W. In Episcopum, cui concubina erat nomine Irene. — εἰρήνη πᾶσιν solemnis est salutandi et benedicendi formula, de qua vid. *Ducange* in Gloss. v. [illegible] et εἰρήνη, et *Albert.* in Obss. philol. p. 187. — „Vide omnino doctissimum Wes„selingium ad Diodor. Sic. T. II. p. 595. Ridicule Bu„daeus et Opsopoeus [illegible] pro nomine proprio acci„piunt, cum sit dignitatis, et quidem sacrae nomen." *Br.* Ex Actis Synodi Chalcedonensis docuit *La Croze Histoire du Christ. de l'Arm. et d'Ethiopie.* L. IV. p. 361. hoc Epigramma scriptum esse in Dioscurum, Alexandrinorum praesulem. Reperitur ibi petitum Diaconi Alexandrini, quo Dioscurus, quem Monophysitae pro sancto habebant, tanquam luxuriosus homo traducitur. Ibi etiam Irenes fit mentio, cujus cum Dioscuro contubernium Alexandrinis multam ludendi occasionem dederit. Probabile est igitur, hoc quoque distichon Alexandriae scriptum esse.

LXXIII. „Fragmentum hoc, quod Planud. p. 625. „Nicarcho tribuit, auctoris nomine caret in membra„nis." *Br.* Jungendi sunt hi versus Epigrammati *Nicarchi* II. quod docuimus T. II. P. III. p. 18. sq.

¶. 165.] *LXXIV.* Vat. C. p. 552. Plan. p. 142. St. 206. W. Lusus Grammaticus in foedum hominem, qui lingua ad turpia abutebatur ministeria. *Vocem* quidem Homerus ἐνωπῇ dixit; at quo magistro tu linguam ἐνωπῇ facis, i. e. ἐν ὀπῇ. Nostrum est in membr. et Flor. ed. pr. Sequentes edd. ἐν ὀπῇ legunt ex glossemate. In eadem impuritate eleganter ludit *Meleager* in di-

sticho, quod primus edidit cl. *Heschke* in Anal. crit. p. 245.

Εἰ βίνει Φαβορῖνος ἐπιστεῖς' μηκέτ' ἐκίστει'
αὐτὸς μοι βίνειν εἶπ' ἰδίῳ στόματι.

LXXV. Vat. C. p. 537. Plan. p. 130. St. 189. W. Etiam hoc distichon scriptum in impurae linguae hominem, Alpheum, cujus nomen auctori Arethusae nomen in memoriam revocabat. Verba στόμα, κόλπους, πρηνὴς, ἁλμυρὸν πέλαγος ambigua, quippe quae ad fluvii amores et ad eam rem, quae tecte significatur, quadrant. — πρηνὴς ὑποδύεται, *capite demisso*, ut est de Clodio in Orat. pro Domo c. 31. *latitat omnino*; *sed si requiri jusseris, invenient hominem apud sororem tuam, occultantem se, capite demisso.* — κόλποι et πέλαγος sunt secretiores Arethusae partes. Κόρωναν appellat *Rufinus* Ep. VI. λιμένα *Macedon.* Ep. III. 6.

LXXVI. Vat. C. p. 538. Plan. p. 131. St. 189. W. In Chilonem fellatorem lusus grammaticus. — V. 1. Verba Χείλων et Λείχων, quae iisdem literis constant, idem in computatione valent; hoc est ἴσα γράμματα ἔχειν. Idem igitur Chilon et Linctor. Sed fac, non ἴσα esse; Chilonis quidem nihil interest, qui et tunc linget et fellabit. — In membr. v. 1. χίλων καὶ λίχων. V. 2. λίχει γὰρ χίλων. γὰρ etiam Planudea exhibet. Nec aliter poëtam scripsisse puto.

p. 334.] *LXXVI.*[b] „Sequitur hoc Epigramma in „Codice post Nicarchi V. et praefixum non habet aucto- „ris nomen, nec illud ἄδηλον, quo signata sunt carmi- „na, quorum incogniti auctores. Ejusdem Nicarchi „esse credo." *Br.* Suspicionem cl. editoris confirmat membr. Vat. ubi τοῦ αὐτοῦ inscribitur p. 551. Argumentum est, ut in praecedentibus. — V. 1. In verbis κάτω βλέπειν et χαρίζειν τῇ γλώσσῃ lepida est ambiguitas. Illud de hominibus verecundi oris usurpatur (vide not. ad *Straton.* Ep. VII. T. II. P. III. p. 58.); Demonax

autem longe diversa ratione κάτω ἔβλεπε, impurae voluptatis sedem spectans scilicet. Vide Ep. LXXV. 2. — τῇ γλώσσῃ χαρίζεσθαι accipi possit de eo, qui delicatis cibis palatum titillat (vide not. ad *Luciani* Ep. XXX. T. II. P. II. p. 431.); *Nicarchus* autem de fellatore accipi voluit. — V. 2. χοιρὸς Vat. C. perperam. χοῖρος est porcus et pars muliebris, ut passim ap. *Aristophanem* et in *Crat.* Ep. T. II. p. 3. ubi similes facetiae. In ἀκανθῶν ἄκανθαν simul respicitur ad spinas erinacei, τοῦ ἀκανθοχοίρου, simul ad pilos τοῦ αἰδοίου. Nam pili etiam ἄκανθαι appellantur. *Lucian.* T. III. p. 183. ed. R. de pathico, In Palaestina, inquit, φραγμὸς appellatus es, εἰς τὰς ἀκάνθας τοῦ πώγωνος, οἶμαι, ὅτι ἐνύττες μεταξύ. — Post vs. secundum haud scio an distichon exciderit. Priore *Nicarchus* Demonactem ob impuritate dehortari videtur; altero commoda recenset, quae inde capiat. Desideratur aliquid, quod duas has partes conjungat et melius copulet. — V. 3. Scribendum ex membranis: καὶ σὺ ζῇς ἡμῖν. *et tu nobis suaviter vivis.* ζῆν, ut *vivere*, de vita jucunda et hilari. Vide ad *Agathiae* Ep. XXVI. — ἐν Φοινίκῃ. Sic membr. Sed vide, an non Φοίνικι (ultima propter caesuram producta) legendum sit. — V. 4. κοὐκ ἂν (in Ed. Lips. male ἴον excusum), ex *Salmasii* an *Brunckii* emendatione, non constat. In membr. est κοὐκαν. Post Σεμέλης minor ponenda distinctio. Ceu Bacchum alterum μηρὸς te nutrit. μηροτραφὴς Bacchi epitheton, quem in feminibus Jupiter aluit. Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* p. 175. At μηροὶ, quibus Demonax nutriebatur, mulieris, cum qua cubabat, μυχοὶ sunt. Cf. *Rufin.* Ep. III.

V. 165.] *LXXVII.* Vat. C. p. 107. Edidit *Reisk.* in Miscell. Lips. IX. p. 145. nr. 323. Elegans ad lagenam Epigramma, cum quo comparandum Ep. *M. Argentarii* XVIII. — V. 1. εὐτέρνευτε. Ex hoc vocabulo *Reiskius* lagenam ligneam fuisse colligebat. At est omnino

bene rotundata, sive torno sive in rota figlina facta fuerit. Cf. *Heynii antiqu. Aufsätze* T. II. p. 142. not. *d.* — μονόωτι. *unius ansae lagena.* μόνωτον ποτήριον est ap. *Athen.* XI. p. 467. unde apud eundem p. 484. C. κώθωνα μόνωτον μαβδωτὸν certa emendatione scripsit *Valcken.* in Epist. ad Röver. p. XXVI. Binis ansis instructum poculum caprarii ap. *Theocritum* Eid. I. 28. ἀμφῶες, i. e. ἀμφωτόν. — V. 2. φθεγγομένη. unde vinum effusum suavem sonum efficit. Hinc ap. *M. Argentarium* l. c. εὔλαλε, προχόησκον, εὔστομε. — V. 3. Μουσῶν. Vat. C. — Κυθηρίης. ταραττόμενα γὰρ Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου καὶ τὸ πῦρ' ἀμφοῖν ἤδη σύγκρατον. *Lucian.* T. II. p. 410. ed. R. *Larga nec desunt Veneris sodali Vina craterae. Horat.* III. Od. XVIII. 7. ubi *Mitscherl.* nostrum locum cum similibus excitavit. — V. 4. Ad συμβολικῶν notatum in marg. Ap. Guy. et Ruhnk.: ἀντὶ τῶν νέων τὰς συμβολὰς εἰσφερόντων? Malim προπόσεων subaudire. Lagena jucunda dispensatrix potionum in conviviis. συμβολικὴ πρόποσις est in *Posidippi* Ep. XI. T. II. p. 48. — V. 5. ὅπότ' ἂν. Vat. C. Elegans conversio: ego cum sobrius sum, tu ebria es; cum ego probe sum prolutus, tu sicca es et sobria. μεθύειν de rebus usurpatum, quae plenae sunt atque saturatae aliqua re, illustratum dedit *Rittersh.* ad *Oppian.* II. Cyn. 576. IV. Hal. 671. V. 603. Cf. ad *Philodem.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 225.

LXXVIII. Vat. C. p. 508. »Est in Planud. p. 172. »St. 251. W. at genuinas lectiones servavit lapis anti»quus descriptus in Thesauro Murator. p. 1321. quas »hic exhibui.« *Br.* Mirum, quod hoc Epigramma cippo insculptum fuisse dicitur. Vivus loquitur, eorum stultitiam et vanitatem reprehendens, qui unguenta et vinum, conviviis longe melius adhibenda, in tumulis effundant. *Dorvillius* se hoc carmen et ad marmoris et ad Palatini Cod. fidem exhibiturum esse spondens, in 4. certe versu apographo interpolato deceptus est. In

membr. est: λιθίναις στήλαισι χαρίζου. plane ut in Planud. In marm. χαρις η. *Dorvillius* στήλαις χάρισαι λιθίναισι. *Salmasius* in Exercit. Plin. p. 858. G. sic eum exhibet: μὴ μύρα, μὴ στεφάνους κωφαῖς στήλαισι πορίζου, memoriae, vel in *Salmasio* interdum labantis, errore. Ceterum hoc carmen expressum est ex *Anacr.* Od. IV. 11. Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν; Τί δὲ γῇ χέειν μάταια; Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, Μύρισον. *Virgil.* in Copa v. 35. *Quid cineri ingrato servas bene olentia serta? Anne coronato vis lapidi ista legi.* Plurima in hanc sententiam collegit Vir cl. *Villoison* in *Magazin Encycl.* VII. an. nr. 8. p. 493. quibus addiderim *Philistionis* loca a *Dan. Heinsio* cum nostro carmine comparata in *Rutgersii* Var. Lect. IV. p. 411. et obiter hac opportunitate emaculanda. *Philistio* quidem v. 184. scripsisse videtur:

ὦ τᾶν, τί τύμβον στεφάνοις κόσμῳ κενῷ;
τὸ ζῆν τὸ σαυτοῦ στεφάνοις παρηγόρει.

non, ut vulgatur: ὅταν τινὰ τάφον σ. κόσμῳ ποικίλῳ. Notandum στέφανος priore syllaba producta, ut mox v. 188. ζῶν Πάρεσχε σαυτῷ στέφανόν τε καὶ μύρα· Χρήσῃ γὰρ αὐτοῖς αἰσθόμενος μεθ' ἡδονῆς. ubi vulgo habetur: ζῶν γὰρ κοινοῦ σαυτῷ στεφάνων καὶ μ. Χρ. γὰρ α. μεθ' ἡδονῆς αἰσθόμενος. De more cippos ungendi et coronandi vide, praeter ea, quae *Brodaeus* ad h. l. dedit, *Des. Heraldum* ad *Martial.* X. 61. p. 204. et *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. III. p. 404. ed. Bip. — V. 2. τὸ πῦρ φλέξῃς. Mirum, quod ne rogum quidem sibi accendi velit is, qui hoc carmine loquitur. Si sincera est lectio, sic verba accipe: Ligna, rogo insumenda, melius adhibebis igni in foco accendendo, id quod in compotationibus fieri solebat. *Alcaeus* ap. *Athen.* L. X. p. 430. B. κάββαλλε τὸν χειμῶνα, ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ καὶ κίρναις οἶνον ἀφειδέως μελιχρόν. quem locum expressit *Horat.* I. Od. IX. 5. sqq. At scribendum videtur:

μηδὲ τὸ πῦρ βρέξῃς —

quod primum *Opsopoeo* in mentem venit, in hoc saltem

loco ingenioſo; deinde ſic emendavit *J. Scaliger* in not. mſt.; denique *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 60. Vinum rogis affuſum eoque cineres extinctos eſſe, ſatis conſtat vel ex iis, quae collegit *Kirchmann.* de Funer. L. III. 7. — V. 3. εἴ τι θέλεις χάρισαι. Vat. C. et Plan. „V. 3. in lapide legitur: ζῶντί μοι εἴ τι εχεῖς [ει τις χεις] – „quod ſervari potuiſſet. Sed εχέω vix eſt in uſu niſi in „aoriſto per omnes modos, et quum εχῇς cum particula „εἰ non recte conſtruatur, ſatius mihi viſum reponere „εἴ τι γ' ἔχεις.“ *Br.* Equidem nihil melius duxerim, quam lectionem membranarum revocare. Marmoris auctoritas in hac re nulla. Solebant enim ſeriori tempore, cum jam nemo reperiretur, qui verſus commode pangeret, vetera Epigrammata cippis inſculpere, ſine judicio ſaepe et diligentia. — τέφρην. Vat. C. et Plan. — V. 4. πηλὸν ποιήσεις. Reſpici videtur ad locutionem paroemiacam οἶνου πηλὸν ποιεῖν, de qua tradidit *Caſaub.* ad *Athen.* IX. 8. *Dorville* ad *Charit.* p. 39. — In fine carminis vulgo τέρσται legitur. πίεται eſt in membr. et in marm. In hanc lectionem ſponte incidit *Huetius* p. 18. et *Gataker* in Adverſ. Poſthum. c. V. p. 447. Ad ſenſum maxime facit *Anacreon* Od. XXXVI. 10. δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ, – βρεχὸ μὴ ζῶντα καλύπτεις. Ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ. — Ceterum hoc Epigr. in Planudea legi oblitus *Leichius* infeliciter illud tractavit in Miſc. Lipſ. Nov. I. p. 484. ſerius, quid rei eſſet, intelligens in Curis Secund. p. 43.

LXXIX. „In quatuor Planudeae codicibus nihil „aliud adſcriptum quam ἄδηλον. In Vat. C. ἄδηλον ἐπὶ „τίνι τοῦτο γέγραπται, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Παλλαδᾶ ἐπιγράμ- „μασιν εὑρέθη· μήποτε δὲ Λουκιανοῦ.“ *Br.* Vat. C. p. 256. Planud. p. 178. St. 260. W. ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ. Poſteriora verba abſunt a Flor. pr. Aldinis, Aſcenſ. et aliis. Quum nonnullae ex veteribus Anth. edd. nunc non ad manus ſint, dicere non habeo, quaenam earum aucto-

sis nomen prima addiderit. Caeterum elegantius carmen, quam ut *Palladae* esse videatur. — V. 1. Nulla mea culpa factum est, ut nascerer; tamen morti obnoxius ad inferos abeo. — V. 2. Ἀΐδαν a man. sec. in Vat. C. — §. 166.] V. 3. γονέων. Vat. C. quod revocandum. Vulgatae certe sensum non perspicio. — V. 5. γονέμαν. Vat. — V. 7. ἀποστίλβωσαν. *splendidum offer poculum*; docte et eleganter pro τὸ στιλπνὸν κύπελλον πρόσφερε. Nonnihil huc facit *Horat.* I. Epist. V. 23. *ne non et cantharus et lanx Ostendat tibi te.* At cl. *Mitscherlich* nostra verba admovens Horatianis II. Carm. VII. 19. *oblivioso laevia Massico Ciboria exple* – aliter haec interpretatur: *fac*: *ut ardeat*, *resplendeat*, *impleatur poculum* sc. vino; fere ut *Setinum* in aureo poculo *ardere* dicitur ap. *Juvenal.* X. Sat. 27. — Ceterum membr. Vat. ἀποστίλβων exhibet. — V. 8. »Vulgo λύπης λήθην. In membr. λύπης ὀδύνην. unde scribendum »vidi λήθην ὀδύνης, sicque concinnior versus.« *Br.* λήθης ὀυρεδόντας Βρόμιος. *Meleag.* Ep. VI. ubi vide not.

LXXX. Vat. C. p. 505. sq. ἄδηλον. Plan. p. 179. St. 261. W. ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ. »In hujus etiam titulo »Palladae nomen non praeferunt membranae, nec duo »regii Planudeae libri.« *Br.* Praecedenti Epigrammati hoc nostrum tam simile est, ut alterum ex altero derivatum esse videatur. — V. 5. »Vulgo ἀλλὰ σύ μοι. »In cod. Jani Lascaris, ut in veteribus editionibus, omis»sum σύ, quod primus inseruit Stephanus ad fulcien»dum metrum. Recte in tribus aliis Planudeae codici»bus ἀλλ' ἄγε μοι. Tum recte veteres editiones et co»dices ἴσθι. Stephanus ἴσθι, metri modo repugnante.« *Br.* ἴσθι prima dedit Ascensiana.

LXXXI. Vat. C. p. 515. Hortatur poëta lectores, ut brevitatis vitae memores, eam hilariter transigant. Nihil his similius senariis ap. *Athenaeum* L. VIII. p. 336. B. C.

πᾶσιν δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι,
τοὐφ' ἡμέραν ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανεῖν
τὸ μηδέν ἐστι, καὶ σκιὰ κατὰ (vulgo μετὰ) χθονός.
μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαύρεσθαι χρεών.

Conf. ad Choerili Ep. T. I. p. 185. — V. 1. τί γὰρ αὔριον. ne crastinus quidem dies quid allaturus sit, scimus. Mortalium conditionem angustis terminis circumscriptam significans *Theocrit.* XIII. Eid. 4. οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. — V. 3. θνητὰ λογίζου. Ne ad ea, quae supra mortalem naturam sunt posita, adspires. — V. 4. τὸ ζῆν. *Brodaeus* comparavit *Euripidem* in Polyido fr. II. τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται. quod tamen in alium sensum accipiendum est. Vide *Gataker.* in Misc. Posth. c. X. p. 523. Ad nostrum locum facit *Seneca* de Brev. Vitae c. 10. *Praesens tempus brevissimum est, adeo quidem, ut quibusdam nullum videatur: in cursu enim semper est, fluit et praecipitatur; ante desinit esse, quam venit.* — V. 5. »Hic versus in Planudea admodum corrupte legitur. In membr. ἐστὶ (ἐστὶν) μόνον, ἂν προλάβῃς, σόν. »Ultimum recte Salmasius emendavit σοῦ. Planus et »perspicuus sensus.« *Br.* Post μόνον plenior distinctio ponenda erat, quae in Anal. neglecta. — Tota vita momentum; nihil amplius; quod si ea frueris, tua est; si cunctaris, cunctantem mors occupabit et omnia ad haeredem transibunt. *Horat.* IV. Od. VII. 18.

Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae
Tempora Di superi?
Cuncta manus avidas fugient haeredis, amico
Quae dederis animo.

LXXXII. Vat. C. p. 195. Bis extat in Planudea p. 104. et 422. St. 154. et 557. W. In puellam olim superbam et severam, nunc, cum vetula facta esset, ad restim redactam. Commode huic Epigrammati Mim-

Aeolus Hippotades nimbis horrentia castra
Transtulit, et ventis haec nova regna dedit.

— V. 6. διὰ τὴν θερμήν. ne fervens pavimentum pedum plantam laedat. — V. 7. *Horroris* hic et *Torporis* regna sunt, novorum Deorum, quos ipse poëta invenit. — V. 8. Inscriptiones balneis praepositae. — Μεσωρί. Vat. C. Μεσωρὶ mensis ap. Aegyptios annum terminat praeceditque τὰς ἐπαγομένας. Jam cum primus eorum mensis Thot Augusto Romanorum respondeat, mensis Mesori cum Julio fere congruit. Calidissimo igitur anni tempore frigidum illud balneum, in quo Boreas videbatur spirare, satis jucundum videri poterat.

LXXXV. Vat. C. p. 552. Plan. p. 168. St. 244. W. „Jocatur poëta in flagitiosum quendam, Damagoran nomine: cujus nomen cum pestis nomine ἰσόψηφον esse quidam cum audivisset, quasi in statera expendit ingenium pestis et ingenium Damagorae; praeponderasse autem eam lancem, in quam Damagorae ingenium impositum erat, quod videlicet multo leviora essent mala, quamquae a Damagora importarentur." Verba sunt *Mureti* in Var. Lect. XIV. 13. *Leonidae Alexandrini* hoc Epigramma esse probabiliter suspicatur *Schneiderus* in mst. not. — V. 2. κανὼν h. l. est jugum in trutina, quod vulgo ζυγόν. — V. 3. καθείλκεν Vat. C. — V. 4. εἶρεν vett. nonnullae edd.

¶. 168.] *LXXXVI.* Vat. C. p. 535. Plan. p. 136. St. 196. W. In Moschum quendam, qui, cum vetulam opulentam in matrimonio habuisset, ea defuncta, divitem haereditatem adeptus, virginem duxit, probe gnarus, et ubi numi, et ubi voluptas quaerenda. — V. 3. ἀνῦσαι. Vat. C. — V. 4. ἐνὶ κ. Vat. C. — κυνεῖν. Hoc contra codicum auctoritatem mutare nolui. Suspicari tamen quis possit, scriptum olim fuisse βινεῖν." *Br.* Hujus conjecturae caussam non reperio. κυνεῖν eodem, quo βινεῖν, sensu usurpavit *Nicander Coloph.* Epigr. I. εἰδὼς τὴν

τῶν ἰδίων συνεχῶς, Χαρίδημε, γυναῖκα κινεῖν ἐκ ψυχῆς τετριμμένος δύναται. *Archilochus* ap. *Suidam* in παλίνσκιον· πρὸς τῶν χῶν ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ. Adde *Aristoph.* Ran. 550. 1236.

LXXXVII. Vat. C. p. 567. Plan. p. 136. St. 197. W. — V. 1. σε θέλω. Vat. et Plan. Πλαγκιανέ. Vat. — Scire te volo, quamvis opulentam vetulam pro capulo, auri pleno, habendam esse. — σορός. σοροί, τύμβοι, *capulares* passim appellantur senes. Comicus ap. *Athen.* L. XIII. p. 580. C. ἐπεὶ προέβη τοῖς ἔτεσιν ἡ Γνάθαινα καὶ ἤδη τελέως ἦν ὁμολογουμένως σορός. *Schol.* *Euripid.* Med. 1209. τύμβους καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τύμβου. Cf. *Salmas.* ad Solin. p. 848. C. D. et quae notavimus ad *Rufin.* Ep. XXXII. T. II. P. III. p. 176.

LXXXVIII. Vat. C. p. 448. Plan. p. 112. St. 163. W. Hominem, magistratu, quem gerebat, indignum, poëta dicit a Fortuna ad illud fastigium evectum esse, ut ostenderet, quantum vel in infimae sortis hominibus efficere posset. In hac sententia verba οὐκ ἰδέλοντα non satis videntur commoda. Expectares οὐχὶ φιλοῦσα σ. σε πρ. *non quod te amaret*, sed ad impotentiam suam ostentandam. Hoc sensu vulgatam accepit *Grotius*:

Non te provexit Fortuna favore, sed ingens
Te dedit exemplum, cuncta licere sibi.

— V. 2. καὶ om. Vat. C.

LXXXIX. Vat. C. p. 552. Plan. p. 138. St. 201. W. Hoc Epigramma *Brodaeus* in Grammaticum suspicatur esse compositum, qui in Cynegiri historia a veritate aberraverit, eumque in proelio non manibus tantum, sed etiam pede privatum esse tradiderit. Equidem de vitiosa nominis pronuntiatione interpretari malim, quod ille *Cynegīrum* in *Cynegĭrum* forte mutaverit. — V. 2.

[illegible]. Vat. C. — V. 3. [illegible]. Si codex offerret [illegible], id non spernerem.

XC. Vat. C. p. 535. Plan. p. 140. St. 203. W. „In „Planudea ἄδηλον. In Vat. Cod. adscriptum Ἡρ. Forte „Ἡρακλείδου, cujus tria Epigrammata habemus T. II. „p. 261.“ *Br.* In nasum longissimum et ad plurima negotia habilem. Alia hujus argumenti vide in *Ind.* v. *Nasus.* — V. 2. [illegible] ἄν. Vat. — V. 4. „Vulgo „ἄγκιστρον κώπαις. *Hamus* piscatorium instrumentum est; „de egregii illius nasi nautico usu dictum est jam: „ἐν πλόοις ἄγκυρα, unde omnino hic emendandum erat „ἄγκιστρον γρυπόν. Tum mallem: [illegible]. sed „vulgatum stare potest.“ *Br.* κώπαις habent etiam membranae, male sine dubio. Mihi in mentem venit, quod propius a vulgata abest: ἄγκιστρον νηκτοῖς. *hamus contra pisces.*' *Leonid. Tar.* Ep. XXV. τοῦτον νηκτοῖσιν ἐπ' ἰχθύσι τεχνασθέντα κέρτον. — V. 5. „Vulgo [illegible]. „male. Vide Hesych. in σχινδαλάμητα. Hinc accedat „huic voci auctoritas in Lexicis.“ *Br.* χαλκευτικὸν ὄργανον esse τὴν σχινδάλην ex Lexicographo intelligitur. — πρασόκουρον instrumentum, quo porrum caeditur. Vocabulum alibi vix obvium. Aliud est πρασοκουρίς, de quo *Aristotel.* V. Hist. Anim. 19. et *Hesych.* v. — V. 6. κόραξ. *Pollux* VII. 111. οἷς προσθετέον, ὅτι ἣν Ὅμηρος κορώνην λέγει, νῦν κόρακα καλοῦσι. Καὶ Ποσίδιππος ἐν Γαλάτῃ εἰκὼν Κόρακι κλέεται θύρα. ubi *Kuhnius* κρούεται emendavit. Rectius fortasse *Stephanus* κλείεται, in Thesaur. Gr. L. T. II. p. 380. A. B. quod *Pollucis* editores fugit. Nam τῷ κόρακι non ad pulsandam solum, sed etiam ad claudendam sive potius attrahendam januam utebantur. *Eustath.* ad Od. α. p. 72. 2. κορώνη δὲ ἐλέγετο ἡ τὸ κορώνιον ἢ μᾶλλον κατὰ τοὺς παλαιούς, ὁ κρίκος, ᾧ ἔστι τὴν θύραν ἐπερύσαι ἤγουν ἑλκύσαι, ἐπισπάσασθαι. ὅθεν καὶ ἐπισπαστὴρ — ὡς καὶ ῥόπτρον ἐλέγετο. At illam tam elegantem et probabilem emendationem incertam reddit alius ap.

Polluc. locus X. 23. ubi κόρακι κρύβεσθ' ἢ θύρα legitur. — V. 8. ἐργατίνης. Vat. C.

¶. 169.] *XCI.* Vat. C. p. 542. Plan. p. 141. St. 204. W. In astronomum scriptum putant; perperam. Est in geometram, cui poëta nasum pro virga mensoria esse asseverat. In hunc sensum *Grotius*:

Non opus est radio, mensor, tibi: quaerere noli:
Tres cubitos nasus qui patet, is satis est.

XCII. Vat. C. p. 552. Planud. p. 142. St. 206. W. In herniosum, cujus tanta hernia, ut virum ipsum celet. — προτίθεικας, monstras herniam, quam prae te fers. In membr. est προτέθηκας. — V. 2. Ne mihi solam herniam, ostende sc. Te ipsum videre cupio. — In fine distichi vulgo ἰδεῖν ἐθέλω. σ' inseruit cl. editor. In Vat. C. legitur αὐτὸν ἰδεῖν δύναμαι, quod sensum non habet. Praecedit nimirum, uno disticho interjecto, Epigramma *Palladae* XV. ad cujus ultimam vocem δύναμαι librarii oculus aberravit. Certe nihil facile reperiri poterit aptius ad contextum quam ea lectio, quam *Planudes* aut in alio cod. invenit, aut ex ingenio reposuit. — Ceterum cur *Opsopoeus* vetulam hic loqui existimet, causam non reperio.

XCIII. Vat. C. p. 542. Plan. p. 144. St. 210. W. Consentiunt editiones et membr. in βαυλεύειν, quod tamen falsum esse, contextus perspicue docet. Hinc *Brunckius* ad *Aristophan.* Concion. 443. T. II. p. 27. ne acumen Epigrammatis pereat, τοῦτο τὸ εὐλεύειν scribendum docet. Hoc ante eum viderat *Salmasius*, cujus haec sunt in not. mst. libri Lennepiani: »τοῦτο τὸδ' »εὐλεύειν est ambiguitas. Hoc, inquit, εὐλεύειν diu est, »quod habeas, sed βῆτα non agnosco, cum prius δέλτα »legeretur. Si jungis τοῦτο τὸ δουλεύειν et hoc tantum est »pronuntiatione: at si βουλεύειν scribas, ut vulgati habent, »falsum est, illum hoc τὸ βουλεύειν ἐκ τοῦ ἀρχαίου ha»buisse; nam contrarium innuit Epigramma, illum

„nempe semper fuisse servum „. nuper autem senato-„rem.“ In his quaedam sunt argutiora quam veriora, quae *Brunckius* recte vitavit.

XCIV. Vat. C. p. 552. Planud. p. 144. St. 210. W. In Agathinum, qui senatoriam dignitatem pretio emerat, cum antea servus esset.

XCV. Vat. C. p. 525. Plan. p. 149. St. 216. W. De Charino, oculorum medico ineptissimo. *Lucillii* ingenium sapit. — V. 1. μήλη, *specillo*, (*Sonde*) ad vulnera et ulcera exploranda praecipue utebantur. Interdum eodem instrumento aliquid extrahitur, infunditur, immittitur et respergitur. Vide *Foesium* in Oecon. Hipp. v. Specilli usum in oculis inungendis illustravit *Harduinus* ad verba *Plinii* VII. 54. p. 409. *Super omnes C. Julius dum inungit, specillum per oculum trahens.* Derivatum a μήλη verbum ἐκμηλῶσαι, quod illustravit *Ruhnken.* Ep. Crit. p. 213. levi negotio corrigens versum *Phrynichi* ap. *Pollux.* IV. 181. quem Onomastici editores frustra tentarunt. — V. 2. „σπόγγον καινόν. Sic membr. „quod verum esse credo. Recens spongia, usu non-„dum subacta, asperior est.“ *Br.* Vulgo σπ. ἐ. κοινὸν τῶν γναφικῶν. Novissimam vocem sic etiam membr. exhibent. Sed γραφικῶν jam *Brodaeo* in mentem venerat et *Scaligero* apud *Huetium* p. 16. qui ipse πλύσεων legebat: *liquorum detergendi vim habentium.* *Salmasius* haec notavit in not. mst. libri Lennepiani: „Quid notet „σπόγγος γναφικῶν πλύσεων, fortasse multis est obscurum; nos „alibi planum faciemus. Legi posset etiam τῶν γραφικῶν. „multus enim est usus σπόγγου apud pictores. Sed hoc „alias.“ — V. 3. ἕλκων. *per oculum trahens specillum.* — V. 5. Si me iterum inunxerit, alterum mihi oculum effodiet, neque ei amplius oculorum meorum valetudine molestus ero.

XCVI. Vat. C. p. 525. Plan. p. 149. St. 216. W. De Cratea quodam medico, qui pactum cum vespillone

fecerat, quo omnes aegrotos, ipsius curae commissos, illi traderet. Talem igitur nobis fingamus Crateam, qualem *Martialis* ridet I. Ep. 31. *Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus: Coepit quo poterat clinicus esse modo.* et Ep. XLVIII. *Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus: Quod vespillo facit, fecerat et medicus.* — V. 3. τελαμῶνας. fascias, quibus cadavera a capite ad pedes vinciebantur. Eaedem ταινίαι appellabantur; vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 96. et δεσμοὶ ἐντάφιοι, docente *G. Cupero* in Obss. II. 9. p. 203. qui profert verba *Georgii Palami*, infantium recens natorum ταινίας καὶ κειρίας σπαργάνων συγγενεῖς ἐνταφίων δεσμῶν dicentis. Cf. *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 422. Has fascias vespillo cadaveribus clam detractas medico dabat, ea lege, ut omnes aegrotos ad Libitinam Deam amandaret. Medicus autem fasciis ad obliganda vulnera utebatur. Hunc usum, ni fallor, spectabant taeniae in signo Hygieae in agro Corinthiaco, quod circumdabant κόμαι γυναικῶν, αἳ κείρονται τῇ θεῷ, καὶ ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τελαμῶνες. *Pausan.* L. II. 11. p. 137. — V. 4. εἰς ἐπιδεσμεύειν. junctim Steph. et Wech. Sic mox ἐνταφιάζειν. Utrumque correxit *Huetius* p. 16. Fasciis Antigone Polynicis vulnera obstringit in *Eurip.* Phoen. 1663. ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν. Troad. v. 1232. τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι.

¶. 170.] *XCVII.* Vat. C. p. 546. Plan. p. 160. St. 232. W. Addendum erat hoc et seq. carminibus heroico metro conscriptis, ubi plures ejusmodi versificatorum lusus reperiuntur. Num forte tabula picta his versibus locum dederit, neque satis tuto affirmari neque negari potest. Vinosam sibi fingebat auctor matrem, quae puero, quamvis enixe roganti, vini haustum denegaret. — V. 4. *Br.* dedit ex vulgatis edd. In Vat. C. est: καὶ παύσε δίψαν οἴνῳ. unde procul dubio scribendum:

καὶ παῦσε δίψαν οἴνῳ.

ἔδεϛ enim in secunda persona non minus locum habet quam in tertia. Vide exempla ap. *Steph.* Thes. Gr. L. T. I. p. 1068. E. F.

XCVIII. Vat. C. p. 546. cum praecedente conjunxit, versibus transpositis. Leguntur enim hoc ordine: v. 1. 4. 5. 6. 7. 2. 3. qui minime probandus est. Deinde subjiciuntur hi versus:

μῆτερ ἐμὴ δύσμητερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα,
Εἰ φιλέεις τὸν υἷα, δίδου με τυτθὸν ἀφύσσειν.

quae putida est inepti versificatoris vulgatae variatio. »Leguntur hi versus in Planudea p. 160. St. 233. W. »sed transpositi. Turbatum ordinem restitui.« *Br.* Fieri tamen possit, ut v. 2. 3. haud secus ac illi, quos membr. Vat. addit, ab aliena manu adscripti sint. In ejusmodi lusibus, stili exercendi causa scriptis, nihil his interpolationibus frequentius. — V. 2. χαλεπεῦ. Vat. C. — Tu quae gravem novercae animum in me sumsisti. Verbum ἀντικρατεῖν, in vulgaribus Lexicis omissum, ex hoc loco notavit unus *Schneiderus*. Factum ad analogiam verborum ἀντιλάζεσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι. — V. 3. ἡδύτατα. Vat. C. — V. 5. ἐν λαγύνῳ πίνουσα. Sic veteres loquuntur. *Etymol. M.* p. 502. v. Κεράσαι. — πρὸ γὰρ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, ἐν τοῖς κέρασιν ἔπινον. *Martial.* VIII. Ep. VI. *Hac propinavit Bitiae pulcherrima Dido In patera.* *Senec.* Agam. v. 878. *Merum in auro veteris Assaraci trahunt.* Illustravit dicendi usum *Munker.* ad *Hygin.* F. CCLXXIV. et *Burmann.* ad *Phaedr.* I. Fab. XXV. 3. — V. 5. βρόχθου ἐμεῖο veteres edd. quae in fine ἐμοῖο habent. At Vat. C. longe aliter:

ἐκ βρόχθου ὀλίγου τί σοι δώσω, τέκνον ἐμεῖο.

unde apparet legendum esse:

ἐκ βρόχθου ὀλίγοιο τί σοι δῶ —

ὀλίγος in talibus pro μικρὸς ponitur innumeris in locis; nec quidquam huic contextui aptius. βρόχθος autem h. l.

non est *guttur*, sed ὀλίγον πόμα, ut interpretatur *Schol. Nicandri* Ther. 366. — V. 6. ξείτας. λάγυνον μέτρον λέγουσιν εἶναι ὄνομα — χωρεῖν δ' αὐτὸ κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα. *Athen.* L. XI. p. 499. B. — Vat. C. μόνας λαγύνη τόδε. μόνας verum puto.

XCIX. Vat. C. p. 567. Εἰς Ὀπιανὸν ἡγεμόνα πότην. Parum interest, utrum *Opianus* ille appellatus fuerit an *Apianus*. Planudea ei p. 160. St. 233. W. posterius nomen tribuit. Primam literam in hoc nomine abundare vult auctor, qua detracta πιανὸς restat, nomen a πιεῖν derivandum, hominis moribus congruens. — V. 2. ἐμφιβᾶς Vat. C. — Ejusmodi generis lusum vide ap. *Auson.* Ep. XL. XLI.

C. Vat. C. p. 541. Plan. p. 162. St. 236. W. De obesi hominis imagine. — V. 2. μισήτην. — τὸν δὲ ἁπλῶς μισητόν, τὸν ἀνίκανον ἢ ἄπληστον τῇ τροφῇ. *Hesych.* nec aliter *Suidas*, quem emendavit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 151.

CI. Vat. C. p. 529. Plan. p. 170. St. 248. W. In imaginem rhetoris muti. — V. 1. „Vulgo legitur ὁ δὲ „ῥήτωρ, ῥήτορος εἰκών. quo nihil insulsius. Ex sensu et ex „Epigr. CIV. emendavi.“ *Br.* Idem viderat *Casaubon.* in not. mst. Emendationem, jam per se sat evidentem, firmat etiam *Auson.* Ep. LI.

Ore pulchro et ore muto, scire vis quae sim? Volo.
Imago Rufi rhetoris Pictavici.
Diceret sed ipse, vellem, rhetor hoc mî. Non potest.
Cur? Ipse rhetor est imago imaginis.

¶. 171.] CII. Plan. p. 376. St. 514. W. „Melius „scriberetur σιγᾷς, οὐ λαλέεις, sc. ὁ τύπος, ἡ εἰκών.“ *Br.* Certe ingrata est tautologia in verbis σιγᾷς, οὐ λαλέεις, incertum, auctoris culpa an librarii. Evitavit eam *Ausonius* Ep. XLVI. *Elinguem quis te dicentis imagine pinxit? Dic mihi, Rufe. Taces? Nil tibi tam simile est.*

CIII. Plan. p. 376. St. 515. W. Aliorum hominum imagines honoris causa pingi; Marini autem, insigni deformitate hominis, in ipsius contumeliam factam videri.

CIV. Vat. C. p. 528. Plan. p. 169. St. 247. W. Conf. Ep. CI. — V. 1. μελέτῃ. Non de meditatione, sed de ipsa, quae habetur, oratione accipiendum esse, contextus docet. Eodem sensu *Lucill.* Ep. LXXXV. 4. Cf. *Wetsten.* ad N. T. I. p. 670. — V. 2. Imago igitur pro rhetore, rhetor pro imagine imaginis habendus est. — Haec non satis faciebant *Jos. Scaligero*, qui in not. mst. tentavit: Ῥήτορος ἥδ' εἰκών. quod vulgato minus argutum est.

CV. Vat. C. p. 529. ἄδηλον. In Plan. p. 170. St. 248. W. *Ammiano* tribuitur, cujus Epigr. in Anthologia C. Cephalae nostrum distichon sequitur. — V. 1. Μύθων. Vulgo. — V. 2. στειλάμενος, ad dicendum compositus. Proprie verbum στέλλεσθαι ad oratoris cultum referri debet, cui quantum tribuerint veteres, constat ex *Quintil.* XI. 3. 137. sqq. Cf. *Böttigerum* de εὐσχημοσύνῃ docte disputantem *in den Vasengem.* Fasc. II. p. 54. sq.

CVI. Vat. C. p. 521. Plan. p. 127. St. 185. W. Scriptum est in Periclem stadiodromum tam tardum, ut, certamine jam finito, ne transversum quidem digitum progressus esset. Comparandum Ep. *Nicarchi* sive *Callicteris* potius XXVI. et Ep. ἀδεσπ. CCCXII. quod mutilum ex nostro et *Nicarchi* Ep. restitui potest. — V. 2. εἶδεν. Vat. C. male. — V. 3. ὕσπληγας. Vat. C. Ad carminis acumen penitus percipiendum facit inprimis *Lucian.* in Timone §. 20. T. I. p. 96. ed. Bip. ubi Plutus: ὁπόταν ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν ὀρνέων ὠκύτερον· ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκώς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. in quo loco manifesta est, sed a nemine

animadverſa alluſio ad Ep. ἀδέσπ. CCCXII. ubi vide notata. Noſter autem idem Epigr. ſuaviter παρῳδεῖ.

CVII. Plan. p. 16. St. 27. W. Nihil ventre impudentius, propter quem paraſiti libertatem vendunt. — κυνόμυια. ſive κυνάμυια. graviſſimum convicium ex duobus impudentiſſimorum animalium nominibus compoſitum. Talia plura protulit *Euſtath.* ad Od. ρ. p. 633. 34. adde *Interpp. Heſychii* v. T. II. p. 378. 14. Similiter de ventre *Linus* ap. *Stobae.* p. 37. *Grot.* νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δέσποιναν ἁπάντων, Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς. ut haec emendavit *Valcken.* in Diatr. p. 282. Quod hic in ventrem, id in paraſitos paſſim dictum. De hoc hominum genere *Clemens Alex.* Paedagog. II. p. 167. μυῖαι τούτοις οἰκεῖαι τοῖς ὀνόμασι καὶ γαλαῖ, κόλακές τε καὶ μονομάχαι (num fort. ζωμομάχαι;) καὶ τὰ ἄγρια τῶν παρασίτων φῦλα· γαστρὸς ἡδονῆς οἱ μὲν τὸν λόγον, οἱ δὲ τὴν φιλίαν, οἱ δὲ τὸ ζῆν ἀποδιδόμενοι. qui locus inprimis ad noſtrum diſtichon facit. κόλακες autem paraſiti ſimpliciter appellantur paſſim. *Eupolis* ap. *Athen.* VI. p. 236. E. F. *Machon* in Variis Hiſtoriis ap. eund. VIII. p. 349. C. ubi legendum videtur:

τοῦτ' εἶπε· ποσεὶν ὅλως μὲν ἔρρωμαι, ξένε,
καὶ τῶν κολάκων πολὺ μᾶλλον ἐπὶ δεῖπνον τρέχω.

vulgo εἶπε τοῖς ὅλοις. — ζωμοῦ. libertatem pro jusculo vendunt. Non minus ſarcaſtice *Clemens Alex.* l. c. p. 166. 19. χαλεπώτατον δὲ πάντων πτωμάτων, τὴν ἄπτωτον ἀγάπην ἄνωθεν ἐξ οὐρανόθεν ἐπὶ τοὺς ζωμοὺς ῥίπτεσθαι χαμαί.

CVIII. Vat. C. p. 521. *Lucillio* vindicat. In Plan. p. 133. St. 193. W. male appoſitum ἄδηλον, quod rectius deeſt in Ed. Flor. cum *Lucillii* Ep. praecedat. Hyperbolicum in hominem ita brevem, ut nihil brevius eſſe poſſit. Frigida hyperbole et inepta; nam ſi poëtae acumen recte aſſequor, Hermogenes eo, quod projicit, inferior fuiſſe dicitur, ita ut illud unco verſus ter-

ram trahere opus haberet. ὅταν ἐμβάλῃ τι de sputo accipit *Opsopoeus*, eumque secutus *Grotius*:

Pumilus Hermogenes si quicquam despuit, illud
Ut terram possit tangere, falce trahit.

Nihil video, quod nos cogat huic interpretationi adhaerere. — δορυδρέπανον est *falx praeacuta longuriis inserta et affixa*, ut *Caesar* loquitur III. de Bell. Gall. 14. Illustravit *Fabricius* ad *Dion. Cass.* XXXIX. 43. T. I. p. 212.

¶. 172.] *CIX*. Vat. C. p. 522. ubi nomen auctoris non adscriptum est; sed cum *Nicarchi* Epigrammati adhaereat, et proximo carmini appictae sint voces τοῦ αὐτοῦ, dubitari non potest, *Nicarchi* esse. In Plan. p. 158. St. 230. W. *Lucillio* tribuitur, errore obvio, cujus fontem indicavimus ad Ep. *Lucillii* XXXVI. T. II. P. II. p. 463.

CX. Servavit *Athenaeus* L. IV. p. 162. A. ex *Hegesandri* Commentariis sumtum, quem *Scaliger* ad *Varron.* L. I. p. 5. ed. Bip. memoriae lapsu pro auctore carminis habuit. Relatum in Append. Plan. p. 533. St. 29. W. cum erronea inscriptione εἰς γραμματικούς. Operose in hoc carmine vertendo lusit *Scaliger* l. c.

Silonicaperones, vibrissasperomenti,
Manticobarbicolae, exterebropatinae,
Planipedatquelucernitui, suffarcinamicti,
Noctilatentivori, noctidolostudii,
Pullipremoplagii, sutelocaptiotricae,
Rumigeraucupidae, nugicanoricrepi.

Multo, me quidem judice, felicius, primus latinae Musae inter recentiores sacerdos, *Hugo Grotius*, cujus elegantem versionem et ipsam adscribam:

Arquisupercilii, *mentopropendulenasi*,
Sacculibarbigeri, *plenipatellirapi*,
Retrojectitogi, *pedinudilucernituentes*,
Noctilatentivori, *frauditenebrifabri*,
Pupillinsidii, *captentulisyllabiprendi*,
Virtutaucupidae, *vaniperitiloqui*.

Eadem fere, quae in hoc Epigrammate, Philosophis objiciuntur ap. *Lucianum* in Icaromen. §. 29. T. VII. p. 41. sq. ed. Bip. qui locus nostro carmini commentarii instar est: γένος γάρ τι ἀνθρώπων ἐστὶν — ἀργόν, φιλόνεικον, κενόδοξον, ὀξύχολον, ὑπόλιχνον, ὑπόμωρον, τετυφωμένον, ὕβρεως ἀνάπλεων. — οὗτοι — ὄνομα σεμνὸν τὴν ἀρετὴν περιθέμενοι, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπάραντες, καὶ πώγωνας ἐπισπασάμενοι, περιέρχονται ἐπιπλάστῳ σχήματι κατάπτυστα ἤθη περιστέλλοντες. — τοιοῦτοι δὲ ὄντες ἀνθρώπων μὲν ἁπάντων καταφρονοῦσι, περὶ θεῶν δὲ ἀλλόκοτα διεξέρχονται, καὶ συνάγοντες εὐεξαπάτητα μειράκια, τήν τε πολυθρύλλητον ἀρετὴν τραγῳδοῦσι καὶ τὰς τῶν λόγων ἀπορίας ἐκδιδάσκουσι. — V. 1. ὀφρυαν. De supercilio philosophorum omnia plena. Cf. *Ruperti* ad *Juven.* II. p. 58. Simili vocabulo sesquipedali superbi cujusdam mores indicat *Aristophanes* Vesp. 135. ὀφρυαγμοσεμνακουσίνους eos appellans. — ῥινεγκ. quorum nasus mentum tangit. — V. 2. σακκογ. ingentem barbam nutrientes. σάκκος sive σάκος est *barba*. *Aristoph.* Eccl. 498. μίσει σάκον πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα. Cf. ad *Cereal.* Ep. I. T. II. P. III. p. 11. Simili vocabulo Nicium scortum philosophos appellabat ἄνδρας γενειοσυλλεκτάδας ap. *Athen.* IV. p. 157. B. — λεπαδαρ. qui appositas in mensa dapes prae cupiditate ad se rapiunt. Cf. *Lucian.* in Conviv. sive Lapith. §. 11. et 42. Nigrin. §. 25. Ad hanc philosophorum gulositatem referendum videtur fragmentum *Sophoclis* ex Συνδείπνοις ap. *Athen.* XV. p. 679. A. ubi γαστρὸς παῖς hominem *gulae deditum* significat. — V. 3. ἱματανυπ. obscurius vocabulum, quo philosophorum significatur amictus, qui tamen non idem

erat ap. omnes sectas; aliter enim Cynici, aliter alii pallium sumebant. Vide *Salmas.* ad *Tertullian.* p. 397. et p. 425. Propria in hac re vocabula περιβάλλεσθαι et ἀναβάλλεσθαι, quae illustrata dedit *Casaubon.* ad *Athen.* L. I. 18. p. 53. Sed disertius haec exposuit, vir omnis antiquitatis peritissimus, *Boettigerus*, qui per literas a me consultus haec fere respondit: „Post Antisthenem aut Diogenem (v. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VI. 13.) Cynici tunicam simul cum interula deposuerunt, pallio contenti, cujus inferior pars crura ambiebat, superior supra laevum humerum rejiciebatur. Hinc dicebantur διπλῶσαι τὸ ἱμάτιον, τὸν τρίβωνα. Cf. *Ferrar.* de Re Vest. P. I. L. II. 12. p. 166. *Winkelmann.* Mon. Ined. p. 228. Hinc explicandum venit verbum sesquipedale ἱματιονπεριβαλλω, quo significantur philosophi, qui pallium supra humerum rejiciebant sive duplicabant. Hinc derivandum voc. *abolla*, i. e. ἀναβολή, quod de philosophorum amictu proprium. Vide *Ramirez* ad *Martial.* IV. 43. p. 343. sq.“ — νηλιπουκαιβλ. νήλιποι. ἀνυπόδητοι. *Hesych.* Dicitur etiam ἀνάλιπος eadem significatione ap. *Theocrit.* Eid. IV. 56. Socratem nudis pedibus incedentem rigidioris virtutis adseclae sequebantur, de quorum ἀνυποδησίᾳ vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Cer. v. 125. *Kuster.* ad *Aristoph.* Nub. 103. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 16. — βλεπέλαιοι. Ut λύχνον ὄζειν dicuntur ea, quae nocturno studio nimiaque diligentia elaborata sunt, quod jaciebatur in Demosthenis ἐνθυμήματα, (vide *Plutarch.* Vit. Dem. T. I. p. 849. *Lucian.* T. III. p. 502. ed. R. et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VII. 7:) sic hoc loco philosophi ipsi, qui multa ad lucernam meditantur, doctius etiam, τὸ ἔλαιον βλέπειν dicuntur. Late patet hic verbi βλέπειν usus, quem exemplis illustravit *Ez. Spanh.* ad *Aristoph.* Nub. 1178. ad Ran. 616. *Valcken.* ad N. T. p. 344. et alii. — V. 4. νυκτιλαθραιοφάγοι. qui interdiu frugalitatem et abstinentiam simulantes,

noctu, testibusque remotis, sese ingurgitant. νυκτιπεριπλάγιοι. proprie sunt, qui in tenebris per obliqua incedunt itinera. Hoc traxeris ad eos, qui in angiportis, hominum adspectus vitantes, turpes libidines sectantur, qualis is est, quem describit *Alciphron* I. 34. p. 142. et III. 64. p. 434. *Quis enim non vicus abundat Tristibus obscoenis? Juven.* II. 8. qui scilicet *vultum et tristitiam et dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus praetendunt. Quintil.* Prooem. L. I. §. 8. Si quis tamen malit, vocem generaliori significatione, de morum perversitate, tenebris occultata, interpretetur. πλάγιοι in talibus idem quod σκολιά, et ut prava atque perversa, τοῖς ὀρθοῖς et εὐθέσι, rectis et bonis opponuntur. Cf. Seql. XIV. T. I. p. 157. — V. 5. συλλαβ. qui syllabas aucupantes adversarios interrogationibus captant. — V. 6. δοξομαντ. qui vanam de sapientia sua opinionem excitare student. *Timon*. Sill. fragm. III. δοξῶν τε κενοφροσύνης πλέα σοφιστῶν. — ζητάρετ. qui se virtutem unice sectari simulant, sive, qui in disputationibus de virtute omne tempus consumunt.

CXI. Vat. C. p. 117. Edidit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 461. nr. 356. Hinc *Toup* ad *Suidam* p. 174. Alexo meretrix Priapo post pervigilium fascias et corollas dedicat. Conf. *Hedyli* Ep. I. II. — V. 1. Ὁ κρόκος. Hoc paulo obscurius. Ipsumne crocum, an unguentum crocinum dedicavit? Neutrum satis commode. Videtur itaque κρόκος pro κροκωτός, *lutei coloris indumenta*, dictum esse. — μύροισι πνείοντες. ut ap. *Hedylum* μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα. Notandum verbum πνέειν, quod hac significatione genitivum et accusativum sibi adsciscit, cum sexto casu junctum. Coronae unguentis delibutae ad conviviorum luxuriam pertinebant. *Meleager* Ep. XCVIII. καί μοι τὸν βρεχθέντα μύροις καὶ χθιζὸν ἐόντα — ἀμφιτίθει στέφανον. ubi vide not. p. 111. — V. 3. Ap. Lips. κατίλλωτόν τι, quod ex schedis LaCroz. emendavit

XVI. Adde *Clem. Alex.* Strom. VII. p. 843. 24. ἔρωτι τρυφῇ, καὶ ἄλλων χρυσέους καὶ ἔδδας, σκίλλαν τε καὶ θεῖον δεδίασι, πρὸς τῶν γοήτων καταγοητευθέντες. — μαλακί. Vat. C. μαλακῇ. Ap. Guy. et R. — V. 6. περίγνια errranti calamo scripsisse videtur *Salmasius*; sic enim exhibent Apographa, quae ex Salmasiano fluxerunt. In membr. ipsis est ξείνια, quod reponendum. Eodem verbo pro ἀναθήματι, δώρῳ simpliciter, utitur auctor Ep. CXI. πάντα τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος.

CXIV. Vat. C. p. 193. Πέρσου. Hoc auctoris nomine forte a *Salmasio* omisso, hoc Epigr. inter ἀδέσποτα relatum ap. *Reisk.* Anthol. nr. 518. p. 53. Hinc protulit *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 300. Expressam carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. II. Comparandum etiam *Marc. Argent.* Ep. XX. — V. 1. ἆ Λατοῖ. vitiose sic Cod. Legendum:

ἆ Λατῴα.

De Lucina enim agitur, quae parturientibus auxilium praestat. — Ad v. κύπασσις Schol. adscriptum in membr. οἱ μὲν περίζωμα, ἄλλοι δὲ εἶδος ἱματίου. Disputavimus de cypassi ad *Leonid. Tar.* l. c. T. I. P. II. p. 59. sq. — V. 2. μαστοῖο. Vat. C. fasciam papillas ambientem. μαλακαὶ μίτραι μαστῶν ἐνδύματα. *Hedylus* Ep. I. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. V. T. I. P. II. p. 62. — V. 3. Τιμήσσα Vat. C. a man. sec. et sic *Reisk.* qui in Τιμώνασσα incidebat. — V. 4. ἀργαλέον βάρος. *Ovid.* II. Fast. 453. *Maturumque utero molliter aufer onus.* *Phaedr.* I. Fab. XVIII. 5. *Onus naturae melius quo deponeres,* ubi vide Interpp. *Sarcinam matris* appellat *Ovid.* VI. Met. 224.

CXV. Vat. C. p. 194. „Edidit *Pierson* ad *Moerin* „p. 235. quod cl. Toupium fugisse videtur, qui hoc carmen protulit e Reiskii Anthologia [nr. 498. p. 43.] „Epist. crit. p. 158. [p. 130.]“ *Br.* Duo priora disticha dedit etiam *Valcken.* ad Hippol. p. 188. A. Timareta crepundia sua ante nuptias Dianae dedicat. Cf. Epigr.

Epigr. *Persae* II. — V. 1. τήν τ' ἐρατεινήν. Vat. C. Dorismus restitutus in Ap. Guy. — ἐρατεινὴ σφαῖρα est pulchra. Inter pueritiae oblectamenta commemoratur ap. *Glaucum* Ep. I. T. II. p. 347. — V. 2. τὸν δέ. Apogr. Scalig. et Voss. — ῥύτειρα κεκρύφαλον. *Archias* Ep. V. πολυπλέκτου δὲ Φιλαινὶς Πορφύρεον χαίτας ῥύτειρα κεκρύφαλον. σφιγκτῆρα κόμης ejusmodi linteum appellat *Antip. Sidon.* Ep. XXI. — V. 3. »Scriptum in cod. τάς τε κόρας λιμνᾶτι »κόρᾳ κόρα. κόρα nihil aliud est quam κόρᾳ, posito ad »latus ι, quod subscribi solet. κόρας i. e. *puppas.* λιμνάτι, »apocope pro λιμνάτιδι, cujus exempla multa congessit »Maittaire de Dial. p. 333. Diana autem Limnatide »nihil notius, de qua plurima ap. Pausaniam mentio.« *Br.* In ap. Goth. τάς τε κόμας, vitiose. Insigniter hunc versum corrupit *Reiskius*, quum Apogr. Lips. fere integram scripturam offerret. Legit enim: τάς τε κόρας λίμνας τε κόρας κόρᾳ, *lacus filias* pro *arundinibus* accipiens, unde tibiae fiebant, in superiore parte *cornu* munitae. Non magis Diva Critica in hoc loco favit *Toupio*, qui τάσδε κόρας λίμνας τε κόρᾳ κόρα ὡς — legundum esse pronuntiat, *nymphas marinas* Epigrammatistae obtrudens, i. e. ipso interprete, *pupas corallinas* sive *ex coralio factas.* *Brunckii* lectio debetur ingenio *Salmasii.* Puella virgo virgini Dianae *pupas* dedicat, quae ipsae quoque *virgines* appellantur. Nihil apertius. De hoc puellarum more Veneri, Dianae aliisve Deabus puellaris ludicra consecrandi vide *Piers.* l. c. qui etiam de Limnatide nonnulla dedit. Cf. etiam *N. Heins.* ad *Ovid.* V. Metam. 48. — V. 4. καταθέμεν. Vat. C. κἦτα κομᾶν. Ap. Lips. κορᾶν. Voss. et Scal. καὶ τὸ κορᾶν. Ap. Guy. Vera lectio nullum editorum fugit. Una cum pupis Timareta etiam indumenta puparum dedicaverat. De ejusmodi ornamentis accipiendus locus *Sapphûs* ap. *Athen.* X. p. 410. E. quem, cum depravatissimus sit, emendare conati sumus sic: Σαπφὼ δ' ὅταν λέγῃ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μελῶν

λῦσ' πρὸς τὰν Ἀφροδίταν· χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων παρφυρόβαπτα μὴ ἀτιμάσῃς, ἃ πέμψα παρθενίας δῶρα τίμια. — V. 5. Λατῴα τὺ δὲ παιδὸς ὑπὲρ χεῖρα. Vat. C. non παιδὶ, quod ibi legi cl. editor affeverat. De locutione χεῖρα ὑπερέχειν pro *tueri* vide ad *Phaedimi* Ep. III. T. I. P. II. p. 188. — παιδὸς Τιμαρετείας. *ipsius Timaretae.* Quae enim supra *Timareta*, eadem diversa terminatione *Timaretes* appellari potuit; de quâ forma *Eustath.* ad Od. α. p. 49. 52. et *Valckenar.* in Callim. Fr. p. 78. sq. — V. 6. Θέμενα. Vat. C. et plurima apographa.

¶. 333.] CXVI.[a] Ex *Aeliani* H. A. XI. 40. p. 655. τετρακέρων δὲ ἔλαφον Νικοκρέων ὁ Κύπριος ἔσχε καὶ ἀνέθηκε Πυθοῖ. De Nicocreonte, Cypriorum rege, nominisque diversitate disputavit *P. Leopardus* Emend. I. 10. p. 7. sq. qui eum nihil diversum existimat a Nicocle, Euagorae filio, ad quem exstant *Isocratis* scripta, in quo sibi consentientem habet *Casaubon.* ad *Athen.* VIII. 9. p. 607. Is fuit, qui Anaxarchum crudeli morte affecit; id quod multi tradunt, quorum loca congessit *Menagius* ad *Diog. Laërt.* IX. 59. p. 424. Oraculum ei a Serapide datum refert *Macrob.* Sat. I. 20.

¶. 173.] CXVI.[b] Vat. C. p. 149. Plan. p. 422. St. 556. W. Bitto, textrix, egena vita, quam sub Minervae tutela gesserat, relicta, Veneri se in posterum operaturam esse promittit. Cf. ejusdem argumenti Epigramma *Antip. Sid.* IX. — V. 3. ἀνεστέψας. Ed. Flor. νητοὺς ἐνερίθους. e Vat. membr.[a] *Br.* Fallitur vir doctissimus. In membr. ita ut in Plan. legitur ἐν ἐρίθοις. quod revocandum existimo. οἱ ἐν ἐρίθοις μόχθοι sunt οἱ μόχθοι τῶν ἐρίθων, eleganti usu praepositionis ἐν, cujus exempla quaedam dedit *Fischerus* in Anim. ad Veller. T. III. 2. p. 144. — V. 5. Telae et lanificii studium Veneris cultus auferebat huic puellae, ut illi ap. *Horatium* III. Od. XII. 4. *Tibi qualum Cythereae Puer ales, tibi telas Operosaeque Minervae studium aufert, Neobule, Liparei ni-*

ror. *Hebri.* quem locum cum nostro carmine comparavit *Valcken.* ad Adoniaz. p. 339. — V. 6. τὴν Παρ. eandem contra te sententiam ferens, quam Paris tulit.

CXVII. Vat. C. p. 379. Plan. p. 33. St. 50. W. ubi ἔτευξα et μηδὲν ἔχεις legitur. Utrumque etiam in membranis. μηδὲν ἄγαν vere emendavit *Graevius* in Lect. Heliod. c. XIV. ἔτευξα cur mutetur, caussam non video. *Grotius* vertit, vulgatam secutus:

Spem Nemesinque simul posui, ceu cernis, ad aram:
Ista dat, ut speres: haec, nihil ut capias.

¶. 174.] CXVIII. Relatum in Append. Anth. Steph. p. 506. St. 11. W. Ap. *Bonadam* p. 70. Ex *Pausania* L. VIII. 42. p. 687. qui hoc carmine utitur ad definiendam Onatae aetatem. Onatas enim Miconis filius, Aegineta, τὰ ἀναθήματα, quae ab Hierone pro victoriis e certaminibus reportatis voto promissa Dinomenes post patris mortem dedicavit, elaboraverat. Erant autem haec ἀναθήματα currus aëneus cum binis equis, quibus pueri insidebant, ut apparet ex *Pausania* VI. 12. p. 479. Victoriam singulo equo, μονοκέλητι, reportasse videtur Hiero Ol. LXXV. ex computatione *Heynii* V. III. ad *Pindari* Ol. α. Diem supremum obiit Ol. LXXVIII. 2. — V. 5. 6. Hoc distichon *Pausanias* laudat iterum L. V. 25. p. 445. ubi id Thasiorum cuidam muneri inscriptum fuisse docet. Saepius itaque Onatas iisdem versiculis usus est, nec tamen semper nec in omnibus operibus suis. Cf. Ep. ἀδέσπ. CXXXVIII.

CXIX. Vat. C. p. 610. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ πεντάμετρον, εἶτα τρίμετρον. In membr. v. 1. τόνδε πυρῆς legitur. *Salmas.* adscripsit: *legendum* πυρῆ'. *Cf. Hesych.* πυρεῖον. *Hic* τὸν πυρῆα θυμιατήριον *aut* λύχνον *ex auro aut argento esse non dubitamus. Hesych.* πυρεῖον. ἀγγεῖον κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν. *Idem* πυρίας, πυρπολήτας, ἐμπυρισῦντας τὴν πόλιν, ἀπὸ τῆς πυρεὺς εὐθείας. Nun satis apparet ex hic explicationibus, quid illud fuerit, quod Polymnestis filius Miner-

vae dedicavit. Verisimile tamen, *turibulum* fuisse. — V. 2. τερπογενεῖ. quae vulgo τερπογένεια. Forma obvia in *Aristoph.* Eqq. 1186. Cf. *Eustath.* ad Ιλ. δ. p. 385. 15. — V. 3. Κριτίας sive Ἀκρίσιος scribi malebat *Corn. de Pauw* in not. mst. Idem metri causa εἰργάζετο tentavit. Laudat h. v. de metro securus *Dorvill.* in Misc. Obss. T. VII. p. 95.

CXX. Vat. C. p. 610. Edidit *Jos. Scaliger* ad *Euseb.* Chron. p. 428. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 14. — De Dicone, cujus victoriae hoc Epigr. recensentur, *Pausan.* VI. 3. p. 459. Δίκων δὲ ὁ Καλλιβρότου πέντε μὲν Πυθοῖ δρόμου νίκας, τρεῖς δὲ Ἰσθμίων, τέσσαρας δὲ ἐν Νεμέᾳ καὶ Ὀλυμπικὰς μίαν μὲν ἐν παισί, δύο δὲ ἄλλας ἀνδρῶν· καὶ οἱ καὶ ἀνδριάντες ἴσοι ταῖς νίκαις εἰσὶν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Hinc apparet, vitiosam esse in nostro Epigrammate v. 2. lectionem δὶς Ὀλύμπια, quam immutavit *Wesselingius.* Quod vero idem haeret in nomine Καλλιβρότου, idque ex Inscriptione nostra in Καλλιμβρότου mutandum censet, id necessarium non videtur. Fuit autem Dicon Cauloniates ex Italia, cujus loci civis renuntiatus est Olympiae puer. Vir factus idem obtinuit, ut Syracusanus renuntiaretur.

CXXI. Vat. C. p. 610. Παρμένοντος ἐπὶ ἐξαμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβος. „Qui in Codice legitur titulus Παρμένοντος, „non est auctoris, sed dedicantis nomen. Subauditur, „aut, quod saepe factum, a scriba omissa vox ἀνάθημα." *Br.* Sunt haec in *Reiskium* dicta; qui hoc Ep. edidit in Notit. Poët. Anth. p. 256. Parmenon, Phocriti filius in victoriae, quam equo κέλητι reportaverat, memoriam χάλκεα ἔργα, fortasse ipsius equi aëneam imaginem, dedicat. — V. 1. λέγοντι *Reisk.* — V. 2. „In Cod. κεντροφαγῆ. Recte Salmasius emendavit κεντροπαγῆ, i. e. τὸν „κέντρον πηγνύοντα, eadem activa significatione, qua le„gitur supra in Macedonii Ep. XIII. Male Reiskius in

» poëtarum notitia κεντρεραvῆ.« *Br.* In membr. est κεντροῤῥαγῆ βαλοῦσα παῖδα. Prius in marg. Ap. Guy. et R. alterum in contextu emendatum est. Varia hic molitur *Cornel. de Pauw* in not. mst. quae repetere nolo, quamvis eum *Salmasio* h. l. obloquentem facile fero. Mihi in mentem venit:

ἥτις κεντρομανῆ λαβοῦσα παῖδα.

Puerum, equitandi artis studiosissimum, non inepte poëta appellasset κεντρομανῆ, ubi altera compositionis parte nil nisi ἐκίτασις ἐπιθυμίας significatur, sine ulla contumelia, ut in μονομανὴς ap. *Theaet. Schol.* Ep. II. ἡλιομανὴς, ὑλομανὴς et aliis. — V. 3. ψίλλη λευρὸν ἔθυσε. Vat. C. In marg. Ap. G. et R. ψόλλη λ. ἔθεῦσε. Posterius dedit *Reiskius;* initio vs. ψιλὴ scripsit. Hoc etiam *Cornelio de Pauw* in mentem venit, qui interpretatur *exilem, tenuem, levem.* Est potius equus *non instratus*, quo sensu acceptum nihil mihi quidem huic loco videtur accommodatius. — ἔθυσε. *per stadium properavit.* θύειν. σπεύδειν. *Hesych.* Ibid. Θῦνον. ἔσπευδον. ἔτρεχον. ῎Εθυεν. ἐνεμαίνετο. ἔτρεχεν. ἐπέσσυτο — θύων junxit *Homer.* ιλ. φ. 234. De Pherenice, Hieronis κέλητι, *Pindar.* Ol. α. 32. ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων. — V. 4. » Hic » versus labem contraxisse videtur; nam pes secundus, » qui dactylus esse debet, spondaeus est, quum in χρυσέης » prima omnino producatur, et duae ultimae syllabae per » synizesin in unam coalescant. Scripserat forte poëta » ἀγλαῆς aut ἱερῆς.« *Br.* In membr. est χρυσῆς. In quibusdam apogr. est χρυσῆς, unde *Corn. de P.* metrum sibi restituere visus est scribendo: Π. χρυσέης ἔκυρσε, primam in κύρσε necessario produci existimans; perperam. Cf. *Theocr.* Eid. XVII. 6. — V. 5. ὀλαΐδα'. Sic Vat. C. unde quaedam apographa ὀλαΐδα, alia ὀαλίδαι. *Reiskius* Ταμίδαι dedit, Phocidis magistratus quosdam hoc nomine appellari existimans. Ap. *Pausan.* L. IX. 6. p. 811. quo le-

ctores remittit, nihil invenio, quod ad ejus conjecturam firmandam magnopere faciat. At non magis apertum, qui sint Ὑλαΐδαι βασιλῆες, quos membranae nobis offerunt. Cogites de iis, qui festo in Hylae honorem ap. Prusienses celebrato praeerant. Cf. *Strabon.* XII. p. 845. B. Ibi certe solemnes *quotannis cursitationes* institutae, secundum *Solin.* c. XLII. Cf. *Salmas.* in Exerc. p. 617. Nihil tamen de equestribus certaminibus in hac solemnitate habitis constat. Et sane probabilius, ταῖς ὑλαΐδαις βασιλεῦσι non homines quosdam, certaminum arbitros, sed Deos significari, quorum favore Parmeno victoriam adeptus sit. Hoc visum etiam V. D. cujus prostat nota in marg. Ap. Guy. et R.: ὑλάται (sic) βασιλῆες. *sunt Castor et Pollux.* ὑλάτης Ἀπόλλων *etiam dicitur.* Omissa haec nota in Ap. Pauwiano, quod plerasque annotationes Codicis Guyetani exhibet. ὑλάτης Ἀπόλλων appellatus ab urbe Ὕλη in Cypro, secundum *Eustath.* ad Ιλ. p. 454. 20. quod ductum ex *Lycophr.* v. 448. ubi vide *Tzetz.* At hoc quid ad nostrum locum expediendum faciat, non video. Frustra, ni fallor, in vulgata explicanda laboraveris, quam depravatam esse, vel καὶ ante ὑλαΐδαι indicat, quod hoc quidem loco nullam vim habet. Scribendum existimo:

Φώνειτε, σῷ δ' ἄρα παιδὶ ΑΜΥΚΛΑΪΤΑΙ βασιλῆες
πατρῴων ἔδοσαν λαχεῖν ἀέθλων.

Jam de regibus *Amyclaïtis* dubitari non potest, quin Dioscuri significentur, quorum natale solum Laconia. Ἀμύκλαι autem pro Laconia et universa Peloponneso passim obviae. *Pindar.* Pyth. α. 125. de Heraclidarum expeditione in Peloponnesum agens: ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι Πινδόθεν ὀρνύμενοι Λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδοξοι γείτονες. qui locus inprimis notabilis. Cf. Pyth. ια. 48. ibique *Heynium.* *Amyclaeus canis* pro Laconico est ap. *Virgil.* Georg. III. 345. et ap. *Pindar.* in Fragm. Hyporch. VI.

At Tyndaridae non ob Laconicam originem in universum *Amyclaei* appellabantur, (ut *Amyclaeus Pollux* ap. *Virgil.* Georg. III. 89.) sed quod *Amyclis* educati tradebantur. Hinc Pollux, expeditione in Colchidem suscepta, *passus Amyclaea pinguescere Cyllaron herba*, ap. *Valer. Flacc.* L. I. 426. ubi *Burmannus* comparavit *Statium* VI. Theb. 337. *Tua furto lapsa propago, Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia Ponti Castor Amyclaeas remo permutat habenas.* Cf. *Pausan.* III. 1. p. 204. Formam Ἀμυκλαίτης tuetur *Stephan. Byz.* in Ἀμύκλαι, et qui eum exscripsit *Eustath.* ad ιλ. p. 223. 26. — Jam Dioscuros ἄνακτας, βασιλεῖς appellatos esse, notius est, quam quod probatione indigeat. Studiose hoc tractavit *Davis.* ad *Ciceron.* de Nat. Deor. III. 21. — Superest, ut doceamus, Dioscuros recte et merito Parmenonti victoriae auctores dici ἐν πατρῴοις ἀέθλοις, quae sunt procul dubio certamina Olympica. Nam his certaminibus illi praeesse putabantur, jubente Hercule, qui παισὶ Λήδας ἐπέτραπεν, Οὔλυμπόνδ᾽ ἰών, Θαητὸν ἀγῶνα νέμειν Ἀνδρῶν ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου Διφρηλασίας. quae *Pindari* sunt Ol. III. 64. ubi vide *Heynium.*

CXXII. „In Museo Veronensi p. 63." *Br.* Exhibetur etiam in *Maffei* Art. crit. lapid. p. 55. in Marmor. Oxon. p. 85. et in *Gruteri* Inscr. p. CCCXVII. 3. ubi vitiose legitur sic:

Λαμπάδα νεικήσας σὺν ἐφήβοις τῆδ᾽ ἀνέθηκα
Ὁ τηγίδης πάντων ωτυχίδου αθμόνευς.

Bonadae Anth. p. 124. *van Dale* de Gymnas. p. 587. qui imposuit corrupta lectio Marm. Oxon. παντωνωτυχίδου, ut nobis *Ooigiden. Pantonotychidae* fil. inde eliceret. Minorem versum sic emendavit *Scaliger* p. CCCVIII. Συντυχίδης πάνθων Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς. Novissimam vocem sic etiam exhibet *Maffeus*; recte. *Athmonenses* appellantur populares tribus Cecropidis. V. *Steph. Byz.* in

Ἄθμονον et *Interpp. Harpocrationis* v. Ἀθμονεύς. p. 16. et *Hesychii* T. I. p. 130. 15. — De certamine τῶν Λαμπαδοφόρων ad aram Promethei omnia nota. Vide inprimis *Pausan.* L. I. 30. p. 75. sq. *Meurs.* in Gr. Fer. p. 59. et 185. Panathen. c. 8. p. 11.

T. 175.] *CXXIII.* Cod. Vat. p. 159. Ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Ἀντιφάνους. In marg. Κριναγόρου. Tanquam *Crinagorae* edidit Vir doctus in Obss. Misc. T. V. P. III. p. 18. et *Reisk.* in Anthol. nr. 411. p. 8. Etiam hoc Ep. de victoria in Lampadophoriis agitur. — V. 2. πυρικλοπίης. Vat. a pr. manu. — μνῆμα. In memoriam ignis inventi illud certamen institutum esse, ex *Istro* tradit *Suid.* in Λαμπάδος. T. II. p. 413. — V. 3. ἄεθλον ἐκ χειρός. Vat. omisso ἔτ', quod margo Ap. Lips. suppeditavit. — ἐκ χειρὸς ἔμπυρον. τὸ ἀγώνισμα δμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν. *Pausan.* l. c. — V. 4. ὁμωνυμίῃ — Ἀντιφάνης. Vat. C. ὁμωνυμίῃ — Ἀντιφάνους. *Reiske* ex Apographo suo, ut videtur. In marg. Ap. G. et R.: ὁμωνυμίης *ionice pro* ὁμωνυμίας. *quod nove dictum pro* ὁμώνυμος. — In novissima carminis voce membr. scriptura servari poterat.

CXXIV. Vat. C. p. 157. sine auctoris nomine. In Plan. p. 425. St. 560. W. *Agathiae* tribuitur. Pan, Echûs amore inflammatus, a Bacchi comitatu aberrans, huic deo clavam et pellem hinnulei dedicat. — V. 1. κορύνην. quam pastores gerunt. *Theocrit.* Eid. VII. 19. 43. IX. 23. — νεβρίδας. bacchantium gestamen. Laudat h. v. *Suid.* in νεβρίς. T. II. p. 604. — V. 4. τόρνην. Vulgo. De amandi arte interpretatur *Brodaeus.* Revocanda Vat. C. lectio τέχνην, quae voces saepenumero confusae. Ap. *Nonn.* in Dionys. XLII. p. 1092. cum Bacchus Pani exposuisset amorem suum, hic ἄλγος παραίφασιν εἶχεν ἐρώτων, Ἄλλον ἰδὼν φλεχθέντα μιῆς σπινθῆρι φαρέτρης· Καὶ ἂν παθὼν, φίλε Βάκχε, τεὴν ἐπίτεινε μερίμνην.

CXXV. Vat. C. p. 147. Edidit *Kusterus* ad *Suidam* v. ἄθυρμα. T. I. p. 75. *Reisk.* in Anthol. nr. 400. p. 2. unde id sumsit *Toupius* in Epist. ad Syr. T. II. p. 340. Optimae notae Epigramma, quod ab antiquo poëta profectum puto. — V. 1. καὶ est in membr. *Etiam hunc ramum, praeter alia. Reiskius* tamen κατὰ scripsit, non male: κατακεκυφότα. Pastores fagi ramum rustica manu edolaverant, sive ut Pana quodammodo referret, sive, quod verisimilius, ut clavae usum praestaret Deo. Hinc ἄθυρμα vocatum illud munus, quod *Suidas*, qui v. 3. laudat l. c., per ἄγαλμα explicat, quod et ipsum ambiguum. — V. 3. In contextu Ap. Guy. et R. ξέσαντες. in marg. ξέσσαντες, quae est genuina membr. lectio. — V. 4. πούραιον dedit Kuster, quae „est Codicis lectio, sed corrupta, quam recte emenda„vit Salmasius, reponens οὔρειον, eodem sensu, quo cl. „Toup suadet ὤρειον. Illud ideo probabilius, immo „unice verum, quia ὤρειον Doricum est. Nullum au„tem in codicis scriptura Dorismi vestigium, quem pro „lubitu suo, et ut veri speciem conjecturae suae „conciliaret, obtrusit Toupius scribens: φαγινὸν ὄζον, βου„κόλοι, βουκόλιον, exemplo Critices Patribus Conscri„ptis non probando." *Br.*

CXXVI. Ex *Pausania* L. VI. 13. p. 484. relatum in Append. Planud. p. 506. St. 11. W. *Bonadae* Anth. p. 274. Insculptum fuit hoc distichon statuae equi, quo Lycus, Phidolae filius, victoriam reportaverat. Puerum fuisse Lycum, cum victor renuntiaretur, tradit *Pausanias:* ἐγένετο δὲ καὶ Λύκου τοῦ Φειδώλα τοῖς παισὶν ἐπὶ κέλητι ἵππῳ νίκη. ubi ἐν τοῖς παισὶν scribendum esse vidit *Facius* T. II. p. 175. ut ex hoc ipso disticho apparet, ubi νίκαν παίδων jungendum, *victoria inter pueros.* Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 60. sq. Aliter tamen haec verba accepit *Pausanias*, qui de victoria a *Phidolae filiis* reportata agi existimabat. — V. 1. ἀκυδρόμοις *Camerarius* malebat.

Notanda certe forma ἀνιοδεόμας. — In Cod. quodam *Pausaniae*, olim *Matthiae Roeveri*, Ἰσθμοῖ τρὶς legi, notavit *Dorvillius* l. c. — δόμους. Ad patrem enim et universam victoris familiam ejus gloria redundabat.

CXXVII. Vat. C. p. 459. „Sequitur in membranis „hoc carmen post *Dioscoridis* Ep. XV. forte ejusdem est. „Prius distichon protulit vir praestantissimus ad Euripid. „Hipp. p. 166." *Br.* In apographis, quae ex Salmasiano fluxerunt, hoc Epigr. excipit *Dioscoridis* carmen; in membranis eadem longo intervallo disjuncta leguntur. Quod si igitur cl. editoris suspicio de *Dioscoride*, hujus Epigrammatis auctore, hoc uno argumento nitebatur, ea sponte corruit. Sed aliud etiam ejus animo obversatum esse suspicor. Est nempe illius poëtae Ep. in *Aleximenem* XXXVIII. p. 503. et in nostro quoque de Aleximene quodam agitur. At nec hoc argumento multum efficitur. Ut enim taceam, diversos plane homines in utroque carmine significari, ne nomen quidem satis certum est. Nam in *Dioscorid.* Ep. XXXVIII. membr. Vat. Ἀλεξαμένους, in nostro eaedem Ἀεξιμένης exhibent. — V. 1. τὸ περισσόν. *ingens hoc simulacrum.* — Ἀφροδίτα. Vat. unde fortasse Ἀφροδίτᾳ scribendum, quod *Valcken.* habet, et v. 2. φύλαξι. Aptius enim videtur, hanc appositionem, quam vocant, ad ipsam Deam, quam ad ejus simulacrum referri. Nec tamen vulgata temere damnanda videtur, cui quodammodo patrocinatur *Anytes* Ep. V. ἀμφὶ δὲ πόντος Δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον. — V. 4. εἰδήσεις. Obscurioris loci sensum esse puto hunc: Si mihi naviganti lucrum et inde divitias concesseris idoneas, videbis navem non mihi tantum, sed tibi quoque fructuosam fore. Alia igitur munera Deae faventi et propitiae pollicetur. τὸ κοινὸν id est, quod ad plures pertinet, cujus fructus pluribus conceditur. In postremis his verbis quaedam molitur *Corn. de Pauw*, sed parum feliciter. Idem in toto hoc carmine non

de vera navigatione, sed de figurata illa, cui et ipsi Venus praeest, agere putat.

¶. 176.] *CXXVIII.* Vat. C. p. 144. Plan. p. 413. St. 548. W. Emendatum dedit *Toup.* in Ep. crit. p. 60. quem sequitur cl. Editor. — Mercurio in loco edito ad maris litus collocato piscator quidam instrumenta sua dedicat. Simillimum Epigramma *Archiae* X. T. II. p. 94. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in λίνα. T. II. p. 430. Alterum versum iterum in ἀκτιβόλις. T. I. p. 359. et in βολίς. T. I. p. 440. — σήραγξ h. l. est rupes in maris litore, undis alluentibus excavata. — V. 2. αἰθυίαις, Vat. C. a pr. manu. — Pro ἰχθυβόλοισι *Huetius* p. 39. malebat ἰχθυβόροισι, ex *Leonid. Tar.* Ep. LXXIV. κηύηξι καὶ ἰχθυβόροις λαρίδεσσι τεθρήνητ' ἄπνους. Vulgatam tuetur *Suidas.* Nec ineleganter mergi *piscatores* appellantur, ut, contra, piscatores cum mergis comparari vidimus ad *Leonid. Tar.* Ep. XCI. 2. T. I. P. II. p. 143. — V. 3. „λίνον est etiam in membranis, manifesta menda „pro λίνου, quod Salmasius adscripserat: in iisdem pro „ἅλμη aliud quid prius scriptum fuerat." *Br.* λίνου jam *Brodaeus* correxit. *Archias* l. c. ταῦτα σαγηναίοιο λίνου δηναιὰ λείψανα. — V. 4. αὐχμηρὸν ξανθῶν. Vat. C. αὐχμηρῶν ξανθόν. Vulgo. ξανθὸν emendavit *Toupius.* *Antip. Sid.* Ep. XIX. λείψανον σκολοπένδρας describens: πολλὰ θαλασσαίῃ ξανθὲν ὑπὸ σπιλάδι. — V. 5. περιδινέα. Vat. — V. 6. λαβόντα. Vulgo. Veram lectionem servavit Cod. et *Suidas* in βολίς. T. I. p. 440. Expressus versus ex Ep. *Archiae*: φελλὸν ἐπὶ κρυφίοισι σήμα λαχόντα βόλοιν. — βόλον membr. Sensum explicavimus ad *Archiam* T. II. P. I. p. 255. — V. 8. λιμνοφυεῖ. Vat. C. — Comparatio cum similibus Epigrammatis docet, nostrum in fine mutilum esse. Deest dedicantis nomen una cum dedicationis causis.

CXXIX. Vat. C. p. 145. Plan. p. 413. St. 548. W. Heliodorus piscator, postquam multum laborans nihil ceperat, rete suum Syriae Deae suspendit. Huic Deae

piscès aut omnes aut nonnulli saltem sacri erant; quare illius regionis homines *nefas ducunt genus hoc imponere mensis, Ne violent timidi piscibus ora Syri.* *Ovid.* II. Fast. 474. Cf. *Selden.* de Diis Syr. Synt. II. 3. Oper. T. II. p. 359. sq. *Manso mythol. Abhandl.* p. 19. not. x. Hinc apparet, cur ille huic potissimum Deae rete dicaverit, quo nihil ceperat. Hinc etiam lux verbis: ἀγρὸν ἐπ' ἰχθυβόλου θήρας. — V. 2. προθύροις. Vulgo. — V. 4. cum parte praeced. laudat *Suid.* in φόνος. T. III. p. 642.

CXXX. Vat. C. p. 170. Plan. p. 419. St. 554. W. At hoc et sequens carmen illustrandum facit inprimis *Aelianus* H. An. III. c. 10. Ἐχῖνος — ἑαυτὸν ἐν ταῖς τρασιαῖς κυλίειν φασί, καὶ τῶν ἰσχάδων τὰς περιπαρείσας, αἳ πολλαὶ πήγνυνται ταῖς ἀκάνθαις, ἡσυχῇ κομίζει καὶ ἀποθησαυρίσας φυλάττει. *Plin.* H. N. VIII. 56. *Praeparant hiemi et herinacei cibos, et volutati supra jacentia poma affixa spinis, unum amplius tenentes ore, portant in cavas arbores. – Apprehensus pede altero e posterioribus suspendio ac fame necatur: aliter non est occidere et tergori parcere.* Cf. *Rittershus.* ad *Oppian.* II. Cyneg. 598. et 604. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἐχῖνος. T. I. p. 929. ubi θηλοπέδῳ habetur, ut in Planudea et in membr. Idem θειλοπέδῳ praebet in κώμαυλος. T. II. p. 363. — V. 2. ἐπέκτισε. Vulgo et in membr. — V. 3. 4. *Suid.* in αὐγνας. T. I. p. 378. ubi ληϊζόμενον legitur. — Διονύσου vitiose in Ed. Steph.

CXXXI. Vat. C. p. 149. Plan. p. 419. St. 553. W. — V. 1. laudat *Suidas* in ἐχῖνος. T. I. p. 929. et totum distichon in σίντης. T. III. p. 318. ubi θηλοπέδων est, ut in Plan. et in membr. Sed θειλόπεδον est ap. eundem T. II. p. 193. θειλόπεδον, ὁ τόπος, ἐν ᾧ αἱ σταφυλαὶ ξηραίνονται. et iterum in ῥαγολόγος. T. III. p. 249. — ὀξέσι κέντροισι. Duplex erinaceorum genus describens *Oppianus* l. c.

οἱ μὲν γὰρ βαιοί τε καὶ οὐτιδανοὶ τελέθουσιν,
πυκνῇσι φρίσσοντες ἐπὶ προβολῇσιν ἀκάνθαις·
οἱ δ' ἄρα καὶ μεγέθει μάλα μείζονες, ἠδ' ἑκάτερθεν
ὀξέα πεφρίκασιν ἀρειοτέρῃσιν ἀκωκαῖς.

— V. 3. cum obſervaſſet eum conglobatum corpus per uvas volutantem. — V. 4. ζωόν. Hoc ex loco Pliniano ſupra allato intelligitur.

¶. 177.] *CXXXII.* Vat. C. p. 175. ἀδέσποτον. In marg. Ἀρχίου γραμμ. — „Τριτοῖ. i. e. Pallas, quae alias „Τριτωνίς, Τριτωνία, Τριτογενὴς vocatur. Nominis origo „Τριτώ, quod veteri lingua caput ſignificat.“ *Br. Heſych.* Τριτώ. Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος φησί, τὴν κεφαλὴν καλεῖν Ἀθαμᾶνας. ubi vide Intrpp.

¶. 333.] *CXXXII.*[b] In certamine navium, apud Corinthum a Neptuno et Apolline inſtituto, Ἀργὼ ἐνίκα καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔπλευσεν· ἀλλ' αὐτὴν ἀνέθηκεν ὁ Ἰάσων ἐνταῦθα τῷ Ποσειδῶνι, καὶ τὸ Ἐπίγραμμα ἐνέγραψεν, ὃ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι· Ἀργὼ κ. τ. λ. *Dio Chryſoſtom.* Or. XXXVII. T. II. p. 107. ed. R. — De illo certamine nihil tradens *Diodor. Sicul.* IV. 53. p. 296. Jaſonem narrat μετὰ τῶν ἀριστέων εἰς Ἰσθμὸν τὸν ἐν Πελοποννήσῳ πλεύσαντα θυσίαν ἐπιτελέσαι τῷ Ποσειδῶνι καὶ καθιερῶσαι τὴν Ἀργὼ τῷ θεῷ.

¶. 177.] *CXXXIII.* Ex *Pauſania* L. X. p. 849. relatum in Append. Anth. Steph. p. 504. 10. W. Cf. *Bonadae* Inſcr. p. 71. In illuſtri illa Gallorum in Graeciam irruptione, quae Brenni nomen conſpicuum reddidit, pugna commiſſa eſt ad Thermopylas, ubi Graeci copias contraxerant, duce Callippo Athenienſi. Nam Athenienſibus in illo tam gravi bello a reliquis Graeciae populis ἡγεμονία conceſſa erat. Inter omnes autem, qui hac pugna virtutis documenta ediderunt, maxime excelluit Cydias, Athenienſis, qui tenera adhuc aetate primum tum temporis faciebat ſtipendium. Qui cum in

proelio occisus esset, ejus scutum a propinquis et amicis Jovi Liberatori dedicatum est, addito Epigrammate: Ἦ μάλα δή — —. Pugnatum est illud proelium Ol. CXXV. 1. Cydiae autem scutum mansit usque ad Syllae tempora, qui omnia scuta ex Jovis liberatoris porticu sustulit. — V. 1. ποθέουσα ἥβην. De armis ignavorum *Nossis* Ep. VI. θεῶν ὑπ' ἀνάκτορα κεῖνται, Οὐδὲ ποθεῦντι κακῶν πάχεας, οὓς ἔλιπον. — Ad ποθέουσα subaudiendum κεῖμαι sive ἧμαι. Nisi forte fuit:

Ἧμαι δὴ ποθέουσα — —

Cf. *Mnasalc.* Ep. II. *Myro Byz.* I. *Hegesipp.* Ep. III. — V. 4. ἤκμασε. bello contra Gallos suscepto.

CXXXIV. Legitur in Append. Anth. p. 504. St. 10. W. et in *Bonadae* Inscriptt. p. 66. ex *Pausan.* V. 10. p. 398. qui hos versus inscriptos fuisse tradit scuto aureo, quod sub Victoriae statua in fastigio templi Olympici collocatum erat. Hinc apparet, v. φιάλαν χρυσέαν in ipso carmine non de scypho, sed de scuto, quod scyphi formam referebat, accipiendum esse. Vide cl. *Voelkel über den grossen Tempel zu Olympia.* Lips. 1794. 8. p. 58. Erat illud munus Tanagraeorum, sub quorum moenibus Athenienses et Argivi a Lacedaemoniorum Boeotiorumque copiis superati erant Ol. LXXX. 4. Cf. *Diodor. Sic.* XI. p. 466. *Pausan.* I. p. 73. et *Thucyd.* I. 107. sq. ubi et alii Atheniensium socii commemorantur. — V. 4. Vulgo in fine praecedentis versus comma ponitur, et v. 4. τῷ πολέμῳ legitur, quod *Camerarius* mutavit in τοῦ πολέμου. Nihili est conjectura *Goldhagenii* in versione vernacula τᾶν δεκάταν corrigentis.

CXXXV. Append. Plan. p. 505. St. 10. W. et *Bonada* p. 67. ex *Pausan.* V. 22. p. 435. Olympiae prope τὸ Ἱπποδάμιον. statuae erant heroum, qui ad Trojam pugnaverant, Lycii, Myronis filii, opera. Has Apolloniatae, qui ad Ionium mare habitant, Jovi dedicaverant. Erat autem inter eas ipsius Jovis statua, ad cu-

jus pedes hoc carmen, antiquis literis (γράμμασιν ἀρχαίοις, non ἀρχαῖον. vide *Valcken.* ad *Herodot.* V. p. 400. 17.) exaratum, legebatur. — V. 1. Ἀπολλωνίας vulgo. Originem suam Apolloniatae referebant ad Apollinem, cujus imago etiam in eorum numis expressa conspicitur. — V. 3. Ἀβαντίδος. Abantis est regio Epiri ad montes Ceraunios, ab Abantibus appellata, qui post bellum Trojanum, una cum Locrensibus ex Thronio urbe ad Ceraunios montes delati, urbem condidere, et ipsam Thronium appellatam. Hi postea a finitimis Apolloniae civibus bello superati et loco, quem habitabant, pulsi sunt. Ad hos referendus locus *Apollon. Rhod.* IV. 1214. κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων Οὔρεα, Νεσταίους τε καὶ Ὤρικον εἰσαφικέσθαι. Idem populus Ἄμαντες quoque appellabantur, earumque regio Ἀμαντίνη. Vide *L. Holsten.* ad *Steph. B.* in Ἀβαντίς.

CXXXVI. In Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonadam* p. 68. ex *Pausania* V. 23. p. 438. Insculptum Epigramma statuae Jovis, quam Clitorii dedicaverant Olympiae. Ultimum distichon *Brunckius* exhibuit ex conjectura *Kuhnii*, qui sic emendavit vulgatam: καὶ μετρεῖτ' ἀρίστων ἢ δὲ τελεσὰς αὐτοκασίγνητοι. Aristonem et Telestam Lacedaemonios fuisse *Kuhnius* collegit ex verbis *Pausaniae*, quae sequuntur: ἀλλὰ Λάκωνας μὲν τούτους οὐκ ἐς ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν ἐπιφανεῖς νομίζω γενέσθαι· εἶχον γὰρ ἄν τι καὶ Ἠλεῖοι περὶ αὐτῶν λέγειν, καὶ πλέονα ἔτι Λακεδαιμόνιοι, πολιτῶν γε ὄντων. — Clitorii fuerunt in Arcadia, cives urbis Κλείτορος, quam Azanis filius condidisse dicitur. *Pausan.* VIII. 4. p. 605. qui hujus urbis memorabilia recenset c. 21. p. 639. — V. 2. βιασάμενοι. Sic codd. *Facii* v. cl. Vulgo βιασσάμενοι.

CXXXVII. In Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 68. ex *Pausan.* V. 24. p. 439. Legebatur hoc distichon in basi statuae Jovis Olympiae, quam Lacedaemonii bello secundo cum Messeniis dedicasse fe-

rebantur. Exitum habuit hoc bellum Ol. XXVIII. 1. *Pausan.* IV. 23. p. 336.

¶. 178.] *CXXXVIII.* Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 68. ex *Pausan.* V. 25. p. 444. Achaei Jovi Olympico dedicaverant statuas heroum, qui in bello Trojano cum Hectore, fortissimos Graecorum ad singulare certamen provocante, congressuri erant. Prius distichon insculptum statuae Idomenei; alterum legebatur in ejusdem clypeo. Onatam, Miconis filium, floruisse constat circa Ol. LXXVIII. Cf. Incert. Epigr. CXVIII.

CXXXIX. Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 69. ex *Pausan.* V. 27. p. 450. Etiam hoc Epigr. legebatur insculptum statuae Jovis, quam Mendaei Olympiae dedicaverant. Mendaeos, Thraciae populum, *Pausanias* docet a Graecis ortos in maris ora habitasse, postquam Ionia relicta in Europam venerant. *Thucydides* eosdem Euboeae coloniam fuisse ait, L. IV. 123. Cf. *Gatterer* in Comment. de Thrac. T. III. p. 7. Celeberrimum fuit vinum Mendaeum, quod *Hermippus* laudat ap. *Athen.* I. p. 29. E. Cf. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. 5. p. 286. *Stephan. Byz.* Μένδη· πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτήν φασι. τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος οἶνος. Lege repetito vocabulo: τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος. Μενδαῖος οἶνος. De Sipte *Pausanias* dubitabat, utrum castellum esset an urbs Thraciae. — Ceterum hoc quoque loco scribendum erat βιασάμενοι, ut Ep. CXXXVI.

CXL. In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 69. ex *Pausan.* L. VI. 10. p. 476. Insculptum currui Cleosthenis Epidamnii, qui Ol. LXVI. . riam retulerat. Hunc virum ex omnibus, qui in Graecia equos nutriverint, primum posuisse equorum statuas, asseverat *Pausanias.* In Κλεοσθένης antepenultima

tima corripitur, ut media in πόκαμπις ap. *Leonid. Tar.* Ep. XXV. ubi vid. Not. T. I. P. II. p. 85.

CXLI. Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pausan.* VI. 10. p. 476 *Bonadae* Anth. p. 273. Legebatur hoc distichon in statua Demarati Heraeensis, qui Olympiae vicit ἐν ὁπλίταις Ol. LXV. et Ol. LXVI. Primus hanc palmam accepit, asseverante *Pausania* V. 8. p. 395. qui eum omnes Arcadiae athletas gloria superasse tradit L. VI. 26. p. 652. Eutelidae et Chrysothemidis, sculptorum, nomina ex hoc uno Epigrammate habemus cognita.

CXLII. Append. Plan. p. 508. St. 13. W. et *Bonada* p. 69. ex *Pausania* L. VI. 19. p. 499. Antiquis literis Atticis hoc distichon insculptum fuit cornu eburneo Amaltheae, quod Miltiades, Cimonis filius, Jovi Olympico dedicaverat. Hunc Miltiadem primum ex illa familia imperium in Chersoneso Thracica tenuisse, *Pausanias* affirmat. At hic, ut alii quoque scriptores, confudit Miltiadem illum, quem pugna Marathonia nobilitavit, cum Miltiade, Cypseli filio, qui Chersonesum condidit. Vide *Rutgers.* in Var. Lect. I. 9. p. 30. sq. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII. 35. quorum sententiae accedit *Wesseling.* ad *Herodot.* VI. p. 452. De Miltiadis progenie consulendus etiam *Edw. Simson* in Chron. a. M. 3514. p. 22. Miltiades, Cimonis fil. in Chersoneso imperium exercebat Ol. LXVIII. 1. Cf. *Herodot.* IV. 137. p. 340. — V. 2. Qualis locus sit ille, quem noster τεῖχος Ἀράτου appellat, et de qua pugna agatur, ignoro equidem.

CXLIII. Legitur hoc Epigramma ap. *Diodor. Sic.* T. I. p. 415. *Bonadae* Anthol. p. 76. Xerxes, irruptione in Graeciam facta, manum misit, quae Delphici Apollinis templum diriperet. Et jam Persae usque ad Minervae templum penetraverant, cum ingens tempestas exorta eos in fugam conjecit. Quo facto Delphici tro-

paeum posuerunt ad Minervae templum cum hoc Epigrammate. Sic haec apud *Diodorum* traduntur. At in Epigrammate ipso Delphici Persas, Apolline juvante, fugasse dicuntur, quod cum *Herodoti* narratione convenit L. VIII. 38. p. 636. Delphici enim, cum Persas vi tempestatis perculsos animadvertissent, impetu in eos facto multos interfecerunt. Praeterea Autonoum et Phylacum heroas, quibus sacellum erat prope Minervae templum, Delphis auxilium tulisse idem scriptor tradidit. Cf. *Pausan.* X. 8. Hinc apparet, ferri posse vulgatam lectionem, quam *Valckenarius* tamen, ne omnis Persarum devictorum gloria a Diis ad homines transiret, ita mutandam censuit:

— — — — πτολίπορθον ἀπωσαμένοις στίχα Μήδων,
καὶ χαλκοστέφανον ῥυσαμένοις τέμενος.

ubi participia referenda sunt ad *Jovem* et *Apollinem*, qui Medorum copias fugasse et lucum, i. e. templum Delphicum, servasse dicuntur. — V. 4. χαλκοστέφανον, opulentum. In talibus στέφανος *ornamentum* significare solet.

§. 179.} *CXLIV.* Servavit *Diodor. Sic.* XI. 33. T. I. p. 430. *Bonadae* Anth. p. 79. Inscriptum erat hoc distichon tripodi, quem Graeci post pugnam Plataeensem ex manubiis conflatum Delphis dedicaverant. Adscribam notam *Wesselingii*: „Dubium est, sitne hoc Epi„gramma tripodi inscriptum. Pausanias insculpi jusserat: „Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων, Παυσανίας Φοίβῳ „μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε. quod Lacedaemonii eraserunt, substi„tutis earum civitatum nominibus, quae barbaros ad Pla„taeas prostraverant. Thucyd. I. 132. a quo non dissen„tit Demosthenes, seu quis alius auctor Or. in Neaer. „p. 740. Itaque si hoc distichon in tripode fuerit scri„ptum, oportet earum, quas dixi, civitatum nomina „subjecta fuisse arbitreris."

CXLV. Servavit *Athenae.* L. XII. p. 536. B. qui Nymphide Heracleota auctore tradit, Pausaniam, Lacedae-

moniorum ducem, eum, qui Persas apud Plataeas superavit, cum Byzantii esset, Diis ad Bosporum positis lebetem dedicasse, nomine suo inscripto. Factum hoc circa Ol. LXXV. quo tempore Pausanias expugnavit Byzantium. *Diodor. Sic.* L. XI. 44. p. 438. Ejusdem doni mentionem facit etiam *Herodot.* IV. 81. p. 319. Cur Pausanias eum Neptuno potius quam Jovi dedicaverit, quaerit *Gyllius* in Descr. Bospori Thr. L. III. c. 5. — V. 4. Vulgo κλειμβρότου, quod librariis debetur metro timentibus. *Casaub.* in Animadv. p. 846. 36. in κλεομβρότου aut synizesin admittendam aut κλεομβρότου scribendum censebat.

CXLVI. In Append. Plan. p. 508. St. 13. W. ex *Pausania* L. IX. 11. p. 731. Ostendebantur Thebis in Boeotia rudera domus, quam Amphitryon habitasse dicebatur, quum ex patria profugus Thebis commoraretur; nec harum modo aedium, sed Alcmenae etiam thalami ruinae superesse putabantur. Hunc thalamum ab Agamede et Trophonio exstructum dicebant auctoritate Epigrammatis, quod moenibus insculptum legebatur. De Agamede et Trophonio vide in *Junii* Catal. v. — Genuinam esse hanc inscriptionem idoneis argumentis adductus negavit *Wolfius* in Prolegg. ad Homer. p. LVI. not. 20. — V. 2. ἐλλέξατο. Vulgo.

CXLVII. Vat. C. p. 142. Hoc monostichon cum duobus seqq. Epigrammatis profert *Herodotus*, L. V. 59. p. 400. qui se ea Cadmeis literis insculpta vidisse ait tripodibus quibusdam in templo Apollinis Ismenii, quod Thebis erat. Cf. Anth. *Bonad.* p. 78. sq. Tripodis ab Amphitryone in hoc templo dicati mentionem facit *Pausan.* L. IX. 10. p. 730. Quomodo haec carmina scripta fuerint, disputavit *Salmas.* in Inscr. Herod. p. 54. Cf. *Scaliger.* ad *Euseb.* p. 121. — Vulgo legitur ἀνέθηκεν ἐὼν, quod etiam membr. Vat. exhibent. *Valckenarius* tentabat ἐόντ' ἀπὸ T. ut tripus se a devictis

Telebois dedicatum affirmet. Mutato accentu *Reiskius* ἴὼν corrigit, ab antiquo verbo ἴω, *eo*; alii ἰὼν correxerunt. Hanc emendationem unice probabat *Wolfius* in Prolegg. ad Homer. p. LV. n. 18. ubi Bentlejanam lectionem ἀνέθηκε νέων eo nomine improbat, quod nullus sit auctor hujus formae idoneus, praeter Grammaticos quosdam et Hym. Homer. in Cerer. in v. depravato 395. νέων tamen aliis vehementer placuit, ut *Thomae Perellio* in Nuovi Miscell. Lucchesi. T. I. p. 52. *Villoisonio* in Anecdotis T. I. p. 129. et *Heynio* ad *Apollodor*. T. I. p. 323. Ceterum has Inscriptiones tam antiquas fuisse, quam *Herodoto* videbantur, post ea, quae nostra aetate de artis scribendi initiis et usu ap. Graecos a doctissimis viris disputata sunt, nemo facile sibi persuadebit.

CXLVIII. Vat. Cod. p. 142. Scaeus pugil, qui, in victoriae memoriam, Apollini statuam dedicavit, *Herodoto* auctore, circa Oedipi tempora floruit. Fuit is Hippocoontis filius, (*Apollodor*. III. 10. 5.) ejus, quem Hercules, Lacedaemone expugnata, cum filiis interfecit. *Apollodor*. II. 7. 3. p. 152. *Pausan*. III. p. 244. — V. 2. laudat *Suidas* in τεῖν. T. III. p. 414.

CXLIX. Vat. C. p. 142. Tripus dicatus a Laodamante, Eteoclis filio, quo imperante Cadmei, ab Argivis ejecti, se ad Encheleas contulerunt. Cf. *Pausan*. IX. 5. p. 722. Alii Laodamantem in pugna cum Argivis ab Alcmaeone occisum tradiderunt. Vide *Heynium* ad *Apollodor*. III. 7. p. 643. Facile apparet, hoc Epigramma ad praecedentis exemplum esse factum, unde non modo secundus versus desumtus, sed prioris etiam numeri expressi. In Ἀππόλλωνι prima syllaba producta, duplicato π, quod notandum.

CL. Vat. C. p. 149. „Ex Eustathio in Homerum „p. 1313. 44. unde prolatum a Clarkio in notis ad Il. „Ψ. 513. In Vat. cod. male divulsa disticha, omisso δ' „posterioris initio.“ *Br*. Agitur de tripode, quem

Diomedes in certaminibus ad Patrocli tumulum ceperat. *Eustathius* hoc Epigramma sumsit ex *Athen.* L. VI. p. 232. D. qui id ipse ex *Phaniae* de tyrannis Siciliae libro descripsit. — ¶. 180.] V. 3. δ' om. Vat. — V. 4. ἔπποισιν ἐπὶ Vat. C.

CLI. Vat. C. p. 207. in marg. et iterum p. 216. Planud. p. 270. St. 389. W. In Agone Homeri et Hes. p. XXVI. ed. *Barn.* Exhibet *Apianus* in Inscriptt. CDLXXXXVII. Spectat hoc distichon ad fabulosum illud Hesiodi cum Homero certamen, de quo *Plutarchus* quaedam ex Lesche tradens T. II. p. 153. sq. versus affert, quibus Hesiodus tripodem meruerit. De illo certamine vide *Fabric.* Bibl. gr. T. I. p. 570. sq. ed. *Harl.* et quae nuper de eo disputavit cl. *Heinrich* in Epimenide p. 139. sqq. Conflatum est hoc distichon ab *Hesiodi* admiratoribus (*Salmas.* ad Solin. p. 610. D.) ex *Hesiodi* Ε. καὶ Η. 654.

ἔνθα με φημὶ
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα,
τὸν μὲν ἐγὼ Μούσῃς Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα.

ubi, *Proclo* testante, fuerunt, qui legerent

ὕμνῳ νικήσαντ' ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Epigrammatis nostri mentionem fecerat *Varro* in libro de imaginibus, ubi de aetate Homeri et Hesiodi disputans *non esse dubium* dixit, *quin eodem tempore vixerint; idque ex Epigrammate ostendi, quod in tripode scriptum est, qui in monte Helicone ab Hesiodo positus traditur.* ap. *Gellium* in N. A. III. 11. Tripodem ipsum viderat *Pausan.* IX. 31. p. 771. — V. 1. Ἑλικωνιάσι τῷδ' Vat. C. loco sec. τάδ' loco pr. ἀνέθηκα Vat. utroque loco. τῷδ' ἀνέθηκα vulgo. τοῦτο sive τόνδ' emendabat *Brodaeus*. τόνδ' ἀνέθηκεν exhibet *Dio Chrys.* qui hoc distichon lau-

dat Or. II. p. 20. 30. T. I. p. 76. ed. R. — V. 2. χειρκίδι Vat. C. loco fec.

CLII. Hoc quoque diſtichon legitur in Certam. Heſiodi p XXVIII. ed *Barn.* Narratur ibi Homerus phialam auream accepiſſe a filiis Midae pro Epigrammate, cujus initium: Χαλκέη παρθένος εἰμι, eamque Delphis dedicaſſe Apollini cum hac Inſcriptione. In ed. Barn. notatur varia lectio ἑλὼν τόδ' Ὅμηρος, et v. 2. τῆς ὑποφραδμοσύνης.

CLIII. Vat. C. p. 166. Ἀνακρέοντος. „In Buherii et „Guieti apographis titulus eſt ἀνάθημα Σοφοκλέους, et ſe-„quitur poſt Simonidis Ep. LXVIII., cujus etiam eſſe vi-„dentur quae praecedunt pleraque et Anacreonti ad-„ſcripta ſunt. Hocce autem Anacreontis eſſe non poteſt, „cui Barneſius tribuit. Vide Miſc. Obſſ. T. II. p. 4." *Br.* Conſtat, Anacreontem eſſe mortuum, antequam *Sophocles* primum drama in ſcenam produceret. Legitur hoc carmen inter Reliqq. Anacr. p. 487. ed. Fiſch. *Anth. Reisk.* nr. 434. — V. 2. ἀνεθήκατο πρ. *R.* — εἶδε Vat. C. quod *R.* in εἶχε mutavit.

CLIV. In Append. p. 508. St. 12. W. ex *Herodoto* IV. 88. p. 322. Anthol. *Bonadae* p. 109. Inſcriptum imagini pictae pontis, quo Mandrocles, Dario jubente, Bosporum junxerat. In illa tabula conſpiciebatur rex in ſolio collocatus et exercitus mare transiens. Facta illa ἐκ τῆς δεκάτης, quam Darius Mandrocli conceſſerat. — V. 2. Μανδίκρεων, Vat. C *Gyllius*, qui hoc Epigr. profert in Opere de Bosp. Thr. II. 13. ex ſchedis Ἀνδροκλέης dedit. — σχεδίας. Vat. C. *Aeſchyl.* in Perſ. 69. exercitus λινοδέσμῳ σχεδίᾳ Πορθμὸν ἀμείψας — πολύγομφον ἔρισμα Ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. — Ἥρῃ. Junoni, patriae Deae, hanc tabulam dedicaverat Mandrocles Samius. — V. 3. τῷ μὲν δὴ στεφ. Vat. — στέφανον ſenſu translato de ornamento et honore accipiendum eſſe, (vide *Simonid.* Ep. XLI. p. 133.) monuit *Weſſelingius* contra *P. Bertium*, qui in Libro de

Agger. et Pont. c. 2. Mandroclem corona aurea a Dario donatum esse dixit. — V. 4. desideratur in Vat. C. — *βασιλέος* in Wessel.

CLV. Append. Planud. p. 502. St. 9. W. ex *Aeschin.* Or. c. Ctesiph. p. 572. ed. R. *Plutarcho* in vita Cim. T. III. p. 115. ed. Bry. *Tzetza* ad *Lycophr.* v. 417. Anth. *Bonadae* p. 344. Eione, urbs Thraciae ad Strymonem, (*Thucyd.* IV. 103.) quae Persis paruerat, post horum in Graecia cladem a Cimone oppugnata est, Bogâ sive Butâ urbem tanta cum pertinacia defendente, ut, cum ei, Eione tradita, potestas facta esset abeundi, quocunque vellet, hanc conditionem accipere nollet, ne regi suspectus fieret, sed se potius cum omnibus suis rogo concremaret. Diserte rem narravit *Herodot.* VII. 107. p. 553. ubi vid. *Wessel.* attigit *Thucyd.* I. 98. *Pausan.* VIII. 8. p. 614. Nostrum Epigramma cum duobus seqq. Hermis insculptum erat. — V. 1. *ἦ ἄρα* mallet *Valcken.* ad *Herodot.* V. p. 376. 21. — V. 3. *κρυερόν.* Vulgo. *αἴθωνα* est ap. *Aeschin.* et *Tzetzam.* *Callim.* H. in Cerer. 67. *ἄγριον ἔμβαλε λιμὸν Αἴθωνα, καρτερόν.* Cf. *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. I. 27. — V. 4. Primi omnium viam et rationem invenerunt, qua hostes in consilii inopiam conjicerent.

CLVI. Append. Plan. p. 502. St. 9. W. ex *Plutarcho* l. c. et *Aeschine.* Anth. *Bonadae* p. 344. — V. 1. *μισθόν.* hunc honorem. — V. 2. *ἀντ' εὐεργεσίης.* *Simonid.* Ep. XL. *πατρὶς δὲ Κόρινθος Ἀντ' εὐεργεσίας μνᾶμ' ἐπέθηκε τόδε.* — ¶. 181.] V. 3. *ἰδὼν καὶ ἔπειτα. ἐθελήσει.* *Plut.* *Aesch.* quod fortasse emendatione non indigebat. Sensus idem in Ep. *Mnasalcae* XVI.

ἄρνυνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν· ἀλλά τις ἀστῶν
τούσδ' ἐσιδών, θνάσκειν τλάτω ὑπὲρ πατρίδος.

— V. 4. *δῆριν ἔχειν.* *Plut.* *ἀμφὶ ξυνοῖσι πρ. μόχθον.* *Aesch.* Versum initio mutilum indicant variae lectiones in codd.

quorum alii χαίρων ἀμφὶ ξυνοῖς πρ. alii ἀμφὶ ξυνοῖσι, alii denique ἀμφὶ τοῖς ξυνοῖς habent.

CLVII. Appendix Plan. l. c. Ap. *Aeschinem* et *Plutarch.* ll. cc. *Bonadae* Anth. p. 345. — V. 1. Μενεσθεύς. Respicitur ad Homer. Ιλ. β. 552. qui sic de Menestheo:

> τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ,
> κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.
> Νέστωρ οἶος ἔριζεν.

— V. 2. ἀμπίδιον vulgo ap. *Aeschin.* Nostrum est in codd. — V. 3. πόλλα χαλκοχιτώνων. *Aeschin.* Cod. Bern. ut *Plutarch.* — V. 4. κοσμήτορα *Aeschin.* Idem ἔξοχον ἄνδρα. — V. 5. ἀεικὲς *Marklandus* in ἤθεα mutandum censebat. *Non igitur insolitum Atheniensibus.* — V. 6. κοσμητὰς π. *Aesch.*

CLVIII. In Append. Plan. p. 503. St. 9. W. ex *Aeschine* cont. Ctes. p. 580. ed. R. Inscriptio prope curiam in Metroo affixa in eorum honorem, qui Thrasybulo duce Athenas, triginta tyrannis expulsis, in libertatem vindicaverunt. His, quorum virtute respublica restituta fuit, praeter alia honorum praemia etiam haec inscriptio decreta est. Rem fuse et accurate exposuit *Taylor* in Vit. Lysiae p. 145. ed. R. — V. 1. στεφάνοις. *honoribus.* ut Ep. CLIV.

CLIX. Vat. C. p. 205. ἄδηλον Ἡροδότου. Append. Plan. p. 508. St. 12. W. ex *Herodoto* V. 77. p. 411. unde illud sumsit *Aristides* T. II. p. 380. Anth. *Bonadae* p. 113. Athenienses cum in bello contra Chalcidenses suscepto (Ol. LXVIII. 2.) ditissimos horum cepissent, eos una cum Boeotiorum captivis in carcerem conjecerunt. Quos cum paulo post binis singulos minis multatos solvissent, eorum vincula in arce suspenderunt, decimis τῶν λύτρων Minervae consecratis. Illius expeditionis mentionem fecit *Himerius* Or. II. 12. ubi vide *Wernsdorf.* Quadrigas vero ἀπὸ δεκάτης ἀνέθηκαν καὶ

Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ commemorat *Pausan.* I. 28. p. 67. — V. 3. Horum superbiam in tenebris bene muniti carceris domuerunt. Sic δεσμὸν σιδήρεον accipere malim de carcere quam de vinculis, propter epitheton ἀχλυόεις. — Ad ἔσβεσαν ὕβριν *Wesselingius* comparavit dictum Heracliti ap. *Diogen. Laërt.* IX. 2. ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν. Sic etiam in Oraculo ap. *Herodot.* VIII. 77. δῖα δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον, ὕβριος υἱόν. *P. Silent.* Ep. XXXV. σβέσσον ἀγηνορίην, ἐγγὺς ἴδ' ἐς Νέμεσιν. Ep. ἀδέσπ. DCXXIX. σβεννύντας ποτε τοιᾶσδε πυρκαϊάν. — Caeterum in membr. ἀχλυνθέντι et ἔσβεσεν legitur.

CLX. Anth. *Bosadae* p. 119. Ex *Plutarchi* Vita Themist. c. 8. Tom. I. p. 255. ed. Bry. qui hoc carmen insculptum fuisse tradit uni columnarum ex marmore, quae stabant circa templum Dianae in Artemisio, promontorio Euboeae. Spectat illustrem Graecorum de Persis victoriam, in illis regionibus reportatam. — V. 1. παντοδαπῶν. quia Xerxes ex omni Asia copias contraxerat. Cf. *Valckenar.* ad *Herodot.* VII. p. 536. 35. — V. 4. σήματα. illas columnas. *Plutarch.* l. c. στήλαις κύκλῳ λίθου λευκοῦ πεπήγασιν· ὁ δὲ λίθος τῇ χειρὶ τριβόμενος καὶ χρόαν καὶ ὀσμὴν κροκίζουσαν ἀναδίδωσιν.

§. 182.] CLXI. Anthologia Lat. II. XIV. T. I. p. 195.

Qui Persas bello vicit Marathonis in arvis,
Civibus ingratis et patria interiit.

Πάντες, Μιλτιάδη, ταλαρήϊα ἔργα ἴσασιν
Πέρσαι, καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Ad hoc Epigramma *Burmannus* commemoravit scriptores, apud quos hi versus reperiuntur, omisso tamen *Fleetwoodio* p. 168. 3. — V. 1. *Reinesius* ap. *Gruterum* ταλαρήϊα in μάλ' ἀρήϊα mutat. τὰ σ' ἀρήϊα emendavit *Wessel.* ad *Herodot.* VI. p. 501. 6. Eandem emendationem

ut suam profert *Klotzius* ad *Tyrt.* p. 52. — V. 2. σῆς ἐφ. est ap. *Gruterum* p. CCCCXXXVIII. τῆς ap. *Pithoe.* in Praeterm. post L. IV. Ep. p. 181.

CLXII. »Extat hoc Epigramma ap. Aelian. H. A. »X. 40. ubi mendose editum. Emendatius vero in Sto-»baei Ecl. Phys. p. 167. *Grot.*« *Br.* *Stobae.* l. c. LII. nr. 48. T. II. p. 1017. ed. *Heer.* Φίλων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν περὶ θαυμασίων ἐν Σκυθίᾳ, φησὶ ὄνους γίγνεσθαι κέρατα ἔχοντας, ταῦτα δὲ τὰ κέρατα δύνασθαι τοῦτο τὸ ὕδωρ διαφέρειν. Καὶ Ἀλεξάνδρῳ Μακεδόνι ἐνεχθῆναι ὑπὸ Σωσιάτρου κέρας τοιοῦτον, ὃ καὶ ἀνατεθεῖναι ἐν Δελφοῖς, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι· Σοὶ τόδ' κ. τ. λ. Ad hunc locum clariss. Editor veterum loca de Stygis aqua collegit post *Beckmann.* ad *Antigon. Car.* c. CLXXIV. p. 217. *Nicol. Loens.* in Epiphyll. III. 10. (Fac. crit. Suppl. V. p. 353.) et *P. Leopardum* in Emendd. IV. 8. p. 98. — V. 2. σχῆμα τὸ δ. *Aelian.* quod variis conjecturis locum fecit. Verum viderunt *Trillerus* et *Kuhn.* ad *Aeliani* V. H. I. 27. p. 48. ubi quaedam de κόνθωνι. Cf. ad *Apollinar.* Ep. I. T. II. P. II. p. 318. — V. 3. »Λουσηὶς dicitur Styx ab Arca-»diae vicina urbe, cui nomen Λουσοί, de qua praeter »Stephanum videndus Pausanias p. 636.« *Br.* Ap. *Aelian.* est Λουθησιάδος, in codd. quibusdam *Stobaei* Λουσιάδου. — Vulgatum ἀχράντου *Brunckius* in ἀχράντῳ mutavit. Sic certe epithetorum elegantior collocatio. — V. 4. βάσταζε vulgo ap. *Aelian.* — ἠνορέην. vim illam aquae omnia perrumpentis.

Lect. p. 287.] *CLXII.*[b] Ex *Gruteri* Inscript. p. MDCCIII. Deest finis. Bales quidam Aesculapio, qui ipsi cum adversa valetudine confligtanti opem tulerat, columnam sive statuam ex marmore ponit. — V. 1. Παιῆον et Παιὰν Aesculapius. — V. 3. Major distinctio ponenda post βαρυαλγέος. Tibi statuam Bales ponit, memor eorum, quae tibi, aegritudinis, qua laborabat, averruncatori, debet; quod autem ad futuram ipsius

aetatem attinet . . . . — V. 2. ἐνήλλαψ ap. Grut. frequenti errore lapidariorum, qui literas temere duplicabant, et ο cum ε confundebant. — V. 4. εἰαθείς. Grut.

¶. 182.] CLXIII. Anth. Plan. p. 10. St. 18. W. Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniae, Ciroada, Odrysarum rege, superato, Dianae manubiarum partem dedicat. *Alcaei Messenii* hoc Epigramma esse suspicabatur *Schneiderus* in not. mst. Hujus poëtae carmen in Planudea praecedit, quod huic conjecturae nonnihil probabilitatis addit. Equidem tamen illud ad *Antipatrum Sidonium* referre malim, quem vide Ep. XVIII. ubi de Philippi expeditionibus contra Odrysas monuimus. Ignotam esse hujus Epigrammatis historiam notavit *Jos. Scaliger*, in notis mst. Ciroadas rex, quem *Cary* in *Historia regum Thraciae* ne nominat quidem, inter eos regulos latere videtur, quos Philippus, Amadoco devicto, timore compescuisse dicitur ap. *Livium* XXXIX. 36.

CLXIV. Ex *Plutarchi* Vita Flamin. T. II. p. 417. ed. *Bry.* Anth. *Bonad.* p. 77. Flamininus post restitutam Graecis libertatem Delphis argentea scuta et suam ipsius peltam posuit, Dioscuris hoc munus in titulo superscripto offerens. — V. 3. Τίτος. In eundem est Ep. *Alcaei Messen.* XVI. ubi cum Xerxe comparatur: ἀλλ' ὁ μὲν Ἑλλάδα δοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων Ἦλθεν· ὁ δ' ἀμπαύσων Ἑλλάδα δουλοσύνας.

CLXV. Ex *Plutarcho* l. c. *Bonadae* Anth. p. 78. Adscriptum coronae aureae, quam Titus Flamininus Apollini dedicavit. — V. 1. „Corruptum mihi videtur „ἔθηκε, quod verbum subjecto caret; nam a ταγὸς pen„dere non potest, nisi scribatur καὶ πόρεν, quod plus quam „frigidum esset, ἔθηκε κεῖσθαι ἐπὶ πλοκάμοις καὶ πόρεν. Lu„bens reponerem ἐπὶ πλοκάμοισι γεγηθὼς, quae emenda„tio verisimilis est et elegans." *Br.* *Reiskius*, commate posito post ὃν πόρεν, verba sic junxit: ὁ ταγὸς Αἰνεαδᾶν τόνδε στέφανον, ὃν πόρεν, ἔθηκεν ὥστε κεῖσθαι σοῖς ἐπὶ πλοκά-

μοις. Non omnes inscriptiones, donariis additae, ab optimis poëtis compositae sunt; fieri igitur potuit, ut versificator,, qui hoc Epigrammation conscripsit, versus implendi causa ad duram verborum structuram confugeret. Hoc tamen loco minima fortasse mutatione scribendum:

ὅς πόρεν Αἰνεαδᾶν ταγὸς μέγας.

Auream hanc coronam, Phoebe, Romanorum imperator, cujus ea donum est, (ὅς πόρεν) eam ob causam dedicavit, ut immortalem tuam ornaret caesariem.

¶. 183.] *CLXVI.* In Gudianis Inscriptt. ab Hesselio editis p. 55. Eandem ex Camilli Peregrini Differt. de Campania Felici protulit *Cuperus* in Harpocr. p. 152. et *Bonada* in Anth. p. 81. Arrianus Nemesi et συννάοις θεοῖς aram dedicat. Qui sint illi σύνναοι θεοὶ, intelligitur ex Inscriptione Latina, graeco disticho addita:

Justitiae, Nemesi, Fatis, quam voverat aram,
Numina sancta colens, Cammarius posuit.

CLXVII. »In Notis J. B. Zenobetti in Meleagri »Idyll. p. 20.« *Br.* Hermae insculptum fuit. Edidit, praeter *Zenobettum*, *Winkelmann in den Nachr. von den Herkulanensischen Entdeckungen* II. p. 94. Obscurum Epigramma propter loci, ubi ille Hermes positus fuit, ignorantiam. Putaverim, illum stetisse in vestibulo bibliothecae, sive etiam ante januam, in loco platanis consito. Certe verba ἄλσος Μούσαις ἱερὸν de bibliotheca apte explicari possunt, ut Ep. in Byz. Mon. XIII. οἶκος Ἑλικῶνος. Quae si vera est interpretatio, de aedibus Musis dicatis proprie dixit poëta ἀνακεῖσθαι, quod in hac re idem est ac ἀνεῖσθαι, consecratum esse. Vide cl. *Visconti* Iscr. Triop. p. 80. *Valcken.* ad Phoen. p. 350.— V. 2. βύβλους et ταῖς πλατ. *Winkelm.* Recte. Nota sunt plataneta in tectorum impluviis sata. Fortasse in villa

fuit illa bibliotheca, (cf. *Lipſ.* de Biblioth. c. VIII.) ubi platanis inprimis locus. Cf. *Senec.* Ep. XII. 1. et LV. 7. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* II. Od. XI. 13. — V. 3. ἡμᾶς. Muſas puta. Hae promittunt, ſi quis literarum vere ſtudioſus ad hunc locum acceſſerit, ſe eum hedera coronaturas eſſe. — τῷ κισσῷ. Hedera igitur idem ille locus conſitus, ut Muſis et Apollini ſacer eſſe videretur. *Dioscorid.* Ep. XXV. Ἑλικὼν εὔκισσος. Terra circa Ibyci tumulum πολὺν κισσὸν χεύατο. Ep. ἀδέσπ. DXXVIII.

CLXVIII. „Refert hoc Epigramma Plutarchus de „Puerorum Educat. T. II. p. 14. Rebus ipſis dedicatis in„ſcribebant epigrammata, ita ut in inſcriptione, quid res „dedicata eſſet, declarare opus non haberent. Sic in „Inſcriptione coronae aut ſecuris, quas Veneri dedica„vit Cornel. Sulla, quamque refert Appianus de Bellis „civil. L. I. p. 411. neutrius comparet nomen. — Forte „Eurydice Muſis etiam coronam dedicaverat; nam τόδε, „in uno codice repertum, manifeſta eſt menda, quae „ne commemorari quidem debebat.“ *Br.* Anth. *Bonadae* p. 121. Eurydice cum Illyrica eſſet et τρὶβάρβαρος — *Pſeudo-Plutarchi* verba ſunt — ut filios ſuos erudire poſſet, aetate jam provectior, literis operam dedit. — V. 2. εὐίστον minime ſollicitandum. Vox eſt „optimi commatis, licet eam omiſerint Lexicographi. „εὔιστος πόθος eſt *pulcra cupiditas adipiſcendae ſcientiae*, „diſcendi ſtudium.“ *Br.* Eleganter εὔιστον πόθον pro ἱστορίης, ſubſtantivo latente in adjectivo. Similiter *Aeſchyl.* in Agam. v. 261. εὐάγγελοι ἐλπίδες, *ſpes boni et fauſti nuntii.* Ibid. v. 9. φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν Ἁλώσιμόν τε βάξιν, *nuntium de capta urbe.* Multa hujus generis ap. poëtas proſtant, ubi adjectivum poſſeſſivum objective accipitur. Male *Toup.* Emend. in *Heſych.* IV. p. 325. tentavit: εὔλιστον ψ. πόνον. *quae laborem bene amatum animo ſuscepit.* — V. 3. μνημεῖα λόγων. *Hic uſus eſt literarum, ut cuſtodiant voces et velut depoſitum reddant legen-*

tibus. *Quintil.* Inst. Or. I. 7. fin. Prometheus ap. *Aeschylum* v. 459. *ἐξεῦρον αὐτοῖς γραμμάτων τε συνθέσεις, Μνήμην ἁπάντων, μουσομήτορ' ἐργάτιν.* — Ceterum urbs Illyriae Hierapolis ex hoc uno tantum loco, ni fallor, cognita.

CLXIX. *Reisk.* Anthol. p. 109. nr. 649. In membr. Vat. non legitur, ut nec tria alia Epigrammata, quae ibidem dedit *Reiskius* nr. 648. 650. 651. Ultimum horum, pro *Philodemi* carmine venditum (cf. *Philodemi* Ep. IX.), recentioris esse auctoris nunc nullus dubito. Nostrum habetur in *Gruteri* Inscriptt. p. MLXVIII. unde illud repetivit *Fleetwood* p. 50. et *Muratori* multis maculis foedatum. Cf. *Leichium* in Misc. Lips. I. 3. p. 450. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 491. sqq. — Sallonius Menas Mercurio in montibus Tallaeis culto post mortem conjugis duplices libationes offert. — V. 1. Ταλλαίοισιν. Schedae Dorv. Ταλαιός. ὁ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. *Hesych.* De montibus Tallaeis vide *Meurs.* in Creta p. 198. et *Chishull* in Antiqq. Asiat. p. 134. — Quum in apogr. Lipsiensi esset Ταλείαις ἴδρις υἱεῦ, *Reiskius* dedit: Ο. Ταλλαίοις ἱδρυμένε. *Muratori*: Ταλλαίοις εἰδ εὐμενε. — V. 2. φιλοφρόσυνος. Huic lectioni, quam plurimorum apogr. consensus tuetur, bene patrocinatur *Reiskius*, qui comparat similes formas, γηθόσυνος, ἑταιρόσυνος, δεσπόσυνος, alia. In *Hug. Grotii* apogr. erat φιλοφροσύνης, ap. *Murator.* φιλοφρονέως. — V. 3. Omnes ἥν σοι praeter *Reiskium*, qui ὧν σοι dedit, nulla necessitate urgente. Vulgarior junctura foret ᾗ (σπονδῇ et θυσίῃ scilicet) σε γεραίρει Σ. ut est ap. *Theocrit.* Eid. VII. 94. Ep. ἀδέσπ. CCL. 7. μερόπων φωνὴν ἐγεραίραμεν ἀλλαίῃ. Noster per enallagen minime insolentem ἥν σοι Σ. γεραίρει, *quam tibi Sallonius honoris causa offert.* — V. 4. *ἐξ ὁσίης. ex re bene et sine ulla injuria parta*, quam βίον ἐκ δικαίου appellat *Aristoph.* in Plut. 754. ubi vide *T. Hemsterh.* Similia quaedam dedit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 79. Plurimum huc facit Ep. *Cornel. Longini* I. T. II. p. 200.

Ἐκ πενίης, ὡς οἶσθα, ἀκραιφνέας, ἀλλὰ δικαίης, Κύπρι, ταύτη δέχου δῶρα. — ψυχικὰ δῶρα de *cruentis sacris* accipiebat *Dorvillius*; vereor, ut recte. Nam haec verba non ad θυσίην tantum, sed simul ad σπονδὴν et λοιβὰς referenda sunt. Quare ψυχικὰ δῶρα interpretor ἐκ ψυχῆς διδόμενα, *ex animo data*, sive, ut *Grotius*: *Dat tibi sacra libens*. Minime certe probanda *Reiskii* conjectura, temere in textum recepta, πτωχικά. Nec enim *mendici* haec munera erant, nec quisquam eorum omnium, qui in his carminibus donorum suorum tenuitatem excusant, πτωχικὰ illa appellavit, sed λιτὰ (vide ad *Gaetulici* Ep. III. T. II. P. II. p. 32.), μικρά, πενιχρά, ὀλίγιστα. Cf. *Zonae* Ep. II. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. XV. — V. 5. Hunc versum cl. editor dedit ex emendatione *Dorvillii*. Vulgo abest copula. Expressus videtur ex *Homer*. ιλ. α. 88. οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. Non male tamen *Reiskius* mulieris nomen latere suspicatus legit: καὶ πρὶν μὲν Ζώης (Ζωῆς) ἀλόχου —. Ap. *Murator.* est ζώοις σ' κτλ. Idem v. 6. εικικη κατενος τασσον εγεραιρε τοπους. Dubitat *Reiske*, utrum σοῦς fuerit an τούςδ'. Prius plurimorum consensu nititur. — V. 7. Ap. Lips. ἀνθ' ὧν δὲ χρονίους ἀφετήσιον. Nostrum est ap. *Fleetwood.* et *Dorvill.* In ἀφετήσιον neglecta est adspiratio, cujus anomaliae plurima exempla dedit *Reiske* ad *Constant. Porphyr.* de Cerem. p. 138. Dicit Sallonius, se, conjuge extincta, ob gravissimum dolorem annua illa sacra omisisse, nunc autem, ne quid in rebus divinis neglexisse videretur, dupla eadem afferre. — V. 8. συμβίῳ pro ἀλόχου. τοῦδε ad Sallonium referendum. — V. 9. δ' post μαθὼν *Reiske* mutavit in θ', omnino male. Nam in praecedenti enuntiatione μὲν subaudiendum, hoc fere sensu: quamvis paratam habens excusationem in gravissimo illo dolore, tamen, divina colenda esse sciens, dupla tibi illa sacrificia offert. — δεῖ γε τὰ θεῖα *Reisk.* lectoribus non monitis. — V. 10. διπλῆ. *Gruter.* διπλῆν

Ap. Lips. δίνασιν *Murat.* δινάσσῃ hos voluisse probabile est. — V. 12. εὔθου. *Reisk.* ut non male, ita citra necessitatem. — δι' ὅλου. *ut tuas aras novo semper honore colat.*

: T. 184.] *CLXX.* Edidit *Joseph. Scaliger* ad *Hieronymi* Chron. p. 215. et *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. I. p. 176. Vide *Gruter.* Inscript. p. 317. Supra scriptum: Κοσμητεύοντος Πλουτάρχου Ἀχαρνέως, et in fine: Ἀγωνοθετήσας Ἀδριανείων. Hinc apparet, Achiristum, cujus hoc carmine fit mentio, vicisse in ludis ab Hadriano Athenis institutis. De his Hadrianeis vide *Fabric.* ad *Dion. Cass.* LXIX. 16. p. 1164. — V. 1. μέγα κῦδος ἐν ἀστοῖς suspicatur *Casaubon.* — V. 2. Εὐπυρίδης dedit *Salmasius,* cum in marmore esset Εὐπερίδης. Vide *Stephan. Byz.* in Εὐπυρίδαι. Cf. *Meursium* de popul. Att. p. 34. Sic etiam ap. *Hesychium* corrigunt T. I. p. 1521. Εὐπυρίδαι (vulgo Εὐπηρίδαι) δῆμος καὶ τόπος Ἀθήνησιν. ubi tamen ordo literarum Εὐπορίδαι postulat. — *J. Scaliger* in Not. ad Gruter. p. CCCVIII. in nostro Epigr. Εὐφορίδης scribit. — V. 3. ἐκ βρεφέων ἀέθλοισιν ... καὶ ἐφ' ἥβης suspicatur *Casaubon.* improbante *Salmasio*, qui Achiristum agonothetam et ephoborum κοσμήτην fuisse existimat; illud indicari verbis ἐπασκήσας ἀέθλοις, hoc ἐφήβοις. Non persuadet. Nec tamen *Casauboni* emendationem veram esse putaverim.

CLXXI. Ex *Athenaeo* L. XIV. p. 629. A. Ἀμφίων δὲ Θεσπιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου (i. e. de festo Musis instituto. vide *Pausan.* IX. 31. p. 771.) ἄγεσθαί φησιν ἐν Ἑλικῶνι παίδων ὀρχήσεις μετὰ σπουδῆς, παρατιθέμενος ἀρχαῖον ἐπίγραμμα τόδε· Ἀμφότερ' κ. τ. λ. Scriptum est in statuam Bacchidae Sicyonii, qui et saltandi arte praestabat et musicae operam dederat. Illa autem statua ei posita fuisse videtur post victoriam a choro, cui Bacchides praeerat, reportatam. Fuit igitur χοροδιδάσκαλος, qualis Antigenes ap. *Simonid.* in Ep. LXXVI. in chori victoriam composito, ὃς τούτους ἐδίδασκεν ἄνδρας.

Ibi-

Ibidem commemoratur Aristo, qui tibiis accinebat, ἐλὶ πνεῦμα χέων καθαρεῦς ἐν αὐλοῖς, ut hic Anacus tibicen. Quum hoc Epigramma, teste *Athenaeo*, in Amphionis opere eam ob causam prolatum esset, ut doceret; *puerorum* saltationes in Helicone fuisse exhibitas, suspiceris scribendum esse: ἐδίδαξεν παῖδας. — V. 2. Pro Φιαλεὺς *Casaubonus* primum Φιγαλεὺς emendandum censebat, a vetere Arcadiae oppido Phigalia; deinde nihil mutandum esse intellexit ex *Stephano Byz.* in Φιγαλία. — μετωνομάσθη δὲ Φιάλεια δίχα τοῦ γ, ἀπὸ Φιάλου τινος. — V. 4. τῷ Σ. et ἀπέκειτο vulgo. Utrumque emendavit *Casaubonus*. Possis et καὶ Σικ. legere, ut Bacchidae statua et Diis et patriae posita esse dicatur.

CLXXII. „In Edmundi Chishull Antiqq. Asiat. „P. II, cujus ultra tertium folium nihil quod sciam pro- „diit. Ibi autem legitur p. 7. Reperta haec inscri- „ptio Ephesi, cujus antiquum nomen Ptelea." *Br. Benadae* Anth. II. p. 515. Dorotheus quidam Antonini statuam, Ephesi terra obrutam, protraxit et iterum dedicavit. — Ἔφεσος — ἐκαλεῖτο Σμύρνα, ἀπὸ Σμύρνης τῆς Ἀμαζόνος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα καὶ Τραχεῖα καὶ Ὀρτυγία καὶ Πτελεία. *Stephan. B.* Sic vulgo. Sed Πτελέα legendum esse monuit *Pinedo* ex *Eustathii* Comm. ad Dionys. Perieg. v. 827. Cf. *Plin.* H. N. V. 31. p. 278.

CLXXIII. Vat. C. p. 491. Σατύρου. „Edidit Salma- „sius in Plinianis p. 83. et iterum p. 766. cum latina „versione metrica. Hoc autem loco ait, auctorem esse „veterem poetam Satyrum. Forte in membranis ad- „scriptum est nomen Σατύρου, idemque erit auctor, qui „vulgo Satyrius Thyillus nuncupatur. Conferendum „Erycii V. T. II. p. 296. et Leonidae Tar. XVII. T. I. „p. 224." *Br.* Pan venatoribus aucupibusque, ipsius opem implorantibus, auxilium se laturum esse promittit. — V. 1. καλαμὶς est arundo viscata aucupis; haec ὀρνεόφοιτος, *aves appetens.* — Aucupium et λαγωβολίαν jung-

git *Propert.* II. El. XV, 23. *Haec igitur mihi sit lepores audacia molles Excipere, et structo figere avem calamo.* — V. 3. Pan canibus leporum ostendit vestigia. λασίου ποδὸς, i. e. δασύποδος, λαγοῦ. — V. 4. ἄνθεσιν ἀκλινέν τανάγει κ. Vat. C. *Salmasius* exhibet: σύνθεσιν ἀκλινῆ Πὰν ἀνάγει κ. Arundines compositae tacita manu ἀνάγονται, eriguntur et crescunt, usque dum attingant avem, quae petitur. *Martialis* XIV. 218. in calamos aucupatorios: *Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales, Pallida dum tacita crescit arundo manu.* Cf. eundem L. IX. 55. Inprimis disertus est locus *Silii Ital.* VII. 675.

> *Ut qui viscata populatur arundine lucos,*
> *Dum nemoris celsi procera cacumina sensim*
> *Substructa certat tacitus contingere meta,*
> *Sublimem calamo sequitur crescente volucrem.*

In nostro igitur Epigr. Pan aucupi opem ferre dicitur, dum efficit, ut arundinem tacita manu erigat. ἀκλινέες, quae in neutram partem declinant, recta surgunt et tolluntur.

CLXXIV. Vat. C. p. 149. sq. Plan. p. 416. St. 552. W. „Est in Planudea tanquam auctoris Alexidis. Sed „in Vat. membr. recte ἀνάθημα Ἀλεξάνδρου. Vulgo deest „initium primi pentametri. In membr. scriptum ἀνδυ-„μένης μύσταις, et ad oram repositum ἐνδυμένης. Salma-„sius legebat δένδρον; ᾗς μύσταις." *Br.* Gallus, aetate provectior, Matri Deûm instrumenta dedicat, quibus olim in sacris obeundis usus fuerat. Cf. *Philipp.* Ep. VI. *Eryci.* Ep. II. — V. 1. Vulgo inepte distinguitur, μήτηρ ἐμὴ γαίη, Φρυγ. *Theocrit.* Eid. IX. 15. Αἴτνα μᾶτερ ἐμά. — θρεπτ. λεόντων. *Jubae tellus — leonum arida nutrix.* *Horat.* I. Od. XXII. 12. Ida μήτηρ θηρῶν passim ap. *Homerum.* — V. 2. δινδυμένης Vat. C. a pr. m. Supra ε positum ι. In marg. γρ. δινδυμένης. In Planud. . . . μένης μ. Aldina 3. lacunam implens ἡ μὲν ἔχεις μ. quo nihil jeju-

mius. Nec multo felicius *Jos. Scaliger* in not. mst. καὶ τὸ μόνον μ. Solus *Huetius* p. 39. verum lectionem subodoratus legit: Δίνδυμα, τοῖσμ. *Salmasii* emendationem expressit magnus *Grotius*: *cujus sunt semper Dindyma plena choris*. Plurali numero utitur *Leonid. Tar.* Ep. XLI. Δίνδυμα καὶ Φρυγίης — ἀμφιπολεῦσα πρῶνας — μῆτερ. *Virgil.* Aen. IX. 617. *O vere Phrygiae — ite per alta Dindyma.* *Claudian.* de R. Pros. II. 269.

Mater, io, seu te Phrygiis in vallibus Idae
Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu,
Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis, et strictos Curetum respicis enses.

qui locus ad nostrum Epigramma facit. De forma Δίνδυμον vide *L. Holsten.* ad *Stephan. Byz.* p. 99. sq. — V. 3. θῆλυς Ἄλεξις, *eviratus*. *Catull.* LXIII. 27. *Atys notha mulier*, ubi vide cl. *Doeringi.* — ὀτρήματα λύσσης instrumenta, quae eum in furorem conjicere solebant. *Aeschyl.* ap. *Strabon.* T. II. p. 721. C. μέλος ἐπαγωγὸν μανίας ὁμοκλάν. — Ille furor χαλκότυπος, quia eo existimulati *quatiunt terga tauri — cava digitis*, ut est ap. *Catull.* l. c. 10. et cymbala aenea crepant. — V. 5. κάλαγητὸν strepentem pro vulgato κλαλητόν. Ionicum est κλαλητός, ut ἀλητός, πληθύς, βρωτός, μιστός, et infinita talia, quae fere a Lexicographis omissa et a librariis obliterata, mutata terminatione nunc in ης, nunc in ος. — Br. De hac forma vide inprimis *Ruhnken.* Ep. crit. p. 132. et *Valcken.* ad *Herodot.* p. 42. In membr. est κλαλήτων. — βαρυφθόγγων. *acres tibias* vocat *Horat.* I. Od. XII. 1. 2. *Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.* *Catull.* At. 22. ubi vide quae de Phrygiis tibiis notavit cl. editor. In nostro loco elegans est enallage pro αὐλῶν καμπτομένων, i. e. πεπτωμένων ἐκ κέρατος μόσχου. — ¶. 185.] V. 8. φάσγανα φοινιχθέντα, cultros sanguine infectos, quippe quibus se ipsos vulnerabant Galli furibundi. — Atys ap. *Ovid.* Fast.

flor. IV. 237: *Saxo corpus laniavit acuto. — Venit in exemplum furor hinc: mollesque ministri Caedunt jactatis vilia membra comis.* *Lucian.* de Syria Dea T. IX. p. 127. Γάλλοι — τάμνονταί τε τοὺς πήχεας, καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται· πολλοὶ δέ σφισι παρεστεῶτες, ἐπαυλέουσι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι. — Etiam ea, quae sequuntur, notatu digna sunt. — V. 8. ξανθὰς κόμας, comam adscititiam sive περιθέσεις κομῶν. *Philostr.* Epist. p. 899. *Clem. Alex.* Paedag. III. p. 218. — V. 10. „ἀγρειοσύνης habent duo Planudeae codd.“ *Br.* Vulgo ἀγριοσύνης. quod ex hoc uno loco in Lexicis commemoratum *furor* explicatur. Sic *Grotius*: *Liber ab hac facias sit feritate senex.* In *Schneideri* Lex. T. I. p. 12. conjectura depromitur ἀγερμοσύνη, i. e. ἀγυρμός. Vox occurrit ap. *Oppian.* IV. Hal. 249. in descriptione festi Bacchici, ubi bacchantium coetus significantur. Rogat igitur Cybelen Alexis, ut ipsius furoribus finem imponat neque eum diutius inter Gallos versari sinat.

CLXXV. Vat. C. p. 456. sq. Plan. p. 348. St. 487. W. Conf. de eadem historia Not. ad *Paul. Silent.* Ep. XLVIII. — V. 1. πᾶς πότε νικᾶ. Vat. C. — V. 2. σπάρτην ὁ Λοκρός. Vat. Σπάρτην vulgo. De hac nominis diversitate dictum est supra l. c. — ἰκέτα est in membr. Vulgo ἰέρα. — V. 3. μέσσουσα Vat. et mox ἀπεκρέμασεν. Verbum ἀποκρεμᾶν praegnanti significatione accipiendum: plectrum chordam solvit, ita ut resoluta penderet. — V. 5. Quum sonum postularet tempus, chorda illum non ita, ut par erat, reddidit. τοὐτρεκὲς ῥυθμῶν est pro ὁ ἀτρεκὴς ῥυθμός. In membr. et plurimis edd. vett. ῥυθμόν. Genuinam lectionem restituit Ascens. eamque *Jos. Scaliger* notavit in sui exemplaris margine. — Haereo in ἔμολε. Quanto facilior sententia decurreret, si legeretur:

εἰς ἀκοὰς ῥυθμῶν τοὐτρεκὲς οὐκ ἔμολε.

— V. 7. ἐπ' αὐτομάτου. Vat. C. neglecto dorismo. ἐπ' αὐτομάτᾳ. Ed. Flor. pr. — ἀπιστὰς est in membr. Vulgo ἄπι-

στάς. — V. 8. »Vulgo legitur ἐκλάγεον τοὐτερικὸς ἁρμο»νίας. Illud τοὐτερικὸς ab hiante librario e superiori pen»tametro repetitum; quod sensus poscebat τοὐλλιπὲς re»posui. Clemens Alex. Cohortationis ad Gentes initio: »ῥήγνυται χορδὴ τῷ Λοκρῷ· ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ· ἐτερέ»τιζεν ὡς ἐπὶ κλάδῳ, τῷ ὀργάνῳ· καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι »ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδὸς ΤΗΝ ΛΕΙΠΟΥϹΑΝ ΑΝΕΠΛΗΡΩϹΕ ΧΟΡ»ΔΗΝ.« *Br.* Palmariam hanc emendationem magis etiam confirmant verba *Juliani* in Epist. XLI. p. 421. κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον ᾄδοντι, πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο. — V. 9. νεῦρα γὰρ ἐξετίνασσον. pro τὰ ἄλλα μὲν νεῦρα. reliquas quidem chordas ipse percussi, septimae vero sonum suppeditabat cicada. Sic haec explicari possunt. Sed vix dubito, scribendum esse:

νεῦρα γὰρ ἓξ ἐτίνασσον, τὸ θ' ἑβδομάδας — — —

In membr. est ἔτ' et in fine vs. δέ μ' ἐλείμαν. — ὅτε μελοίμαν χορδᾶς, *cum chordae septimae curam agerem*, i. e. ea opus haberem. Dictum ut πολέμοιο μεμηλὼς ap. *Homerum. Hesych.* μέμηλεν· ἐν ἐπιμελείᾳ ἐστὶν ἢ φροντίδι. — V. 10. τὰν τούτων. Cod. Vat. τὰν edd. veteres. *Stephan.* κἠν τούτῳ ex emendatione *Brodaei.* »τὰν τούτω. Sic legen»dum et ita scriptum est in uno regiorum Planudeae »codd. Male Flor. editio τὰν τούτῳ. Vat. membr. τὰν »τούτων. Doricus genitivus τούτω, τοῦ τέττιγος.« *Br.* — V. 11. Cicada cantum suum ad meum accommodavit. Notanda vox μελέτη, de cantu usurpata. — ὁ μεσαμβρινὸς (in Vat. C. est μεσσαμβρινὸς) ᾠδὸς, cicada, quae meridie maxime solet canere. — φθέγμα μεθηρμόσατο. ut in Ep. *Meleagri* CXXV. 6. *Erinnae* Ep. III. 8. — V. 13. ὅτε Vat. C. — Verba θρόῳ μεταβαλλομένῳ ad cicadae cantum referenda, quem illa nervis eximie accommodabat. *Grotius:*

Exanimis concors nervis animata canebat,
Et pariter flexus emodulata dabat.

— V. 15. „Vulgo συμφώνων. Vat. et Planudeorum unus „συμφωνῶν, non melius. Legendum συμφώνῳ." Br. Sic emendavit *Huetius* p. 33. Alii aliter. *Brodaeus*: τοὔνεκα νῦν σύμφωνον ἔχω sive ἔγνων κ. *Jos. Scaliger* in not. mst. συμφώνῳ τὴν ἔχω. Vulgo et in membr. ἐγὼ χάριν. Melior lectio non fugit *Grotium*, qui vertit:

Consona nunc a me grates mea portat, et una
Aere super citharam considet ecce meam.

CLXXVI. Vat. C. p. 144. Plan. p. 429. St. 564. W. *Leonidae Tarentini* esse dixeris; saltem ex antiquo poëta expressum. *Salmasius* in not. mst. *Juliani Aegyptii* esse suspicatur. — Potamo hortulanus Priapo instrumenta sua dedicat. — V. 1. φιλυδρήλοιο. horti irrigui. φίλυδρα. φιλοῦντα τὸ ὕδωρ. *Suid.* — V. 2. ἄσκυλον in membr. et in Plan. ἄγκυλον certatim emendarunt *Brod. Anonymus* Bibl. Bodl. et *Scaliger* in not. mst. — V. 3. Peram hoc versu describi censebat *Brodaeus*, cujus emendationi nonnihil favet Ep. *Philippi* XIV. ubi agricola cum reliquis instrumentis σπερμοφόρον πήρην ἀμαχθέα ponit. At quem usum agricolae pera praebuerit, facile intelligitur; minus expeditus idem in hortulani vita. Nec verba hunc sensum admittere videntur. Ea res, quam poëta describit, tergo inhaerens, arcebat aliquid; hoc quicquid fuerit, de pera certe cogitare vix patitur. V. βροχετὸς pro βρόχος, *funis*, *restis*, habebat *Brodaeus*; *Schneiderus* in Lex. Gr. L. T. II. p. 963. per βροχὸν interpretatur in hoc epigrammate, vestemque intelligit, quae arcebat pluviam. Hoc idem *Grotio* placuit:

Et fidam tergo pluvias arcere lacernam.

Intelligenda igitur *paenula*, φαινόλη, qui fuit habitus eorum, qui se contra coeli injurias defendebant. Modo

scortea fuit, modo lanea. Cf. inprimis *Donium* in Differt. de utraque paenula p. 319. et *Ferrarium* de Re Vestiar. V. 2. — βροχετὸς autem, a verbo βρέχειν derivatum, *aquam pluvialem* aeque bene designare potest, ac βρογὶς vasculum, quo calami humectantur, atramentarium. — Caeterum initio vs. in membr. legitur τὰν τ' ἐπὶ ν. — V. 4. ἐμβάδας. calcei ex crudo corio bovillo. πεδιλίνας vocat *Antiphil.* Ep. IV. *perones* Latini. *Rubenius* de Re Vest. L. II. 2. p. 144. — ¶. 186.] V. 5. Paxillus describitur, quo terrae impacto hortulani foramina faciunt, quibus tenellas plantas immittant. Solum terrae εὔτεκνον per prolepsin appellatur. — V. 6. ἀρτιφανοῦς vulgo; eaque ipsa lectio in Vat. membr. a Sec. man. notata. — V. 7. σκάφος. vas ad irrigandam terram. ἐξ ὀχετῶν, pro ὀχετοῖς. Sunt autem h. l. ὀχετοὶ fistulae sive tubuli in vase irrigatorio, unde aqua emittitur. — Pro διψεῦσαν in marg. διψῶσαν legitur. — V. 8. θέρευς. quod non, ut fontes, aestate siccatur. — V. 9. σοὶ τῷ κηπουρῷ. Vat. C. — V. 10. ἀπεργασίης. Vat. C.

CLXXVII. Vat. C. p. 148. Plan. p. 430. St. 564. W. Alcimenes ex parvo horto Pani munuscula offert. — V. 1. τυτθῆς. Vat. — V. 2. γευσάμενος θέρεος. cum aestas aliquos ipsi fructus genuisset, sive eorum gustum ipsi dedisset. Est in verbo γεύεσθαι exiguae copiae notio. Cf. *Dioscorid.* Ep. XXI. *Valcken.* ad *Herodot.* VII. p. 532. 77. — V. 3. „In Vat. membr. εἶχε σύ μοι' unde „in fine preced. vers. pro κομίζω omnino scribendum „erat κομίζων." *Br.* κομίζων est etiam in membr. Vulgo κομίζω ὅττι σύ μοι. — V. 5. ὑμετέρης πέτρης. ex rupe, ubi Panis simulacrum erat positum. Ibi ex fonte scaturiente aquam hauserat, cujus mentio v. 9. — Grotianae hujus distichi versioni tenebras offudit prava distinctio. Scribendum:

Ex hortis nempe illa, tua de rupe sed istam
Accipe, et acceptis da, rogo, plura mihi.

CLXXVIII. In Append. Plan. p. 406. St. 11. W. ex *Pausan.* VI. 8. p. 471. *Bonadae* Anth. p. 273. Inscriptum statuae Demarchi, filii Dinyttae, Arcadii ex Parrhasiorum populo, qui Olympiae coronatus fuerat. De hoc Demarcho fabulosa erat traditio, eum Jovis Lycaei sacris in lupum conversum, decimo anno post humanam figuram denuo recepisse. Habet hanc fabulam *Plinius* H. N. VIII. 34. ex Agriopa, Demaenetum appellans, qui ap. *Pausaniam* Demarchus est: *Demaenetum Parrhasium in sacrificio, quod Arcades Jovi Lycaeo humana etiam tum hostia faciebant, immolati pueri exta degustasse et in lupum se convertisse: eundem decimo anno restitutum athleticae, certasse in pugilatu victoremque Olympia reversum.* Cf. *Augustin.* de Civ. Dei XVIII. 17. et *Büttigerum* de antiquissimis Lycanthropiae vestigiis in Mythol. Graecor. in *Sprengelii Beyträgen zur Gesch. der Medic.* I. 2. p. 16. sq.

CLXXIX. In Append. Plan. p. 537. St. 13. W. ex *Pausan.* IV. 22. p. 335. Idem carmen ex *Callisthene* profert *Polybius* IV. 33. p. 82. ed. *Schweigh.* *Bonada* in Anth. p. 192. Inscriptum erat columnae in Jovis Lycaei fano, quam Messenii Arcadesque posuerant, postquam de Aristocrate rege, qui a Lacedaemoniis corruptus patriam et socios in pugna circa Fossam prodiderat, poenas sumserant. — V. 2. Μαντίνα. *Polyb.* quod non spernendum. — V. 4. οἴω ex codd. recepit *Schweigh.* quem vide T. VI. p. 56. *Callim.* H. in Cerer. 135. *χαῖρε θεὰ καὶ τάνδε σάω πόλιν.*

CLXXX. In Append. St. p. 506. 11. W. ex *Pausan.* VIII. 5. p. 607. *Bonadae* Anth. p. 113. Tegeae ostendebatur velum Laodices, Agapenoris filiae, qui, Troja expugnata, cum Arcadum classe Cyprum delatus Paphum ibi condidit. Hinc Laodice ἔπεμψεν ἐς Τεγέαν τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀλέᾳ πέπλον. Patriam appellabat Tegeam, unde Agapenor originem ducebat.

p. 187.] *CLXXXI.* Legitur, sed corrupte, in Append. Plan. p. 507. St. 12. W., ex *Pausan.* VI. 3. p. 459. Anth. *Bonadae* p. 330. Insculpta fuerunt haec disticha Lysandri statuae, quam Samii ipsi posuerant Olympiae post victoriam ad Aegospotamum de Atheniensibus reportatam Ol. XCIII. 4. — V. 2. ἄστυνε δ' ἀνεθ. Vulgo. Nostrum est ex emendat. *J. Scaligeri.* — V. 3. Lysander rebus gestis patriae et Aristocrati patri immortale decus peperit. Hic sensus. Hinc apparet, quam recte cl. editor emendaverit πάτρα, quod *Facii* codd. confirmarunt. Lysandri patrem alii Aristocritum, alii Aristoclitum nominant. Cf. *Palmerii* Exercitt. p. 199. *Facium* ad *Pausan.* L. III. p. 353. Nostro loco duo *Facii* codd. 'Αριστοκράτῳ exhibent.

CLXXXII. In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pausan.* VII. 17. p. 565. Anth. *Bonadae* p. 275. Oebotae, Oeniae filio, Dymaeo, victoria contigerat Ol. VI. Statua ipsi est posita secundum oraculi monitum Ol. LXXX. Cf. *Pausan.* VI. 3. p. 458. Nihil illa statua fuit illustrius. Nam cum Oebotas primus Achaeorum palmam Olympicam tulisset, athletae Achaei, priusquam in certamen descenderent, ejus statuae parentare, palmamque adepti eandem coronare solebant. — V. 2. Παλείαν. Antiquum urbis Dymes nomen, quod, ut antiquius et augustius, poëta praetulit. Caeterum causa non erat idonea, cur *Kuhnius* emendaret: ὄνατο Οἰβώτ. νικῶν· ὁ δ' 'Αχαιοῖς etc. *Fructum tulit laboris Oebotas, vincendo stadium: nam Achivis patriam Paleam reddidit celebriorem.* Multo minori negotio rem confecit cl. *Brunckius* ὁ δ' mutando in ὅδ': *Hic, quem vides, Oebotas, Oeniae filius, Achaeus, vincendo patriam reddidit illustriorem.*

CLXXXIII. Anth. *Bonadae* p. 191. Ex *Pausan.* L. I. 37. p. 89. Phytali, qui Cererem in domum recepisse dicebatur, tumulo inscriptum. Huic Phytalo ficus ramum Dea dede-

rat, hospiti gratiam referens. Nomen hominis fictum videtur, ut fabulae conveniret, nam φυταλιαὶ arborum appellabantur plantationes, vitium inprimis et olearum. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 416. E. *Spanhem.* ad H. in Pallad. 26. p. 636. — V. 3. τὴν ἱερὰν συκῆν. Hinc attigit *Casaubon.* ad Athen. L. III. p. 151. 28.

CLXXXIV. In Append. Plan. p. 503. St. 9. W. ex *Pausan.* IX. p. 741. Anth. *Bonadae* p. 331. Legebatur hoc carmen in Epaminondae statua a Thebanis ipsi dicata. Laudatur ob Messenen restitutam vindicatamque Graeciae libertatem. Instaurata est Messene Ol. CII. 4. post pugnam Leuctricam. Vide *Pausan.* IV. 26. p. 342. *Diodor. Sic.* XV. 66. T. II. p. 54. — V. 1. ἡμετέραις. Epaminondas loquitur. Laudat h. v. *Plutarch.* T. II. p. 1098. A. eumque vertit *Cicero* in Tusc. Qu. V. 17. *Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.* — ἐκείρατο δόξαν. Sic fere *Propert.* IV. 11. 38. *Sub quorum titulis Africa tonsa jacet.* Metaphoricum usum verbi κείρειν, hoc quoque vs. allato, docuit *Taylor.* ad Aesch. c. Ctesiph. p. 605. ed. R. — V. 2. χρόνῳ, post longum temporis intervallum; octoginta ferme Olympiadibus post Iram expugnatam (Ol. XXVIII.) praeterlapsis. — V. 3. „Sic scriptum est ap. Pausaniam, „ubi vide plenam acuminis et judicii notam Sylburgii. „Enarratorem Graeciae fefellit memoria; dubium non „est, quin Epigrammatis auctor scripserit: Θηβῶν δ' ὅπλοισι „Μεγάλη πόλις. Post Leuctricam pugnam Epaminondae „auspiciis Megalopolin condiderunt Arcades." *Br.* Sic fere *Sylburgius* emendavit, cujus verba adscribam: „Θή„βαις. Nominativum videtur ipse Pausanias quoque agno„visse, quum Messenen tantum ab Epaminonda conditam „memoret. Alioqui mallem sine Thebanae reip. detri„mento, majori Epaminondae cum laude,

Θήβης δ' ὅπλοισι Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται.

„ut sensus sit, Thebani exercitus praesidio Megalopolin „moenibus ceu corona fuisse cinctam. Vide Arcad. „c. 127. et c. 52."

CLXXXV. Vat. C. p. 231. Plan. p. 224. St. 325. W. Insculptum fuit hoc Epigr. basi, in qua bos stabat ex marmore. Quum enim Byzantium oppugnaretur a Philippo Amyntae fil., missus est Chares ab Atheniensibus, qui sociis opem ferret. In hac expeditione cum conjugem Boïdion morte amisisset, eam in promontorio Propontidis, inter Chalcedonem et Chrysopolin sito, sepelivit, arâ exstructâ cum columna, in qua bovis imago est posita. Hinc illud patrimonium Δάμαλις appellatum. Historiam narrant *Hesych. Miles.* de Rebus Patr. p. 50. sq. ed. *Meurs.* et alii, quos laudat *Gyllius* de Bosp. Thrac. III. 9. Cum insigni varietate legitur ap. *Constant.* de Themat. L. II. nr. 83. Cf. *Bandur.* Antiqq. CPol. T. II. p. 31. — V. 1. Οὐκ εἰμὶ Ἰν. βοός. nonnulli. In Cod. *Constant. Porph.* Ἰναχίης βοὸς οὐκ εἰμί. Erant, qui hanc bovem pro Iûs statua haberent et ab ea Bosporum appellatum esse dicerent. His statua obloquitur. — V. 2. ἀντωπόν. ad cujus oram sum posita. Pessime in Cod. *Constant.* Βοσπόριον ἀντωπὸν κέκληται πέλαγος. — V. 3. Illa, Io, gravi Junonis ira agitata in Aegyptum venit. — ἤγαγεν Ἥρης. Vat. C. a pr. man. — V. 4. ἐς Πάφον. *Hesych.* et *Constant.* Φάρον reliqui. ἅδε ἐγὼ Vat. C. superscripto δ'. Hoc omittitur etiam ap. *Hesych.* et *Constant.* — ¶. 188.] V. 5. εὐνέτις ἀλλ' X. Vat. C. In marg. ἦν δέ. — ἔπλουν δὲ ὅτ' ἔπλεεν ἐκεῖνος. *Constant.* — V. 6. τῇ δέ. *Hesych. Constant.* — V. 7. „Vulgo legitur Βοΐδιον δ' ἤκουον, „ἐγὼ τότε. In membr. Βοΐδιον δὲ καλεύμαν. Veram lectio„nem servavit Hesychius." *Br.* Cum Vat. membr. conspirat *Suidas* in Βοΐδιον T. I. p. 459. Βοΐδιον δὲ καλεύμαν, τότε ἐγώ, νῦν δὲ Χάρητος εὐνέτις. Adscribam, quae ad hunc locum notavit Ill. *Heynius* in Comm. Soc. Götting. T. XI. p. 6. „Ultimum epigrammatis distichon, nisi interpo-

„latoris manui debetur, depravatum utique est: Βοΐδιον—
„ἠπείροισ. Ita ait, *nomen sibi olim fuisse* Βοΐδιον, *juvencae*;
„*nunc se Charetis conjugem delectari utroque continente*
„(Asia et Europa, cum ad fretum, Bosporum dictum,
„posita esset.) Sed bos erat. Scriptum fuisse videtur:
„Οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ Δάμαλις τότε· νῦν δὲ .... Βοΐδιον. Pro
„Χάρητος fuit forte χαραχθέν. *Nunc autem ego juvenca*
„*sculpta*, *utrumque continentem prospicio*.“ Haec vir
clarissimus. Probabile est, literas quasdam in postremo
hoc disticho jam obscuras fuisse, cum primum a Byzantinis
describeretur carmen. Hinc fortasse Χάρητος εὐνέτις ad
versum explendum ex v. 5. huc traductum est. Exspectabatur: Quo tempore Charetem huc comitabar, Boidion mihi nomen erat; nunc eadem, sed sub bovis imagine, utroque continente delector.

CLXXXVI. „E Smetio fol. XXIII. verso, ubi latina versio, cujus auctor, quisquis ille sit, graeca non „intellexit.“ *Br.* *Bonadae* Anth. p. 95. Ex Smetio relatum in Thesaur. Inscr. Murat. p. LX. Apud utrumque v. 2. καὶ Προδίκου legitur, idque fortasse argutius eo, quod cl. editor invexit. Referebatur hoc distichon ad statuam Herculis pueri, leonis exuviis amicti, cum clava in manu sinistra. Hic habitus eam pueri indolem significabat, quam Prodicus ei in nobilissima illa allegoria tribuerat. Hinc argute Hercules ad mentem Sophistae repraesentatus: Etiam Prodici me opus esse nosti; agnoscis me, qualem Prodici ingenium effinxit. — Haec quis pro marmoris lectione afferre possit. Faciliorem tamen sensum fundit emendatio *Brunckii*; quam si quis pro vera habuerit, equidem non refragabor.

CLXXXVII. „In D. Bern. de Montfaucon Diario „Italico p. 425.“ *Br.* *Muratori* Thesaur. p. XXI. 1. *Bonadae* Anthol. p. 98. Superscriptum: Μαχάτας ποιεῖ. Deinde in fine Epigrammatis: Ὠφάνης Λαοδικεὺς Ἀσκληπιῷ ἀνέθηκε, Μαχάτας ἐποίησε. In statuam Herculis, in

Herculis luco dedicatam. — V. 2. Lasthenes ille quis fuerit, non magis constat, quam quis Laphanes. Lasthenem, Thebanum, commemorat *Diod. Sic.* T. I. p. 647, 8. T. II. p. 632. Alius fuit, flagitiis suis notissimus, Lasthenes Olynthius, qui patriam Philippo prodidit, saepenumero commemoratus ap. *Demosthenem* et *Plutarchum*. — Laphanes Arcas, Euphorionis fil. occurrit ap. *Herodot.* VI. 127. p. 497.

CLXXXVIII. Servavit *Agathias* II. Histor. p. 54. qui, Trallibus in Lydia terrae motu vastatis, Chaeremonem, obscuri nominis hominem, in Hispaniam properasse narrat, ubi tum Augustus Cantabrico bello erat occupatus, et ab eo precibus impetrasse, ut miserae urbi succurreret. Quo facto civitatem Chaeremoni retulisse gratiam, ara ipsi cum statua dedicata. Cf. *Dio Cass.* T. I. p. 761. Recepit carmen *Muratori* Inscr. Thes. II. p. 1087. *Bonada* in Anth. p. 277. — V. 3. εἰλιχθεὶς ad genua advolutus. — V. 4. κεκλιμένων. dejectam, ornamentis suis orbatam. *Tull. Gemin.* Ep. V. Σαλαμῖνος ἔργα, Μαιμηδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα. De delinctis κλίνεσθαι passim. Vide ad *Mnasalc.* Ep. XVIII. T. I. P. I. p. 411.

CLXXXIX. Romae in aedibus Calotianis columellae marmoreae inscriptum, secundum *Smetium* fol. V. verso. Protulit etiam *J. Scaliger* ad *Hieron.* Chron. p. 203. *Gruter.* p. 85. *Fleetwood* Syll. Inscr. p. 45. *Muratori* in Thes. p. CXLIII. *Doni* p. 23. *Bonada* in Anthol. T. I. p. 104. Dioscorus, ejusque conjux, Sarapidis templum cum aurea Dei statua dedicant. — V. 1. Notabilis est synizesis in voce νηόν, quae ut monosyllabum pronuntianda. — V. 2. βολαῖς. De splendore auri, quo statua Dei inducta fuerit, accipiebam, sive, ut *Lucretius* loquitur L. V. 676. de statua *jactante de tota corpore lucem*; ad quem locum *Wakefieldius* nostrum Epigr. excitat. At cl. *Visconti* in Mus. Pio-Cle-

tur, se renasci et per viginti annos puros mundosque manere arbitrarentur. *Salmas.* l. c. *Van Dale* de Taurobolio p. 30. — ἦδε τι. *Fleetw.* — V. 5. 6. laudat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 186. Is, qui sacris Matris Deûm initiatus hanc aram exstruxit, Apollodorus nuncupabatur. Quod nomen cum versus non caperet, poëta id circumscripsit ἔχων ἐπίκλην Ἀπόλλωνος δῶρον. plane ut Hermodorum circumscripsit *Meleager* I. 44. ὁμωνύμων Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον. et Dioscoridem v. 24. ὃς Διὸς ἐκ δώρων οὔνομ' ἐπωνυμίην. — τελετῶν *Smet.*

CXCI. Edidit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 805: *Reines.* in Inscr. p. 83. *Fabretti* p. 666. *Van Dale* de Taurobolio p. 118. *Bonada* in Anth. p. 86. — V. 1. Crescens, de quo h. l. agitur, erat ex collegio Quindecimvirorum, quibus ceremoniarum, ludorum secularium etc. cura demandata erat. *Tacit.* Ann. XI. 11. 3. Cf. *Tiraquell.* ad *Alexandr. ab Alex.* III. 16. — φανηφόρος, *faces gestans*; quod ad ritum aliunde non cognitum referendum est. At alii στεφανηφόρος legunt, fortasse rectius. Sunt enim στεφανηφόροι summi pontifices. Vide inprimis *Van Dale* Diss. V. p. 361. sqq. — V. 6. ἤμασι μυστοπόλοις. Per plures dies hoc festum continuatum esse, ex hoc loco apparet. — βωμόν. Aras ponebant taurobolati, qui privatim, sive pro aliorum salute, sive pro semetipsis sacrum faciebant. Cf. *Van Dale* de Taurob. p. 122. sqq.

CXCII. In Append. Anth. St. p. 537. W. 13. ex *Pausania* V. 20. p. 428. Repetivit *Muratori* p. CXIX. *Bonada* p. 66. Conspiciebatur Olympiae non procul ab ara maxima Jovis columna Oenomai, quam, cum reliqua domus conflagrasset, solam stetisse narrabant. Oenomai domum fulmine tactam tradit *Pausan.* V. 14. p. 412. — V. 2. *Dorvillius* ad *Charit.* p. 74. στύλος reposuit, quia nemo ὁ στῦλος dixerit. Idem κίων legit. Neutrum necessarium. Ad ἐγὼ εἰμὶ subaudiendum

ἡ κίων.

ϰίων. Nam in his dedicatoriis nomen rei dedicatae nonnunquam omittitur. Cf. not. ad Ep. CLXVIII. — στῦλος autem pro praedicato, quod vocant, habendum: ἐγὼ ὁ κίων, ὅνπερ πρὶν στῦλος ἐν Ολυμπίου δόμοις, εἰμὶ λείψανον καίνου οἴκου. — V. 3. ἔχοντα τὰ δεσμά. Vetustate laborantem columnam multis vinculis fulserant et firmaverant. πεπονηκότι ὑπὸ χρόνου καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ δεσμῶν συνεχομένῳ, *Pausaniae* verba sunt. — V. 4. Vulgarum ἐδέξατο in ἐνίσατο mutabat *Sylburg.* probante *Dorvillio*, qui confert *Phrynichum* ap. *Pausan.* X. 30. ἀκρίς δὲ νιν φλὸξ κατεδαίσατο, et ap. *Tzetz.* in *Lycophr.* v. 433. αἰνεῖς μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις.

CXCIII. Ex *Suida* in Κυψελιδῶν ἀνάθημα T. II. p. 406. Insculptum fuisse traditur hoc distichon colosso Jovis a Cypselo Olympiae dedicato, quod eum ex voto fecisse post tyrannidem occupatam, tradidit *Agaclytus* L. III et *Aristotel.* Oecon. I. 1. Illum colossum commemorat *Pausan.* V. 2. p. 378. qui eum post Cypseli demum mortem consecratum narrat, ceterum nihil de inscriptione commemorans. In hac autem inscriptione non facere potes, quin mireris imprecationes in donarii auctorem genusque ejus; nec haec difficultas solvitur traditione illa ap. *Pausaniam* l. c. *Dorvillio* etiam judice in Miscell. Obss. T. VII. p. 28. Fictum videtur Epigramma, nec unquam illi colosso insculptum fuisse; idque ut existimem, duabus adducor causis: prima, quod nulla ejus ap. *Pausaniam* mentio; altera, quod diversa ratione prolatum est ab *Apella Pontico* (quem Inscriptiones ἀναθημάτων collegisse probabile est), teste *Suida*:

Νάξιος εἰμὶ ἐγὼ, παγχρύσεος εἰμὶ Κολόσσος,
Ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

ubi nihil priore versu ineptius. Ceterum illa statua σφυρήλατος appellatur cum ab aliis, qui ejus mentionem fecerunt, tum a *Platone* in Phaedro p. 236. B. (T. X.

p. 298. ed. Bip.) τὸ μὲν τὸν ἐρῶντα τοῦ μὴ ἐρῶντος μᾶλλον νοσεῖν, δώσω σοι ὑποτίθεσθαι. τῶν δὲ λοιπῶν ἕτερα πλείω καὶ πλείονος ἄξια εἰπὼν τῶν Λυσίου, παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. — V. 2. ἐξώλης — γενεά. Ex formula. *Demoſth.* de Falſa Leg. T. I. p. 363. 22. ἐν ἐκείνοις εὔχεσθε ἐξώλη ποιεῖν καὶ γένος καὶ οἰκίαν, τοῦτον ἀφίετε αὐτοί; Idem in Theocrin. T. II. p. 1342. 7. ἐν γένος ἐξωλέστερον οὐδέν ἐστι. Qui ſibimet ipſis et proli, ſi pejeraſſent, omnia mala imprecabantur, ὀμνύναι κατ' ἐξωλείας ἑαυτῶν καὶ τοῦ γένους dicebantur. *Demoſth.* in Ariſt. T. I. p. 642. 15.

CXCIV. Ex marmore Antonii Askew deſcriptum edidit *Taylor* ad Demoſthen. Or. de Falſ. Leg. (In App. Crit. ad Demoſth. I. p. 461. ed. R.) unde id repetivit *J. Toup.* in Epiſt. crit. p. 57. Scriptum in fontem, cui nomen Δερόνειμα, a Grammatico quodam exornatum. Locum ad Bosporum, Δόρυ appellatum, commemorat *Procopius* de Aedificiis cap. III. p. 32. — V. 1. κόρη Διός, fontis Nympha, ut διϊπετὴς ποταμός, ob aquas pluviâ auctas. Vide *Albert.* ad *Heſych.* in διϊπετέος et *Tollium* ad *Apollon. Sophiſt.* p. 225. Initio verſ. marmor: πλαυκα νη . . . ανηκε, — V. 2. ὕρφιτε *Taylor.* quod *Toupius* emendavit. Ep. ἀδεσπ. CII. ὡς κρήνας ἄφθιτα ῥεῖθρα ῥέοι. — ¶. 190.] V. 3. Regionis nomen poëta inde derivat, quod reges ibi ſaepenumero haſtas et arma depoſuerint. De ea *Procopius* l. c. ἔστι δέ τις ἐνταῦθα χώρα κατὰ τὴν παραλίαν Δόρυ ὄνομα, ἵνα δὴ ἐκ παλαιοῦ Γότθοι ᾤκηνται· αὕτη δὲ ἡ χώρα τὸ Δόρυ τῆς μὲν γῆς ἐν ὑψηλῷ κεῖται· οὐ μέντοι οὐδὲ τραχεῖα, οὐδὲ σκληρά ἐστιν, ἀλλ' ἀγαθή τε καὶ εὔφορος καρπῶν τῶν ἀρίστων. — V. 4. ἔγχεα et κάθθεσαν. — V. 5. Δορόναμα emendavit *Toupius*; ap. *Taylor.* Δορόκναμα. — V. 6. ἀλαμπρῇ λιβάδι *Toupius* de aquis ſolphureïs interpretatur, minus recte. Intelligitur aqua limpida quiete manantis fontis. — V. 7. Balneum ibi exſtruxiſſe vide

tur Grammaticus, cui aedificando tres annos insumsit. — V. 8. ὑπολλον. junctim *Taylor.*

CXCV. Vat. C. p. 471. Plan. p. 363. St. 503. W. Scriptum in fontem montis Olympi, ejus, ut videtur, qui in Bithynia fuit. — V. 1. Fons, qui loquitur, se reliquis omnibus anteponit, duobus exceptis. ταῖς Προύσης. Inter calidos fontes, qui dulcem saporem habeant, τὰ ἐν Προύσῃ, τῇ πρὸς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον, τὰ βασιλικὰ καλούμενα, commemorat *Athen.* L. II. p. 43. A. ubi cl. *Schweighaüser* p. 506. *Leontii* Ep. XVII. T. III. p. 107. comparavit. Commemorantur etiam ap. *Galen.* de Sanit. tuenda L. VI. c. 9. T. V. p. 177. C. D. — Πυθιάδες, thermae Bithyniae, de quibus vide ad *Paul. Silent.* LXXIV.

CXCVI. Vat. C. p. 425. Plan. p. 89. St. 130. W. De fonte aquae lethiferae prope Hierapolin. Plures fuerunt urbes hujus nominis. Apud unam in Phrygia antrum erat, noxiam auram spirans, de quo vide *Brodaeum.* Ibidem calidos fontes fuisse satis illustres, intelligitur ex *Vitruv.* VIII. 3. Cf. *Wetsten.* ad N. T. II. p. 296. De fontibus, quorum aqua statim enecabat, vide *Beckmann.* ad *Aristot.* M. Ausc. c. 131. et ad *Antig. Car.* c. CLVI. p. 203. — V. 2. ἱερῆς πόλεως. Vulgo et in Vat. C.

CXCVII. Vat. C. p. 364. Plan. p. 89. St. 130. W. Notavit ad hoc Epigramma *Salmasius* in not. mst. haec: „Εἰς Σαλμάκιδα. perversum male est. Nec enim talis aqua „est Salmacidis fontis, qualis hujus fontis, qui in hoc „Epigrammate describitur. At melius lemma conce„ptum in Msc. Ἰδιώτατον εἰς ἑτέραν πηγὴν ἄῤῥεν ὕδωρ φέρουσαν „καὶ τοὺς μαλακοὺς ἀπελέγχουσαν. Quod nullo modo potest „convenire Salmacidi fonti.“ At hoc lemma Epigrammati non convenit, in quo de fonte agitur, qui corpora emollire putabatur. Hoc ex v. 2. manifeste prodit, ubi commemorantur, qui mollitiei suae illius aquae

hauſtum praetexebant. Hoc cuinam fonti melius convenit, quam Salmacidi? Egregie autem ad noſtrum Epigramma facit locus *Strabonis* L. XIV. p. 970. A. de Halicarnaſſo, Cariae urbe agentis: ἡ Σαλμακὶς κρήνη διαβεβλημένη οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν, ὡς μαλακίζουσα τοὺς πίνοντας ἀπ᾽ αὐτῆς. Ἔοικε δ᾽ ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα· τρυφῆς δ᾽ αἴτια οὐ ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος, καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία. — V. 4. ἡ φύσις. non aqua, ſed ipſius indoles et natura in culpa eſt: nam ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστ᾽ ἀεί. *Eurip.* Bacch. 315.

CXCVIII. Relatum in Append. Plan. p. 534. St. 29. W. ex *Sotione* in Mirab. p. 125. ed. *Sylb.* ad calcem *Ariſtotelis.* Legitur etiam ap. *Vitruv.* L. VIII. 3. ubi in plurimis Mſſ. deeſt, ſicut etiam duo ſequentia, quae idem laudat. — De fonte *Clitorio* haec habentur ap. *Ovidium* XV. 322. *Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit, Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis, Seu vis eſt in aqua calido contraria vino, Sive quod indigenae memorant, Amythaone natus, Proetidas attonitas poſtquam per carmen et herbas Eripuit furiis, purgamina mentis in illas Miſit aquas, odiumque meri permanſit in undis.* *Phylarchus* ap. *Athen.* L. II. p. 43. F. φησὶν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ᾽ ἧς τοὺς πίνοντας οὐκ ἔτ᾽ ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν. Vide *Harduinum* ad *Plin.* XXXI. 13. p. 549. et in Emendatt. p. 569. nr. V. — Paulo aliter Epigrammatis auctor, qui ſitim ſine periculo hoc fonte levari tradit, corpus eodem ablui non vult. — V. 1. In Cod. Vitruvii Franequerano, cujus var. enotatam dedit cl. *Frieſemann im Magazin für Philologen* II. 123. hoc diſtichon ſic legitur corruptiſſime: ἀγρατα συν ποιμνιις τομ βρινονηνει βαρυεν διψος αν εσχατιας κλιτορο ερχομενω. — Locus ille appellatus a Clitore, Azanis filio, rege Arcadiae, qui urbem condidit, in cujus vicinitate fons ille ſcaturiebat. — ἐσχατιαὶ ſunt agri, praeſertim qui montibus proximi jacent. Vide *T. Hemſterh.* ad Lu-

cian. Tim. 30. T. I. p. 394. ed. Bip. et *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 103. — ¶. 191.] V. 3. της μεν απιο κρηνη κα-ρυσης π. κ. π. ν. υδρθαειν στηεον παν το σον αιπολιον, Cod. Franeq. — Nymphae Τλεριάδες. Ep. *Platon.* XIV. *Paul. Silent.* Ep. XLVII. 7. — V. 5. Cave ne, cum vini calorem visceribus conceperis, hac aqua laveris, ne te vel sola aura, inde afflans, male afficiat. μὴ ἐπιβάλῃς λουτρὰ χροΐ. Sic fere *Eurip.* Orest. 305. λουτρά τ' ἐπὶ χροὸς βάλλε. Hunc verbi βάλλειν usum attigit *Rubnken.* ad H. in Cerer. p. 13. fusius persecutus est cl. *Matthiae* in Anim. ad Hymn. Homer. p. 360. — αὔρη. odorem sive vapores ex aqua surgentes significare videtur. Hoc sensu *aura* passim ap. latinos poëtas occurrit. — Vulgatum τερπνῆς μέθης cl. edit. in θερμῆς mutavit. Illud fortasse non penitus spernendum. Omittitur epitheton in cod. Franeq.: καλλαειμητε πι λουτρα βατυ εχραμησυ καυδυρη πηνη τυ σιαντα μεθης. Sine causa idonea graviorem hic suspicatus est corruptelam *G. Wakefield*, qui in Sylv. crit. IV. p. 68. in hunc modum corrigit:

ἀλλὰ σὺ μὴ περὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε πάρεντα
πημήνῃ, θερμῆς ἀντιόωντα μέθης.

Posteriora haec, θερμῆς ἀντιόωντα μέθης, cum locis veterum de fonte Clitorio melius conspirare, quam vulgatam lectionem, fateor; non tamen propterea mutandus locus. In talibus magna esse potuit traditionum diversitas, quas omnes ad unam normam dirigere severae critices leges non patiuntur. Et se ipsum retractavit Vir eruditissimus, dum ad *Lucret.* V. 411. T. III. p. 64. servata in reliquis lectione Brunckiana, corrigit: σὺ μή τι 'πὶ λουτρὰ β. χρόα. *nulla de causa corpus inmittas in lavacra.* — V. 6. Vini odium illi fonti inditum existimabatur (vide simil. ad *Paul. Silent.* LXXIV. 62.) ab eo inde tempore, quo Melampus Proetidas ibi lustravit. Fabulam de Proeti filiis narravit *Apollodor.* II. 2. 2. Cf. *Perizon.* ad *Aelian.*

V. H. III. 42. et qui praeclare de ejus interpretatione meruit, *Boettiger. in Sprengels Beyträgen zur Gesch. der Mediz.* II. 38. Adde *Sprengelii* observata de eadem p. 46. sqq. — Vulgo λουσάμενος legitur. Quod si verum est, genitivi λύσσης ἀργαλέης jungendi cum καθαρμὸν in sequ. vers. quod durum esse sponte apparet. Hinc *Heringa* Obss. c. 17. p. 145. correxit: Λυσάμενος sive Παυσάμενος — ἀρτεμίας, (in Msc. Franeq. enim Λύσσομενος — sive, secundum *Friesemanni* collationem, Λυσάμενος ἀρτεμειας legitur) *quod apud eum fontem Melampus sacrificiis purgavisset rabiem Proeti filiarum, restituissetque earum virginum mentes in pristinam sanitatem.* quae *Vitruvii* verba sunt l. c. Hae tamen emendationes ipsi auctori mox displicere coeperunt in Addend. p. 307. Certe nec παυσάμενος locum habet, cum παύσας scribendum sit, nec ἀρτεμίας explicari potest, nisi per prolepsin valde duram. At λυσάμενος vulgatae omnino praeferendum. Nec aliter summus *Grotius* legisse videtur, cujus haec sunt;

Odit enim fons hic vites: hac ipse Melampus
Proetidas exsolvit labe furoris aqua.

Locus, ubi lustratio peracta, Λουσοὶ vocabatur. *Pausan.* VIII. 18. p. 636. Alii tamen purgamenta Anigro fluvio immissa tradebant, tetrum fluminis, odorem inde derivantes. *Idem* V. 5. p. 387. Memorabilis est locus *Hesychii* in ἀκρουχεῖ· Ἄκροι δὲ ὄρος τῆς Ἀργείας, ἐφ' οὗ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους, καθάρας τὰς Προιτίδας ὑγιέσι ταῖς χέρσιν. Editores nihil afferunt praesidii. Num fuit: κ. τ. Πρ. ἐν Λουσοῖς ἐν Ἀρκάσιν? — V. 9. παντα καθαρμεον κοψεν εκαχρυψον. Ms. Franeq. in quo reliqua desiderantur. — Valde insolens mihi videtur verbum ἔκοψεν, hoc loco cum ἀπέκρυφον conjunctum, nec ullum similis usus exemplum ad manus est. Haesit hic etiam vir ingeniosus *G. Wakefield*, qui totum distichon sic constituendum putavit:

πᾶν τὸ κάθαρμ' ἐνέκρυψεν ἀποῤῥιφθέν· ᾗ γὰρ ἀπ' Ἄργευς
οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

hac enim via Argis in Arcadiam veneras. Vulgo ἃ γὰρ ἀπ' Ἄρ. *Heringa* in Addend. p. 307. αἱ γὰρ – ἤλυθεν emendavit, parum opportune. Nam ipſe Melampus Argis habitabat, unde ad ſanandas Proetidas in Arcadiam profectus eſt. *Homer.* Od. ο. 239. — Pro ἃ γὰρ fortaſſe olim ἡνίκ' fuit. Quid pro ἔκρυψεν legendum ſit, non definio. *Wakefieldii* certe mutationes nimiae ſunt.

CXCIX. Appendix Plan. p. 534. St. 30. W. *Sotion* de Flum. l. c. Ἀρίστων δὲ ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐν τῇ Χίῳ πηγήν φησιν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθητοὺς γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς. *Vitruvius* L. VIII. 3. hoc diſtichon in Chio inſula inſculptum eſſe tradit prope fontem, hac ſententia: *jucundam eſſe potionem illius fontis, ſed qui biberit, ſaxeos habiturum ſenſus.* — In Mſc. Franequ. ſic exhibetur mutilatum diſtichon: ηδεατο ψυχου πωματος λιβας λαναβαινεπε προς την αστιαν. Hinc *Weſſelingius* emendavit in Obſſ. II. 20. p. 231.

ἡδεῖα ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν ἀναβάλλει
πηγή· ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τήνδε πιών.

Salmaſius ad *Solin.* p. 724. G. ſic: ἡδέα τοι ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν α. π. α. ν. π. ὁ τήνδε πιών. Quae in his a vulgatis discrepant, non magni momenti ſunt, nec fortaſſe illis praeferenda. In minore verſu haerebat *Toupius* Em. in Heſych. P. III. p. 147. ubi tentat ἀλλὰ νόῳ πηρὸς ὁ τήνδε πιών. *Schol. Ariſtoph.* Plut. 48. ὁ πηρὸν τῷ νῷ. Supervacanea emendatio ex mero mutandi pruritu orta. *Lapides* appellabant eos; qui ſenſu deſtituti erant, homines bardos et ſtupidos, ut ille ap. *Ariſtoph.* Nub. 1203. τί κάθησθ' ἀβέλτεροι – ὄντες λίθοι, ἀριθμός, πρόβατ', ἄλλως ἀμφορῆς νενησμένοι. Cf. *Wetſten.* ad N. T. p. 265. — Denique elegantior eſt lectio ap. *Sotionem* τήνδε πιών,

quam τῆνδε. Hanc enallagen genitivi pro accusativo, quae locum habet, ubi pars indicatur, illustravit *Pierson.* ad *Moer.* p. 165. 233. et *Koen.* ad *Gregor.* p. 51.

CC. Append. Plan. p. 535. St. 30. W. item ex *Sotione* et *Vitruvio* ll. cc. Fontem Susis fuisse narrant, ex quo qui biberent, dentes amittebant; ibi autem Epigramma insculptum esse hac sententia: Egregiam esse aquam ad lavandum, eandem vero potatam dentem e radicibus excutere. — In Cod. Franequ. hoc Epigramma sic habetur: υδατα κρανααεντα βλεπεις ξενε των α. χ. λουτρα μεν ανθρωποι ην αεμβηοκολιηυβοταινη απο εατμων υδωρ φυτημερ πριστηρες εκειπτουσιν γενυων ορφαναθεντεσαν. Hinc vs. 1. *Wesseling.* in Obss. II. 20. p. 230. ὕδατα κραδάεντα restituendum contendit, i. e. κρηναῖα, vocabulo ita formato, ut δολόεντα, τιμήεντα. Probarem, si in reliquo Epigrammate dorismi vestigia essent. Mihi in depravata Cod. lectione latere videntur haec:

ὕδατα κυραίνοντα βλέπεις, ξένε, τῶν ἄπο χερσί — —

κυραίνει. φθείρει. κυραίνοντα. βλάπτοντα. κυραίνειν. βλάπτειν. *Hesych.*

CCI. „Habet hoc Epigramma Stephanus in Δῖον, et „ex eo Eustath. ad Homer. p. 280. ubi ἦν δέ γε πίης. „Scribendum censeo πίνῃς. Nam in aoristo πίῃς corripi„tur prima. Supra Epigr. in Salmacin: μή με πίῃς προ„φασιν." *Br.* Append. Plan. p. 534. St. 29. W. Ap. *Steph. Byz.* habetur ἤνδε πίῃς. ap. *Eustath.* ἦν δέ γε.

CCII. Plan. p. 344. St. 483. W. Laudat hoc distichon de Nymphaeis agens *Du Cang.* in CPoli Christ. L. I. p. 87. — Ap. Steph. vitiose κρίναις.

T. 192.] CCIII. „Ex ipso Lapide nuper in Angliam „translato, quique tum in museo celebris medici Richardi „Mead servabatur, edidit Edmundus Chishull in prae„stanti opere Antiqq. Asiatic. p. 59." *Br.* Plures eandem inscriptionem ediderunt. *Wheler* in Itiner.

p. 179. unde id repetivit V. D. in Miſc. Obſſ. T. III. p. 205. *Taylor* in Praef. ad Legem Decemv. de inope Debitore p. V. *Fleetwood* in Syll. p. 52. *Bonada* in Anth. p. 73. *Reineſ.* in Inſcr. Cl. I. 97. *Donius* in Inſcr. p. 38. Scriptum eſt Epigr. in ſtatuam Jovis οὐρίου, i. e. ſecundos navigantibus ventos excitantis. — V. 1. 2. οὔριος ἐκ πρύμνης eſt ventus πρυμναῖος, qui a puppi oritur, Hinc πρύμνηθεν οὖρος ap. *Eurip.* Troad. 20. Contra ventus adverſus eſt πνεῦμα ἐκ πρώρας. Utrumque illuſtravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 115. ubi hoc diſtichon excitat, et *Valcken.* in Diatr. p. 234. A. — Ap. *Wheler.* et *Fleetw.* ο. ἐπὶ πρ. In fine vſ. *Donius* καλεῖτο. — V. 2. καταπρωτόνων *Wheler.* qui hinc nobis *Abrotonos* neſció quos protulit. Senſus eſt: cum navigationem inſtituis, πρότονοι rudentes ſunt in utraque parte navis ad malum retinendum alligati: iidem cum velis juncti eſſe videntur. *Eurip.* Hecub. 109. σχεδίας, λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας. *Apollon. Rhod.* I, 563. in deſcriptione profectionis Argonautarum:

> Δὴ ῥα τότε μέγαν ἱστὸν ἐνεστήσαντο μεσόδμῃ,
> δῆσάν τε προτόνοισι, τανυσσάμενοι ἑκάτερθε,
> κὰδ δ' αὐτοῦ λίνα χεῦαν, ἐπ' ἠλακάτην ἐρύσαντες.
> ἐν δὲ λιγὺς πέσεν οὖρος.

— V. 3. εἶτ' om. *Wheler.* et *Fleetw.* qui ex ſchedis Spon. profert ἔστηκι. quod etiam *Donius* habet. — δρόμιος ap. eosdem, pro δρόμους, quod alii exhibent. — Quae ſequuntur, ſatis jejunam deſcriptionem undarum circa Cyaneas rupes continent. — V. 5. εἶτα plurimi. In ſched. Spon. επεακαταιγαιην. — ἐρευνᾷ *Don.* reliqui ἐρευνῶν, etiam *Chishull.* Illud vidit etiam doctus Britannus in Miſc. Obſſ. p. 207. — πόντου πλάκα. *Eurip.* in Palamed. Fr. II. ποντίας ὑπὲρ πλακός. — V. 6. τῷ ξοανῳ. *Don.* τω αυω *Spon.* — V. 7. ᾧδε *Don.* Alii ὧδε. — εὐάντητον θεόν, Deum propitium. Opponitur τὸ δυσάντητον. Idem εὐ-

ταῖς. *Apollon. Rhod.* I. 1140. ἡ δέ που εὐαγέεσσιν ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θυηλαῖς Ἀνταίη δαίμων· τὰ δ' ἐοικότα σήματ' ἔγεντο. Cf. *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 110. *Rubnk.* Ep. crit. p. 273. — Philonem, Antipatri filium, qui hic commemoratur, pro ſtatuario habuit *Chishullius*, eumque hoc ſimulacrum feciſſe. Cf. *Junium* de Pict. Vet. v. *Philon.* Rectius fortaſſe *Anonymus Britannus* in Miſc. Obſſ. de homine interpretatur, qui, navigatione per Pontum et Aegaeum mare feliciter peracta, templum et ſtatuam Deo, cui ſalutem debebat, poſuerit.

CCIV. Plan. p. 351. St. 490. W. In Megarenſium arce conſpiciebatur ara, in qua Alcathous Diis ſacra feciſſe ferebatur, antequam moenium fundamenta poneret. Prope hanc aram lapis oſtendebatur, ἐφ' οὗ καταθεῖναι λέγουσιν Ἀπόλλωνα τὴν κιθάραν, Ἀλκάθῳ τὸ τεῖχος συνεργαζόμενον. — ἢν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταυτὰ οὗτός τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. *Pauſan.* I. 42. p. 101. *Virgilius* in Ciri v. 105.

Stat Megara, Actaei quondam munita labore
Alcathoi, Phoebique; Deus namque adfuit illi;
Unde etiam citharae voces imitatus acutas
Saepe lapis recrepat Cyllenia munera pulſus,
Et veterem ſonitu Phoebi teſtatur honorem.

Ovidius Metam. VIII. 14. in Niſi, regis Megarenſium, hiſtoria: *Regia turris erat vocalibus addita muris, In quibus auratam proles Letoïa fertur Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus ejus inhaeſit. Saepe illuc ſolita eſt adſcendere filia Niſi, Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo.* De Alcathoo, Phoebi ope arcem condente, vide etiam *Theognid.* v. 751. ſqq. — V. 1. λίθῳ Cod. Aldi in Lectt. — Νισαίην. Megara, Niſi regiam. — V. 3. δομαίων λᾶα. Ductus color ex *Apollon. Rhod.* I. 737. ubi de Amphione et Zetho: ἀπύργωτος δ' ἔτι Θήβη Κεῖτο πέλας, τῆς οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους ἱέμενοι. Ζῆθος μὲν ἐπωμα-

ὃ δὴ ἐλέγχαζεν Οὔρειος ἠλιβάτοιο κάρη, μογέοντι ἐοικώς. — V. 4. Λυκωρείην. i. e. Delphicam. *Callim.* H. in Apoll. 19. ἢ κίθαριν ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου. Vide *Schol. Apollon. Rhod.* 1490. — V. 6. κόμισον adſcripſit Anon. Bibl. Bodl. citra neceſſitatem. Nulla enim cauſa, cur h. l. imperativus activi formae mediae praeferatur.

CCV. „Apud Schol. Ariſtoph. Acharn. 213. et Eu„ſtath. ad Homer. p. 1591. 56.“ *Br.* *Suidas* T. III. p. 586. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, ὑπὲρ τὰ μέτρα. Ἐπὶ τῶν καθ᾽ ὑπερβολήν τι πραττόντων· ἀπὸ δὲ τῶν πεντάθλων ἡ μεταφορά. λέγεται δὲ ἀπὸ Φαΰλλου τοῦ πεντάθλου τοῦ Κροτωνιάτου εἰρῆσθαι· ὃς, πεντήκοντα ποδῶν ὄντων πρότερον τῶν σκαμμάτων, πρότερος αὐτῶν ὑπερέβαλε τοῖς πηδήμασι ταῦτα· ὡς τὸ ἐπίγραμμα λέγει τῆς εἰκόνος αὐτοῦ· Πέντ᾽ κ. τ. λ. Hunc Phayllum Crotoniatam *Scholiaſtes Ariſtophanis* l. c. Olympionicam fuiſſe tradit; falſo, ſi audimus *Pauſaniam* L. X. 9. p. 818. qui Phayllo Crotoniatae Olympicam palmam contigiſſe negat, in Pythicis vero ludis ſtadium viciſſe eundem et in quinquertio duas reportaſſe victorias. At plures fuerunt hujus nominis, paſſim a veteribus confuſi. Vide *Schottum* ad *Zenob.* Proverb. VI. 23. p. 160. *Valcken.* ad *Herodot.* VIII. p. 640. 10. *Wolfium* in Epiſt. ad Vaterum in Rhetor. Ariſtot. III. 16. p. 215. — V. 1. πέντ᾽ ἐπὶ πεντήκοντα. Superavit igitur etiam Chioniden Lacedaemonium, οὗ τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ (52.). *Euſeb.* Chron. p. 40. Vicerat hic ſaltu Ol. XXVIII.

CCVI. Ex *Athenaeo* L. II. p. 48. unde id ſumſit *Euſtath.* ad *Homeri* Od. α. p. 32. 30. ed. Baſil. p. 1400. 12. ed. Rom. Hinc relatum in Append. Plan. p. 507. St. 12. W. Celeberrimi fuerunt in arte veſtium texendarum artifices Aceſas et Helicon, Aceſae filius, Salaminii in inſula Cypro. Noſtrum diſtichon uni operum Heliconis, quod Delphis ſervabatur, inſcriptum fuit. — ἂν ἐνί. *Athen.* ᾧ praebuit *Euſtath.*

v. 193.] *CCVII.* In Append. Plan. p. 506. St. 12. W. relatum ex *Pausan.* V, 10. p. 398. Hoc distichon si per se spectas, Naxius, Byzae fil., tegulas e marmore primus adhibuisse, et ob hanc aliamve causam Apollini munus dedicasse dicitur. At hanc interpretationem vix patitur *Pausanias*, cujus haec sunt: τὸ δὲ εὕρημα ἀνδρὸς Ναξίου λέγουσιν εἶναι Βύζου· οὗ φασιν ἐν Νάξῳ τὰ ἀγάλματα, ἐφ' ὧν ἐπίγραμμα εἶναι· Νάξιος κ. τ. λ. Hinc apparet, *Naxium* non esse proprium hominis nomen, sed gentile; verba autem, ὃς πρ. – κέραμον, non ad filium, sed ad patrem Byzen referenda videntur. Jam cum vix sit credibile, nomen dedicantis a poëta suppressum esse, probanda videtur *Loescheri* et *Sylburgii* emendatio Νάξιος Εὔεργος, quam cl. *Facius* in contextum admisit. Ceterum cf. de tegulis marmoreis *Völkel über den grossen Tempel zu Olympia.* p. 54.

CCVIII. In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pausania* VI. 20. p. 504. ubi, descriptis carceribus in stadio Olympiae, eos a Cleoeta excogitatos esse tradit, idque inventum ipsi auctori tam praeclarum fuisse visum, ut illud in statua Athenis posita notaret. Cf. *Pausan.* I. 24. p. 57. Locum *Pausaniae* de carceribus illustrat *Salmas.* ad *Solin.* p. 643. et *Gedoyn sur les Courses des Chevaux dans les Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XI. p. 519. sqq.

CCIX. CCX. In Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Strabone* L. X. p. 463. qui Ephoro auctore tradit, Aetolum, Endymionis filium, ex Elide in eam regionem venisse, quae ab ipsius nomine Aetolia nuncupata est, Curetasque, qui eam tum habitabant, expulisse. Post decimam aetatem Oxylum Aemonis fil. ex Aetolia in Elidem profectum urbem ibi condidisse. In hujus rei documentum Ephorus excitaverat duo haec Epigrammata, quorum prius basi statuae Aetoli, in thermis Aetoliae, insculptum fuit. De Aetolo vide *Pausan.* V. 1. p. 376. *Apollodor.* I. 7. 6. ibique cl. *Heynium* p.

107. — V. 2. τρεφθέντα. Vulgo. Utrumque recte. Duplex in hoc vocabulo adſpiratio cl. editori fortaſſe poëtica oratione dignior viſa eſt. De στρεφθέντα et θρεφθῆναι (*Eurip.* Hecub. v. 600.) agens *Euſtath.* ad Ιλ. ε. p. 393. 27. προτιμῶνται γὰρ οἱ σοφοὶ τὴν καίριον τραχυφωνίαν τῆς ἀκαίρου λειότητος· ὡς δηλοῖ καὶ τὸ βρεχθῆναι τὴν γῆν παρὰ Δίωνι ἀντὶ τοῦ βραχῆναι καὶ τὸ θαφθεῖσι παρ' Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ ταφεῖσι. — V. 2. σταδίων. *Strabo.* In Steph. στάδιον vitioſe, quod in σταδίου mutavit *J. Scaliger.* — V. 4. Edd. quaedam vett. *Straboni.* Αἰτωλῶν. aliae Ἠλείων.

CCX. Vide ad Ep. praeced. De Oxylo vide *Strabon.* L. VIII. p. 354. et p. 357. et *Pauſan.* V. 3. p. 381. — V. 1. τόνδε δῆμον. Eleos, qui ſe pro autochthonibus habebant. — V. 2. Κουρῆτιν γῆν. Aetoliam a primis ejus incolis appellatam. Vide *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* IV. 1229. p. 182.

CCXI. Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Athen.* I. p. 19. C. De hoc Cleone, Thebano tibicine, nihil invenio. Eum ante Alexandrum M. floruiſſe, apparet ex hiſtoria, quam *Athenaeus* addit ex Polemone, de Thebano quodam, qui patria profugus aurum in ſinu ſtatuae Cleonis condidit, idque triginta poſt annos, patria reſtaurata, inde protraxit. — T. 194.] V. 3. σφαῖρας. Vulgo.

CCXII. Plan. p. 220. St. 321. W. Illuſtris inter veteres muſicos Pronomus, qui primus invenit tibias, triplici modorum generi accommodatas. Πρόνομος δὲ ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς ἁρμονίας. *Athen.* XIV. p. 631. E. ut hunc locum egregie reſtituit *Caſaubon.* ex *Pauſan.* IX. 12. p. 734. ubi, Pronomi ſtatuâ commemoratâ, non ſolum ejus inventum celebratur, ſed etiam hoc in ejus laudem additur, quod in theatro ſpectatores τοῦ προσώπου τῷ σχήματι καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς κινήσει σώματος delectaverit. Apud *Ariſtophan.* in Eccl. v.

102. *Pronomi barba* commemoratur, ubi vide *Sobol.* et *Suidam* in Πρόνομος. Obliteratum videtur ejus nomen ap. *Athen.* L. IV. p. 184. D. Ἀλκιβιάδην φησὶ μαθεῖν τὴν αὐλητικήν, οὐ παρὰ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ Προυνόμου τοῦ μεγίστην ἐσχηκότος δόξαν. Lege Προνόμου. Memorabilis est locus *Dionis Chrysostomi* VII. Or. p. 263. ed. R. a *Schneidero* mihi suppeditatus, ubi orator Thebanos nihil tanti fecisse ait, quam ut tibicinandi artis peritissimi existimarentur. Hinc factum esse, ut Thebis eversis et dirutis cetera quidem negligerent, eam vero columnam anxie quaererent, ἐφ᾽ ᾧ ἦν τὸ ἐπίγραμμα τὸ περὶ τῆς αὐλητικῆς·

Ἑλλὰς μὲν Θήβας νικᾶν προὔκρινεν αὐλοῖς.

καὶ νῦν ἐπὶ μέσης τῆς ἀρχαίας ἀγορᾶς ἐν τούτῳ ἄγαλμα ἕστηκεν ἐν τοῖς ἐρειπίοις. In versu a *Chrysostomo* laudato ἐν αὐλοῖς restituit *Casaubonus.* — Cf. *Boettigerum* in Diss. de Tibiarum inventione in Mus. Attico I. 2. p. 302. sq.

CCXIII. Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Athen.* L. XIII. p. 609. D. συνέβη δὲ, ὥς ὁ Κλείδημός φησι, τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι, καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ᾽ οὗ ἐπιγέγραπται· Ποικιλομήχαν᾽ Ἔρως κ. τ. λ. De Charmo, cujus filiam Hippias, Pisistrati fil., in matrimonium duxerat, vid. *Pausan.* I. 30. p. 75. *Clement. Alex.* in Protrept. p. 38. 33. quem locum correxit *Valcken.* in Diatr. p. 157. B. et *Henr. Valesius* ad *Harpocrat.* p. 40.

CCXIV. Append. Plan. p. 533. St. 29. W. ex *Suida* T. III. p. 655. Χάραξ Περγαμηνὸς ἱερεὺς καὶ φιλόσοφος, ὡς εὗρον ἐν ἀρχαίῳ βιβλίῳ ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον· Εἰμὶ Χάραξ κ. τ. λ. Ἔστι δὲ τῶν κατ᾽ Αὔγουστον πολλῷ νεωτέρος· μέμνηται γοῦν ἐν τῷ β τῶν βιβλίων Αὐγούστου ὡς πάλαι γενομένου Καίσαρος· καὶ ἐν τῷ ζ Νέρωνος καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν βασιλευσάντων· ἔγραψεν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν βιβλία μ. Scripsit etiam Chronica, quae saepe commemorantur ap. *Stephan. Byz.* — Vide *Pinedo* in Comment. Auctor. p. 758.

CCXV. Plan. p. 298. St. 438. W. cum lemmate: Καλλικήδης στρατηγὸς Βυζαντίου τὸ περίβλητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα κατὰ τὴν καλουμένην βασιλικὴν ἀνέθηκεν, quae verba sunt *Hesychii Milesii* de Constant. p. 52. ed. *Meurs.* qui hoc Epigramma servavit. Byzas, Byzantii conditor, Neptuni et Croëssae filius, secundum *Steph. Byz.* in Βυζάντιον. Vide *Du Cang.* in CP. christ. I. p. 45. *Reuv.* ad *Nicephor.* p. 72.

CCXVI. „Epigramma hoc est in Planud. p. 438. „et perperam a Brodaeo expositum. Referendum est „ad Phidaliae strategema, quo urbem a Scytharum obsi„dione liberavit, de quo videndus Hesychius Milesius „p. 47. et ad eum Meursius.“ *Br.* Historiam narrat *Tzetza* in Chil. II. 60. Habet quaedam de Phidaliae statua *Anonym.* de Antiq. CPol. ap. Bandur. L. V. p. 82. nr. 231. Cf *Du Cang.* in CP. chr. I. p. 17.

CCXVII. Vat. C. p. 382. Plan. p. 28. St. 43. W. In statuam Justitiae, cujus tristem vultum poëta interpretatur. — οὗτος ὁ κλέπτης. De magistratu quodam rapaci accipe, qui re malis artibus aucta Justitiae statuam ponere ausus est. — οὐδὲν ἔχων πρὸς ἐμέ. cum tamen nihil mecum commune habeat.

IN MYRONIS VACCAM.

T. 195.] *CCXVIII.* Vat. C. p. 477. Plan. p. 304. St. 443. W. Vix bene tornatum distichon; sed inter ea, quae sequuntur, nonnulla etiam ineptiora sunt. Haec Grammaticis, ingenium in eadem sententia variands exercitantibus, deberi existimo. — V. 1. τάνδε. Vat. — Vitulus, vivam se matrem videre existimans, vaccae aëneae blanditur.

CCXIX. Vat. C. p. 476. Plan. p. 302. St. 443. W. — V. 1. ἐπὶ στήλῃ. Vulgo.

CCXX. Vat. C. p. 476. Plan. p. 302. St. 443. W. Ineptum verfificatorem vel prioris verfus numeri produnt. — V. 2. [illegible]. Sic fcriptum inveni in uno „regiorum codd. et procul dubio verum eft. Vulgo [illegible]. Vat. membr. [illegible]." Br.

CCXXI. Vat. C. p. 476. Ἀντιπάτρου Σιδ. cujus duo praecedunt Epigrammata in Plan. p. 303. St. 443. W. Quod haec Epigrammata vulgo tanquam ἀδέσποτα circumferantur, non *Planudis* culpa factum eft, fed editorum, qui lemmata appinxerunt, quibus carent Codd. et Ed. pr. Flor. — Elegans diftichon, quo poëta fe pulchritudine vaccae deceptum fingit. Nova converfio et τῷ παραδόξῳ jucunda. — V. 1. Tentabat *Huetius* p. 30. [illegible] —, quod a poëtae mente alienum eft. Vaccam Myronis vitulo ubera praebere fingit *Antipater*. Paftorem igitur, reliquum gregem coërcentem, nec fequi, nec ei fiftulâ vaccam vocanti obedire poteft. — V. 2. [illegible]. Vat. C.

CCXXII. Vat. C. p. 476. Ἀντιπ. Σιδων. Plan. p. 303. St. 443. W. — V. 1. „Nefcio an alibi [illegible] feminino „genere occurrat. Librarii error effe videtur, qui quum „reperiffet ὁ [illegible], et qua ratione verfus fic recto pede „ftare poffet non intelligeret, bene fe emendare cre„didit ἁ." Br. Si vera eft obfervatio cl. editoris, τὸ μ in pronuntiatione duplicandum. Vide *Clark.* ad *Homer.* Ιλ. τ. 358. — V. 2. „Sic etiam libri omnes, fed men„dofe. Scribendum Θρόον. Hae voces facile permu„tantur. Vide Theocrit. in Hyla (XIII.) 40. et quae „ibi notavit doctiffimus Toupius." Br. Θρόον recte exhibent membr. Vat.

CCXXIII. Vat. C. p. 476. ἄδηλον. Plan. p. 303. St. 444. W. Myron, cum vacca fua armento boum immifta effet, eam a vivis ipfe discernere non potuit, donec illas propelleret. — V. 1. Pro [illegible] Vat. C. [illegible] habet. — V. 2. τὰς βόας. Ibid. Hoc praetulerim vulgatae.

CCXXIV.

CCXXIV. Vat. C. p. 476. sine lemmate. Plan. ibid. Myronis manus vaccam illam non finxisse, sed peperisse videntur. Ejusmodi acumine Antip. Sidon. Ep. XXX. 5. 6. ubi Onatas Apollinem μετ' Ελλυθυίης ἐπεπλάσατο. Simile Epigramma ante oculos habuit Ausonius LVIII.

Bucula sum coelo genitoris facta Myronis
Aerea: nec factam me puto, sed genitam.

T. 196.] CCXXV. Vat. C. p. 476. Plan. p. 304. St. 444. W. — ἁ χειρά. Vat. C.

CCXXVI. Vat. C. p. 477. Plan. ibid. »Vulgo leguntur ... ὁ Μύρων πλάσας οὐκ ἔφθασας. In membr. omissus articulus ὁ, ita ut versus adhuc minus integer sit.« Br. Nimia videtur cl. editoris mutatio. Mihi in mentem venit:

Βοῦν σὺ Μύρων πλάσσας οὐκ ἔφθασας,

eo sensu, quem summus Grotius expressit:

Ah nimium, Myro, tardus eras; aes constitit ante,
Infudit vitam quam tua dextra bovi.

ψυχὴν βαλέειν. Cf. not. ad Joann. Barbuc. Ep. VI. T. III. P. I. p. 20.

CCXXVII. Vat. C. p. 476. Ἀνακρέοντος. Ejusdem poëtae nomine inscribitur in Plan. p. 303. St. 443. W. Vide Fischer. ad Anacr. p. 473. Vertit Ausonius Ep. LXII.

Pasce greges procul hinc, ne, quaeso, bubulce, Myronis
Aes, veluti spirans, cum bubus exagites.

Faceta est hujus distichi parodia Philippi Thess. Ep. XL.

CCXXVIII. Vat. C. p. 476. τοῦ αὐτοῦ. (Anacreontis.) Sic etiam Planud. l. c. Fischer. ad Anacr. p. 472. Myronem sibi gloriam vaccae arte elaboratae falso vindicare; veram bovem aetate obriguisse. — V. 1. καὶ

νος. Formam ex luto significare videtur, cui aes infundebatur. Vide inprimis *Schneiderum*, qui de diversis hujus vocabuli significationibus fuse disputavit in Lex. L. Gr. T. II. p. 849.

CCXXIX. Vat. C. p. 478. ἄδηλον. In Plan. p. 306. St. 445. W. *Gemino* tribuitur. Conf. *Philipp. Thess.* Ep. XLIX. — V. 2. φέρων. Vulgo. φέρων [illegible] Vat. C. quod reponendum. — V. 3. δι' ἔργων. i. e. διὰ τέχνης.

[T. 333.] CCXXIX.[b] Ex *Suida* in φανῆς ... T. I. p. 448. Ineptum colloquium inter hircum et bovem, qui in argentea tabula celati erant. Bos humi cubabat; hircus ei ex adverso erat positus. — V. 3. δ' ... Suid.

[T. 196.] CCXXX. Plan. p. 97. St. 142. W. sine auctoris nomine. Quam auctoritatem sequutus *Natalis Com.* in Mythol. V. 6. id ad *Ibycum* referat, ignoro equidem. Praecedit in Plan. Ep. *Antiphili*, tum nostrum sequitur sine lemmate. Num ergo *Natalis Antiphilum* cum *Ibyco* confudit? — Ceterum elegans est et optimae notae Epigramma nostrum, in quo Clymenus quidam Pana rogat, ut, fistula suaviter inflata, gregem ad pascendum invitare velit. Carminis genus, quod hoc efficere posse putabatur, νόμον appellabant pastores. Daphnis ap. *Longum* IV. p. 111. ὑπέπνευσε τὸ νόμιον, καὶ αἱ αἶγες ὑπήκουσαν, νεύσασαι κάτω.. Capellas cantu tibiae demulcentem pastorem graphice depingit *Alciphron* III. 12. p. 305. sq. — V. 2. expressus videtur ex *Platon.* Ep. XIV. Πὰν, ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων. ubi *Ruhnkenio* placebat γοερὸν, Epist. crit. p. 63. *Alciphron* l. c. λαβὼν τὴν σύριγγα ἐπέτρεχον τῇ γλώττῃ στενὸν τὸ πνεῦμα κατὰ τῶν χειλῶν ἐπισύρων, καὶ μοι ἡδύ τι, καὶ νόμιον ἐξηχεῖτο μέλος. — χρύσεοι δόνακες, quamvis in Dei manibus, non satis placent, nisi in universum egregii intelligendi sunt calami. Putabam

κυρτὸν ὑπὲρ γλυκερῶν χεῖλος ἰδὲς καλάμων.

Ceterum κυρτὰ χείλεα olim lecta fuisse videntur in fragm. *Sosicratis* ap. *Athen.* XI. p. 474. B.

λεπτὴ δὲ κυρτοῖς ἐγγελῶσα χείλεσιν,
ἄβρα κόρη Σκαίρωνος, ἡσύχῳ ποδὶ
προσῆγε πρᾴως καὶ καλῶς τὸν κάνθαρον.

Vulgo κυρτοῖς κύμασιν legitur. — V. 3. „βεβριθόσι. Ita „emendavi. Vulgo βεβριθότα." *Br.* Convenit *Virgil.* IV. Eclog. 21. *Ipsae lacte domum referent distenta capellae ubera.* Haud tamen scio, an damnanda sit enallage βεβριθότα οὖθα, *onusta munera lactis.* Talia haud pauca et duriora etiam passim apud poëtas obvia. — V. 5. πόσις αἰγῶν. *Vir gregis ipse caper. Virgil.* VII. Ecl. 7.

T. 197.] *CCXXXI.* Planud. p. 343. St. 483. W. Priapus, in horto oleribus consito positus, furibus minatur. — V. 2. αὐτῇ ποτὶ πρασιῇ. *non satis modestas Quicunque attulerit manus agello: Is me sentiet esse non spadonem, Hic inter frutices loco remoto.* Lusus in Priap. XIV. — V. 4. τοῦδε χάριν. Eam ob causam hic sum positus, ut te ea, quam dixi, poena afficiam. Agricola fanum Lampsaceno Deo dedicans in Lusibus nr. LXXXIII.

Pro quibus officiis, si fas est, sancte paciscor,
Assiduus custos ruris ut esse velis:
Improbus ut si quis nostrum violarit agellum,
Hunc tu — sed taceo. Scis, puto, quod sequitur.

CCXXXII. Plan. p. 306. St. 446. W. Hoc Epigramma, sicut et praecedens, elegantissimis Anthologiae carminibus annumerandum. — V. 1. τοὐμπρασιῇ. i. e. τοῦ ἐν πρασιῇ. — V. 2. „Florentina editio et duo „regii codd. τοῖος ὁ κῶμα ἐν ὀρφῇ. quam lectionem servant „editiones omnes usque ad Stephanum, qui dedit τοῖος φιλῶν ἐν ὀρφῇ, salvo quidem sic metro, sed non meliori

„constructione.“ *Br.* Valde dolendum, quod hoc Epigramma, ut plurima alia, quae ad statuas et simulacra spectant, in Vat. C. desideratur. Violentior est in hoc versu cl. editoris mutatio, quam ut poëtae sua manus restituta videri possit. Verum tamen existimo [illegible] de acri custode positum. Cf. *Scaliger.* ad *Varron.* de L. L. p. 44. — V. 3. σύκινος. Ligno ficulneo, ut molli aliisque rebus fere inutili, ad Priapos formandos utebantur. *Horat.* I. Serm. VIII. 1. *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum; Quum faber incertus, scamnum faceretne Priapum, Maluit esse Deum.* Vide Ep. *Theocrit.* IV. 2. — „Pro οὐ ῥυκάνῃ vulgo οὐ ῥίνῃ κατεσμηγμένος. male, ut censeo; limae in ligneis operibus usus „non est, sed runcinae. In Priapeiis:

„*Huc adde, quod me terribilem deum fuste*
„*manus sine arte rusticae dolaverunt.*

„et alio in loco:

„*Non me Praxiteles Scopasve fecit,*
„*nec sum Phidiaca manu politus:*
„*sed lignum rude villicus dolavit.*

„ῥυκάνη facile in ῥίνη depravari potuit. Occurit hujus „instrumenti nomen in Leonidae Tar. Epigr. XXVIII, „cujus partem laudat Suidas in hac voce, quae H. Ste„phano in Thesauro omissa. ῥίνη vero aurificum instru„mentum est.“ *Br.* Docta emendatio; an vera, haud dixerim. Rudi se manu elaboratum dicit Priapus, securi similibusque instrumentis, non iis, quae artifices elegantiorum usurpant operum. ῥίνη autem non solum limam significat, sed etiam asperam limaeque similem *squatinae* cutem (*Hesych.* ῥίνη. ἰχθύος δορά. Cf. *Athen.* L. VII. p. 319. E.), qua *ligna et ebora poliebant* veteres, docente *Plinio* H. N. IX. 12. 14. Eandem esse τὴν ῥίνην et *squatinam* sive *squatum*, apparet ex eodem

L. XXXII. 53. T. II. p. 595. *Rhina, quam squatum vocamus.* ubi *Harduinus* excitavit *Isidor.* L. XII. Origg. 16. *Squatus dicitur, quod sit squamis acutis, unde et ejus cute lignum politur.* Hinc, ni fallor, abunde patet, recte scribi:

σόκινος, οὐ ξίνῃ πεποιημένος.

Quae sequuntur, οὐδ' ἀπὸ μίλτου, non ad rubrum colorem referenda, quo Priapi simulacra tingi solebant, sed ad canones rubrica coloratos. Cf. not. ad *Leonid. Tar.* Ep. V. 3. T. I. P. II. p. 61. Solebant autem statuarii in marmoris trunco lineas rubro ducere, quibus illum in quadrata dividerent; id quod etiam hodie a statuariis fieri solet. Hoc igitur quoque ad artificium statuae elaborandae facit. — V. 4. ξοΐς, μαχαιρίδιον σκυτέως ἢ λιθουργικόν. *Hesych.* Ex nostro loco apparet, τὴν ξοΐδα etiam ad lignum scalpendum esse adhibitam. *Falcem* appellat *Propert.* IV. 2. 59. ubi Vertumnus: *Stipes acernus eram properanti falce dolatus.* — ποιμενική. *Ego haec, ego arte fabricata rustica, Ego arida, o Viator, ecce populus. Catull.* in Lus. LXXXV. *Quercus arida, rustica conformata securi.* Ibid. LXXXVI. — V. 5. „Vulgo ἀχρεῖος γέλασσεν· μετὰ δ' ὑψιλόφους κεφάλαιξο. Sine sensu." *Br.* Schol. Wechel. etiam ἀχρεῖος legi monuit, quod probat *Huetius* p. 30. minus commode tamen *Horatii lignum inutile* comparans. ἀχρεῖον γέλασσεν dictum ad imitationem *Homeri* Od. Σ. 162. ἀχρεῖον δ' ἐγέλασσεν. ἐν ῥ. ἄκαιρον, καὶ πρὸς οὐδεμίαν χρείαν. *Eustath.* p. 663. 45. Hinc vocabulum procudit *Crates* ἀχρειόγελως ap. *Hephaest.* p. 48. quod *Suidas* interpretatur: ὁ ἐπὶ τοῖς ἀχρείοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων. — Quod sequitur ap. nostrum μετὰ κεφάλαιξο, etiam debetur *Scholiastae*, qui ut diversam lectionem protulit, quod equidem pro mera glossa habeo. Scribendum enim, ne litera quidem mutata:

ἀχρείως γέλασόν με· τὰ δ' — πεφύλαξο
σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδόνιον γελάσῃς.

τὰ δὲ, *haec*, fcil. olera, ad quae digitum intendit. Superest εὐκλείους, in quo haeremus. *Anonym.* Bibl. Bodl. εὐκλείας in marg. notavit, nescio quo sensu. Nec cl. editoris emendatio satisfacit. Fortasse emendandum:

τὰ δ', εἴ γε κλύεις, πεφύλαξο.

Inepti istius risus tibi do veniam; at haec olera, si me audis, ne laedas cave; ne forte, injuriam gravi poena luens, Sardonium risum rideas. Εἴ γε κλύεις, quod a vulgata proxime abest, his minis aptissime inseritur. Similiter Hortorum Deus in Lusibus nr. LIII.

Quare, qui sapiet, malum cavebit,
Cum tantum hic sciet esse mensularum.

Plaut. Menaech. I. 2. 13. *Malo cavebis, si sapis, virum observare desines.* Viri nomen Eucleïs, nunquam a me lecti, hic nobis obtrusit *H. Grotius*, cujus felix alias ingenium in hujus carminis interpretatione desidero:

Hic ego sum positus servare sed eminus hortum:
Nunc talis, qualem, qui prope es, ipse vides.
Ficus eram, nec lima Deum, nec fecit amussis,
Sed pastorali ducta dolabra manu.
Quantumcumque cupis, ride: sed ab Eucleïs horto
Nil cape, ne risus sit tibi Sardonius.

Finis Primae Partis Tertii Voluminis.


Stanford University Libraries
3 6105 126 944 185

